m *Oratione.*qua datur immunitas professoribus, quam non habemus.sed facit.ff.de vac.mu.l.his.§.angariarum.& infra eo.l.medicos.

n *Calculatores.*id est geometræ. & cõponitur hoc nomen à ge, quod est terra,& metron,quod est mẽsura,quasi terræ mẽsuratores.ad quod.ff.de excu.tu.l.geometrę.vel id est qui docét abacũ. id est computum. ad quod supra de erro.cal.l.vna.vel etiam qui primas literas docent:vt.ff.de vac.mu.l.ij.§.fin. & facit supra de decre.decu.super.l.j.

o *NEc intra.* numerus medicorum statuitur à decurionibus per singulas ciuitates:vt.ff.de decre.ab or.fa.l.j.in fin. nisi in casu vbi à lege statuitur:vt supra de epi.& cle.l.parabolani. licet ergo aliquis ponatur in ordine, vel licet ordo fiat de nouo, non gaudet immunitate, nisi adiiciatur ꝙ sit immunis: vt hic, & ś.de decu.l.j.nec ob.ś.de dec.l.vacuatis.quia hæc lex coadiuuat decretum.idem est si fuit data immunitas,sed reuocata : vt.ś. e.l. Grãmaticos.nam nó videtur data,quæ non durat:vt.ff.de in rem

A ver.l.si pro patre.§.versum.& hoc etiã secũdo modo potest ĩtelligi hæc.l.numerus autẽ docentium est vt no.j.eo.l.magistros.

p *Præstitutum.*id est statutum.

q *Decurionum.*in qualibet ciuitate.

r *Immunitatem.*scilicet personalium.

s *Tribui.*specialiter.

t *Medicos. Archiatros.*id est principes medicorũ.& not. ꝙ in accusatiuo & ablatiuo de iisdem dicit. item no. maxime ideo quia alij si modò sint ĩtra numerum, vel reip. causa absunt, sunt immunes:vt supra eod.l.j.

u *Archiatris.*s.aliquis, puta vnus,vel plures.

x *Literarum.*no.literarum.secus in mechanicis,nisi in certis: vt. j. de exc.ar.l.j.&.ij.Item dic literarũ, scilicet liberaliũ artiũ, nõ poëtæ,nõ calculatores : vt supra eo.l. poëtæ. &.l. oratione.&.ff. de vaca. mune.l.ij.§.fi.Item hic dic vt in rubri.ś.not.

y *Etfiliis.*viuentibus patribus,non post : vt infra de meta.l.archiatros.& ad hoc supra de epis.& cle.l.ij.

z *Muneribus.* de personalibus constat : sed quid de patrimonialibus? Rñ. secundum P. & alios nõ sunt immunes, pro quibus supra de mu.pa.l. profesi. & infra.e.l.fi.vbi æquiparantur philosophis. itẽ pro eis.ff. de mu.& ho. l.fi.§.ab huiusmodi. & de va.mu.l.sunt munera.ité specialiter remittitur eis receptio hospitis:vt.ff.de mu.&ho. l.fi.§.fi.& infra de meta.l. archiatros. & hic subiicit:per quod colligitur ꝙ alia patrimonialia subeunt:est enim patrimoniale munus, hospitis receptio: vt statim dices.ité pro eis.j.e.l.fi.pro eo ꝙ aliquis plus dare vult archiatris & militãtibus in palatio.sed dic vt ibi,& ecõtra potest dici ꝙ patrimonialia nõ subeãt per hanc.l.quæ generaliter dicit cũ rebus.& per hoc.j.l.fi.&.ff.de va.mu.l.his honoribus.§.angariarũ.nec ob.de philosopho:quia est ratio auaritiæ,à qua se dixit exulem:vt.ff.de va.mu.l.in honoribus. §. philosophis. vel dic in philosopho, vt dices.j.l. si quis.nec etiam ob. §. ab huiusmodi. quia excipe nisi per.l.specialem principis:vt est hic, & probatur d.l.sunt munera.in fi.quæ secundum hoc est pro hac opi.

a *Hospites.*quod patrimonij est:vt.ff.de mu.& hon.l.iij.§.mun⁹.

b *Deduci.*inuitum.sic nec domina:vt supra de offi.ci.iu. l. j. sed patietur missionem,vt ille qui de domo non debet trahi:vt.ff.de in ius voc.l.plerique.&.l.seq.Vel dic,nisi pro sua causa, vel suo numero:vt supra de epi.& cle.l.placet.

c *Exhiberi.*pro eodem.& semper in ciuili.vel dic,eximi in criminali,vbi dabit fideiussorem,vel iurabit.& sic non detinebitur sicut in domina fit:vt in authen.vt nul.iu.§.si vero crimen. coll. ix.nisi sit grauissimũ:vt.ibi dicit.vel dic nisi ꝙ sua causa:vt.ś.dixi.

d *Pœna.*sic infra de sump.re.l.j.

e *Reddi.*quo ad doctores est ecõtra.ff.de var.co.l.j.§.ij.So. hic de publico:ibi à scholari:vt infra.e.l.archiatri.vel hic spõte promiserat:ibi promittere non volebat.vel hic refertur ad alios predictos,non ad doctores.& fa.supra de excu.mu.l. maximarum.& infra de excu.ar.l.j.in prin.&.l.ij.in fi.& infra.e.titu.l.fina.

f *Multos.*scilicet discipulos vel scholares.

g *Instituant.*id est instruant.

BIU Cujas

Mores boni oēs diuitias excedunt.

a *Magistros studiorum.* liberalium: vt supra.l.proxi.in prin.
b *Moribus.*scilicet qui omnes diuitias excedunt: vt dixi ff.de tu.& cur.da.ab his.l.scire oportet.Sed ante hoc debet habere scientiam,solertiam, & fidem: vt in procœmio institut.§. cúmque.& fa.infra de stu.li.vr.Ro.l.j.
c *Ordinis.* decurionũ.

†*Co.Th.e.l.5.* ad quod.ff.de decre. ab or.fa.l.j.

Conspiratio & dolus quãdoq; in bonã partẽ sumuntur.

d *Conspirante.* in bonam partem: sicut dolꝰ bonus: vt.ff.de do.l.j.§.non fuit.& no.quòd vij.ad minus debẽt cóprobare: vt infra. l. si quis.& forte etiam iurare: vt supra de aduo. diuer.iu.l.nemini.&.j. de proxi.sa.scri.l. vnicuique. & fa. infra de tyro.l.fi.& de agen. in re.l.ij.&.iij.& supra de decu. l. eum qui. item quot debeant eligi in qualibet ciuitate, habes infra de stu. li. vr. Ro.item fa. in authen. quo.opor.epi.§.neque.

†*C. Th.e.l.7.* col.j.& de san. epis. in prin. & infra de profes.qui in vr. Con. l. j. & infra.l. proxi. & infra de excu.ar.l.fi.

e *Rẽddatur.* ad hoc supra.l.grammaticos.& infra de tab. l. fina. & de murile.l. si quis.

f *Exceptis.*vt non reuocentur.sed certe isti non indebite vsurpãt. vnde improprie dicit, exceptis. q.d. illi reddantur,isti non.& facit supra.l.proxi.cum cõcor.

g *Fortunæ.*hanc ferũt philosophi non curantes de prosperis vel aduersis.

†*Co.The.e.l.8.*

Medici salaria ex publico habere debent.

h *Archiatri.* principes medicorum.
i *Commoda.*id est salaria. ad quod supra de postu.l. prouidendum.
k *Malint.*malo seruire pauperi honeste,quàm diuiti tupiter.sciens enim non debere habere aliquid ab ægro: ergo ita cito aut citius pauperi quàm diuiti seruiet.
l *Turpiter.* erat enim turpe quòd propter diuitias suas aliquis diues citius curaretur, quàm pauper, qui nihil dare poterat.& hoc erat olim antequam medici haberent salaria de publico.

†*Co.The.e.l.9.*

m *Etiam ea.* scilicet salaria.
n *Sani.*iam facti pro obsequiis præstitis, nó ea &c. ad quod. ff. de va.co.l.medicus.& supra de postu. l. quisquis.§.j.& de offi.præsi.l. quo fustra.§.j.col.ij.

VII. Imp. IVLIANVS.A.†

MAgistros[a] studiorum doctorésque excellere oportet moribus[b] primum, deinde facundia. Sed quia singulis ciuitatibus adesse ipse non possum,iubeo q̃squis docere vult, non repente, nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis[c] probatus,decretũ curialiũ mereatur, optimorũ cõspirãte[d] cõsensu.Dat.XV. Kal. Iul.Acc.IIII.Ka.Aug.Spoletij, Mamertino & Neuitta Coss.

Qui se gerit pro doctore, cum non fuerit examinatus & approbatus,nõ excusatur à muneribus.secus si fuerit approbatus. Bar.

VIII.Impp.VALENTIN.& VALENS.AA.ad Mamertinũ. P.P.†

REddatur[e] vnusquisque patriæ suæ,qui habitum philosophiæ indebitè & insolenter vsurpare cognoscitur, exceptis[f] his qui à probatissimis approbati, ab hac debent collusiõe secerni. Turpe enim est, vt patriæ functiones ferre non possit,qui etiam fortunæ[g] vim se ferre profitetur. Dat. XIIII. Kal.Febr.Sirmij, Valentiniano N.P.& Victore Coss.

Medici qui sumunt salarium ex publico,ita paruis sicut magnis seruire tenentur, sed salarium ab infirmis recipere non debent,nisi cum sani fuerint.Bartolus.

IX.Iidem.AA.ad Prætextatũ. P.V.†

ARchiatri[h] scientes annonaria sibi commoda[i] à populi commodis ministrari, honestè obsequi tenuiorib⁹ malint,[k] quàm turpiter[l] seruire diuitib⁹. Quos etiam ea[m] patimur accipere, quæ sani[n] offerũt pro obsequiis,nó ea quæ periclitantes pro salute promittũt. Dat. III. Kal.Feb.Triu.Valentiniano & Valente.III.AA.Coss.

Non debet in locum magistri defuncti alius subrogari, nisi fuerit approbatus. & licet subrogetur in numerum,non subrogatur in gradum.Bar.

X.Iidem.AA.ad Olybrium. P.V.†

SI quis in archiatri defuncti locũ est promotionis meritis aggregandus:[o] non antè eorum particeps fiat, quàm primis qui in ordine reperientur septẽ, vel eo ampli⁹ iudicãtibus[p] idoneus approbetur: ita tamen,[q] vt quicũque fuerit admissus, nõ in priorũ numerum statim veniat, sed eum ordinem consequatur, qui cæteris ad priora subuectis vltimus poterit inueniri.Dat.VI.Id.Mar.Valẽtiniano & Valente. III.AA. Coss.

Magistri scientiarum,qui fuerunt palatini,habent perpetuam immunitatem ab omnibus muneribus,& ipsi & eorum filii & coniuges. Bar.

XI. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS.AA. Monachio. P.P.†

GRammaticos, oratores,[r] atque philosophiæ[f] præceptores,necnon etiam medicos, præter hæc quæ retro latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt priuilegia immunitatésq;,frui hac prærogatiua præcipimus, vt vniuersi qui in sacro palatio inter archiatros[t] militarunt,cum comitiuam primi ordinis[u] vel secũdi adepti fuerint,aut maioris gradum dignitatis ascenderint,nulla municipali,nulla curialiũ conuentione vexentur,[x] seu indempta[y] administratione seu accepta testimonialem meruerint missionẽ: sint ab omni functione, omnibúsque muneribus publicis immunes,nec eorum domus vbicunque positæ,militem seu iudicem suscipiant hospitandũ.[z] Quæ omnia in filiis[a] etiam eorum & coniugibus illibata præcipimus custodiri. Hæc autẽ & professoribus memoratis, eorúmque liberis deferenda mandamus.Dat.Prid.Kal.Decemb. Constantinop. Constantio & Constante Coss.

TITVLVS LIII.
DE ATHLETIS.[b]

Qui tribus præliis fuerit coronatus, quorum vnum Romæ fuerit,excusatur à muneribus. Bar.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS.AA.*

ATHletis ita demũ,[c] si per omnẽ[d] ætatem certasse, coronis[e] quoque non minus tribus certaminis sacri[f] (in quib⁹[g] vel[h] semel Romę,[i] seu antiquæ Græciæ)merito coronati,non æmulis corruptis ac redemptis probentur: ciuilium munerum[k] tribui solet vacatio.

o *Si quis. Aggregandus.*vt quia est dignus tali honore.
p *Iudicãtib⁹.*& iurãtib⁹: vt no.ꝯ.e.l.magistros. vbi plene not.
q *Ita tamen.*fa.infra de tyro.l.j.& supra de offi.ma.off.l.iij.
r *Grammaticos.Oratores.*aliàs rhetores:aliàs oratores.
s *Philosophiæ.*licet misceat:tamen philosophi subeũt patrimonialia:vt supra de mu.pa.l.profesio. Vel dic q̃ hodie per. l. istã idẽ in eis sit priuilegiũ huiusmodi principis, & secundum hoc derogatur illi. l. professio.& illi.ff. de va. mu. l.in honoribus. §. philosophis.vt ibi not.
t *Archiatros.*id est prícipes medicorum.
u *Primi ordinis.*quem habẽt cũ erũt seniores inter alios:vt.ꝯ. de decu. l. Alexandrinis. in princip. †*Cod.Th. ti.l.6.*
x *Vexentur.*an à patrimonialib⁹?dic vt.ꝯ.eo. titu.l.magistros.Ac.
y *Indempta.*id est sine administratione habita dignitate,vel cũ ea sic indempto canone:vt.j. de fun.pa.l.fi.in fi.
z *Hospitandum.* sic.j. de meta. l. archiatros. & supra.l.magistros.
a *Filiis.*& de hoc dic vt.ꝯ.l.magistros.& fac. j.de comi. consi.l.ij.& ꝯ.de episco.& cler.l.ij.

b *DE ATHLETIS.*

Athletæ dicuntur, qui sine mercede gratia virtutis pugnabãt:vt.ff. de infa.l.athletas.in sacris certaminibus.& infra.l.i. Pugnant virtutis gratia, alibi dicuntur.

c *Athletis ita demũ.* ciuiliũ &c.quod est in fi.si probentur p oés &c. & si ꝓbentur coronati coronis &c.
d *Per omnẽ.*quia à prima ætate didicit & studuit í hoc,vt pueri qui à tenera ætate legunt: quasi aliàs non possent esse pfecti.quod est no.
e *Coronis.*corona.i.gloria victorię,cui etiã dabatur pecunia,vel species aliqua,quę priuata pactione nó obligant: vt.ꝯ.quę res pign.obli. posl.pe.nec in causam iudicati capiũtur, si aliunde possit satisfieri: vt.ff.de re iud.l.cómodis.& supra de excep. rei iud.l.stipendia.
f *Sacri.*& approbante principe.ad quod.ff. de polli.l. Græca. quæ incipit,honoris grãtia. & secus agonem &c.
g *In quibus.*ſ.coronis.
h *Vel.*pro saltem.
i *Romæ.* nouæ. q.d. vnam coronam dicunt habuisse in Roma veteri, vel noua, & has merito gratiæ,non pro hoc quòd corrumpant æmulum,id est secum luctantem.
k *Munerum.*restringe,& dic,munerum personaliũ,nó patrimo. vt infra

BIU Cujas

vt infra de mune. & hono. l. qui immunitatem.

DE HIS QVI NON IMPLE. &c.

a *Gnominiæ causa sacramento.* quo milites tenentur: vt not. ff. de infa. l. ij. §. miles. & not. quòd quatuor sunt genera missionū: honesta, quando finita militia: vt infra. e. l. fin. & causaria propter infirmitatem: vt infra l. proxi. item causa euitandorum munerum. item ignominiosa: vt hic, &. ff. de re mili. l. milites. §. missionum.

Missionum quatuor sūt genera.

b *Honoribus.* ad quod supra de decu. l. infamia. & l. ne quis. &. ff. de interdi. & releg. l. relegatorū. §. fi. & ff. de mili. test. l. testamenta.

c *Excludendi.* aliàs excusandi, & aliàs excusati. & idem in eo qui gratia vitandorum munerum, quo ad munera: vt argu. infra qui mili. non pos. l. ij. non tamen arcetur honore, cum non sit infamis: vt ff. de infa. l. ij. §. est & quartum. Itē quòd infamis a cogitur ad munera, verum est, nisi in locis vbi morari non licet: vt. ff. de excu. tut. l. sed & si milites. §. sed ignominia. & infra de re mili. l. iij. an autem debeat inferi causa ignominiæ in missione: dic vt not. ff. de infa. l. ij. §. ignominiæ.

a *Cōtor. ad hoc. c. tuā. ī domino. cū gl. sup. verbo, nō aſtem dat. extra de ætate & qualit. ordi. vbi dicit quòd ſamis etiam cogitur ad cur. ā d monaſterii.*

d *Vm ob. Senium.* ſenex est, q. lx. an. habet, vel. lxx. quo ad munera: vt supra qui ætate. l. fi. & sic propter corporis debilitatem: & ideo est causaria miſſio: vt. ff. de infa. l. ij. §. ignominiæ. licet hæc honesta sit, id est non inhonesta: vt subiicit.

†*Non enim debent ſolui milites, niſi ſi ceſſatis ſtipēdiis ſic dicitur l. c. 1. ff. extra de renūcia.*

e *Itaque.* propter senium, non propter militiam: vt infra. l. proxi. in princip.

f *Numero.* xx. an. vt infra. l. proxi. & sunt huius priuilegia. ff. de priuileg. per totum. & infra de priuileg. vetera. per totum. & infra. l. proxi.

†*Malim legere, à quibus muneribus.*

g *Permittit.* ſcilicet p̄petuo: sed temporalem habet: vel vnius anni, vel biennij, vel triennij, vel quadriēnij, prout militauerit: vt. ff. de re mili. l. iij. §. qui militię. &. j. de excu. tut. l. sed & milites. §. j. &. ij.

h *Veteranis.* non eorum filiis: vt. ff. de vac. mune. l. in honoribus. §. vacationum.

i *Personalium.* non patrimonialium: vt. ff. de va. mu. l. in honoribus. §. accusationum.

k *Conceditur.* etiam si non appellet, quod est speciale: vt supra quando prouo. non est neceſ. l. veteranis. aliàs secus: vt supra de appel. l. ciues.

l *Vicesimum.* vt infra de re mili. l. viginti.

m *Causariam.* non sufficit causaria, nisi tempus sit completū militiæ: vt hic, & supra. l. proxi.

n *In cohorte.* & sic non in legione, vel vexillatione.

o *Superuacuo.* quia non habebis, scilicet perpetuo, licet ad tempus: vt supra. l. proxi. item fallit in cohorte vrbana: vt. ff. de excu. tuto. l. sed & milites. §. plane si quis. Item huic. l. est argu. cōtra. ff.

TITVLVS LIIII.

DE HIS QVI NON impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt.

Infamia remouet quem ab honoribus, nō à muneribus, & granamine. Bartolus.

I. Imp. ANTONINVS. A.

GNominiæ causa sacramento a liberati, honoribus b abstinere debent: à muneribus autē ciuilibus excludendi c non sunt.

Causariè missus ante finem militiæ, à muneribus excusatur, non tamen habet priuilegia veteranorum, licet habeat vacationem. Bar.

II. Impp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA.

CVm ob prouectę ætatis senium d sis dimissus: honestam missionem consecutum te esse ambigi non potest. habebis itaque e à ciuilibus muneribus, necnon etiam honoribus † vacationem: non tamen ea priuilegia quæ his competunt, qui pleno stipendiorum numero f funguntur, vsurpare te ius permittit, g quandò non perfecto statuto militiæ tēpore, nec omnibus stipendiis decursis, sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis. †

III. Iidem. AA. & CC.

VEteranis h ita demum onerum & munerum personalium i vacatio iure cōceditur, k si post vicesimum l annum militiæ quàm in legione vel vexillatione militauerint, honestam vel causariam m missionem cōsecuti esse ostendantur. Vnde cùm te in cohorte n militasse cō memores: intelligis supuacuo o vacationem tibi velle flagitare.

TITVLVS LV.

QVIBVS †MVNERIBVS p excusentur hi qui post impletam militiam vel aduocationē per prouincias suis commodis vacantes cōmorantur, † & de priuilegiis eorum, & de conductoribus vectigalium fisci. *

Principales conductores, non conductores conductorum vectigalium habent immunitatem. Bar.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC.

NOn alios à muneribus & honoribus † vacationem habere, quàm qui mancipatum q suo nomine r vectigal à fisco conducunt, s certum est. quare eos qui ab his t quædam exercenda accipiunt, nullis priuilegiis esse munitos haud u dubij iuris est.

TITVLVS LVI.

DE LIBERTINIS x.

Libertini non habent excusationem à muneribus. Bart.

I. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. & CC.

CONditio libertinitatis de muneribus ciuilibus y tribuere non potest z excusationem, nec in ea quidem ciuitate vbi domicilium a libertinus habet.

TITVLVS LVII.

DE INFAMIBVS. b

Infames remouentur à dignitatibus: nō à muneribus realibus, vel personalibus. Bar.

I. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. †

INfames † personæ licet nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, vti possint c: curialium tamen vel ciuilium munerum vacationem non habent d, sed solennibus indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

p *QVIBVS MVneribus.*

De hoc nil est in nigro, sed in constitutione Græca. sic supra de veli. & ad Trebel. & de incer. perso.

† *Hactenus quæ præcesserunt pertinebāt ad Græcam cōstitutionem quæ deperdita est. Contius. *Græca cōstitutio.*

q NOn alios à. Mancipatum. id est cōductum vectigal: vnde manceps, id est conductor: vt supra de vectiga. l. si quis.

r *Nomine.* quare hoc dicit, statim supponit. item intellige hanc. l. si † *oneribus.* sunt legitimi cōductores, non palatini, non curiales, non milites, non clerici: vt. j. quib. ad condu. præ. fi. l. j. & in authen. de san. epis. §. aliud.

s *Conducunt.* & durat cōductio: vt. ff. de vac. mune. l. in honoribus. §. non aliàs. item hoc priuilegium est fisci, qui habet eius bona obligata: vt hic, &. ff. de iure immu. l. semper. §. conductores. aliud in colono prædij fisci: vt ff. ad mu. l. fi. §. j. & supra de excu. tu. l. coloni. sed ī colono prędij Cæsaris idem quod in isto: vt. ff. de iure immu. l. semper. §. coloni. & qui pe. tu. l. fi.

t *His.* scilicet conductoribus.

u *Haud.* pro non. sic infra de vete. nu. po. l. j. in fi. & facit supra ne tu. vel cu. l. j.

x *DE LIBERtinis.* † *alias. Imp. Antoninus. A.*

Hic tractatur de obsequio ciuitati debito. supra de li. & eorum li. dicitur de debito patrono: & sic non superfluit hic per illum tit. Accursius.

† *Concor. c. inter dilectos. extra de excess. præla. & in c. per inquisitionem. in glo. super verb. indignum. post prin. extra de elec.*

y *Conditio. Ciuilibus.* de honorib⁹ dic vt supra si li. aut seruus ad decu. l. j.

z *Non potest.* nisi in casu: quod dic vt supra de excu. tut. l. nec senatorum. item non ob. infra ne quis lib. inui. act. rep. l. j. quia ibi de actu seruis tantum conuenienti.

a *Domicilium.* nedum in ea, nisi per patronum: & sic vtrobique: vt. ff. ad mu. l. de iure. §. libertos.

b *DE INFAMIBVS.*

Differt à tit. de infa. supra: quia ibi de causis infamiæ: hic de iure infamium: sic non superfluit.

c *INfames. Vti possint.* nec nouiter delatis: immo perdunt veterem: vt hic, &. ff. de dig. l. iudices. &. l. neque. & supra de decu. l. infamia. & de re mili. l. iij. ad hoc. ff. de postu. l. j. §. remouet. & de iudi. l. cum prætor. §. non autem. & de offi. assess. l. ij. & de test. l. iij. §. lege Iulia. sed arbiter potest esse: vt. ff. de arb. l. Pedius. & procurator & tutor & curator: vt instit. de excep. §. fi. &. ff. de postu. l. j. §. sed est æquissimum.

d *Non habent.* ad hoc supra de decu. l. nec infames. & de his qui non imple. stip. l. j. ibi, quippe criminosum &c. vt supra de decu.

BIU Cujas

l.ne quis.nec pœna tribuit immunitatē:vt.l.relegatorū.§.fi. ff.de inter.& rele.& male meritis &c.vt.ff.depoſi.l.bona fides.

DE REIS POSTVLATIS.

a *Eos criminis.*ſecus ſi pecuniæ ſit debitor,niſi in duobus caſibus:vt.ff.de mu.& ho.l.reſcripto.§.debitores.& infra de debi.ci.l.j.& niſi ſit ſtatus quæſtio:vt.ff. de remi.l.qui ſtatus. idem ſi quæſtio ſit omnium vel magnæ partis bonorum:vt ar. inſtit. de excu.tu.§.item propter litem.

b *Poſtulatos.*id eſt accuſatos.

c *Nouos.* veterem retinet: vt.ff. ad muni.l. libertus.§. in quæſtionibus.ſed nec teſtis poteſt fieri: vt.ff. de teſti. l.in teſtibus. nec procurator: vt.ſ.de proc.l. reum.nec nomen militiæ dare:vt.ff.de re mili.l.ſi.item no.poſtulatus:ſecus ſi non poſtulatus:vel poſtu.ſed deſtitit accuſator:vt.ff.de mu.& ho.l.reſcriptum. §.ſi quis.Item hęc prohibitio intra annum locum habet, non poſt, niſi ſteterit per accuſatum quo minus procedatur i vt. ff. de mu.& ho.l. reus. Item an ad munera?Reſpon.ſic: vt in ſimili quæſtio. not. ſupra tit.j.

† *in ſcripto meo exemplari ita ſcriptū repe ri.Pars edicti imperatoris Antonini. Propoſita Romæ V.Idus Iulias Duobus Aſpris Cōſulibus. Cōtius.*

d *DE HIS QVI in exilium dati &c.*

Quia rei poſtulati ſic puniuntur:ideo de hoc dicit. vel quia & hi ſicut ſuperiores arcentur honore: ideo de his dicit. vel quia infames fiunt ſicut damnati:ideo poſt infames de his dicit. Et not.

Exilium triplex.

quòd triplex eſt exilium: vt. ff. de inter. & rele. l. exilium.& prout accipitur pro relegatione, dic quòd præſes poteſt relegare ſi habeat inſulam, aliàs non,ſed deportare: vt eo. titu. l. relegatorum. in prin. & l. imperator. in prin.& l.inter pœnas.

e Moti. *per ſententiā.*

f *Qvibus. Spacium.* Nec diſtinguitur quo crimine &c.vt.ff. de poſt. l.imperator.& ſupra de infa.l.& ſi ſeuerior. & dic cōtraria vt in qualibet earum no. & no. ff.de infa. l. quid ergo.§.pœna grauior.

g *A D tempus. Recipit.* ſi crimen non importet infamiam,aliàs ſecus.ff.ad mu l.ordine.& dic vt ibi no.& de decur. l. ij. §. non idem erit. Accurſius.

h *Per fugam.*ſcilicet latam,quæ eſt ſpecies exilij:vt.ff. de inter. & releg.l.exilium.

i *DE FILIISFAMILIAS &c.*

Quia in exilium dati,vel ab ordine moti tenentur reddere rationem: ideo qualiter filius honoribus obligetur,& pater pro eo teneatur,dicit.

k *Patrem. Non teneri.* niſi fideiubeat pro eo expreſsim, vel niſi emancipauerit eum in fraudem:vt.ff.ad muni.l.fin. §. antepenulti.

TITVLVS LVIII.
DE REIS POSTVlatis.

Pendente proceſſu criminali non poteſt quis ad honores vocari.Bar.

I. Impe.ALEXANDER.A.

REos criminis[a] poſtulatos[b],nouos[c] honores appetere non debere antequam purgauerint innocētiam ſuam,& à diuis parentibus noſtris,& à me ſæpe reſcriptū eſt.

TITVLVS LIX.
DE HIS QVI IN EXIlium dati[d],vel ab ordine moti[e] ſunt.

I. Imp. M.ANTONINVS.A. Diogeni.†

QVibus poſthac ordini ſuo,vel aduocationi ad tempus interdicetur, poſt impletum temporis ſpacium[f] non prorogabitur infamia.

II.Impp. GORDIANVS.A.

AD tempus exulare decurio iuſſus,& impleto tempore regreſſus,priſtinam quidem recipit[g] dignitatem:ad nouos vero honores non admittitur, niſi tanto tempore his abſtinuerit, quanto per fugam[h] abfuit.

TITVLVS LX.
DE FILIISFAMILIAS[i], & quemadmodum pro his pater teneatur.

Qui conſentit decurionatui filii emancipati,non obligatur. ſecus ſi ille filius erat in poteſtate. & ille videtur conſentire, qui non diſſentit.Bar.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS.AA.

PAtrem emancipato filio cōſentientem ad decurionatum, non teneri,[k] dubij iuris non eſt. tunc enim conſentiendo pater ad decurionatum, obligatur,[l] ſi filium in poteſtate habeat. Conſentire[m] autem etiam is videtur,qui

A l *Obligatur.*in ſolidū:vt.ff.de admi.re.ad ci.perti.l. ſi filius. filius tamē primo excutitur:vt.ff.ad mu.l.libertus.§.j.& ſupra de dec.l. j.Item adoptando conſentire videtur:vt.ff.ad mu.l.Lucius.§. idē reſpondit.cum aliàs non conſentiens non tenetur niſi de pec. vt infra.l.fi.Eſt & aliud neceſſarium,q̄ filius ſit habilis ad munus ad quod vocatur:vt ſupra de ho.non cō.l.j.§.pro infante.Item hic tenetur reipu.nō autem illis quib⁹ nocuit in officio conſtitutus: vt.ff. ad mu.l.j.&.ij.licet quidam contra,ar. ſ. quod cum eo.l.j.Accurſius.

† *Facit ad hunc tex. 3.cū gl. in verb. plus eſt. extra de bapti. & eius ef.*

m *Conſentire.*Not. de tacito cōſenſu: vt.ff.ad mu.l.j.arg.contra.ff.de procur. l.filiusfamilias. §. inuitus. cū concor. Item arg. contra.ff. de tute.l.ſi filius. ſed manere potuit etiam nominationi cōtradicēs.

n *Teſtificatur.* coram ordinario, vel habili: vt.ff.de dec.l.honores. §.fina.

o *Cvm appellaſſe te dicas.*ſcilicet nomine tuo proprio,non filij.Accurſius.

† *al. ab mo.*

p *Oſtendis.* nam grauati appellant, infirmi volunt curari: nec eſt opus medic⁹ ſano &c. ſic.ff.rem ra.ha.l.iij. §. falſus. Sed contra.ff. de decu.ſpurij.§.pater. Sol.hic nomine ſui grauaminis appellauit: & ideo ſibi præiudicat. ibi pro filij grauamine.Vel ſolu. vt ibi. Itē contra.ff.de ap.l. ſi expreſsim.ſed ibi ipſo iure non tenuit.Item argu.contra ſupra de poſtu.l.j.Accurſius.

q *Sibi. Ad protoſtaſia.* quod eſt patrimonij:& quale ſit, dic vt ſupra de mune. patrimo. l. nec protoſtaſiæ. & facit.ff.de mu.& ho. l.iij.§.ſi filiꝰ.&.§.quod pater.&.§. ſi duo. &.l. honor.§. plebeij. Acc.

r *Sine periculo tuo.* id eſt ſine periculo facultatum tuarum & honoris.

ſ *Incumbebat.* nec filio, ſi dicas curatorem adulto vel furioſo vel ſimili datum.vel dic operis publici:& tūc filio imminet onus appellandi: vt.ff. quando ap.ſit.l.j.§.ſi quis.&.§.alia.& adiunge hic,ſi tamen &c.Item dicas non teneri in ſolidū filium,ſed de peculio ſic.ſ.quod cum eo.l.j.

t *Deuocauit.*accipe,detrimento &c.Accurſius.

u *Decurio.*nam tunc tenetur in ſolidum:vt ſupra quod cum eo. l.j.& facit ſupra.e.l.j.& de decu.l.filios.

DE PERICVLO SVCCESSORVM PARENTIS.

x *Si de proprio. Editionem.*vt quòd promiſit pecuniam pro honore filij habendo:vt.ff.de mu.& ho.l.æſtimationē.§.j.& ſecundum hoc dic editionem, id eſt precium quod editur aut datur pro honore.vel promiſit ſubiturum onus honori admixtum, ad quod.ff.ad mu.l.honor.in princip.

y *Sacerdotē.*dignitas cū ſumptu:vt.ff.ad mu.l.cū ſponte.in prin.

non teſtificatur[n] diſſentire † nominationi.

Appellare à nominatione facta de filio, eſt conſentire.Bartolus.

II. Imperator ANTON.A.

CVm appellaſſe te dicas,[o] oſtēdis[p] cauſam ad te pertinere.potueras enim nominato filio tantùm conteſtari, & non conſentire oneri ei delato.

Filius in poteſtate cum patre ad idem munus non debet vocari:ſecus ſi ſit emancipatus.Bartolus.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS.AA.& CC.

SIhi qui cum patre ad protoſtaſiæ[q] mun⁹ vocati ſunt, etiam nūc in patria poteſtate cō ſtituti ſunt, ab huiuſmodi neceſsitatibus liberentur, cum ex eadem familia hoc modo† duos ad iſta obſequia deſtinari periniquū videatur.Sanè eos quos emancipatos eſſe, atque ex familia exiſſe manifeſtum eſt, ſine cūctatione retinere debebis.

Pater nō tenetur pro filio curatore creato:ſed qui eum nominauerit,tenetur.Bar.

IIII.Iidem.AA.& CC.

C SIne periculo tuo[r] magiſtratus filium tuum curatorem conſtituit, nec appellandi tibi neceſsitas incumbebat.[ſ] Sanè nominator qui filium in poteſtate poſitum non conſentiente patre ad munus deuocauit,[t] ſi tamen ex voluntate tua antea filius decurio[u] factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

TITVLVS LXI.
DE PERICVLO ſucceſſorum parentis.

Onus dignitatis quæſitæ per patrem, tranſit ad hæredes.Bartolus.

I. Impe.ALEXANDER.A.

D SI de proprio ſuo patrimonio muneris editionem[x] tuo nomine pater tuus repromiſit, ideoq; etiā ſacerdotē[y] te creari impe-

BIU Cujas

petrauit: onus erogationis[a] cõmune omnium hæredum eius esse præses prouinciæ non ignorabit.

TITVLVS LXII.

DE MVLIERIBVS IN quo loco munera sexui congruentia vel honores agnoscant.

Mulier in loco domicilii mariti subit munera personalia: patrimonialia vero in loco in quo est patrimonium. Bartolus.

I. Imp. PHILIPPVS. A.

EAm quæ aliunde oriunda, alibi nupta est:[b] si nõ in vrbe Roma[c] maritus eius cõsistat, nõ apud originem suam, sed apud incolatum mariti ad honores[d] seu munera quę personis cohærent, quorúmque is sexus capax esse potest, cõpelli posse, sæpe rescriptum est. Patrimonij verò munera necesse est mulieres in his locis in quibus possident,[e] sustinere.

TITVLVS LXIII.

DE LEGATIONIBVS.[f]

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA.

PAter trium[g] incolumium liberorũ, legationib' publicis liberatur.

II. Idem. AA. & Valerianus Cæs.

CVm vos[h] proprio[i] nomine sumptus[k] ob defensionem[l] publicam susceperitis, id quod ad proprias erogationes collega vester acceperit, non vobis reddere hæredes eius oportet:[m] sed si in ea causa est, vt restitui omnino oporteat, reipublicæ debent potius inferre. Sanè si honorariis aduocatorum erat ea quantitas[n] destinata, restitui illud vobis, qui hoc præstaturi estis, non iniuria postulatis.[o] cum autem collegam vestrum, quem à defensione patriæ destitisse dicitis, apud prouinciæ præsidem desertæ legationis arguere potestis. P

Legatio transmarina tribuit vacationẽ biennii: secus si proxima: quia talis legatio eam non tribuit. Bartolus.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA.

TRansmarina legatione apud nos perfunctos, constitutum est biẽnij vacationem munerum ciuilium q & honorũ † habere, non eos qui de proximo[r] obsequium reipublicæ videntur exhibuisse.

Qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationem à muneribus propter dignitatem: sed si legatus fuerit, habet propter legationem. Bartolus.

IIII. Imp. CONSTANT. A.

VNiuersi omnino ex comitibus[f], vel ex præsidibus, qui suffragio perceperit dignitates, ciuilibus oneribus munetu iudicij, sed aliàs. & facit supra de infa. l. neminem.

---

a *Erogationis.* scilicet prædictæ. & dic si patre viuente habuit munus filius, & ita habet locum quod hic dicit. & supra de decu. l. j. & l. in successione. & ff. fa. erciscun. l. si filia. §. idem scribit. scilicet quòd ipse pater teneatur, & eius hæredes, siue promisit, siue etiam tantum sciebat, & non contradixit. si autem cœpit gerere post mortem patris, nõ tenentur hæredes patris regulariter, etiam si pro alio filio dum vixit, pater subit onus simile, & etiam si filius iste viuo patre fuit decurio: sed munus pro quo quæritur, subiit post: vt. ff. de mu. & ho. l. & si filium. & d. §. idẽ scribit. & l. ex parte. §. filius. ibi. Fallit autẽ in duobus casibus. primus si pater in vltima voluntate voluit contra: vt. ff. de mu. & ho. l. iij. §. finali. Vel nisi inter viuos fuit professus quòd de suo hoc onus volebat expediri: vt ff. fami. erciscun. l. si filia. §. Neratius. Item hæc quæ primo dixi, sunt vera si munus erat tale, quod nec vendi poterat, nec ad hæredẽ filij aliquid peruenire poterat. aliàs forte solus filius teneret.

DE MVLIERIBVS in quo &c.

b *Eam quæ. Nupta est.* iure: vt. ff. ad mu. l. fin. §. idem rescripserunt. idem & in vidua: vt. ff. ad mu. l. filij. §. j. & ad hoc supra de inco. l. fi. cum concor. secus in desponsata: vt. ff. ad mu. l. ea quæ. idem in virgine, vel non iure nupta, vel corrupta: vt ff. ad mu. l. de iure. §. fin. & supra de mu. & orig. l. filios.

c *Roma.* quia ibi est multitudo hominum: vt in authen. de tab. vel econtra lege si pro quanuis, quasi non sit dubium si ibi nubat: vt. ff. ad mu. l. Roma. sed prima placet.

d *Ad honores.* hoc ad vtrunque est contrarium. ff. de mu. & ho. l. iij. §. corporalia. sed de honore dic sine administratiõe. ad quod infra de dig. l. mulieres. Vel dic quòd ex certa scientia principis, scilicet illa non obstante. ad quod supra de nup. l. imperialis. §. similem. quæ placet, quia hic subiicit compelli. Item ad munera dic scilicet personalia, non omnia, vt in contrario. sed quædam, vt hic subiicit, & in rub. hic: quod dic vt. ff. de re. iu. l. ij. & hoc nisi fuerit præuenta: vt. ff. ad mu. l. incola. & de iur. om. iu. l. cum quædam.

e *Possident.* contra supra de inco. l. cum neque. & ff. ad mu. l. libertus. §. sola. Sed dic hic dici de patrimonialibus: vt. ff. de mu. & ho. l. rescripto. §. finali. sed pro dote, vel dotali prædio quis soluit? Respon. vir, sicut & tributum: vt. ff. de vsufru. l. hactenus. §. fi. nec ob. ff. ad mu. l. Lucius. §. idem respondit constante. quia illud quo ad personalia per. l. supra de dec. l. ad subeunda. Item si alibi domicilium, & alibi prædium, & indicatur personæ pro rebus in loco domicilij: an alibi etiam res posita æstimabitur? Respon. non, quia sic iam pro ea duobus locis solueretur, & esset altera in tributo, & altera patrimonialis præstatio: vt. ff. de cen. l. forma. §. si vero. quod esse non debet. & fa. supra de mũ. pa. l. patrimoniorum.

f *DE LEGATIONIBVS.*

Legati quis dicatur. *Dixit de muneribus in genere, nunc in specie de hoc quod est personale munus: vt. ff. de mu. & ho. l. i. §. i. & l. fin. §. legati. & dicitur legatus, qui à ciuitate vel prouincia mittitur ad principem, vel ad alium: vt hoc ti. aliàs legatus procon. vt. ff. de offi. procon. l. obseruare. §. 1. &*

A *l. fin. aliàs legatus ecclesiæ ad papam: vt in authen. de san. epi. §. si vero episcopus. col. ix. aliàs qui mittitur à principe, vel papa, de quo est ff. de of. ass. l. diem functo. Priuatorum licet nobilium dicuntur nuncii, vel missi ad causam desiniendam. Dicitur delegatus etiam à principe missus: vt supra de iud. l. à iudice. & no. quòd debitor reipu. ea fungi non potest, aut is qui non habet ius postulandi, vt infames. licet debitor fisci nõ prohibeatur. Item vicarios dare non possunt, nisi filios, & quando absentis est iniuncta, quam gratuito suscipit. item libellum principi dare non potest, nisi de his quæ ad iniuriam, vel eius pertinent damnum, vel pupillæ suæ. Item ordinatim eligitur, nisi necessitas sit: vt. ff. e. l. iij. & l. si absenti. & l. legatus. & l. Paul⁹. item non amplius quàm semel, nisi sit necessitas: vt. ff. de mu. & ho. l. æstimationem.*

g *Pater trium.* in aliis quinque exigunter: vt supra de his qui nu. li. l. nepotes. & est ratio, quia peregrè vadit, & eos deserit, & est alia excusatio à legatione, vt infra. l. iij. & alia atque alia: vt. ff. e. l. sciendum. §. si accusatio. & §. ordine. & aliæ de quibus dictum est supra de excu. mu.

† *onerum.*

h *CVm vos.* id est tu & collega.

i *Proprio.* id est separatim.

k *Sumptus.* vel sumptus tantum, vel salarium, de quo fit sumptus.

l *Defensionem.* syndicus ergo erat, vel erãt: vt. ff. de mu. & ho. l. fi. §. defensores. vel defendebant non strepi-

B

C

D

m *Oportet.* sed quando hoc? Respon. si deseruit, & sponte: vt hic, quo casu etiam extraor. punitur: vt. ff. e. l. j. si autem vrgente necessitate, tunc non reddit: vt. ff. c. l. legatus antequam. §. j. & hoc innuit. & idem de comitibus eorum: vt. ff. de of. as. l. diem. si autẽ est dubium, ipse debet probare necessitatem: vt. ff. e. l. ij. §. j. & secundum hoc non sunt contra. ff. de va. co. l. j. §. diuus. & supra de aduoc. di. iu. l. post duos. Accursius.

n *Ea quantitas.* quam repetis ab hæredibus collegæ.

o *Postulatis.* vtili pro socio, vel act. in factum, quibus debet solui, cum per eos hæredes non stet: vel quia iam præstiterunt aduocatis: vt. ff. loca. l. qui operas. §. diuus. & infra sump. iniun. mu. l. j. Vel hic simoniace: vt infra de mu. l. ij. ibi non.

p *Potestis.* & punietur extraor. vt dixi: nec nocet sociis alterius cessatio: vt. ff. e. l. ij. §. cessatio.

q *TRansmarina. Ciuilium.* sine legatione, aliàs sine alio personali munere: vt. ff. de va. mu. l. legato. &. ff. eodem. l. Paulus. §. j.

r *De proximo.* secundum hoc intelliguntur supra de ho. non cõ. l. ij. &. ff. e. l. Paulus. §. j. in prin. &. l. filius. Item hoc quando suo nomine, non pro alio: vt. ff. e. l. si filius. &. l. vicarius. quia in casibus tantum permittitur per alium, vt ibi notaui.

f *VNiuersi. Ex comitibus.* id est vniuersi comites præsidum vel proconsulum. & ipsi etiam præsides, qui habẽt dignitats, scilicet prædictas, teneãtur &c. sed certè imò & his similes excusantur à personalibus: vt. j. de exc. mu. l. eos. &. ff. de va. mu. l. legato. §. comites. quę sunt cõtra. So. hic pceperũt suffragio. i. auxilio, & ita p ipetrationẽ. ibi ex mera liberalitate: quia meruerũt. ar. ff. quod quisq; iu. l. iij. i prĩ. vel hic pceperũt suffragio. i. pmissiõe. l.

BIU Cujas

hoc pacto, quòd nihilo minus cum opus fuerit suscipient munera, & præstabunt auxilium: & sic pactum seruandum: vt ar. ff. de iu. immu. l. ij. Vel dic suffragio, id est propter suffragium, scilicet salarium quod habituri erant ibi gratis. & secundum hoc habeas in litera, suffragio dignitates. alij habent, suffragia dignitatum, id est salaria: & tunc locũ habet vltima sol. vel dicas omnia plane: hic finitus erat præsidatus: ibi non. & sic bene sequitur exceptio legati.

a *Publica.* quæ sunt in muneribus subeundis.

b *Pactione.* quia pepigerunt, & non subeunt. & sic facit pro secunda so. secundum alios dicas non vmbratili: quia dicit tacitè intellectum ex quo habet dignitatem, quòd non teneantur ad munera alia: quod non est verũ nisi secundum quod dictum est.

†Co.Th.12. 12.12.

c *Versati sunt.* hi enim si primo præsides, & postea legati fuerunt, biennio vacant à muneribus personalibus, & oneribus: vt supra. l. proxi. non quia præsides sunt, sed quia legati fuerunt, licet præsidatum ad sui petitionẽ habuerint. vel licet pacto, vel licet pro salario, vel licet perceperint salaria ante pro honoribus vel munerib⁹ à quibus modo vacãt, sed forte reddunt pro tempore quo euitant: vt no. supra. l. ij. vel melius dic de legato: quia licet superiores dignitates non excusent, vt dictum est: legatio tamen sola excusat. & semper dic intra tempora: vt. ff. l. pxi.

d *Si quod. Postulatur.* à præside, vel à prouincialibus. & dic de aliquo quod pertineat ad publicam vtilitatem prouinciæ. si autem de causa quæ sit inter priuatos: tunc habet locum. ff. de rela.

†Co.Th.12. 12.15.

e *Nostræ sedi.* pro eodem.

f *Omnes.* prouinciales adsidentes præsidi. vel dic qui sunt adsidentes præfecto, vt statim dices.

g *Ordinarij.* id est præsidis prædicti, qui consulit. & subaudi, vt definiat per se. ad quod supra de rela. l. j. Vel dic, id est præfecti. & tunc subaudi tantum, quia quandoque ad nos remittet, vt subiicit. vel dic ordinarij, qui vice principis in palatio, vel vice præfecti ordinarij cognoscebat.

h *Quibus.* scilicet de iderijs.

i *Fortuitis.* scilicet superuenientibus. Accursius.

k *Vobis.* loquitur præfecto prætorio Illyrici. q.d. non aliter definiendum nisi principi quandoque, vt subiicit.

l *Implẽda.* q.d. si p te potes expedire, facias, vel ad nos remittas.

m *Prouincialium.* vel dic de eligendo legato.

n *Sententia* prouincialium assidentium præsidi, & in quo conueniunt ad principem consulendum.

o *Partis.* ad hoc supra de dec. l. nominationum. & infra. e. l. proxi. & ff. de tu. & cu. l. vbi. & de decu. ab or. fa. l. ij. & quod cu. vni. l. nulli. & ad munic. l. quod maior.

ribúsque teneantur adstricti, ne cõmoda publica [a] cum vmbratili suffragiorum pactione [b] lacerentur. eos tamen à prædictis oneribus excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt. [c]

In his que publicam vtilitatem respiciunt, non valet reformatio facta à prouincialibus etiam consentiente præsule: nisi per præfectum vel principem fuerit approbata. Bart.

v. Imppp. THEODOSIVS, ARCAD. & HONOR. AAA. Apodemio. P. P. per Illyricum. †

SI quod extraordinariũ consilium postulatur, [d] cum vel ad nos est mittenda legatio, vel nostræ sedi [e] aliquid intimandum: id quod inter omnes [f] cõmuni consilio tractatúque cõuenerit, minime in examen cognitoris ordinarij [g] referatur. Prouincialium enim desideria, quibus [h] necessaria sæpe fortuitis [i] casibus remedia deposcuntur, vobis [k] agnoscere atque explorare permittimus: vt sint examinis tui, quæ ex his auxilio tuo protinus implenda [l] sint, & quæ clementiæ nostræ auribus intimanda videantur. In loco autem publico de cõmuni vtilitate prouincialium [m] sententia [n] proferatur: atque id quod maioris partis [o] probauerit adsensus, solennis firmet auctoritas. Dat. V. Kal. Augu. Cõstantinopo. Arcad. A. II. & Rufino Coss.

Non debet mitti legatio ad principem, nisi de voluntate consilii, & auctoritate superioris. Bartolus.

VI. Impp. HONORIVS & THEO. AA. Monaxio. P P. †

p *Quotiens. Destinatur.* ad nos.

q *Præcipimus.* scilicet conuenire, quod est infra, si non ægri &c. & no. arg. in electionibus. ad quod in auth. de hære. & Fal. §. si vero absunt. col. j.

r *Firmata.* super quo volunt consulere.

QVotiẽs ab Alexãdrina ciuitate legatio destinatur, [p] vniuersos curiales præcipim⁹ [q], qui intra vrbem cõsistunt, si nõ ægritudine, vel alia excusabili necessitate impediũtur, in locũ curiæ conuenire, & decreta sua, ppria subscriptione firmata, [r] viro spectabili præfecto Augustali [f] insinuare, vt eius relatione comitati, tuis [t] virtutibus suas petitiones intiment: & sub examine tuo perpẽsa legatione res ordinetur. [u] Dat. III. Non. Octob. Constãtinopo. DN. Theod. A. VII. & Palladio. V. C. Coss.

TITVLVS LXIIII.

DE EXCVSATIONIbus artificum. [x]

Hic expressi habent immunitatem à personalibus muneribus tam discipuli, quàm magistri. Bartolus.

I. Impe. CONSTANTI. A. ad Maximum. †

ARtifices artium breui subdito [y] comprehẽsarum, per singulas ciuitates morãtes, ab vniuersis muneribus [z] vacare præcipimus: siquidem in discendis [a] artibus otium sit accommodandum: †quo magis cupiant & ipsi peritiores fieri, [b] & suos filios [c] erudire. Dat. IIII. Non. Augu. Feliciano & Titiano Coss.

Et notitia est ista. [d]

Architecti, [e] †medici, [f] pictores, statuarij, marmorarij, lecticarij, [g] seu arcarij, [h] clauicarij, quadrigarij, [i] vel quadratarij, [k] quos Græco vocabulo πυργάδας appellãt, [l] structores. i. ędificatores, [m] sculptores ligni, [n] de iure immu. l. fin. ratio quare excusantur, est, vt necessariam operam publicis vtilitatibus exhibeant: vt. ff. de iure immu. l. pe. §. pe.

t *Tuis.* loquitur præfec. præto. maxime. & no. quòd per multas manus vadit.

u *Ordinetur.* quod vel per te expediatur, vel ad nos remittas: vt supra. l. proxi.

x *DE EXCVSationibus artificum.*

Differt à titu. supra de profess. & me. quia ibi de liberalibus artificibus, hic de his qui tantum operatione manuum excusantur docentes, non discẽtes: vt no. infra. e. l. i. & scripti in breuibus cuiusque ciuitatis, non autem omnes: vt infra. l. j. in prine.

y *Artifices. Subdito.* vt. j. §. & est no. &c. & habeas hic, comprehensarum. aliàs cõprehensi. & dic tunc quòd tantum illi qui sunt intra numerũ scripti in breuib⁹. ad quod ff. de decre. ab or. facien. l. j.

†Co.Th. 4.2.

z *Muneribus.* personalibus.

a *In discendis.* id est in docendis. vel propriè, & tunc per cõsequens & in docendis.

b *Fieri.* discere si quęris, docea: sic ipse doceris. nam studio tali tibi proficis, atque sodali: vt. ff. de leg. iij. l. legatis. §. ornatricibus. & sic no. quòd de docentibus tantum dicit: vt infra. l. proxi. in fin. & ff. de iu. immu. l. pen. §. pe. & ar. supra de profes. & medi. l. medicos.

Discere. docere. † *Facit. hunc tex. nũquam. const. d.* † *Publicæ. voces hic. oẽs exercẽpe. hic. Archi. Pyctæ.*

c *Filios.* id est discipulos: vel propriè.

d *Ista.* scilicet eorum qui habent excusationem. sunt & alij: vt. ff.

e *Architecti.* ab archos princeps, & tectum, quasi maiores magistri tectorum, vt in authen. de non ali. §. quod autem.

f *Medici.* animalium: & sic impropriè sine literis, vt dixi in ru. vnde P. dixit hic, scilicet mulorum appellatione comprehendẽs omnia animalia.

g *Lecticarii.* qui faciunt breues lectos: de quibus dicitur. ff. de lo. j. l. si ex toto. §. j. & de le. iij. l. legatis. §. j.

h *Arcarii.* qui faciunt machinas instar lacus, vel torcularis. aliàs arcarij.

i *Quadrigarii.* qui faciunt quadrigas.

k *Quadratarii.* qui faciunt quadratos lapides, vt fuerunt sancti iiij. coronati.

l *Appellant.* scilicet homines.

m *Ædificatores.* murorum: vt differat ab architectis. Accur.

n *Ligni.* id est incisores ex quibus postea statuæ vel aliæ operationes fiunt.

Musearii.

BIU Cujas

a *Musearii.* id est qui faciunt illud opus quod dicitur mūseum: & sic inferiores qui in aureo vel albo.

b *Argentarii.* de quibus habes.ſ.de eden.l.prętor.vel qui pingit in argenteo colore, vt conueniant prædictis.

c *Barbaricarii.* qui faciūt recepta quæ aliàs dicūtur barbacana.

d *Diatretarii.* qui faciunt calices diatretos, id est de vitro: de quibus habes .ff. ad le. Aquil.l.ſi seruus seruum. §.ſi calicē. eo forte sic dictos, quia de facili terantur, id est atterantur siue rumpantur. P.

e *Fusores.* vt qui cāpanas faciunt vel similia, aliquādo æs. Vel dic q̄ sunt duo ærarij qui operantur in ære. vel fusores qui facunt fusos in quibus nent fœminæ.

† *vitrarii enim significat bracteā atque folliū. Contius.*

f *Signarii.* qui faciunt sigilla.

g *Bracharii.* à longis brachis Theutonicorū vel Torcularium. Acc.

† *recte sic: non vt antea, Matthematicos. nā hi reiiciebātur. Contius.*

h *Libratores.* à libra, id est ponderatores.

i *Figuli.* qui faciunt vasa ex terra in figuris: vt.ff.de ſer.vr.p̄.l.vlti.

k *Aurifices.* qui faciūt vasa aurea vel annulos, vel similia.

l *Vitriarii.* qui artificioſē de ferro vel de materia trahūt vitrum vel fundunt.

m *Plumbarii.* qui trahunt plumbum.

n *Sculptores.* id est sciſſores, scilicet lapidū, vt differat à superiori. alij dicunt quòd vitio scriptoris hoc superfluit.

o *Dealbatores.* armorum, vbi debent fieri subtiliſsimę picturæ de quocunque colore.

p *Trigarii.* qui faciūt vehicula ex tribus rotis: aliàs est, tignarij.

q *Bractearii.* id est qui faciūt quędā rotūda & volubilia ī frēno circa caput equi: & hi dicunt pētalargę, à pēta qđ est quinq;, & largę. i. latę: quasi quiquelatę, & volubiles rotulæ: quia tantum quinq; debēr esse, vt dicunt frenarij. & sic ipsis opificibus & ipsis rotulis conuenit nomen pentalargę.

musearij, [a] deauratores, albini quos Greci κονιάτας appellant, argentarij, [b] barbaricarij, [c] diatretarij, [d] ærarij, fusores, [e] signarij, [f] fabricarij, bracharij, [g] particarij, atq; libratores, [h] figuli, [i] qui Græcè dicuntur κεραμεῖς, aurifices, [k] vitriarij, [l] plūbarij, [m] specularij, eborarij, pelliones, fullones, carpentarij, sculptores, [n] dealbatores, [o] cusores, trigarij, [p] ciſiarij, bractearij, [q] id est τετραλουργοί.†

II. Impp. CONSTANTIN. & CONSTANS. AA. ad Leontium præfec.prætо.

MEchanicos, [r] † geometras [ſ] & architectos, [t] qui diuiſiones [u] partium omnium, incisiones q; [x] seruant, mensuríſque & institutis [y] opera fabricationibus stringunt, & eos qui aquarum ductus, & inuentos modos docili libratione ostendūt, in par [z] studium docendi atque discēdi, nostro sermone compellimus. Itaque immunitatib⁹ gaudeant, [a] & suſcipiant [b] docendos, qui docere sufficiunt. Dat.Prid.Non.Iul. Leontio & Sallustio Coss.

TITVLVS LXV.

DE POTIORIBVS AD munera nominandis. [c]

Iuſta est causa appellandi ſi alius prior debet nominari. Bartolus.

I. Imp. ANTONINVS A.

SI ipse vocatus [d] ad munera ciuilia, potiorē alium nominandum putaueris, age causam [e] tuam.

TITVLVS LXVI.

SI PROPTER INIMICITIAS creatio facta sit.

Creatio facta de aliquo propter inimicitias, facit aliquem, ſi vult, posse appellare. Bart.

I. Imp. ALEXANDER. A.

SI propter inimicitias [f] ad munera ciuilia [g] creatus es: hāc tibi nominationē non nocere, [h] præſidis æquitas faciet: cū & publicę vtilitatis interſit, non ex inimicitia creatiōes fieri debere, sed æſtimatione vera, & commodo reipublicæ.

TITVLVS LXVII.

DE SVMPTVVM RECUPERATIONE.

Electus qui habet excusationem, recuperat sumptus quos fecit in lite, ab eo qui eum nominauit. Bartolus.

I. Imp. GORDIANVS. A.

MVneribus ciuilib⁹ non fungeris quæ personis mandantur, ſi quinque [i] filios incolumes habeas. at ſi contra id priuilegiū, ad munus, fatigandi tui causa, quidam tē deuocauerint, tuque appellatione interpoſita [k] securitatem reportaueris: à nominatoribus sumptus quos in litem feceris, recuperabis. [l]

TITVLVS LXVIII.

SI POST CREATIONEM [m] quis decesserit.

Onus subeundi munera non transit ad hæredes mortuo patre. Bartol.

I. Imp. GORDIANVS. A.*

SI ante diē subeundi [n] honoris atque muneris pater tu⁹ defunctus est: conueniri eo nomine hæredes eius non oportere [o] præses prouinciæ minimè ambiget.

TITVLVS LXIX.

DE* TABVLARIIS, [p] vt in authen. de iudi. §. oportet. colla. vj.

In oneribus ordo seruandus est.

m *SI POST CREATIONEM QVIS &c.* *Aliàs ſi post creationem: aliàs ſi ante. & tunc subaudi, ſcilicet honorem ſuſceptum: vt in tex. ſi post creationem &c.*

n *SI ante. Subeundi.* à se patre electo. ſi autem dicas à te filio, tunc distingue vt.ſ. de peri.ſu c.pa.l.j.

o *Non oportere.* nisi dies per ap.ipſius dilata fuerit: & tunc appendente decesserit: quia tunc distinguitur honor, vt non teneatur hęres prosequi: vt.ſ.ſi pen.ap.l.ſi ad decurionatū. [a] an à mune re: & tunc ſi propter periculū medij tēporis: vt in contrariis.ſ. de excu.tu.l.quanquam.&.ff.ſi tu.vel cu.l.j.&.ij.& ſi pen.app. l.j. in fine. vel forte idem in honore etiam ſi reip. interſit.

p *DE TABVLARIIS, SCRIBIS &c.* *Qui scribunt prædictos nominatos ad munera & honores, & tributa ſoluta, & sunt tabularii qui faciendis publicis instrumentis publicē præsunt in singulis ciuitatibus. hi quoque nominantur librarii: vt hic, & .ff. de re. iuris. l. ſi librarius. & tabelliones: vt in authent. de tabel. colla.iiij. & catholiciani. & sic potest accipi supra de bo. proscrip.l. ſi*

In oneribus ordo seruandus est.

f *SI propter inimicitias.* ab inimico, & causa, inimicitiæ.

g *Ciuilia.* ſ. personalia.

h *Non nocere.* appellare: vt.j.ti.j.l.j. non ipſo iure. sic in arbitro: vt.ff.de arbi. l.non distinguemus.§. cū quidam. & in tutore: vt institu.de excu.tu.§. item propter. & in ordine iudicij: vt.ff.de li. cau.l.ſi pariter. & in procuratore: vt.ff. de procu. l. vel exilio. & facit.ſ. de decre.decu.l.finali.

DE SVMPTVVM recuperatione.

i *MVneribus. Quinque.* dic vt.ſ. qui nu.libe.l.iij.

k *Interpoſita.* quod facere debes: vt.C.de ap. l.ciues.

l *Recuperabis.* per officium iudicis: vt hic, & ff.de vac.mu.l.j.§. sed ſi per calumniam. &.ſ. de dec.l.ij.& arg.ff.de excu. tu.l. seueriter. &.ſ. de epiſ.& cler. l.omnes qui.in fi.&.ff. de iudi.l. eum qui. & semper dic probari eorū quantitatem sacramento repetentis: vt. C.de iu.l.p̄perandum.§. finautem. &.l.sancimus. facta taxatione prius à iudice:

* *al. De tabularis holographis, ſ. scribis cēſualibus. C.Theo.lib. 8.tit.i.*

* *al. Debitor, ſi pater.*

†*De materia mutationis et minutionis monetarũ vide bonum textum per cano. in. c. cum olim. extra de cens.*

f *Vniuersos. Commoneat.* postulare, quod est infra vnifor. &c. Accursius.

**al. obrizia sorum.*

g *Obryzatorum.* id est nummorum aureorum de optimo auro: quod sic dicitur, vt supra de vesti. olo. in rubr. no. ac si dicat, tantum valeat vnus aureus quantum alius: & tantidem vendantur.

h *Contempserit.* vendendo plus vnũ quàm alium.

i *Æternales.* i. principis, cuius est ibi imago: vt supra. l. j. & dicitur æternalis, quia ĩperium semper durat: vt in authent. quomodo opor. epi. §. fi. scilicet vno existente pro alio: sic supra de fab. l. ij. & sic non est contra ff. de ser. vr. præ. l. cum.

Imperiũ est æternum.

k *Violare.* radẽdo forte: vt. ff. de fal. mo. l. qui nũmos. & est pœna ignis in hac aurea principis: & in alia capitis, id est deportationis: vt supra de fal. mo. l. ij. & in. §. auctore.

†*vide Alciatum hic. nã sunt qui vocẽ, cucumis, subsũtiunt. ille, gutturnis, mallet.*

NVLLI LICERE in frenis & equestribus &c.

l Eque. *Ab equo dictis.*

m Et in baltheis. *id est cingulis. vel genus vestis. sed hic videtur poni pro cingulo equi, vel pectorali, quæ quasi cingũt.*

n Palatinis. *vt infra §. nulli.*

o *Nulli. Hyacinthos.* qui sunt precio siores aliis, vt hic probatur.

p *Decucurniis.* cucurnia dicit morsum freni. sed R. dicit id quod equis imponitur vt nõ scipi ab ementib⁹ & distrahentibus iubemus, vt nihil omnino refragationis[a] oriatur, modò vt debiti ponderis sint, & speciei[b] probæ: scituris vniuersis, qui aliter fecerint, haud leuiter[c] in se vindicandum.[d]

Minuta æstimatione floreni, minuitur æstimatio rerum quæ venduntur ad florenum. Bartolus.

II. Iidem AA. ad Iulianum P.P.

PRo imminutione† quæ in æstimatione solidi forte[e] tractatur, omniũ quoq; precia specierum decrescere oportet.

Omnes aurei debent capi æquali æstimatione: & contrà faciens grauissime punitur. Bartolus.

III. Imppp. GRATIANVS VALENTINIANVS & THEODOSIVS AAA.

VNiuersos auctoritas tua propositio edicto cõmoneat[f] obryzatorum[g] *omnium solidorum vniforme precium postulare: capitali scilicet supplicio puniendo, qui vel iussa nostræ maiestatis auaritiæ cæcitate contempserit,[h] vel æternales[i] vultus, dum fraudibus studet, duxerit violare.[k]

TITVLVS XI.

NVLLI LICERE IN frenis & equestribus[l] sellis, & in baltheis[m] margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis.[n]

I. Imp. LEO A. Leontico.

NVlli prorsus liceat in frenis & equestribus sellis, vel in baltheis suis margaritas & smaragdos & hyacithos[o] aptare posthac, vel inserere. aliis autem gemmis frena & equestres sellas & baltheos suos priuatos exornare permittimus: de cucurniis[p] †vero omnem prorsus qualiumcumque gemmarum habitum præcipimus submoueri. fibulis[q] quoque in chlamydibus his vtantur, quæ solo auro & arte precioſæ sunt.[r] Siquis autem contra interdictũ pietatis meæ fecerit: sciat se continuo quinquaginta libris auri esse multandum. Nulli[s] præterea priuatorum liceat (exceptis scilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebrium[t] quàm virilium annulorum habitu) aliquid ex auro & gemmis, quod ad cultum & ornamentum imperatorium pertinet, facere: neq; illud sub hoc colore & prætextu præparare, quòd velit clemẽtiæ principali velut aliquod munus offerre. pietas enim mea huiusmodi dona non expetit, neque regium sibi offerri à priuatis cultum requirit.[u] ¶ Sane si quis posthac aliquid contra vetitum huiusmodi sanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta quæ vsibus regiis deputata sunt, auro gemmisq; decorata, ausus fuerit præparare: centum librarum auri condemnatione sciat se esse feriendum: capitali quoque subdendum esse supplicio. Ornamenta[x] enim regia intra aulam meam fieri à palatinis artificibus debent: non passim in priuatis domibus vel officinis parari. Vnde summa seueritate sancimus, vt quod in cultu ornatúq; nostro sacrũ & adoptabile est, id facere temeritas priuata non audeat. Si quis sane contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam superius multam ab his per officia palatinorum exigi, & sacris largitionibus nostris iubemus inferri.

TITVLVS XII.

DE CLASSICIS.

I. Impp. VALENTINVS & VALENS AA. Auxonio P.P.†

CLassem Seleucenam[y] aliásq; vniuersas[z] ad officiũ quod magnitudini tuæ obsequitur,[a] volumus pertinere: vt classicorum numerus ex incensitis,[b] vel accrescentibus[c] compleatur: & Seleucena[d] ad auxilium purgandi[e] Orientis, aliásque necessitates comiti Orientis deputetur.[f] Dat. Indictione. XII.

TITVLVS XIII.

DE DECVRIALIBVS vrbis Romæ.

I. Imppp. VALENTINIANVS THEODOSIVS & ARCADIVS AAA. ad Trifoliũ P.P.†

SI quis decurialẽ[g] de auferendis priuilegiis putauerit lite pulsandum,[h] intelligat se curiæ interpellare debere iudicem.[i] Dat. XIIII. Kalendas Febr. Med. Timasio & Promoto Coss.

II. Imppp. ARCADIVS HONORIVS & THEODOS. AAA. Exuperantio, Iulio, & cæteris decurialibus.

incurrentur.

q *Fibulis.* id est chlamydibus. chlamys militũ: purpura regũ: stola sacerdotũ: toga aduocatorũ: habit⁹ rusticorum: cuculla monachorũ appellat: vt hic, & ſ. de vesti. olo. & j. qui mili. nõ pos. l. fin. *Vestiũ diuersa genera.*

r *Precioſæ sunt.* q. d. sine omni gemma.

s *Nulli.* Hic de secũda parte rubr. vsq; ad fi.

t *Muliebrium.* repete, exceptis. sic ergo ĩ annulis licet ponere gẽmas mari & fœminæ. sed mari nõ aliàs. & facit. ſ. de vesti. olo. l. iij.

u *Requirit.* Not. sic. ſ. de auro coro. l. j.

x *Ornamẽta.* Not. sic. ſ. de vesti. olo. l. pe.

DE CLASSICIS.

y *Classem. Seleucenã.* à Seleucia ciuitate Oriẽtis sic nominata Seleucena. & dic, id est nauigiũ ad bellandum aptum.

z *Vniuersas.* classes seu naues. Accursius.

a *Obsequitur.* prẽfecto prætorio Orientis loquitur.

b *Ex incensitis.* id est ex his qui cẽsentur, seu volũt deputare se huic ministerio. sic res dicit in nulli⁹ bonis cẽsura.

c *Accrescentibus.* id est qui superabundant in aliis nauibus.

†*Cod. The. e. ti. l. i.*

d *Et Seleucena.* classis, seu nauigium.

e *Purgãdi.* malis hominibus, vel prædonibus: vt ar. ff. de off. prẽsi. l. congruit. Accur.

f *Deputetur.* à præfecto prædicto, qui deputatur comiti.

DE DECVRI. vrbis Romæ.

Decuriones à muneribus excusantur: vt. ſ. de suscep. l. pen. & maximè vrbis Romæ decuriones. & differt à titu. de decur. quia hic in specie.

g *Si quis decurialem.* aliàs curialem.

h *Pulsandũ.* i. accusat eũ de aliquo per qđ à curia est remouendus: vt. ff. de fal. l. falsi. §. ordine. Item de quacũq; lite: nisi forsan cõtractus vel delictũ aliud exigat. Accursius.

†*Cod. The. li. 14. ti. 1. l. 3. §. si quis.*

i *Iudicem.* qui præest curiæ decurionũ illorum. ad quod. ſ. de iur. om. iu. l. fi. & dicas hos alios, quàm senatores: quia illi cõueniuntur sub certis iudicibus: vt ſ. vbi se. l. senatores. Ar. contra. ſ. de dec. l. omnes

BIU Cujas

l.omnes iudices.

a *Leges. Atterere.* id est atterendo infligere. P. ad quod supra de dec. l. omnes. & de pœ. l. decurionum. & ff. de decu. l. fi. nisi in casu: vt supra de decu. l. quilibet.

b *Seruari.* in tormentis & pœnis & similibus euitandis. Et no. duo in decurionibus, scilicet decuriones nō torquendos: & antiqua priuilegia seruari.

Decuriones torqueri nō debent.

DE PRIVILEgiis corporat. &c.

c *NVlli. Vrbis.* qui aliunde venientes, ibi domicilium cōstituerunt: vt supra de inco. l. ciues. &. ff. de sta. ho. l. in vrbe.

d *Corporatis.* corporatus dicitur, qui in corpore aliquo scribitur proprie: sicut quodlibet membrum hominis corporatum dicitur: & ciuis factus, vel incola: & sunt priuilegiati, vt plebeij à tributo capitis excusentur: vt infra de ca. ciui. cen. l. j. & fa. j. de Alexan. pri. l. j. Accursius.

**Hæc cōstitutio ex. 2. 3. & 4. cōstitut. cōsta. est, quæ extāt in codice Theodosiano lib. 4. titu. 2. quare ex eo loco pete ī. scriptiones & cōsules. cōmodè enī hic reponi nō poterāt, nisi hæc cōstitutio rursus dissoluta fuisset ī tres ellas constit.*

e *Valere.* etiā qui nūc de nouo sunt ciues per domicilium.

f *In peregrina.* scilicet loca. ad quod. ī. de dec. l. quidam ignauiæ.

g *Solennitas.* sic infra de pas. pub. l. j. & infra de agri. & cen. l. cum satis. in prin.

DE PISTOribus.

h *QVicūque ex mācipiis.* id est pistoribus facientibus panem palati. j. sic infra de fru. vrb. Con. l. j. hi subsunt comiti horreorū: vt hic dicit. & omni tempore de eis ius dicitur: vt supra de fer. l. publicas. & conueniuntur secundum P. sub comi. rerum priu. id est procur. Cæsaris: vt supra vbi cau. fi. l. si quis. &. l. dominicis.

i *Quolibet alio modo.* scilicet illicito. vel dic generaliter eos ad nullam dignitatem adspirare. & facit ad simoniacam istam electionem supra de epis. & cleri. l. si quemquam. & ad. l. Iul. repetun. l. fi. & in authenti. iusiur. quod præ. col. ij.

†*Cod. The.* 14. 4. 6.

k *DE SVARIIS. id est porcariis, qui custodiunt porcos ciuium in pascuis: vt infra. l. j.*

LEges decuriales tam à superiorib⁹ principib⁹, quàm à diuo parēte nostro cōditas, nostra auctoritate firmamus. Singulos itaq; iudices scire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus tentet notam atterere, [a] neq; ab his commodis quæ rationib⁹ approbantur, audeat separare. huic enī collegio volum⁹ antiquā priuilegiorū prærogatiuā seruari. [b] Dat. VIII. Id. Iul. Romæ, Honorio. A. VI. & Aristæneto Coss.

TITVLVS XIIII.

DE PRIVILEGIIS CORporatorum vrbis Romæ.

Incolæ vrbis Romæ gaudent priuilegiis ciuium. Item ciues Romani vbicūque morantur, possunt ad ciuitatem retrahi. Barto.

1. Impp. HONORIVS & THEODOS. AA. ad Alypium P. V.

NVlli sit* liberū, nulli pmissum vt nouum aliqd vrbis [c] incolę ī vrbe sustineant: sed in honorem æternæ vrbis corporatis [d] indulta suffragia valere [e] præcipimus. Cura autem rectorum prouinciarū, corporati vrbis Romæ, qui in peregrina [f] transgressi sunt, redire cogantur: vt seruire possint functionib⁹ quas imposuit antiqua solennitas. [g] Dat. Prid. Id. Iul. Aquil. Tatiano & Symmacho Conss.

TITVLVS XV.

DE PISTORIBVS.

1. Imp. LEO. A. Viuiano.

QVicūq; ex mancipiis [h] comitis horreorū, dignitatē & officiū vel ambitione, vel gratia, vel pecunia, seu quolibet alio modo [i] posthac fuerit adsecutus: exutus dignitate, quam cōtra interdictū nostræ serenitatis adeptus est, multatus etiam vigīti libris auri, ad antiquum denuo cōsortiū collegiúmque reuocetur: omne etiam speciale beneficium, quocumq; modo contra hanc sanctionem fuerit impetratum, penitus conquiescat.

TITVLVS XVI.

DE SVARIIS, [k] ET susceptoribus [l] vini, & cæteris corporatis.

1. Imppp. VALENTINIANVS THEODOS. & ARCADIVS AAA. ad Albinum P. V. †

PORcinarij vrbis æternæ, cum perui-gilem labore populi Romani commodis exhibeant: [m] sordidis [n] semper muneribus liberentur. Dat. VIII. Kalē. Septēb. Romę Timasio & Promoto Coss.

Prætor vrbis est iudex porcariorum, siue ipsi agant, siue conueniantur. Bartolus.

II. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA.

QVicunque ex corporibus suariorum, siue excipiendæ necessitate litis adstrictus, siue inferendæ voluntate spontanea prouocatus, [o] iudiciū voluerit experiri: fori [p] vrbani auditoriū† præstoletur.

TITVLVS XVII.

DE COLLEGIATIS, [q] & chartopratis, & nummulariis.

Qui intrat vnum collegium, & munera ad quæ ordinatus est, non exercet: non effugit munera alterius collegii de quo exiuit: sed debet de nouo extrahi, & alius in locum eius subrogari, requisitis primatibus collegiorum. idem si decederet.

1. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. Cyro P. V.

QVi sub prætextu [r] decanorū seu collegiatorum, cū id mun⁹ nō impleāt, aliis se muneribus conātur subtrahere: eorū fraudibus credimus esse obuiandum: ne quis sub specie muneris, quod min⁹ exequīt, alterius muneris oneribus releuetur: ne argentariorum vel nummulariorum munera declinentur ab his qui dici tantummodo collegiati vel decani festinant. Ideoq; si quis eorum sub nudæ appellationis velamine collegiatū se vel decanū appellat: sciat pro se aliū subrogandū, qui prædicto muneri sufficiēs approbetur: subrogatione videlicet memoratorum, [s] vel eorum qui moriūtur, primatum [t] eius qui subrogatur, admissa iudicio.

Qui supra numerum admittūtur in collegio, non gaudent beneficio collegii. Bar.

QVòd autē [u] supra numerū qui [x] in cautis breuibus cōtinet, nemo se quolibet patrocinio, vel cuiuslibet adsumpta potētia debeat excusare, hoc nostræ est serenitatis cēsere, & tuę sublimitatis, tuíque officij cautius obseruare. Hoc inter omnes æqua lance seruari præcipimus: nullo diuinæ dom⁹ patrocinio, nulla sacrosanctarū ecclesiarū reuerentia, nullo qualibet vel cuiuslibet potentia se excusante. Sed ne tātū circa munera releuāda supplicib⁹ [y] cō suluisse noscamur: illud etiam dicēdū obseruādúmq; esse cēsemus, vt chartę vēditio, [z] quę de quinciis ad corporatos

1 Susceptoribus. *de his nihil in nigro. sic supra de condu. ve. l. fi. sed de his dicitur supra de suscep. l. modios.*

m *Porcinarii. Exhibeant.* Quintum animal datur bastagariis: vt supra de muri. l. quod ad præsens.

n *Sordidis.* quæ sunt supra de excu. mu. l. maximarū. & idem de custodib⁹ cæterorū porcorū, arg. supra ad leg. Fal. l. fi. Accursius.

o *QVicumque. Prouocat⁹.* actor prouocatur eo ꝙ sibi aliàs non satisfit: sic. ff. de separa. l. fi.

†*adiutorii.*

p *Fori.* i. præfecti vrbis. Et no. ꝙ reus sequīt forū actoris contra regulam. ī. de iurisdi. om. iudi. l. iuris ordo.

Reus quandoque fori actoris sequitur.

q *DE COLLEgiatis &c.*

Dixit specialiter de quibusdam collegiatis: nunc generaliter. & dicuntur à collegio, vt priuilegiati à priuilegio, & iidem dicūtur charteprataē: quia eorum nomina scribebātur in charta, vel matriculæ patriæ: quasi in patriæ charta descripti intra numerum, sed qui sunt supra numerū, non gaudent priuilegio: vt. j. §. quod autem. Vel dicūtur chartopatri, id est qui natura. gaudent in patria, secundum Græcos. dicitur enim Græcè charta apud Latinos patria. vel dic tertio: vt infra in fi. huius. l. Ac.

a *Charteprataē.* Alciat. li. j. parer. hac ꝙ sa distinxit & Papias hic, dicens publica.

r *QVi sub prætextu.* hanc habes de verbo ad verbum supra de sacrosan. ec. l. qui sub prætextu.

s *Memoratorū.* id est ī locum memoratorum.

t *Primatū.* ſ. ꝙ de nouo habebit primates qui eum eligāt. Py. vel dic eorū, à quib⁹ recedit. & ad hoc. ī. de aduo. di. iu. l. nemini.

u *Quòd autē.* hic accipe, nemo, qđ est. j. & lege suspēsiue vsque illuc, sed ne &c. Accur.

x *Qui.* ſ. numer⁹ cōtinet in breuib⁹ cautis. i. cautela scriptis facta examinatione eligēdorū. & facit. ī. de sacrosan. eccle. l. nō plures.

y *Supplicib⁹.* qui supplicant vt suum locū eis vendere liceat.

z *Venditio.* emptores

BIU Cujas

huius chartæ dicuntur chartopratæ: qui per chartæ emptionem à quopiam qui in charta vel in matricula est collegiatorum, vel consulum, acquirere volunt, vt illius loco subrogentur, id est vt alludant nomini, id est agant emendo chartam, id est locum cuique per chartam adsignatum, vt patrię fiant corporati: vt hic. Vel aliter vt not. in rub.

a *Supplicum.* i. subiectorum supplicantiũ.

b *Constitutionis.* aliàs dispositionis.

c *Constitutum est.* id est quæ onera primus & secundus agnoscat. ad quod supra de col. donatorum æratorũ. l. j. & supra de præ. & omnibus rebus na. l. ij.

d *DE STVDIIS liberalibus &c.*

†Innouationem.

†Co. The. t. tit. j.

In quibus duabus tantum legitimum sit studiũ, non aliàs nisi ex priuilegio: vt in proœ. digestorũ. §. hæc autem tria. hodie imperiũ est scissum, & studium multis locis sit, maxime Bononiæ, quæ legalis studii obtinet monarchiam.

e *VNiuersos qui. VSurpantes.* id est frequenter vtentes leges. & sic in bona parte: vt ff. de vsucap. l. fi. Acc.

f *Cellulisque.* id est qui volunt docere publice vel priuatim, abstineant ab ostentatione vulgari.

g *Ab ostentatione.* id est conuersatione cum laicis.

h *Sanctionis.* scilicet huius quæ &c.

i *Prohibemus.* scilicet se immiscere vulgari ostentationi.

k *Tentauerit.* vulgariter se ostentando.

l *Vrbe.* scilicet Roma veteri, vel noua: de quibus hic dicit.

m *Consueuerunt.* in cel lulis: vt supra proxi.

n *Prohibemus.* nisi vt subiicit. Item hoc in dictis duabus vrbibus. Accursius.

o *Numero.* qui numerus est vt infra hac. l. & iuxta capitolium regebant, vel intra capitolium &c. id est habẽt licentiam vt regant: & sic audiuntur in capitolio, scilicet ab his qui conueniunt in capitolio, vt à populo vel à senatoribus.

p *Priuilegiis.* quę sunt supra de profess. l. medicos. & l. fi.

q *Auditorium.* hoc expone vt supra.

r *In his.* scilicet ciuitatibus duabus. Et no. quia pmittit oratores etiã ad leges, nedũ ad alias quaslibet artes: cui⁹flos & tuba Romani eloquij fuit Tulli⁹.

Eloquii tuba Tullius.

s *Numero.* numerus etiam alius statuitur in maximis ciuitatib⁹:

corporatos supplicũ [a] per ſuocationẽ† trãslata est, primę cõsti tutionis [b] terminis cõcludatur: hoc est, quod ĩ initio dispositionis cõstitutũ est, [c] id in posterũ nulla addita nouatiõe seruetur.

TITVLVS XVIII.

DE STVDIIS LIBERAlibus [d] vrbis Romæ, & Constantinopolitanæ.

1. Impp. THEODOSIVS & VALENT. AA. [e] P. V. †

B VNiuersos qui vsurpantes [e] sibi nomina magistrorũ, in publicis magistrationibus cellulisque [f] collectos vndecumque discipulos circũferre consueuerunt, ab ostentatione [g] vulgari præcipimus amoueri: ita vt si quis eorum post emissos diuinę sanctionis [h] affatus, quæ prohibemus, [i] atque damnamus, iterum fortè tentauerit, [k] non solum eius quã meretur infamię notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsa vbi versatur illicitè vrbe [l] cognoscat. Illos verò qui intra plurimorum domos eadem exercere priuatim studia consueuerunt, [m] si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nulla huiusmodi interminatione prohibemus. [n] Sin autẽ ex eorum numero [o] fuerint, qui videntur intra Capitolij auditorium constituti: hi omnibus modis priuatarum ædium studia sibi interdicta esse cognoscant: scituri, quòd si aduersus cœlestia statuta faciẽtes deprehensi fuerint, nil penitus ex illis C priuilegiis [p] consequantur, quæ his qui in Capitolio tãtummodo docere præcepti sunt, merito deferuntur. Habeant igitur auditorium [q] specialiter nostrũ in his [r] primum, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores quidẽ tres numero, [s] grammatici verò decẽ. In his [t] etiam qui facũdia grauitatis pollere noscuntur, quinque numero sunt sophistæ, & grammatici æquè decẽ. [u] Et quoniã nõ his artibus tantũ adolescentiã gloriosam [x] optam⁹ instituimus: profundioris quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociam⁹ auctores. [y] Vnũ igitur adiũgi cæteris volumus, qui philosophię [z] arcana rimet: duos [a] quoq; qui iuris ac legum volũtates pãdant: ita vt vnicuiq; loca specialiter deputata adsignari faciat tua sublimitas: ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere, vel magistri: néve linguarũ cõfusio permixta, vel vocũ, aures quorũdã aut mentes à studio literarum auertat. [b] Dat. III. K. Mar. Cõstãtinop. Theodos. A. XI. & Valẽtiniano Coss.

TITVLVS XIX.

DE HONORATOrum vehiculis.

Antiquitus in signum dignitatis & honoris, in dignitate positi ibant in curribus, seu vehiculis. Bar.

1. Imppp. GRATIANVS VALENTINIAN. & THEODOSIVS. AAA. Nebridio. P. V. †

D OMnes honorati, seu ciuiliũ [c] seu militarium, vehiculis dignitatis suæ, id est carrucis, intra vrbẽ sacratissimi nominis semper vtantur. [d] Dat. III. Kal. Feb. Cõstãtinop. Honor. N. P. & Euodio Coss.

TITVLVS XX.

DE PRIVILEGIIS VRbis Constantinopolitanæ.

1. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS. AA.

VRbs Constantinopolitana non solũ iuris Italici, [e] † sed etiã ipsius Romæ veteris prærogatiua lætetur. [f]

TITVLVS XXI.

DE METROPOLIS Beryto.

In eadem prouincia possunt esse duæ matrices ciuitates. Bar.

1. Impp. THEODOSIVS & VALENTIN. AA.

PRopter multas iustasq; [h] causas metropolitano nomine ac dignitate ciuitatẽ Berytũ decernim⁹ exornandam, iam suis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro [i] nihil de iure suo

a *Vide hoc per Bar. & alios in l. 1. ff. solu. ma.*

†Co. The. li. 14. ti. 12. l. 1.

u *Decem.* vitiũ scriptoris, nã &. s. dixerat. sic. s. de excu. ar. l. ij.

x *Gloriosam.* Not. adolescentiam gloriosam. Item nota has artes in adolescentia addisci.

y *Auctores.* id est hos qui sequũtur, vnũ &c.

z *Qui philosophiæ.* per hos etiam medicos potes comprehendere.

a *Duos.* Not duos. s. intra numerũ. aliàs secus, vt in princip. l. Itẽ hoc in dictis duab⁹ ciuitatib⁹: vt in rubrica. Et not. quòd de diuina scientia nihil dicitur. Item facit. j. de profes. qui in vrb. Cõstan. l. j.

b *Auertat.* quod facile euenit in his qui male intenti quãdoq; castra edificãt: quãdoq; tegulas domus numerãt. & est hic argu. [a] q⁹ faber nõ potest malleare iuxta scholas. publica enĩ vtilitas quæ replet ciuitatẽ sapiẽtibus, præfertur: sic. ff. so. ma. l. j.

DE HONORAtorum vehiculis.

c *Omnes. Ciuiliũ.* dignitatũ, vel viro rum, & erant honorati quidã, qui habebãt priuilegia vt intrarent secretariũ principis & aliorũ iudicũ, & sedẽdi in salutationibus: vt. s. de offi. di. iu. l. ij. & iij. Vel ponitur p his qui habẽt dignitatẽ sine administratiõe: de quib⁹ dic vt ĩ auth. vt or. prę. quod in idem recidit.

d *Vtantur.* id est liceat eis vti, si volunt.

†quod inde xerant Valentinianus Valens & Gratia. l. 1. C. T. lib. 14. ti. 13. de iure Italico vrbis Constantinopolitanæ. Contius.

DE PRIVILEgiis vrbis Constantinop.

e *VRbs. Italici.* est ergo immunis à tributis: vt. ff. de cen. l. j.

f *Latet.* vt. s. de sacrosan. eccl. l. omniũ. ergo mater legũ: vt ĩ auth. vt ecc. Ro. ĩ prĩ. col. ij. Itẽ ei⁹ cõsuetudinẽ sequit: vt. s. de ve. iu. enu. l. j. §. fi. & insti. de satisd. §. fi. Itẽ mater fidei erit illi⁹ ciuitati eccleſia vt. s. de sac. san. ec. l. decernim⁹.

g *DE METROPOLI. Id est, metropolitana: & sic est apocopa.*

h *PRopter multas iustasque.* maxime, quia nutrix est legum: vt in proœ. digest. §. hęc aũt.

i *Tyro.* datiui casus. & est nomẽ ciuitatis. & erãt duæ ciuitates Tyrus & Beryt⁹ in prouincia Phœnicię: vt. s. qui ęta. l. j. quarũ vna erat antè metropolitana:

tana:nunc sit & alia:& dicit quòd nil derogatur patriæ.Et sic no. hic ar.quòd nil derogatur episcopo,si alter in eodem episcopatu eligatur episcopus.& idem in prælato.sed distingue,aut dignitas additur personæ:puta cum erat vnus episcopus in vna ciuitate, datur alius in eodem episcopatu(& idem in archiepiscopo potest dici)& fieri nó potest.

Episcopo nihil derogatur altero in eius episcopatu electo.

aut rei: & fieri potest, vt hic.nec enim erunt duo metropolitani,sed vnus,& sic duæ matres ecclesiæ:sed vnus prælatus, vt digami. Item & duæ prouinciæ vnú præsidem: sic supra tit. j.duæ sunt Romanę ecclesie, scilicet Roma vetus,& noua:& tantú vnus papa.sed hæc rei collata dignitas nó fit nisi ex causis: vt in pri. huius.l.sed & prouincia scinditur: & erunt duo præsides,nó vnus, sed duarum prouinciarum:sic & archiepiscopatus: vt.ff.de of.adsess. l.si eadé.sed in vna esse duos metropolitas & in solidum,non potest esse,vt dixi.ar.ff.cómo. l.si vt certo. §. si duobus.ecótra de duab⁹ vna fit: vt í auth.vt iu.sine quoquo suf.§.illud. &.§.hoc autem.col. ij.

†i. *Traiani: aquo id Paul⁹ Tyri⁹ primus ípetrauit auctore Suida. vide Alcia.li.4. parere. c. 15. Contius.*

†*Co.T.lib. 14.ti.15.l.2.*

derogetur:Sit illa [a] mater prouinciæ maiorum nostrorũ† beneficio: hæc [b] nostro:& vtraq; [c] dignitate [d] simili perfruatur.

TITVLVS XXII.

DE CANONE [e] FRVmentario vrbis Romæ. [f]

Nauta debet confiteri se recepisse species incorruptas: quod debet approbari aspectu officialium tempore quo dantur,& quo restituuntur. Bartolus.

1. Imppp. VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS AAA.ad Iulianũ. P. F. Annonæ.†

NAutici [g] apud prę sidum aut magistratuum acta [h] cõ fiteantur incorruptas species suscepisse, eorúmq; apud quos deponitur ista testatio,præsens aspectus [i] probet nihil in his esse vitij. quod eo tempore [k] quo ad sacræ vrbis portum peruenit, præfecturam iugiter obseruare perceptũ est. Dat.XVIII.K.Iul.Remis, Gratiano.A.I.& Dagalaifo Coss.

Annullat omnia priuilegia concedentia remissionem canonis. Bar.

II. Impp. ARCADIVS & HONORIVS.AA.ad Senatum.†

SI quid frumenti vel hordei* vrbicarij canonis remissione indultum est speciali beneficio:cõtra commodum publicum rescripta elicita [l] non valeant.D.XVII.Kal.Maij,Med. Cæsario & Attico Coss.

Nullus potest postulare canonis mutationem:& impetrata priuilegia,à iudice non admittantur:& impetrantes in duplũ puniantur:& iudices qui canones in proprios vsus conuertunt,puniuntur. Bar.

III. Iidem.AA.Messalæ. P. P.†

NEminem* patimur in mutando [m] canone vrbis Romæ, [n] nostræ clementiæ beneficium postulare, sed etiam ea rescripta quæ quoquo modo potuerint impetrari, [o] suscipi non sinimus.eos vero qui contra hæc fecerint,in duplum retinẽdos esse decernimus. vicarios, [p] quinetiam cæteros iudices (nisi deinceps ab vsurpatione vrbicarij canonis abstineant) deportationis pœna detineri:primates officiorũ capitali supplicio subiugari perpetua auctoritate sancimus. [q]

TITVLVS XXIII.

DE †FRVMENTO [r] VRbis Constantinopolitanæ.

Quod debet dari in pane,non debet solui in frumento. Item ex inordinata administratione crescit caristia. Bartolus.

1. Impp. HONOR. & THEODOSIVS.AA.Vrso. P. V.†

NVlli [s] ne diuinę quidem domui nostrę frumentũ de horreis publicis pro annona [t] †penit⁹ præbeatur:sed integer [u] canon mancipibus [x] cõsignetur,annona in pane cocto domib⁹ exhibẽda. ita enim debet canon ab inclytę memoriæ Cõstantino præstitus, necnon à diuo [y] pietatis meæ auo Theodosio auct⁹,expẽdi: quoniã crescit ĩopia,si frumẽta quæ pro annona tribuuntur, ad vsus alios deputata cognoscãtur.cogentur [z] enim de publico sibi emere, [a] quæ aliis vẽdere potuissent.Dat.X.Kalen.Augu.Constantinop.Theodoro.A.VII. & Palladio Coss.

Quantitas statuta ad emptionem frumẽti non potest minui,nec ad alios vsus conuerti:& quod de ea fit,debet in publicũ librũ scribi:& contra facientes, puniuntur in duplum,& lucrum sumit naturã sortis. Bar.

II. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIAN.AA. Leontio. P. V.

AVri statuta quantitas* ad coëmptionem frumentariam [b] perpetuo sit dedicata:nec liceat cuiquã post [c] administrationẽ vrbicariæ potestatis perceptã,aliquid ex eadem summa minuere,vel ad quoscũq; alios vsus cõuertere: [d] sed sub gestorũ testificatione certum fiat & quod mancipibus [e] mutui [f] nomine datũ est,& quod ab iisdẽ sit excepta omni concussione soluendũ.eũ autẽ qui hanc formã ausus fuerit inquinare: quãtitatẽ in qua suã calliditatẽ exercuerit,in duplũ redhibere iubemus:& quicquid ex prędicta ratione accreuerit,ad cumulum eiusdẽ auri quãtitatis & frumẽtarij tituli firmiter redũdare:legisq; huius tenorẽ æneis tabulis incidi. [g] Dat.V.Kalẽ.Decemb.

---

a *Illa*.scilicet Tyrus.

b *Hæc*.scilicet Berytus.

c *Et vtraque*. Tyrus & Berytus.

d *Dignitate*. metropolitana.

†*C.T.e.l.2.* **aliàs olei.*

c *DE CANONE frumẽtario vrbis Romæ.*

Certus canon in frumento singulis annis mittebatur Romam : quod pater, quia dicit canon. ad quod supra de sacrosan.eccles.l.placet.& appellatione frumenti,omnia quæ ad victum sunt necessaria, accipiuntur: vt supra de suscept. l. modios.& infra eod.l.ii.&

†*C.T.e.l.5.* **Hæc quoq; constitut. ex.5.&.6. cap.reiectis multis & trũcatis cõstitutionib⁹ coagmẽtata est.extat ĩ Co. Theo. li.14.ti.15.* *in publicis horreis Romæ ĩponebatur:vt. ŝ. de cõdi. in pub.horreis.l.i.&.ii.*

f Romæ.*vtriusque: vt supra tit.ii.& infra tit.i. in rubrica.*

g *Nautici*.Qui portant annonarias species:vt supra de naucul.l.j.

h *Acta*.in prouincia vnde accipiunt.

i *Aspectus*. subiiciẽdo oculis.ad quod.ŝ.fi. regun.l. si irruptione.

k *Quod eo tempore*. id est similis inspectio fiat à præfecto annonę cui hæc lex mittitur, & de quo hic loquitur : vel dic per præfectũ vrbis.

l *Si quid.Elicita*.à debitoribus:vt supra de anno.& tri.l.iij.nec compensari:sed tam cito solui:vt supra de compẽ.l.in ea. & l.si velut.&.ff.de admi.re.ad ciui.pti.l.ij.§.iij.&.iiij.& fa.supra de preci.impe.l.nec damnosa.& si cõtra ius vel vti.pub.l.fi. & supra de pisto.l.j.& infra.l.proxi.& in auth.vt nul.iu.§.& hoc. col.ix.

m *Neminem.In mutando*.de specie in speciẽ:vt supra de fabr. l.j.vel de persona in personam.

n *Romæ*.dic vt in rubrica.

o *Impetrari*.à quocumque debitore , vel alio : vt sit generalior quàm superior proxi.

p *Vicarios*.ab vsurpatione,quia sibi retinẽt quod Romam mittere,vel quod in horreis condere debent.& fac. supra de excu.mu.l.placet.ibi ciuiliter conueniuntur.

† *aliàs de canone & frumento.*

q *Sancimus*.nisi ab ea vsurpatione abstineãt. †*C.T.e.l.*

r *DE FRVmento vrbis &c.*

Cum qua prouidentia deferatur,dixit supra tit. proxi.nunc qualiter de latum expendatur. quod ciuiliter enim in vna vrbe dicitur, & in alia intellige:vt supra de pri. vr. Constan. quinimmo idẽ in horreis publicis aliarũ ciuitatũ:vt ŝ.de con.in pu.hor.l.ii. †*Vide.*

s *Nulli*.priuato.

t *Pro annona*. id est pro pane.

u *Integer*. id est non minutus per huiusmodi præbitionem.

x *Mancipibus*. scilicet pistoribus:vt supra de pisto.l j.qui panem coctum reddunt annonæ præbendum : vt hic,& infra.l. proxi. & prius vetus frumentũ, quàm nouum:nisi sit opus de nouo ĩmisceri veteri, quod venit ,ppter corruptionem veteris: vt supra de cond. in pu. horreis.l.j.

y *Necnon à diuo*. vbi nó habes , sed fa. infra de ero.mili.an.l.j.Item infra tit.j.l.fi.

**j.lib.o ri libra.a Theodo.*

z *Cogentur*. horreorum comites.

a *Emere*.subaudi frumenta,quæ &c. si bene scilicet distribuissent.

b *Avri. Frumentariam*. quod quando fit , dic vt supra vt in emp.spe.l.j.

c *Post*.aliàs post perceptam : aliàs postea percepta.

d *Conuertere*.sic. ff. de admi.re.l.ij.§.ij.&. iij. &.iiij.&.ŝ.ti.j. l. iij. & ŝ.de con.in pu.hor.l.fi. &.j.de col. fun.pa.l.fi.

e *Mancipibus*.i.pistorib⁹:vt.ŝ.l.proxi.& caue quod dicit, quia nó dicit q̃ mutuo det:sed datur frumẽtũ,& recipit panis, vel datur pecunia vt emat frumẽtũ: aliàs esset contra. ŝ. de his qui ex pu.ra.mu.pe.l.j.&.ij.& sic hic ad pu. vti. ibi ad priua.

f *Mutui*.aliàs mutuo.& tunc eodem modo expone. sic supra de præd. & om.re.naui.l.ij.§.domus.

g *Incidi*.i.sculpi vel ĩprimi.sic.ff.de ori.iu.l.ij.§.postea ne diutius.

BIU Cujas

tius.& repete hic,iubem°,quod est.ſ.sic ſ.l.Moyſi,ſ lapideis. Ac.

DE ANNONIS CIVILIBVS.

a *Annonas. Constantini.*ar.contra insufficientes docto. vt etiam scholares optimi facilius aduocentur.

b *Ex his.* annonis scholarū scilicet, si nihil meruerunt. vel dic quò sua schola vel vniuersitas hæc non reuocet.

†C.T.ſ.ſ.l.10. c *Sanguinis.* vel etiam non iure sanguinis, vt statim colligitur.

d *Cessum.* hic de iam perceptis.sic in vsuf.vt ff.de vsuf.l.defuncta.& fa.supra de inof.test. l. omnimoda.§.fin. & de co.Illyri.& infra de silen.l.fi.& de ero. mili. anno.l.in his.& qui mili.non posſ.l.v.§.fi. quæ faciunt vt mortuo militante aliquid ad hæredem defuncti transeat.Item argu. q̄ idem sit in præbenda clerici iam percepta.

Fructus ex beneficio percepti ad hæredes transeunt.

e *Entum. Tribuimus.* simile additamentum fit quādoque præbēdis. ad quod supra tit.j.l.j.& subaudiunt hic, per singulos annos.& sic quod supra est per singulos dies:iungitur superioribus.

f *Apicibus.*id est nostris literis missis &c.

g *Donationis.*quam faćimus per. l. istam augendo annonas.

h *Nostris.* militibus scilicet:vel dic omnibus, tempore scilicet necessitatis.

†perisſeuma (inquit Alcia.hic) dicitur, quòd abundantia supperit.

i *DE MENDICANTIBVS VALIDIS.*

Quia mendicantes reficiuntur publicis annonis,de quibus est dictum: & debet hoc fieri, scilicet de verè mendicantibus: non fictè:ideo de mendicantibus validis,id est robustis,quos ſpanaldos vel galiotas vulgus appellat: qui mendicare non debēt, ne miſeris vel verè debilibus panem auferant: vt hic,& in authē. de quæſt.

†in Codice Theodoſiano legitur, non inualidis, rectius. Contius. col.vi.&.v.q.v.c.nō omnis.&.lxxx.di.c.i.& gl. super Matth.iuſtius fecerit,ſi iniuſtè petentē correxeris,quàm ſi ei dederis.

k *VNctis. Quæstum.* qui publice panem quærunt.

l *Incerta.* quia ignoratur vtrū vere egeant, vel non.

†Co.T.14.18.1.

m *Inertibus.*sic se gerunt,quasi non habeāt artem,cum habeant: & ita fingūt se debiles, cū

Constantinop. Ariobindo & Aſpere Coss.

TITVLVS XXIIII.

DE ANNONIS ciuilibus.

Annonæ ciuiles non dantur pro titulis in dignitatibus,ſed pro meritis. Bartolus.

I. Imppp. THEODOSIVS, ARCADIVS & HONORIVS.AAA.Proculo.P.V.†

ANnonas publicas nō tam titulis dignitatum,quàm singulorum virorum meritis attributas diui Cōstantini a liberalitate, satis claruit.Ideoque nihil ex his b scholarum nomine vindicetur: sed pro vniuſcuiuſque merito,quæ sunt conceſſa ſeruentur:vt quicumque perceptarum annonarum emolumenta vel in hæredes ꝓprios iure ſanguinis c trāsfuderunt, vel in extraneos distractionis titulo trāscripſerūt: maneat quod gestum d est, vel hæreditatis merito, vel alienationis arbitrio.Dat. VII. Kalē. Iul.Constantinop.Arcadio.A. II.& Rufino Coss.

II. Imppp. THEODOS. ARCAD.& HONORIVS.AAA.

CEntum vigintiquinq; modios frumenti,præter solitum canonem,per singulos dies de præsenti ſexta indictione ex die kalen.Ianuarij nomine periſſeumatis† de horreis publicis huius almæ vrbis, insita nostræ pietatis liberalitate tribuimus, e datis ſacris apicibus f ad ſublimiſsimam quoque per Orientē præfecturam, quibus posſit & modum nostræ donationis g agnoſcere,& incunctanter prębere quæ iuſsimus:quā modiationem iugiter & in perpetuum ciuibus noſtris h debere conferri,valitura in æuum hac lege ſancimus.

TITVLVS XXV.

DE MENDICANTIbus validis.i†

Qui ſine neceſsitate mendicant, poſſunt inſpici:& qui eos inſpexerit, & prodiderit,& eſſe probauerit:dominium eorum cōſequitur,ſi ſunt ſerui: vel ius colonatus, ſi ſunt liberi:ſalua dominis actione ſerui corrupti.Bartolus.

I. Imppp. GRATIANVS, VALENTINIA.& THEODOS. AAA.ad Seuerum.P.V.†

CVnctis quos ī publicum quæſtum k incerta l mendicitas vocauerit, inſpectis,exploretur in ſingulis & integritas corporum, & robur annorum:atque inertibus m & abſque vlla debilitate miſerandis neceſsitas n inferatur, vt eorum quidem quos tenet conditio ſeruilis, proditor o ſtudioſus & diligens dominium cō ſequatur:eorum verò quos natalium ſola libertas perſequitur,colonatu perpetuo ſulciatur quiſquis huiuſmodi lenitudinem p prodiderit, ac probauerit:ſalua dominis ī eos actione, q qui vel latebram fortè fugitiuis,vel mendicitatis ſubeūdæ conſilium præſtiterunt. r Dat.XII.Kalē.Iul. Pataui, Antonio & Syagrio Coss.

TITVLVS XXVI.

DE NAVTIS TIberinis.

Qui nauem Tiberinam habet,onus publicum cogitur ſuſcipere:nec vllo priuilegio excuſatur.Bar.

I. Impp. VALENTINIANVS & VALENS.AA.ad Symmachum.P.V.†

QVi nauē Tiberinam f habere fuerit oſtenſus: onus reipublicæ neceſsarium agnoſcat. quodcumque igitur nauigium in alueo Tiberis inuenietur,competētibus & ſolitis obſequiis mancipetur:ita vt nulla dignitas aut priuilegiū ab hoc officio vindicetur. t D. VIII.Id. Octobr. Altini, diuo Iouiano & Varroniano Coss.

TITVLVS XXVII.

DE FRVMENTO Alexandrino.

I. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS.AA. Anthemio.P.P.†

IN æſtimatione u frumenti quod ad ciuitatē Alexādrinā cōuehitur,quicquid decreto elogij x de zygoſtaſij munere,& pro naucleroru tuēda ſubſtātia eminētia tua diſpoſuit,roboramus: atque vt curialibus prædæ auferatur occaſio,iubemus eos ad huiuſmodi ſolicitudinem affectandam nūquam accedere,ſed deſignata officia y tuis prouiſionib z examinata, ſolicitudinem prædictam implere.Dat.V.Kal. Feb. Cōſtantiñop.Honor. VIIII.& Theod.V.AA.Coss.

II.Imp.THEODOSIVS & VALENTINIA.AA.Iſidoro. PP.†

A *ſint fortes:quia nolūt laborare,ſed mēdicādo ſine labore viuere.*

n *Neceſsitas.*laborando eo modo quo ſequitur.& dic, inferatur per quæſtorem: vt in authen.de quæſto.

o *Proditor.*id est delator.sic ſupra pro quibus cauſis ſer.l.fina.

p *Lenitudinem.*aliàs lēnitudinem.ſ.fictā: aliàs plenitudinē.i.valetudinē.& est ſic. ſ. de collē dete.l.fi.Sed contra in auth.de quæſt.§.ſi vero.coll.vj.vbi dicit q̄ ſerui dominis,liberi operi publico mancipātur.So.hæc corrigitur ſecundū quoſdā:vel ibi in his qui ī ſacra vrbe reperiūtur,quaſi cū eis mitius ſit agendū. Vel loquitur de his qui faciunt ſe videri ægros apponentes herbā vel aliud per quod tumeſcunt. ibi non ſic delinquūt,ſed ſolum fingunt paupertatem, ſeu debilitatem.

q *Actione.*furti & ſerui corrupti:vt.ff.de ſer. cor.l.j.& ſupra de fur. l.aduerſus.

r *Præſtiterunt.* ſiue aliàs facturi non erāt:vt ff.de fur.l.qui ſeruo. & †Co.T.14.21.1. l.ſi quis vxorē.§. neq;. vel etiam ſi eſſent:quia nō debet laudando augeri malitia: vt. ff. de ſer.cor.l.j.in fi.& fa.inſti.de ob.ex delicto. §. ope.&.ff.de ver.ſi.l.ſępe.§.fi.&.ff.man.l. j. §. fin.& ſupra de muri.l. qui aliquem.& infra de agri. & cen.l. oēs profugi.&.ſ.de fabri.l.fin. *Laudib⁹ nō debet extolli malitia.*

DE NAVTIS Tiberinis.

s *Qui nauem Tiberinam.*i.qui nauigat in flumine Romano cōuehēdo Romā, vel extrahēdo, ducendo ad caſtra.

t *Vindicetur.*i.ſeparetur,vel remoueatur. †C.Th.14.26.1.

DE FRVMENto Alexandrino.

u *IN æſtimatione.* præfectus Oriētis ſtatuit munus. i. ſalarium duob⁹ officialib⁹,quos elegit ad congregandū frumētū ad ciuitatē Alexādrię & naucleris ꝓ ęſtimatione fruméti. i. ſecūdū quātitatē quam fieri facerēt,puta ꝓ modio tantū:quod hic imperator cōfirmat,& dicit amodo curiales nō eligēdos ad hęc officia.

x *Elogii.*nomina ſunt officiorum.& in li. M. eſt emendatum,debito decreto elogij.

y *Officia.* in prædictos duos viros. †C.Th.14.26.2.

Diurnos.

BIU Cujas

a *Diurnos. Alexandrinæ.* ab Alexandro puta magno sic dicta: cui fauetur hic in alimētis. Item & habet iurisdictionem: vt. ſ. de offic. iuridi. Alexan. item aliud, vt &. j. titu. j. l. j.

b *Nemo.* priuatus.

c *Perisischoregiæ.* vna dictio, & dicitur perisischoregius, & perisischoregia, qui est iuxta regē: à peri, iuxta: & rege. Colligitur ergo hoc nomen eius officij, & per hoc effectus: vt. ſ. de fer. l. à nullo. quia forte male se habuit in congregatione frumenti: & committitur electio præfecto: vt ſ. l. proxi.

† *Vide Alciatum hic.*

d *Et tesseræ.* scilicet frumentariæ: vt. ff. de iudic. l. sed & si. §. j.

e *Censeantur.* vt dicantur tesserę Honorij imperatoris. ad quod. ſ. de Iusti. co. confir. in fi. & j. de aquædu. l. decernimus. in fine.

DE ALEXANDRIÆ primatibus.

† *Cod. Theo. 14. 17. 2.*

f *Corporatos.* id est decuriones illi⁹ terrę: vt patet ex rubri. vel de omnibus ciuib⁹ dicit: qui omnes sunt primates respectu aliarum ciuitatum.

g *Fluminis.* Nili, quē expedit purgari per agros: quia non pluit in Aegypto.

h *Ex dinūmio.* id est loco vbi reponuntur nummi accepti ex vectigali: vt sacrum, vbi sacra reponuntur: vt. ff. de re. di. l. sacra. §. fi. & dicitur à dinumero. as. deminutiuū. alij dicunt à duo & nummus: quia ciues illius terræ dabāt pro vectigali duos nūmos quilibet: de quibus modo accipiūtur. cccc. isti solidi.

i *Ex titulo.* puta ex telonio seu riuagio quod ibi percipitur.

k *Repensetur.* dinummus: quia tātum ibi reponitur ex alio titulo. ſ. nauium, quantum tollitur ex titulo vectigali.

l *DE IVRE reipublicæ.*

Alterius quàm Romanorum. sic enim in toto hoc titu. accipitur: vt differat à tit. de iure fiſ. dic ergo quòd ciuitates regulariter vtuntur iure priuatorū: vt. ff. de verb. sign. l. eum qui vectigal. &. j. eo. l. ii. &. ff. quod me. cau. l. metum. §. animaduertendum. &. j. ti. ii. l. i. & in fal. iure insti. & Tre. vt. ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. legatum. &. ff. ad Treb. l. omnibus. sed quandoque habet ius singulare: vt. j. l. i. &. iii. Item. ff. de rſur. l. etiam. & ſi cer. pe. l. ciuitas. & de ſac. ſan. ecc. l. fi. &. j. de ven. re. ci. l fi. &. j. de debi. ci. l. fina. &. l. i. &. ſ. ne fiſ. vel reſp. l. i. &. ff. ex qui. cau. ma. l. legatis. &. C. de fideiuſ. l. fi. Item sunt aliæ quæ vtuntur iure specialiſſimo: vt vtraq; Roma: vt. ſ. de primi. vr. Conſ. l. i. & Antiochensis: vt. ſ. de primi. cre. l. Antiochensium. & Ilienſis: vt ff. ad muni. l. i. & Alexandria. ſ. ti. i. &. ii. & metropolitanæ: vt. ſ. de metro. Beryto. item quædam habent priuilegia per reſcriptum: vt j. l. fin. &. ſ. de teſta. l. ſi non ſpeciali. habent enim quædam ius fabricandi monetam per priuilegium.

m *Si quid. Rempub.* cuiuslibet ciuitatis: vt in rub. no.

n *Placuit.* idem si placuerit, sed creati non fuerint.

o *Statutum est.* definitiue. sic in minore: vt. ff. si aduer. rem iu. l. cum & minores. si autem fuerit legitime defensa, valet vt restituatur: vt. ſ. de offi. eius qui vi. alte. l. j. &. iij. &. j. l. iij. interlocutoria vero valet etiam si non sit defensa: vt. ſ. quod cuiuſ. vni. no. l. j. §. cuius. &. l. ciuitates. quia cōtra minorem: vt. ff. qui. ex cau. in poſ. l. hoc iure. & facit. ff. de re iudi. l. contra pupillū. &. ſ. qui leg. per. l. j. &. ſ. quomodo & quādo iu. l. ſi vt proponis. &. l. ſi præſes. Acc.

p *Nihil.* ipso iure. alij dicunt quòd per restitutionem: arg. ſ. de sen. aduer. fiſ. latis. l. j. sed ibi fuit defensa respu. vel fiſcus: licet præuaricatio interuenerit. & adde quod no. j. l. iij.

q *An respublica.* alterius ciuitatis quàm Romanæ: ne ſit contra. ſ. in qui. cau. pi. ta. contra. l. j. &. ij.

r *Proponitis ius.* cessū: aliàs sec⁹: vt. ſ. de priui. fiſ. l. iij. &. l. fi. cōtra. sed alij dicunt ex sola satisfactione, nisi in præiudicium eius, aut fiſci: vt in contrariis: quod nō placet: vt. ſ. de fideiuſſo. l. cum alter.

s *Nacta est.* ad quod ff. de priui. credi. l. Antiochensium.

t *Proſpexit.* ex conuentione.

u *Perſonalem.* scilicet tantum: non hypothecariam, sed personalem habet priuilegiatam: vt ff. de priui. cred. l. bonis. §. respu. contra. vel ibi de Roma. & fa. ſſ. qui po. in pi. hab. l. ſi pign⁹. &. l. fi. in prin. & de iu. fi. l. res. §. j.

x *Reipublicæ.* Romanorum, secūdum quosdam: vel verius aliarum ciuitatū: vt. ſ. not. in rub. & pone in cōtractu: vt. ff. ex quibus cau. maio. l. reipublicæ. vel in iudicio: vt. ſ. l. j. §. j. sed ītra quātum tempus? videtur perpetuò: quia semper est pupilla: vt hic patet. Alij intra triennīū: vt. ſ. de sen. aduer. fiſ. la. l. j. tertij vsque ad quadriennium à die læsionis, quando sit in vltimo die minoris ætatis: vt. ſ. de temp. rest. l. ſuperuacuam. quod non videtur stare: quia dicit pupillam, nō dicit minorem: & eodē modo dicit in eccleſis: vt. ſ. de sacroſan. eccle. l. fin. & in authen. de non alie. §. ſinimus.

y *Si secundum legem.* id est priuilegiū. & sic cōcor. in fi. vel dic, secundū legem. i. consuetudinē, quę est lex: vt inſtitu. de iu. na. §. ex nō scripto. & secundum hoc sunt similia. ſ. de eman. lib. l. j. &. ff. de teſti. l. iij. §. fi. & secundū hoc consuetudo vincit legē. quod dic vt. ſ. quę sit lon. cōſue. l. ij. & facit. j. tit. ij. l. j. &. ij.

DE ADMINISTRATIONE RERVM PVB.

Parum esset ciuitatem habere iura, nisi essent qui ea administrarēt: vt ff. de ori. iu. l. ii. §. post originē. & cane quod hi eliguntur per decuriones cōuentos per ipsos magiſtratus: vt. ſ. de decu. l. i. & de ſuſce. & arc. l. exactores. &. ff. ad muni. l. Luci⁹. & ſic alius est magiſtrat⁹ qui iuriſdictionē exercet: & ali⁹ administrator qui tēporalia gerit: vt hic, &. ff. e. per totū.

z *Fundum vectigalem.* id est emphyteuticum. quod dic vt. ff. ſi ager vec. l. ij. &. iij. & facit. ſ. de admini. tuto. l. j.

a *Contra. Relicti.* ciuitati.

A

Diurnos centum & decem modios alimoniis Alexandrinæ [a] *ciuitatis addi decernimus: vt nemo* [b] *priuetur eo qđ nunc vsque percepit: & perisſochoregiæ* [c] † *nomē penitus amputetur, & tesseræ* [d] *designētur, & nostræ pietatis nomine censeantur.* [e] *Dat. Prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro & Senatore Coss.*

B

TITVLVS XXVIII.

DE ALEXANDRIAE primatibus.

I. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS. AA. Isidoro præfec. prætorio.†

Corporatos [f] ciuitatis Alexādrinæ, repurgandi fluminis [g] onere liberamus: & pro tenore dispositionis tuæ quadringentos solidos ex dinummio [h] vectigali memoratæ ciuitatis præcōmodari decernimus, ita vt ex titulo [i] nauiū modis omnibus repensetur. [k] Dat. Prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro & Senatore Coss.

C

TITVLVS XXXIX.

DE IVRE REIPVblicæ. [l]

Sententia lata contra ciuitatem indefensam, est ipso iure nulla. Barto.

I. Imp. ANTONINVS. A.

Si quid aduersus rēpublicam [m] *in defensam, in ea specie in qua neq; defensores creati fuerint, neque vt crearentur placuit,* [n] *statutum est:* [o] *actionibus eius nihil* [p] *est præiudicatum.*

D

Respublica nō habet tacitā hypothecā nisi ex speciali priuilegio vel ex pacto. Bar.

II. Idem A.

An respublica, [q] *in cuius locum succesisti, ideo quia satisfeciſſe debito vos proponitis,* [r] *ius pignoris in eo fundo habeat, apud suū iudicem quæritur. si enim neq; beneficio sibi concesso id ius nacta est,* [s] *neq; specialiter in obligatione pignoris sibi* [t] *pſpexit:* [t] *causa eius non separatur à cæteris creditoribus qui habent personalem* [u] *actionem.*

III. Imp. ALEXANDER A.

Rempublicam, [x] *vt pupillam, extra ordinem iuuari moris est.*

Quod ciuitas facit secūdū sua statuta, nō reuocatur per præſulem vel præſidem. Bart.

IIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS. AA.

Si secundum legem [y] *ciuitatis respublica cuius meminisſti, ruina collapſis ædificiis tuis distraxit aream: nihil contra huius legis tenorem rector prouinciæ fieri patietur.*

TITVLVS XXX.

C DE ADMINISTRATIOne rerum publicarum.

I. Imp. PHILIPP. A. Crescentio.

Fundū vectigalē, [z] *si suis quibusque temporibus debitę quātitates inferantur: inuito possessore auferri nō posse manifestum est.*

Si officialis est negligens in exigēdo cautionem de legato, vel fideicommiſſo præſtando, tenetur ad intereſſe. Bartolus.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS. AA. & CC.

Contra eos qui rempublicam administrantes, per officij necesitatem sub conditione relicti [a] *fideicommisi satis accipere debuerunt: quanti reipublicæ interest satis non esse*

BIU Cujas

acceptum,[a] dirigendam esse actionem[b] perspicitis.

TITVLVS XXXI.

DE VENDENDIS REbus ciuitatis.[c]

Venditio pura & perfecta non debet à republ. reuocari, licet per alium maius pretium offeratur. Bartolus.

1. Imp. ANTONINVS A.

SI sine vlla cõditione prædia venden B te republica cõparasti:[d] perfecta vẽditione[e] nulla ratione vereris ne adiectione facta[f] auferri tibi dominium[g] possit. Tempora enim adiectionibus præstituta,[h] ad causam fisci[i] pertinẽt: nisi siqua ciuitas propriam legem habeat.

Locatio perfecta nõ reuocatur, licet alius maiorem pensionem offerat. Bartolus.

II. Impp. VALERIANVS †& GALLIENVS. AA.

QVanuis incrementum con ductioni factæ publici pdij[k] videatur offerri: non tamen additamẽti specie[l] oportet fidem locationis infrin C gi: præsertim cum tantum iam temporis[m] ex contractu decesse proponas.

Immobilia ciuitatis, & mobilia quæ seruando seruari non possunt, pro vtilitate ciuitatis permittuntur alienari auctoritate principis in vtraque Roma: in aliis vrbibus auctoritate præsidis, & consensu cuiuslibet possessoris. Bartolus.

III. Imp. LEO. A.

SI quæ hereditatis, vel legati, seu fideicõmissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ ciuilẽs, aut quælibet ædificia vel mancipia ad ius inclytæ vrbis, vel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenerint:[n] super his licebit ciuitatibus vẽditionis pro D suo commodo inire contractũ: vt summa precij exinde collecta, ad renouãda siue restauranda publica[o] mœnia dispensata proficiat. Indefessa verò cura prospicientes, nẽ quis aduersus ciuitatum commoda quicquã moliri possit incõmodi, sed sine vlla fraude† seu inordinatione vel colludio, seu conniuentia huiusmodi vẽditiones procedant: hoc etiam in posterum obseruandum esse censemus, vt si quidem ad hanc inclytam[p] vrbem domum vel ciuiles annonas, aut alia quælibet ædificia vel mancipia pertinentia cõtigerit venundari: nõ aliter nisi imperiali auctoritate vendãtur: in prouinciis verò, præsentibus omnibus seu plurima parte[q] tã curialium quàm honoratorũ & possessorũ ciuitatis ad quã res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis[r] sigillatim vnumquẽque[s]† eorum qui cõuenerint, iubemus sententiã[t] quam putet vtilẽ patrię suæ designare: vt ita demũ decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente, emptor cõpetentem possit habere cautelã. Hos autem venditionũ cõtractus,[u] siue iam completi fuerint, siue postea ineũdi fuerint, stabiles[x] esse censemus.

TITVLVS XXXII.

DE DEBITORIBVS ciuitatum.

Debitores ciuitatum non possunt in eis habere honorem, nisi primo debitũ soluant. Bar.

1. Imp. ANTONINVS A.

NOn prius debitorẽ reipublicæ[y] honorẽ in republica subire, q̃ id quod debere constiterit, conuentus exoluerit:[z] tam meis quàm diuorum principum constitutionibus declaratur.

II. Imp. CONSTANTIN. A.

APud eos quos superstites[a] integris facultatibus esse peruideris[b], vel quorum hæredes incolumia retinent[c] patri-

---

a *Acceptum.* id est quòd non est satis acceptum, quia debitor fa ctus est non soluendo.

b *Actionem.* vtilem negociorum gesto. vt. ff. de neg. gest. l. iij. §. hac actione. vel in factum: vt. ff. de mag. con. l. j. in prin. & ſ. vt in posſ. leg. l. fi. Sed cõtra. ſ. ti. j. l. pe. Sol. ideo eligit vt minor: vt. ſ. ſitu. vel cur. l. fi. Vel hic non est in quem restitueretur facto hærede non soluendo.

c *DE VENDENdis rebus ciuitatis.*

Quod faciunt administratores superioris tituli.

d *Sine. Comparasti.* cum ea solennitate quę est. j. eo. l. fina.

e *Venditione.* de qua perfectione dic vt institu. de emptio. & vendi. in princip.

f *Adiectione facta.* ab alio.

g *Dominium.* traditione facta: vt subiicit in eo quod dicit, translatum: vt. ſ. de rei vind. l. seruum. Sed quid si nõ erat facta traditio? Respon. agitur ex empto ad interesse, si alij vendat ciuitas: vt. ff. de ac. empt. l. j.

h *Præstituta.* à lege, pu ta. xx. dierum, ar. ſ. de sacrosan. eccle. auth. hoc ius. sed legem quæ hoc dicat, non habes. Alij xl. dierũ. & die vt argu. ff. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. pen.

† *alias Valentis.*

r *Definimus vt inter*. sub. & quanuis inter inquilinos &c. tamen defi. vt susceptí liberi &c. ne videantur negligi: vt. ff. de iniu. l. item apud. §. hoc edictum. sed tunc abũdat dictio quorum, tu sic defi. vt susce. li. inter inquilinos &c. susceptí dico vel vtroque &c.

s *Inquilinos*. inquilinus consueuit dici in ciuitate, colonus in villa: vt. ff. de acqui. pos. l. pignoris. sed hic ꝓ eodem potest poni. nã nec inhabitare sufficit in fundo nisi colat, nec colere potest nisi habitet. & sic vtrumque positum perfectum colonum significat. Vel dic quòd inquilini sunt castellani, quia & ipsi possunt esse conditionibus alligati, licet non colant terram: vt ar. ff. de excu. tu. l. non tantum. §. fi. & secundum hoc colonus est siue habitet in ipso fundo, siue non, dummodo colat eum. Tertij dicunt quòd inquilinus est, qui alibi habitat, & alibi fundum colit: sed qui in ipso fundo habitat & colit, ipse est colonus. & hoc placet Ioan. & Azo & H. & secundum hoc intellige leges de inquilinis tractantes: vt hic, & supra eodem ti. l. omnes omnino. & l. seruos. & infra de fun. rei pri. l. eum. & supra communia vtri. iu. l. possessionum. & ff. de leg. j. si quis inquilinos. & de censi. l. forma. §. si quis: & sic magis adstringitur colonus, cui alibi nõ licet inhabitare. sed inquilino licet conducere domum alibi. horũ enim filij originarij sunt: vt infra eodem l. cum satis. §. cum autẽ. & hic. Alij vt Mar. coloni sunt, qui domũ iam ædificatam in rure habitandam conducunt sub certa mercede: sed qui ædificandã, superficiarij.

t *Quorũ*. scilicet colonorum & inquilinorum vindicandam &c. †*Cõcor. cũ hac. l. c. ii. iuncta glo. super verb. liberi. extra de Iuda. & Sara.*

u *In nomine*. coloni & inquilini.

x *Vel neutro*. aliàs vtroque, id est altero, puta patre: sed matre libera. & dic cẽsito, id est colono, vel inquilino: vt infra ti. ij. l. ij. in prin. & secundũ hoc sequitur patrẽ. sic, ẽ. de muril. l. fi. idem in eo qui matre murilegula & patre curiali natus est: vt in auth. de na. li. in cu. depu. §. fi. aliàs si non esset curialis, sequeretur matrẽ: vt. ẽ. de murile. l. hi qui. Item sic. j. e. l. ne diutius. & ratio est hoc casu, ne decrescat hoc genus hominum. Py. Item non obst. j. eo. ne diutius. & l. fi. quia ibi in seruis & *alterutro.

y *Fundi*. in quorum quolibet habet colonos: vt supra fami. erciscun. l. quoties. Accursius.

z *De possessione*. aliàs possessionis refecte: aliàs possessione refecta.

a *Sorte*. aliàs sorte: aliàs fronte. & dic, quia constituit seruitutem vsusfru. vel aliam, vel pignorauit. Vel verius dic, vendendo, vel alienando alio modo.

b *Trãslatio*. nõ valet alienatio taliũ: vt. ẽ. eo. tit. l. quẽadmodũ. sed translatio sic, vt hic. sic in marmore: vt. ẽ. de ædi. priua. l. ij.

c *Aquo*. scilicet fundo. vel dic domino, quod est verius.

d *Restituat*. cõdictione ex hac. l. cõuẽtus ab emptore, vel filiis,

non rei vin.& facit ſupra communia vtriuſque iu.l.poſſeſſionũ. & de leg.j.l.ſi quis inquilinum.& ſupra.l.ij.&.l. quemadmodũ. Vel dic offi.iudi.vt no.ſupra eodem.l.quemadmodum.

a *Si coloni.* large ponit,& comprehẽdit omnes ſolo adſtrictos: vt ſupra eodem.l.omnes omnino. Accurſius.

b *Bona fide.* dominus fuerit,vel non.ar.ſ.loca.ſi quis cõductor.& infra.l.pxi. Quid ſi mala fide? videtur idẽ: vt ff.de vi & vi ar.l.j. §. qui vi à me.iudicium enim quo hic agitur, eſt poſſeſſorium, ſicut vnde vi: vnde non debet quæri an iuſte vel iniuſte poſſideat: vt.ff. de acqui.poſſ.l.iij.§. ex contrario.& ad idẽ. ff. cõmo.l.ita.& hic ſubaudi, maxime. ſed ad onus ꝓbandi in petitorio quæritur de bona fide: vt.ſ. de proba. vis ei⁹. ſed hac.l.nõ niſi bonæ fidei conſulitur.

c *Tranſeuntes.* eſt enĩ vitium animi,& etiam rei inhærẽs, quod vſucapionem impedit: vt ſupra de ſer.fugi.l.j.& infra eo.l. cum ſatis.

d *Succurri.* vt ei reſtituatur poſſeſſio ſtati. Sed qua actione? Reſpon. cõdictione ex lege, vel officio iudicis, vel act. in factum ex æquitate hui⁹ legis.& ſic itellige aliã.l.huius ti.ſ.eo.l.omnes omnino.&.l. omnes profugi.& alias.& hæc intẽtetur corã iudice terræ in quã aufugit, coram quo conuincatur: vt in auth.de mã. prin. §.ſed etiã. & cauſa proprietatis coram iudice terræ vnde aufugit: vt ſupra vbi cauſa ſta.l.j.

Poſſeſſoriũ ante petitoriũ intẽtari debet.

Item no.primo poſſeſſorium quàm petitorium intentari: vt.ſ.de rei vin.l. ordinarij.cũ concor.item hæc reuocatio fit auctoritate domini ꝓpria: vt.j.l.fi. ſed illud quãdo dominus adhuc poſideret, & ille aliquid illicitè agit. hic non poſidet. vel ibi poterat de facto dominus: hic non, cum erat apud aliquem potentem: vel ipſe ſit potens, vt omnino non poſit capi à domino.& ꝓ hoc q⁹ ſua auctoritate quandoque poteſt.j.de col.pa.l.j.in fi. Item hoc etiã ſi ad eccleſiã hic cõfugit: vt.ſ.de his qui ad eccle.cõfu.l.preſenti.§.fi. Iteꝫ nõ ob.priui. vt.ſ.eo.l.originarios. iteꝫ reſtituitur cũ filiis & peculio: vt.j.de colo. Thracẽ.l.j.&.j.eo.l.cũ ſatis.in prin. & hoc niſi ſit factus epiſcopus: vt in auth.de ſan.epiſ.§. ſed hæc quidem. vel clericus in poſſeſſione eadem: vt infra eodem.§.adſcriptitios. vel niſi.xxx.an.ſeruierit curiæ: vt ifra de fun.reipub. l.eum qui. Item cum fugitiui retineam poſ. niſi ab alio poſſideatur, vel diu ſic ſtet, vt.ff.de acqui.poſſ.l.j.§.per eũ.&.l.iij.§.ſi ſeruus. quomodo reuocat quod habet? Reſpon. alterum illorũ erat: dicit enim ad alios reuocatur quatenus non habet. ſed & vtrobi,& vti poſidetis habet locum forte quando poſſeſſionem retinet: vt no.ſupra vbi cau.ſta.l.j.

e *Colonos. Debitorum.* à domino.& tunc eſt ar. contra ſupra.l. Omnes profugi. ſed hic dominus erat ſoluendo. vel dic ab ipſis colonis: quia non debent niſi ſcilicet pro terrula ſua: vt ſupra eodem.l. hi penes.§. ſane.

†*Cod. The. 4.21.1.*

XIIII. Iidem AA. VINCENTIO P. P. Galliarum poſt alia.†

SI coloni[a] quos bona fide[b] quiſq; poſſedit, ad alios fugæ vitio trãſeũtes, [c] neceſſitatem propriæ cõditionis declinare tẽtauerĩt: bonæ fidei poſſeſſori primùm oportet celeri reformatione ſuccurri: [d] & tũc cauſã originis & ꝓprietatis agitari. D. IIII. Id. Iul. Mediolani Stilichone & Anthemio Coss.

Coloni glebæ adſcripti cauſa dominorũ non inquietantur. Bartolus.

XV. Impp. HONOR. & THEODO. AA.

COlonos nũquam fiſcalium nomine debitorum, [e] vlli⁹ exactoris pulſet ĩtẽtio: quos ita glebis inhærere præcipimus, vt nec pũcto [f] quidem temporis [g] debeant amoueri.

Mulier originaria copulans ſe cum alio in cõſortium, cũ ſua ſobole reuocatur. Bar.

XVI. Iidem AA. Palladio.

MVlier quæ fuiſſe originaria[h] docebitur, [i] ſi cuiuſcũq; liberi hominis ſecuta cõſortium, [k] in vrbibus, velĩ quibuſcunque locis victura cõſtiterit: eius omnem ſobolem [l] ſecundum vetera cõſtituta conueniet reuocari.

Colonus contrahendo, domino circa dominium non parit præiudicium. Bartolus.

XVII. Iidem AA. Ioanni.

PEr colonum [m] præiudiciũ poſſeſſioni ĩuito vel inſcio domino imponi non poſſe, [n] & iure, & legum auctoritate declaratur.

Coloni adſcriptitii ad nullum honorem etiam humilioris militiæ vocantur: nec etiam magiſteriæ poteſtatis apparitores conſtituuntur. Bartolus.

XVIII. Imp. THEODOSIVS.

COlonos nulla ratione ad vllum quanuis humilioris militiæ locum ſinimus admitti: ſed nec apparitores magiſteriæ poteſtatis, cenſibus adſcriptos probari concedimus: quia in hac parte [o] & dominorum iuri, & publicæ conſulimus honeſtati.

Si de terræ dominio inter dominum & colonum eſt diſceptatio: cum locatio negatur, ſatisdare tenetur colonus conuentus de reſtituendo fructus & reditus ſine ꝓcraſtinatione, ſi dominus obtinuerit in cauſa: quæ ſatisdatio durabit triennio: & poſtea reuocatur. Si vero colonus hoc facere noluerit, vel non potuerit: tunc reditus in agro conſiſtentes deponuntur. Si conſiſtunt in ſpeciebus, iudicis venduntur arbitrio, & precium modo prædicto poſtea ſequeſtratur: publicas autem functiones ſoluet dominus vel colonus ſecundum conſuetudinem antiquitus obſeruatam. Bartolus.

XIX. Imp. IVSTINIANVS A. Demoſtheni præfecto prætorio.

LItibus† imponentes celeritatem, [p] ſancimus ſiquando coloni cuiuſcunque conditionis [q] contra dominos terræ declamauerint, ſuper hoc ipſo dubitantes, vtrum is terræ dominus eſt, necne: [r] an ipſi coloni dominium ſuæ terræ poſident: [s] (eos [t] tamẽ dicimus, qui non ex lõgo prolixóque tempore, vel longinqua & inueterata redituum ſuſceptione ſufficientem habent cautelam: in quibus caſibus ne contradicẽdi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præſcriptione, vel redituũ frequẽtiſsima conſequentia, colonorum [u] impetum excludente) talem eſſe ſuper redituum vel

† *Pro prima cauſa huius l. vide ea. quæ notaui in auth. de ſanct. epiſc. §. ſed hæc quidem.*

f *Puncto.* hac de cauſa.& no. quòd hyperbolicè loquitur.& facit ſupra de fer.l. omnes.

g *Temporis.* ſic.ff.de nundi.l.ij.& ſupra eo.l.j.& in authenti. de quæſtore.§. quoniam.

h *Mulier. Originaria.* quæ ſit, dic vt .j.l.cũ ſatis.§. & ex hoc.

i *Docebitur.* prima facie libera præſumitur, cum ſit in poſ. libertatis libero nupta, arg. ff.de libe. cau.l.libertis.§.fi.

k *Conſortiũ.* id eſt matrimoniũ, quod eſt inter tales hoc iure: vt.j. l.fin. licet in adſcriptitiis contra: vt ibi no. quandoque ponitur ꝓ contubernio: vt.ſ. de ſer.fugi.l.fi. Accurſius.

l *Sobolẽ.* de matre cõſtat q⁹ debeat reuocari: vt.j.l.cũ ſatis.&.ſ.l. ſi coloni.&.j. de col. Thracen.l.fi.& no. in cæteris matrem ſequi liberos, ſed in inquilinis & colonis patrem: vt.ſ.l. definimus.& facit.j.eo.tit.l.ne diuti⁹. & infra de agri.& mã. l.iiij. Accurſius.

m *Per colonum.* large ponitur ꝓ omni adſtricto ſolo, vel nõ: vt &.ſ.in rub.not. Accurſius.

n *Nõ poſſe.* immo cõtra.ff. de acqui. poſ. l. iiij.§. qđ ſi ſeruus.&.l. peregre.§. quibus.&.l. ſi de eo.§.j. Sol. hic poſſeſſionis, id eſt rei poſſeſſe ſeu dominij. ſic.ff. de verb.ſig.l. interdũ. & facit.ſ. de acqui.poſ. l.cũ nemo.&.ſ. de ꝓcu.l. ꝓcuratorem. Vel aliter vt plene notaui ſupra de acqui. poſ.l. fin.& facit vt nec obligare poſſit: vt.ſ.ſi res ali.pi.data ſit.l.fi.& qđ cum eo.l.ſi ſeruus. ſane ſ ſeipſo præiudicat domino delinquendo: vt ff.de vi & vi arma.l.j. §.quod igitur.

Pro prima cauſa huius l. vide ea. quæ notaui in auth. de ſanct. epiſc. §. ſed hæc quidem. & ſic. ea. ſupra de colonis.

o *Colonos. Parte.* qa denegamus prædicta colonis. ad qđ .j. de mã.& col.pa.l.fi.& de fu.col.l.j.& in auth. de man.prin.§.ſed etiã.&.ſ.eo.tit.l. originarios.&.l. omnes omnino.&.j. de re mi.l. quicũque.& no. colonos hic large dici pro omni adſtricto ſolo: vt.ſ.eo.l.omnes omnino.& facit.j. de cohor.l. ſi cohortalis. in fi.&.ſ. de ſpectaculis.l.ſi qua. ibi, neque iam poſt hac. Accurſius.

p *Itibus. Celeritatem.* ſic.ff.ſi certum peta.l. quidam.& ſupra de iudi.l. properandum. Accurſius.

q *Conditionis.* quæ ſunt plures: vt no. in rub.& licet in aliis differant, in hoc tamen conueniunt, quod hæc lex dicit.

r *Necne.* [a] ſic ergo retinet poſ.& litigat colonus ſatiſdando, vt ſubiicit.& ſic eſt cõtra.ſ. loca. ſi quis cõductor. Solu. hic nõ erat cõductio finita: ibi ſic. Vel dic ꝓteſtabaĩ q⁹ nolebat ſibi ꝓdeſſe poſ. quo minus ꝓbet: ibi nõ. Vel verius, vt ibi notaui. Accur.

s *Poſſident.* hic accipe talem, quod eſt infra: & quod eſt in medio, interpoſitio eſt.

t *Eos.* ſcilicet dominos.

u *Colonorum.* habeas colonorum.& ſic prodeſt domino præſtatio diuturna. ſic.ff.de vſur.l.c im de in rem.&.C. de fideicom.l. j.& infra de fundis patrimo.l.ius emphyteuſis. Sed contra.ff. de proba.l.cũ de indebito.§.j. Sol. ibi ſemel & paruo tempore, hic

decem

BIU Cujas

decem annis: quia dicit longinquam. ad quod instit. de vsucap. in prin. arg. ff. si ser. vin. l. si quis diuturno. & ar. infra eodem ti. l. cū satis. §. ij. & ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi. Solu. ibi negligens: hic sapiés. Item oppo. quia si possessio coloni est, ergo locatio nulla: nec etiam possidet dominus per colonum: vt. ff. de vsucap. l. ei à quo. Sol. hic sciés rem suam cōduxit. Vel verius hic de dominio non erat quæstio: sed an hic locasset. sed de dominio alium non se dominum dicebat, & ab eo cōduxit. aliàs est dominorū. & tūc iunge præcedentibus. Accursius.

a *Censemus*. abundat propter verbū sancimus, quod est. ś. vel ne propter prolixam interpositionē videatur oblitus. Accursius.

b *Depēditur*. id est dependi postulat. vel dic deprehenditur.

c *Quòd omnes*. hic incipit forma cautionis. Accursius.

†*Hunc casum sequestrationis ponit etiam glo. inter alios casus speciales in c. ii. extra de sequestra. possess.* *pro vel, in manuscrito legitur id est. Contium.*

d *Accipiatur*. not. aliàs per duos menses tenetur: vt ar. supra de fideiuss. l. si fideiussor. sed quare obligatio renouatur, cum instantia sit finita: vt supra de iudi. l. properandum. Sol. illa corrigit istam. Vel in hoc casu speciale, vt acceptus.

e *Deponantur*. sic. ff. vt leg. no. ca. l. postquam. §. j.

f *In keimiliarchio*. ad hoc supra de bonis auct. iudi. possiden. l. fina. in fin. & de vsur. l. acceptam. Item no. fieri sequestrationem, qđ est speciale, regulariter cōtra. quod dic vt supra de prohi. seque. l. j. quæ est contra.

g *Remaneant*. depositi dicti reditus.

h *Restituantur*. est ergo causa inter dominū & colonum: licet P. intellexerit hanc legem q̄ sit causa inter vnum dominum & alterum qui dicit se dominum. Item nota dici dominum, qui dominus non est, eo q̄ domini cōsueuerūt locare, & talia postulare.

Plaeutius v. Bart.

i *Auro*. vt supra proxi. respon.

k *Vendantur*. propter cōsummationem fructuum. ad quod. ff. de glan. le. l. j.

l *Fūctiones*. id est tributa, quæ coloni pro terrula sua, & dominus p̄ sua quā colonus tenet, soluere debet: vt. ś. eo. l. ij. & in auth. de col. §. nullus. col. ix. pro ea verò de qua litigatur, vel cuius occasione: seruatur quod hic dicitur.

m *Qui*. scilicet domini.

publicarū functionū p̄statione formā cēsem'[a], vt si tales coloni quales prædixim', idoneū fideiussorē toti' summæ quę ab his depēditur, [b] præstiterint, q̄ omnes [c] redit' sine vlla procrastinatione, si melior causa dominorū iudicetur, eis restituēt, & talis fideiussor p̄ trienniū accipiatur [d], eoq; impleto iterum renouetur: coloni ī medio nullo modo sup̄ reditib' à dominis īquietētur. Si autē hoc coloni minimè facere voluerint, vel potuerint: tūc iidē reditus per officium iudicis annui exigātur per solita tēpora in quæ etiam dominis depēdebātur, & deponātur [e] in æde sacra, vel* ἐν τῷ κειμηλιαρχείῳ [f] ciuitatis sub qua possessio sita est: vel si localis ecclesia ad susceptionē pecuniarū idonea nō sit, ī metropolitana ecclesia remaneāt [g] cum omni cautela, & post plenissimam definitionē vel dominis dētur, vel colonis restituātur. [h]

℣ Sinautē reditus nō in auro, [i] sed in speciebus īferūtur, vel in totum, vel ī partem: iterum per officium iudicis fructus vēdātur [k], & precia eorum secūdum prædictum modū deponantur.

℣ Hæc de reditibus definiētes, ad publicas trāseamus functiones. [l] Et si quidē coloni more solito eas dependebāt, ipsi maneant in pristina cōsuetudine, nullo præiudicio dominis generādo, qui [m] etiā quiescētibus colonis, & nō cōtradicētib', ad publicum tributarias functiones minime īferebāt.

℣ Sinautē moris erat [n] dominos totā summam accipere, & ex ea partem quidem ī publicas vertere functiones, partē autem ī suos reditus habere: tunc si quidem fideiussor à colonis detur, eūdē fideiussorem dominis sine præiudicio litis tātam summam inferre, [o] quātam tributa publica faciūt, vt à dominis publicis rationibus persoluatur: nullo ex hoc colonis præiudicio generādo. super reditibus enim, domini fideiusione fiāt cōtenti. Sinautem fideiusione cessante ad sequestrationem res veniāt, & pecuniæ deponātur: ex earū summa tātam iudices separare, quāta ad publicas sufficiat functiones: & eam dispositionem dominū accipere: quaten' ipse eā persoluēs, publicas accipiat securitates: reliqua quantitate, quæ ī reditus puros remanet, ī tuto collocāda, & litis terminū expectāte: nullo præiudicio siue colonis siue dominis ex huiusmodi fideiusione, vel sequestratione, vel publicarum functionū solutione generādo: sed omni causa in suspēso manēte, donec iudicialis sententia, quæ de toto negotio p̄cedit, omnē rē aperiat, & ostēdat quis domin' terræ cōstitut' est, & ad quem publicarū functionū [p] securitas debet in posterum fieri, seu reditus peruenire, vel permanere. Recitata septies ī nouo cōsistorio palatij Iustiniani. Da.* Decio V.C. Cos.

Natus ex adscriptitio & serua, vel adscriptitia & seruo, ventris sequitur conditionem. Itē inter seruos & adscriptitios modica differentia est. Bartolus.

XX. Idem A. ad Senatum.

NE diutius dubitet, si quis ex adscriptitia & libero, [q] vel ex adscriptitia & seruo, vel adscriptitio & ancilla fuisset editus, cuius stat' sit, vel quæ peior fortuna sit, vtrúmne adscriptitia, an seruilis: sancimus ea quidem quæ ī anteriorib' legib' [r] cauta sunt p̄ tali progenie quæ ex mulieribus adscriptitiis, & viris liberis progenita sit, ī suo statu relinqui: & sic sit adscriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem vel ex seruo & adscriptitia, vel ab ancilla & adscriptitio fuerit editus, matris suæ vētrem [s] sequatur: & talis sit cōditionis, qualis & genitrix fuit, siue ancilla, siue adscriptitia: quod hactenus in liberis tantum & seruis obseruabatur. [t] Quæ enim differētia īter seruos & adscriptitios intelligatur, [u] cum vterque

A n *Moris erat*. ideni possumus dicere de decimis: vt si rustici cōsueuerunt dare dominis vt ipsi dent eas ecclesiis, seruetur consuetudo: aliàs ipsi rustici eas præstent, secundum Py. ad quod. ff. de admi. tuto. l. si sine hærede. §. Lucius.

o *Inferre*. [a] Hic primo cōueniri fideiussor videtur, quàm reus. Sed hodie contra, per authen. de fideiuss. col. j. nisi dicas hic impriè fideiussorē, id est repromissorem, & ipse colonus nō obliget se.

p *Functionum*. hāc securitatem fecit susceptor: vt infra de colo. fun. pa. l. placuit. quam si non reddat colonus domino per trienniū, cadit à locatione: sicut emphyteuta ab emphyteusi: vt. ś. de iure emphyteu. l. ij.

q *Nē diutius. Libero*. aliàs deest, & libero vel adscriptitia: & hæc est lex Iustin. missa ad Senatum.

r *Legib'*. quas nō habemus nisi ī seruis vel ancillis: vt supra de rei vin. l. partum. & de lib. cau. l. fi. & in casu speciali: vt infra de ag. & man. l. iij. hodie autem aliter est: vt hic, & j. l. fi. & in authenti. consti. quæ ex adscrip. in princip. colla. v. Item facit supra eodem titu. l. mulier. &. j. l. proxi.

s *Ventrem*. sic. ś. l. p̄xi. cum cōcor. sed fallit in libera, quæ iungitur tamiaco: vt infra de prædiis tamia. l. j. itē in murilegulo: vt. ś. de murileg. l. fi. Item & in filiis inquilinorum & colonorum natorū ex libera: vt. ś. eo. l. definimus. nam hic in nato ex adscriptitio & libera. Item fallit in libertis curiæ, quos sequūtur filij: vt in decr. xij. q. ij. de libertis. & in libertis ecclesiæ, sicut aliàs in decre. xv. q. vl. cum multæ. Item in filiis Aldiorum: vt in Lombar. de coniu. ser. vel Aldi. l. iiij. quę omnes sunt contra. Item in honoribus sequuntur patrem: vt. ff. de sta. ho. l. cum legitime. & de sena. l. filiam. Item ex delicto patris quandoque puniuntur filij: vt. ś. ad leg. Iul. maie. l. quisquis. Item si pater pepigit filium monasterio, obligat eum: vt in decre. xx. q. j. per totum. Item quando nondum erant nati vel concepti quando pater decurionatum amisit, non dicuntur filij decurionis: vt. ff. de decurio. l. ij. §. in filiis. Accursius.

Punitur quandoque filius ex patris delicto.

t *Obseruabatur*. indubitabiliter: ne contradicat supra proxi.

u *Intelligatur*. q. d. nulla, in eo quod subiicit. & arg. ff. de lib. ho. exhi.

BIU Cujas

Adscriptitius & seruus in multis differūt. exhi.l.ij.In aliis autem differunt:quia hi liberi sunt: vt infra de colo.Thracen.l.j.& infra.l.cum satis.§.caueant. & per hoc aliqua possidere possunt:vt supra eo.l.hi.& in authen.de col.§.nullus.col.ix.quod in seruo secus:vt.ff.de acqui.pos.cum hæredes.& fieri clerici possunt dominis etiam nolentibus in possessionibus in quibus sunt adscripti: seruus non: vt in authen.de san.epis. §. si seruus.&. §. adscriptitios.col.ix.Item seruus si sciēte domino fit clericus, fit liber: adscriptitius. non: vt ex eisdem. §§. Item seruo possum auferre peculium:adscriptitio non. Item etiā serui sine peculio vēdi possunt, sed adscriptitij non, vt hic in fin.& supra.l. ij.&.l. quemadmodum. Item iste litigat cum domino quandoque:vt infra eo. l. cum satis. §. caueant.& infra titu.ij. l. j.quod seruo non licet. Item cum aliis litigat: vt supra eo. l. omnes profugi. in fine.serui non:vt supra de iudi.l. seruus. Vel dic quo ad dominum seruos: vt no.ff.de sta.ho.l.ij. Ité adde quod no.insti. de iur.perso.Item fit liber seruus,vel ancilla,si cō trahit matrimonium cum libero vel libera, domino sciente:sed nō adscriptitius:vt in authen.de nup. §. si vero ab initio.col.iiij.& infra eo.l.fi.sed an de peculio tenetur dominus pro adscriptitio? Respon. sic: vt. C. quod cum eo.l. dominos. & argu. supra de sacrosan.eccle.l.si quis presbyter.

†al. Ioāni.

† Facit ad hunc text. Feli. in. c. si cautio. extra de fide instru. in iiii.col. post me. versi. fallit nono. & in col. xi. versi. fallit vltimo.

in domini sui positus sit potestate,& possit seruum cum peculio[a] manumittere, & adscriptitium cum terra dominio suo expellere?

Sola confessio vel scriptura in qua quis enunciatiue se alterius adscriptitium adseuerat, non præiudicat, nec statum mutat, nisi sit aliis adminiculis approbata, scilicet ex diuturna præstatione quam faciunt alii adscriptitii, aut quæ alia concessio emanauerit de eadem. Bar.

B xxi. Idem. A. Iuliano†præfec. præto.

CVm scimus nostra iura nolle præiudicium generare cuiquam circa cōditionem, neque ex confessionibus,[b] neque ex scriptura,[c] nisi etiam ex aliis argumentis aliquod accesserit incrementum:[d] sancimus solam confessionem vel aliam quamcunque scripturam ad hoc minime sufficere: nec adscriptitiā conditionem[e] cuiquam inferre,sed debere huiusmodi scripturæ aliquod aduenire adiutorium:[f] quatenus vel ex publici census adscriptione,[g] vel aliis legitimis modis[h] talis scriptura[i] adiuuetur. melius etenim est in huiusmodi difficultatibus,ex pluribus[k] capitulis cōditiones ostendi, & non solis confessionibus[l] neque scripturis homines forte liberos ad deteriorem detrahi fortunā. Sin autem est† scriptura,[m] & post scripturam cōfessio[n] seu depositio[o] (sine vi[p] & necessitate tamen) interuenerit(quid enim[q] si cōditionale instrumentum,[r] vel aliam chartulam in qua subscripsit & intimauit & inter acta[s] deposuit sese colonū fuisse adscriptitiū?) tunc ex vtroque genere obligationis, id est tam scripturæ, quàm confessionis vel dispositionis,talem eum esse credēdum, qualem se & scripsit,& inter acta deposuit. ¶ Illud quoque[t] non ineleganter dubitabatur,si coloni filius per triginta annorum curricula, vel forsitā per quadraginta seu ampliora adhuc viuente patre & agriculturam peragente,ipse in libera conuersatione[u] morabatur,& dominus terræ, quia per patrem ei satisfiebat,non etiam præsentiam eius exigebat: an post obitum patris,vel postquam forte inutilis[x] is existat, & ruri non idoneus,[y] potest excusari filius longinqua libertate abutēdo:& quòd per multos annos neque agrum coluit, C neque aliquid colonarij operis celebrauit,cum non possit dominus incusari propter suā desidiā,cui per patrē[z] eius omne quod voluerat accedebat. in omnibus itaq; huiusmodi speciebus satis acerbū nobis videt,domino prejudicari colonorum[a] absentia,q rure nati,[b] & postea remanebat.

a *Cum peculio.* & sine eo: vt supra de pecul. eius qui lib.l.j. Accur.

b *Cvm scimus.Confessionibus.*solis,in iure, vel extra: vt statim dicet.

c *Ex scriptura.*scilicet sola.

d *Incrementum.*quo accedente fit quandoque colonus,vt si post scripturam,qua ad habitandum se obligasset, xxx. an. steterit: vt infra eo.ti.l.cum satis.§.cum autem.si autem adiecit in scriptura quòd vt adscriptitius stare volebat,& sic fatebatur, tunc fiat adscriptitius:vel si dicta inscriptio,vel alius similis modus interD uenerit,vt subiicit.

e *Conditionem.*aliàs conductionem:quia solum vt adscriptitius conduxit.ad quod supra de lib.cau.l.ad probationem. aliàs conditionem,id est instrumentum conditionis adscriptitiæ per se factum,vel aliam &c.quandoque per alium.vel dic, conditionem, id est instrumentum per conditionalem,id est notarium factum: vt supra qui po.in pig.l.scripturas.vel aliam &c.vt per se,vel per alium.Accursius.

f *Adiutorium.*sic in comparationibus literarum:vt in authen.de fi.instru.§.in his vero.& in quæstionibus seruorum:vt.ff.de quæstio.l.j.in prin.sic & in auth.de nup.§.quia vero.& no. quòd quę non prosunt singula,multa iuuant:vt hic,& supra de testa.l. sancimus.&.C.ad Velleia.si mulier.& in authē.vt immo. ante. do.& supra qui po.in pig.ha.l.fi.auth.quo imre.in fi.& infra de fun. pa. l.fi.sed ar.cōtra supra qui mili.l.j.&.ff.de admini.tut.l. ita autem. §.gessisse.sed hoc hic facit rei magnitudo: vbi dicit, melius est &c.Accursius.

g *Adscriptione.*quia in censum velut suos adscriptitios deduxit volentes: & quia ipse quasi adscriptitium in censum capitis se deduxit secundum Al.

h *Legitimis modis.*puta per secundam scripturam: vt infra dicit: vel quia longo tempore sic soluit, vt in scriptura confessionis adscriptitiæ conuenit:vt supra eo.l.litibus. in prin.

i *Talis scriptura.*qua adscribit se terræ, confitendo se adscriptitiū,& talē ibi velle morari:& per consequens nolle discedere.aliud si tantū ꝓfitebatur nolle discedere:vt ī prī.dixi.

k *Ex pluribus.* ecce quæ nocēt,& quæ non prosunt &c.& facit. ff. de re.iu.l. quotiés dubia.&.C.de episc. audi.l.nemo.Sed cōtra.s. de transac.l.fi.Solu.ibi in transactione,& ad bonum non ad malum valet,vt ibi no.

l *Confessionibus.* extra ius factis,vel etiā in iure,nō in figura iudicij liberalis causæ: vt hic, &.s.de lib.cau.l.nec si volēs.&.l.liberos. &.l. interrogatā.&.l. parētes.secus si in figura iudicij:vt eo.ti.l.iubem[a].

m *Scriptura.*prædicto modo facta.

n *Cōfessio.*ī scriptis vel sine,coram iudice vel notario etiā extra ius.

o *Depositio.*corā iudice ꝓfessio dicit depositio. & de hac interserit cū dicet ꝓfessus dicit,quid enī &c. Ac. *Depositio est cerā iudicem.*

p *Sine vi.* hoc innuit etiā extra ius:cū in iure non sit verisimile quē pati vim: vt.ff.qđ me. cau.l.nō est verisimile.

q *Quid enim.* interpositio est.Accursius.

r *Cōditionale instrumētum.*id est adscriptitiæ conditionis. vel dic.i. notarij:vt.s.dixi. Acc.

s *Et inter acta.* vel etiam extra ius fit cōfessus:vt.s.dixi. regulariter enim tantum valet quod fit extra ius,quantū quod fit corā iudice:vt.s.de pac.l.pacta nouissima.& de trās.l.siue apud.& de lib.cau.l. interrogatā. Sed fallit:vt.s.de cōfes.& instit.de adop.§.fi.item no.eū stare suæ cōfessioni vel scripturæ.sic & aliàs etiā si nō sit tanta solennitas: vt supra arbi.tu.l.fi.&.s.de fabri.l.si quis.Ité & ille qui se exhæredauit:vt.ff.de cōtra tab.l.non putauit.§.si quis sua.sic &.s.de arbi.l.ne in arbitris.in fi.& de don.l.si patronus.&.s.de nō nu.pe.l. generaliter.sic ergo habes qualiter fit adscriptitius de nouo, scilicet cum scriptura,& cum alio adminiculo:vt in rub.præmiss.

t *Illud quoque.*si filius coloni mei in libera cōuersatione moratus fuerit.xxx.an.vel.xl.vel lōgiori tēpore,nihilo min⁹ tamē post patris mortē,vel postquā pater agriculturæ inutilis factus est,detineri valet ille in vinculis in agro:nec potest se excusare ideo, quia libere vixerit longissimo tēpore.nō enim videtur libere vixisse,cum quodāmodo pars corporis eius in fundo remanserit,cū permāserit aliqua vel aliquis de cognatione sua,qui mihi præstabat vel præstiterūt quod volui.ideo cum ipsemet præstitisse videatur,non potest se in libertatem defendere:vt dictum est.Acc.

u *Conuersatione.*aliàs cōditione.i.in libertatis possessione.Acc.

x *Inutilis.*clericus puta factus:vt in authen.de san. episc. §. adscriptitios.col.ix.

y *Idoneus.*vel est senex.

z *Per patrem.*sed non conuertitur: immo,vt in fi. huius.l. & fa. supra de an.excep.l.j.&.l.fi.

a *Colonorum.*id est filiorum coloni:nec tamen deterioris conditionis erunt,quàm pater:vt infra.l.proxi.§.j.

b *Nati.*idē si alibi,ar.j.l. pxi.licet qdā cōtra.sub.ergo,maxime.

BIU Cujas

absentes, per suos vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebât. cum enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat: [a] nõ videtur neque abesse, neque peregrinari, neque in libertate morari. Maneat itaque domino ius incõcussum, & donec eius vel antiquitas [b] vel posteritas [c] vel cognatio in agrum remaneat, ipse videatur ibi resedisse.

Adscriptitius fugiens sicut seruus sui furtum facit, licet liber sit: & ideo à tali fortuna non liberatur triginta annorum spacio: sed cum sua sobole idem adscriptitius remanet. Item nullus debet colonum vel adscriptitium alienum occultare: & suscipientes etiam ignoranter, nisi restituant illum, pœnis hic insertis tenentur. Bar.

XXII. Idem. A. Iohanni † præfecto prætorio.

CVm satis [d] inhumanum est terram quæ ab initio adscriptitios habebat, suis quodãmodo membris defraudari, & colonos [e] in aliis terris demorãtes, dominos terræ maximis dãnis afficere, censemus, quemadmodum in curialium conditione nemo ex temporali cursu [f] liberatur: ita nec adscriptitiæ conditioni suppositus, ex annalibus curriculis quantacunque emanauerint, vel quacunque [g] prolixa negotiatione [h] aliquis sibi vindicet libertatem: sed remaneat adscriptitius, & inhæreat terræ. & si se celauerit, vel separare se conatus fuerit, secundum exemplum serui fugitiui sese diutinis insidiis furari intelligatur: [i] & sit suppositus † vnà cum omni sobole sua [k] (etsi in alia terra eam fecerit [l]) huiusmodi fortunæ, & capitali illationi: nulla liberatione ei penitus competẽte. [m] ℣ Cum autem Anastasiana lex homines qui per triginta annos colonaria detenti [n] sunt cõditione, voluerit liberos [o] quidem permanere, [p] non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, si etiam liberi [q] eorum cuiuscunque sexus, licet non per triginta annos fuerint in fundis vel vicis, deberent colonariæ esse conditionis, aut tantũmodo genitor eorum, qui per triginta annos huiusmodi conditioni illigatus esset: sancimus liberos colonorum esse quidẽ in perpetuum secundũ præfatã legem liberos, & nulla deteriori conditione [r] prægrauari: non autem habere licentiam relicto suo rure ad aliud migrare: sed semper terræ inhæreant, [s] quam semel colendam patres eorum susceperunt. [t] ℣ Caueant autem possessionum domini in quibus tales coloni [u] cõstituti sunt, aliquam innouationem vel violentiam eis inferre. si enim hoc approbatum fuerit, & per iudicem [x] pronunciatum: ipse prouinciæ moderator in qua alicundum hoc sunt liberi secundum quid, non simpliciter. & sic in cæteris præterquam in adscriptitiis, qui magis seruis comparantur: vt supra. e. l. ne diutius. prædicti autem dicũtur coloni inspecto principio: conditionales inspecto fine: quia conditioni iam obligati sunt: vt hic dicitur. & inter hunc & inquilinum non est differentia: vt supra eo. l. definimus. Sed certe immo est: vt ibi no.

& hoc soluendo pensionem vt colonus: vt hic dicit. Sed tu dic quòd pactio de illigãdo se solo, præcesit in scriptura, vel sine scriptura, & secuta præscript. xxx. an. nõ enim ex vna causa tantũ, sed pluribus: vt supra. l. proxi. circa prin. nec est differẽtia inter hos quidem adscriptitios: sed certe immo differunt: vt supra de episco. au. l. nemini. Item colonus temporis cursu potest liberari: vt supra. l. cum scimus. in fi. sed adscriptitij non: vt supra ea. l. in princip. item istæ præscriptiones non mutant conditionem: sed liber remanet, vt hic: quod in eo, scilicet adscriptitio, secus: vt ar. supra. l. ne diutius.

† *Concor. c. ii. iũcta gl. fi. extra de immunita. eccle.*

a *Remanebat.* secus ergo si nullus remanserat. per quod collige quòd coloni non adscriptitij sit filius: quia in eo secus: vt infra. l. proxi. Item no. quòd dicit cognatorum, scilicet fratres, vel similes cum quibus patrimonium seruientis sit commune: in aliis secus: vt supra de libe. cau. l. multis. Item contra infra de fun. re. pri. l. eũ. Sol. ibi nemo remanserat. Vel ibi ab alio detinebatur, hic à se. & eodem modo sol. ff. de diuer. præscrip. l. longe. vel ibi cum solo. item fa. supra ad. l. iul. ma. l. quisquis. item no. circa prædicamentum situm esse. item facit. ff. de vsufr. l. si cui. & qui. mo. vsusfr. amit. is cui. item quid si esset natus antequam pater esset colonus? Respõ. vt infra. l. proxi. §. j. itẽ facit. ff. de præscriptio. xxx. an. l. iij.

b *Antiquitas.* paterna.

c *Posteritas.* filij. item nota quòd retinendo partem videtur retinere totum, arg. ff. de ser. rusti. præ. l. vna. Accur.

Partẽ retinẽs, totũ retinere videtur.

† *al. Iuliano.*

d *Cvm satis.* sicut curialis longo tempore non potest se liberare à curiali conditione, sic nec adscriptitius: nec etiam soboles eius, siue nata sit in eo fundo, siue alibi. nam ipse & sua soboles remanent adscriptitię cõditionis, nec se separãdo à solo liberantur à conditione adscriptitia, vt dictũ est. & hoc dictum est ad similitudinem serui fugitiui, qui in fugam se conuertendo non præscribit sibi libertatem longo tempore: vt supra de ser. fugi. l. j.

e *Colonos.* id est adscriptitios.

f *Temporali cursu.* etiam. xl. an. vt supra de decu. l. si quis decurio. & de præscript. xxx. an. præscriptionem. sed contra supra quando & qui. quarta pars. l. fi. in fi. sol. vt ibi.

g *Quacunque.* nisi. xl. an. vt supra de præscrip. xxx. an. l. omnes. quæ est contra. item quandoque. xxx. an. vt quando alius præscribit: vt infra de fun. rei pri. l. eum. & hoc nisi steterit, id est permãserit ius adscriptitij in agnatione: quia tunc nullo tempore: vt supra. l. proxi. in simplici autem seruo dic vt supra de præscriptio. long. temp. quæ pro lib. l. j. & ij. non ergo per omnia curiali cõparatur.

h *Negotiatione.* quam alibi exercuit.

i *Intelligatur.* vt supra de ser. fugi. l. j. sed an. xxx. annis præscribitur fugitiuus? Respon. vt ibi. Item an priuatus ex titu. potest præscribere adscriptitium alienum? Dic vt ibi. sic dicitur se furari colonus & inquilinus & similes, eo quòd omnes fugere dicuntur, & receptatores eorum puniuntur: vt supra eo. l. omnes. & l. originarios. & l. seruos. & l. si coloni.

k *Sobole sua.* ex fœmina adscriptitia, non si ex libera nulli conditioni supposita: vt infra eo. l. fi. nam in adscriptitiis tantum & colonis colonariæ conditionis dicitur quòd ex cursu temporis non liberantur. omnes autem alij coloni liberari possunt ex cursu tẽporis, censiti & reliqui: vt infra de fun. rei pri. l. eum. Vel dic in colonis idem quod in aliis: vt supra. l. proxi. notatur. Accur.

l *Fecerit.* id est procurauerit. vulgariter enim loquitur. Sed contra. ẽ. l. proxi. §. j. & j. ea. l. §. nulla. Solu. ibi in colonis: hic in adscriptitiis. vel verius ibi maxime subaudi.

m *Competente.* sine voluntate domini, vel nulla scilicet tali. & facit supra eo. l. mulier. & l. originarios. & de metal. l. fin. & infra de cohor. l. si cohortalis. Accursius.

n *Detenti.* nullo pacto vel scriptura præambula, secũdum quosdam ad instar aliarum rerum: vt supra de præscri. xxx. an. l. sicut.

o *Liberos.* id est adscriptitios.

p *Permanere.* igitur possunt testari: sed non alienare: vt infra tit. ij. l. ij. sed ibi aliàs quàm per testamẽtum: vt insti. qui manu. non pos. §. pe. Vel dic quòd testari possunt inter suos, qui ab intestato successuri erant: non inter extraneos. sic supra de bo. quę lib. l. cum oportet. in princ. & de incest. nup. l. si quis ĩcesti. Item not. simul aliquem esse liberũ, & nõ liberum: vt. ff. de lib. ho. exhib. l. ij. & de testa. l. qui testamento. & de col. Thra. l. j. & se-

q *Liberi eorum.* quos si non habent, succedit dominus: vt supra de episc. & cleri. l. si quis presbyter.

r *Deteriori conditione.* quàm pater: quod esset, si non essent liberi vt pater. & possunt hi dici originarij coloni: & poterunt secundum hoc testari. Accursius.

s *Inhæreant.* nec puncto se separent: vt supra eo. l. colonos. & infra de co. pa. l. j. & infra. §. nulla. Item facit supra de præscript. lon. temp. quæ pro li. l. fi. & infra de col. Illy. l. j. & de fun. pa. l. fi. & supra de tabu. l. fi.

t *Susceperunt.* & postea lõgo siue longissimo tempore coluerũt.

u *Tales coloni.* q. d. sec' in adscriptitiis, quibus potest inferri vis secundum quosdam: quod non placet.

u *Per iudicem.* scilicet simplicem ordinarium. & quod subdit, præses prouinciæ prouideat, scilicet exequendo: cum ibi, scilicet in exequendo, verti posset mixtum imperium: vt. ff. de iurisd. om. iu. l. iubere. quod præsides habent: vt. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. Vel dic pro eodem accipi iudicem & præsidẽ. Vel dic quòd non iure actionis, sed per officium iudicis hoc implorabit colonus: vt hic innuit, prouideat &c. & infra tit. ij. l. j. Sicque

dicas

BIU Cujas

dicas secundum H. quod in simplum non duplum sit condemnatio: licet rapina, vel vis, vel furtum sit. ar. ff. de ser. corru. l. fi. & ff. rerum amo. l. iij. §. si quis etiam. Sed alij dicunt esse cum pœnis: vt ff. quod me. cau. l. extat. Item quod subiicit de cõsuetudine, est sic supra de expen. lu. l. j. & de seruit. l. j. & l. si manifeste. & ff. co. l. domini. & l. litibus. §. hęc de reditibus. Accur.

a *Nulla.* nec tunc quãdo violẽtias patiũtur. nam domino suo seruꝰ stat aut eadit. & facit. ff. de statu homi. l. seruus.

b *In sobole eorum.* nata ex colonis fœminis cuiusdã domini. xxx. an. detentis cum viro. secus si ex libera, quia tunc ventrem: vt infra co. ti. l. fi. sed dic, immo patrem colonum. idem in inquilino: vt supra co. l. definimus. in adscriptitio autẽ & libera loquitur: vt infra. l. fi. item hoc constat, si post completam præscri. patris nata est, quia tunc ex colono nascitur, verbo accepto cũ effectu: vt. ff. ne quis eum qui in ius. l. pe. §. docere. Sed quid in nato post inchoatam nõ completã? vel cõcepto ante cõpletã, nato autẽ post cõpletã? videt sec?: quia nati post ĩgratitudiné patris reuocãtur, non ante: vt. ff. de li. & eorũ lib. l. ij. Itẽ quãdo de cõmodis partꝰ quęritur, tẽpꝰ cõceptionis spectatur: vt. ff. de stat. ho. l. qui in vtero. sicque senator vel alius clarissimus priuatus habet filios ante dignitatem editos: vt infra de dig. si senator. Cohortalis quoque filium natum tempore sui officij cohortali conditioni relinquit obnoxiũ: vt infra de prin. agen. l. quicũque. & de cohor. l. si cohortalis. secus in eo qui se curiæ offert: in quo etiam indistinctè filij remanent liberi: vt supra de his qui spon. l. fi. sic & filius naturalis curiæ datus, si postea filios susceperit, & curiales erunt, & munera curialia subibunt: vt supra de na. li. l. communium. sed cõtra videtur velle hæc lex. dicit enim patrem prescriptum teneri, & liberos eorum: licet nõ. xxx. an. steterint & c. item quid dicis de natis ante inchoatam præscriptionẽ, qui tantum cum patre steterint semper? Videtur quòd non teneantur, cum non contraxerint, nec mercedem vllam soluerint, nec postea nati sunt, nec excolunt. Item quod subiicit, in fundo nata: secus si alibi, secundum quosdam: vt supra co. l. cum scimus. §. fi. sed vtrobique sub. maxime. ar. supra. e. l. in prin. Item daretur occasio colono tempore pariendi vt faceret alibi ire vxorem, vt dominum fraudaret. & via debet tolli malitiis. supra de Lati. lib. tol. l. vnica. §. simili modo. Item pudor esset domino tempore illo stare cum vxore coloni si vellet prouidere ne alibi iret: & parcendum est pudori: vt. ff. man. l. Quintus Mutius. Itẽ pro hoc quia supra dicit, in fundis vel vicis, quasi non sit curandum si aliquo tẽpore non fuerunt in fundo, vel tempore pariendi, vel alio &c. Itẽ pro hoc quod dicit supra quòd sufficit si pater accepit terram ad colendum, & diu colat. item pro hoc supra co. l. mulier.

Conceptionis tempus in partu cõsideratur.

Pudoris parcendum est.

c *Nemini.* non debet quis in suum ius recipere adscriptitiũ alienum. & si quis alienum susceperit ignorans, postea quàm dominus adscriptitij patefecerit per se vel per suum procuratorẽ, de- A bet qui recepit, restituere cum omni sobole sua. & si contrafecerit, tenebitur præstare tributa quæ solui debent, vel soluta sunt à tẽpore profugę prꝰ re illius cuius culturã deseruit ille adscriptitius: etiam pro animalibus deputatis ad culturam illius agri.

d *Bona fide.* ad quod exigitur quòd à prin. inquirat: vt infra de colo. Illyri. l. j.

e *Vel ipsius.* potest ergo aliquis esse terræ dominus, & alius adscriptitij: vt supra co. l. j. Item fa. supra de incest. nu. l. qui contra. & ff. de libe. ho. exhi. l. iij. §. is qui. & depositi. l. si quis. in fi. & de tribu. l. illud. §. minus.

f *Per procuratorem.* vel etiam in subsidium, per præsidem: vt infra. l. fina.

g *Temporis.* etiã præteriti. quod dic vt supra co. l. quisquis.

h *Publicas.* domini, vel fisci: vt. d. l. quisquis. & l. omnes profugi.

i *Annales.* aliàs animales, id est de animalibus. aliàs annales. & secundum hoc dic terrenas, scilicet de quinquennio in quinquennium: vt supra de susceptor. l. fin. Vel de tertio in tertium annum.

k *Insertas.* has pœnas dic vt not. supra de ser. fugi. l. quicumque. & facit in authen. de mãda. princip. §. sed etiã. colla. iij. & supra co. l. omnes. &. l. seruos. & de ope. lib. l. fi. & infra de col. Thracẽ. l. j. & de col. Illy. l. j.

l *Si qui. Mente.* scilicet credentes matrimonium forte valere. Accursius.

m *Vxores.* de facto, nõ de iure hodie: vt in authen. de nup. §. adscriptitios. col. iiij.

n *Tam eas.* sed seruo coniuncta libera, post annum fit serua domini serui, secundũ legem Lombardam: vt in Lombarda, si seruus lib. mulie. l. fin. Itẽ quod hic subiicit, prolem liberam, dicit A. & H. colonum tamẽ, vt à solo recedere non liceat: vt supra co. ti. l. cum satis. §. j. sed in alio casu dicit. Item adducunt supra. e. l. definimus. sed dic vt ibi. Item in nouel. de his qui ex li. ma. sed certe ibi Pla. dicit contra, scilicet ingenuam. item pro his supra de murile. l. fi. Sed ibi speciale. Dic ergo secundum Ir. & ingenuam, vt hic, & in nouel. dicto ti. supra. e. l. ne diutius. & supra de rei vin. per totũ. & de lib. causa. l. fi. item infra ibi, conditio decrescat & c. sic ergo ventrem sequitur. Sed fallit, vt no. supra. l. ne diutius. item hæc lex in futuris tantum obtinet: vt in authen. constitutio quæ ex adscrip. & c. & nil aliud huic adiicit.

o *Libertatem.* vt & supra eod. l. ne diutius. vel dic, conditionem.

p *Decrescat.* ac si dicat, natus ex ingenua non est adscriptitius.

q *Siue per se.* si deest præses. sic supra de his qui ad eccles. confugiunt. l. si seruus. & supra de decur. l. generali. & infra de colo. Thracen. l. j. & de agri. & man. l. ij.

r *Neglexerit.* ignorans ergo dominus non perdit adscriptitium: sed sciens sic, vt subiicit secundum P. & supra ad senatusc. Claudi. l. j. in fi. Item secundum P. in seruo non distinguitur sciat dominus, vel ignoret: quia semper partus sequitur ventrem. Sed cõtra supra ad senatusc. on. Clau. l. j. in fi. vbi in seruo dicit idem.

Ventrem partus sequitur.

s *Damnum huiusmodi.* quia fit liber adscriptitius, secundum Py. vel aliter

teres constitutiones & pœnas in eis insertas. k

Mulieres liberæ cum adscriptitiis matrimonium contrahentes, non perdunt ipsi nec eorum posteri libertatem: & natus ex adscriptitio & libera muliere, conditionẽ ventris sequitur. Item domini talium adscriptitiorum possunt eos extrahere à tali matrimonio auctoritate propria, & etiam castigare si iudicis copia desit. quod si nõ fecerint, ad eorum damnum negligentia redundabit. Bar.

XXIII. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

B

SI qui adscriptitiæ conditionis constituti mulieres liberas quacunque mẽte, l aut quacũque machinatione, siue sciẽtibus siue ignorãtibus dominis sibi vxores m coniunxerint: † in sua libertate permanere, tã eas, n quàm prolẽ quæ ex his cognoscitur procreata, sancimus: illo proculdubio obseruando, vt si ex libero marito & adscriptitia vxore partus fuerit editus: is maternæ conditionis maculam, & non paternam sequatur libertatem. o Sed ne adscriptitij putẽt sibi impunitum esse tale conamen, quòd maximè verendum est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis paulatim huiusmodi hominũ cõditio decrescat: p sancimus, si quid tale fuerit ab adscriptitio ꝑpetratũ, habere liberam potestatẽ domi num eius, siue per se, q siue per præsidẽ prouincię talem hominem moderata corrigere castigatione, & abstrahere à tali muliere. quod si neglexerit, r sciat in suum damnum huiusmodi s

C

D

† *Inferius in Nouell. 54. alibi verba cõtra. lide à quinquennium. hoc sum. cepta, idem ea ratione. ea lege. Contra.*

BIU Cujas

vel aliter vt not.ſupra ad ſenatuſcon.Clau.l.j.in fi.

a *Deſidiam.* id eſt pigritiam.

DE CAPITATIONE CIVIVM CENSIbus eximenda.

b *Lebs vrbana.* ſcilicet Romæ, per excellentiam, ſicut in Orientalib⁹ prouin. &c. pro quo eſt inſtitu. de iure na.§.ſed ius. Item quia hæc lex mittitur ad Eu ſebium præfectum vrbis: ſed extra muros vrbis poſita ſoluit capitationem: vt infra ne ruſti. &c. l. j. exceptis Thracenſibus: vt infra de col. Thra. l. j. & excepta eccleſia Theſſalonicenſi: vt ſupra de de anno. l. fi. Vel poteſt hæc. l. loqui in plebe cuiuſlibet vrbis, per hoc quod dicit, quoque. Item pro hoc eſt infra de omni agro deſer. l. pen. per hoc quod dicit, pro gleba: & ſic non pro capite. Item pro hoc infra ne ruſti. ad vllum ob. l. j. Iteꝝ pro hoc ſupra tit. j. l. cū antea. Item quia hęc rub. generalis eſt: vt ſupra ſi cer. pe. l. j. Item ſupra de metal. l. per annos. contra. Sol. vt ibi.

†ſcilicet Romanorum. Contius.

†Co. Th. 13. 9. 8.

IN QVIBVS causis coloni &c.

Qui ſint, dic vt infra l. ii. in prin. & dic quòd accuſant dominum quādo vltra debitum exigit: vt l. i. Item quando in publica accuſatione perſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam: vt. j. l. ii. in fi.

c Qviſquis. *Adeat.* Ergo nō eſt ſeruus, ſecundum Py.

d *Poterit habere præſentiam.* dummodo cōpetens ſit, ſcilicet ordinari⁹ rei: vt ſupra de iuriſdi. om. iudi. l. iuris.

e *Prohibeatur.* nec obeſt colono quòd aliquando ſit per vim exactus: vt. ff. de mu. & ho. l. cura. Et no. pronunciari de futuro: vt i negatoria: vt. ff. ſi ſerui. ven. l. egi. Item ar. eontra. ff. de vſur. l. j. §. j. & facit ad hanc. l. ſupra tit. ij. l. cum ſatis. §. caueant. & l. colonus. & l. j. & ſupra loc. l. legem. & de diſcuſſ. l. j. & in authen. de quæſtore. & infra de agri. & manci. l. dominicos.

Pronũciari de futuro poteſt.

f *Coloni. Non faciunt.* ſed domini præſtant pro eis: vt. ſ. titu. ij. l. iiij. & no. q̄ in eorū conſtitutione exigitur ſcriptura, vt hic dicit, &. ſ. ti. ij. l. colonos. ſicut in adſcriptitio: vt. ſ. ti. ij. l. cum ſcimus. ſed differunt, quia hic eſt ex adſcriptitio natus, ſecundum quoſdam. Vel cenſitus eſt, qui certam annuam penſionem domino ſoluit: vt hac. l. adſcriptitius, qui incertam, vt dimidiā fructuū ſecundum Io. Alij dicunt cenſitum, pro quo dominus præſtat cēſum, & ſcribit in cenſum, vt cæteras res ſuas: vt in authen. de col. §. j. colla. ix. & ſupra titu. ij. l. iiij. &. ſ. de epiſc. & cle. l. quiſquis. & infra de re mili. l. quicumque. Sed certe hoc debet facere de omnibus adſcriptitiis & colonis: vt. ff. de cenſi. l. forma. §. ſi quis inquilinum. & no. quòd quandoque large accipitur cenſitus, vt etiam adſcriptitium comprehendat: vt ſupra tit. ij. l. definimus: quandoque ſtricte: vt hic dicitur.

A

g *Quo minus.* id eſt adſcriptitij, ſi habeas quod, id eſt propter quod. aliàs, quomodo eſt ergo ferendum &c.

h *Lite pulſare.* vt. ſ. eod. l. j. & infra ea. l. in fine. & ſupra titu. ij. l. definimus.

i *Non dubium.* vt ſupra titu. ij. l. quēadmodum. eadem eſt cōditio inquilinorum: vt ſupra titu. ij. l. definimus.

** vt quadā debiti ſeruitu. vid. adſtricti. Quo &c.*

k *Et cuius ipſi ſunt.* coloni, non ſerui. & ſic quo ad ſeruitium, non quo ad dominiū. nam ſæpe vulgāriter dicit amicus amico: Tuus in omnib⁹ ſum, & me tuū eſſe recognoſco. ſecūdū Py. ſic aliàs omnia principis eſſe intelligūtur. ſ. quo ad iuriſdictionē, nō dominium, vel vtilitatem: vt. C. de quadri. prēſcri. l. fi. nec obeſt q̄ nō poſſunt alienare, vt ſubiicit. nā nec maritus fundū dotalē: vt inſti. quib. alie. licet. in prin. nec hęres rem legatā, licet ſub cō ditione: vt. ſ. cōmunia de leg. l. fi. §. ſed quia. & tamē ſunt dñi. Iteꝝ pro hoc, q̄ liberi & ſuarū rerū dñi. ſ. tit. ij. l. iiij. vbi dicit eos cōſcriptos ī ꝓpriis prędiis. Sed an actio de peculio detur in dūm? Rñ. ſic vtiliſ: vt no. ſupra ti. ij. l. ne diutius. Accurſius.

Tuus ſum, dominiū nō importat.

B

i Qvi ſunt, ſcilicet reſpectu aliorum ſint liberi, tamen quo ad perſonas dominorum quibus tributa præſtant, quadam ſeruitute tenentur adſtricti: & ideo eos in iudicium vocare non poſſunt pro cauſis ciuilibus, niſi ratione ſuperexactionis: ſed pro publicis criminibus eos accuſant, ſi ſuam vel ſuorū iniuriam proſequantur: eorum tamen prædia vel peculia alienare non poſſunt inuitis dominis inter viuos. *Bar.*

II. Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA.

Coloni cenſibus dumtaxat adſcripti, ſicuti ab his libe-

ri ſunt, quib⁹ eos tributa ſubiectos non faciunt: f ita his quib⁹ annuis functionibus & debito cōditionis obnoxij ſunt, penè eſt vt quadam dediti ſeruitute videātur: *quo minus g eſt ferēdū vt eos audeāt lite pulſare, h à quibus ipſos, vtpote dominis, vnà cū poſſeſſionibus diſtrahi poſſe nō dubiū i eſt. quā decætero licentiam ſubmouemus: ne quis audeat domini nomē in iudicio laceſſere: & cui⁹ ipſi ſunt, k eiuſdem omnia ſua eſſe cognoſcant. Cum enim ſæpiſsime decretū ſit ne quid de peculio ſuo cuiquam colonorū ignorāte domino prędij aut vēdere, aut alio modo alienare liceret: l quēadmodū cōtra eius perſonā æquo poterit iure cōſiſtere, m quem nec ꝓpria n quidē leges ſui iuris habere voluerūt, & acquirēdi tantū, nō etiā trāsferēdi poteſtate ꝓmiſſa, domino & acquirere & habere voluerūt? Sed vt in cauſis ciuilib⁹ huiuſmodi hominū generi aduerſus dominos vel patronos o aditū ītercludimus, & vocē negamus (exceptis ſuperexactionib⁹, in quib⁹ retro principes facultatem eis ſuper hoc interpellandi prębuerūt p) ita in criminū accuſatione, quæ publica eſt, non adimitur eis propter ſuam ſuorúmque iniuriam experiendi licentia. q

C

TITVLVS L.

DE COLONIS PAlæſtinis.

Coloni Palæſtini non poſſunt à terra recedere ſicut alii: & eorum dominis datur reuocandi plena poteſtas. Bar.

I. Impp. VALENTINIANVS & VALENS. AA.

D

Cvm per alias prouincias quæ ſubiacent noſtrę ſerenitatis imperio, lex r à maioribus cōſtituta, colonos quodam æternitatis iure deti-

Ius.

Lex.

Ius.

Ius.

*Ius

hoc dicũt: vt.ſ.ti.iij.l. omnes.&.l.ſeruos.&.l. colonos.& alię plures.

a *Releuantur.* i. cultura ꝓpter quam fructꝰ quæritur, releuatur ab aliis oneribus extraordinariis, quibus tributa faciũt eos ſubiectos: vt.ſ.titu.j.l.j.&.ſ.titu. iij.l.j.&.l. colonos.

b *Suffragetur.* quia eorum coloni recedebãt à ſolo quaſi priuilegiati: quia nati in terra in qua Chriſtus natꝰ eſt.

c *Auctoritas.* non ergo cadit à ſuo iure ſic reuocando, argu. infra de metal. l. deuotum. & ſupra quando li. vni. ſine iu. l. j. & in authenti. vt iudices ſine quoquo ſuffra. §. neceſsitatem. colla. ij. & infra titu. j. l. j.

DE COLONIS Thracenſibus.

d *Per vniuerſam. Capitationis.* pro capite nõ præſtant. ſic.ſ. titu. iij. l. j. ſed ꝓ terra ſic, vt omnes alij: vt.ſ. ſine cen. l. omnes. & eſt aliàs ſubiugatio, in litera: quia oneri homines ſubiugãtur ꝓ terra: vel qa ſub iugo terra colitur. aliàs iugatio. & tunc idé ſit ſenſus. & ad hoc in auth. de mã. pricip. §. coges.

e *Abſolutis.* quantum ad capitationem.

f *Videãtur ingenui.* no. non igitur ſerui. Acc.

g *Nec recedendi.* ſic.ſ. de agri. & cenſi. l. ſeruos. &. l. colonos nunquã. & infra titu. pxi.

h *Libras.* not. pœnam ſuſcipientis Thracenſem: ſed qui tributariũ priuati, tũc dic vt.ſ. de agri. & cenſi. l. ſeruos. idé ſi Palæſtinũ ſecũdũ Py. De Illyricanis dic vt. j. ti. j. ſi patrimonialé imperatoris, dic vt. j. de fu. co. l. ij. cætera dic vt no. ſ. de ſer. fugi. l. quicũque. & facit ſupra de agric. & cenſi. l. cũ ſatis. §. fi. & in authenti. de man. prin. §. ſed etiam. col. iij. &. ſ. de ope. lib. l. fi. &. ſ. ti. j. &. j. ti. j. &. ſ. de agri. & cen. l. omnes.

i *DE COLONIS Illyricanis.*

Id eſt de Illyrico, id eſt Sclauonia.

k *Colonos. Cẽſemꝰ.* vt ſ. tit. j. l. j. Accur.

l *Non tributario.* id eſt non tanquam tributarij. nam tũc poſſet recedere cũ vellet. Acc.

m *Abſceſſerint.* aliàs neat, ita vt illis nõ liceat ex his locis quorũ fructu releuãtur, [a] abſcedere, nec ea deſerere quæ ſemel colenda ſuſcepetũt, neq; id Paleſtinæ prouĩciæ poſſeſſoribꝰ ſuffragetꝰ: [b] ſancimus, vt etiã per Palæſtinam nullus omnino colonorum ſuo iure velut vagus ac liber exultet, ſed exemplo aliarũ prouinciarũ ita domino fundi teneaꝫ, vt ſine pœna ſuſcipiẽtis nõ poſsit abſcedere: addito eo, vt poſſeſsionis domino reuocandi eius plena tribuatur auctoritas. [c]

TITVLVS LI.

DE COLONIS Thracenſibus.

Thracenſes capitationis tributa nõ præſtant, ſed tributa terræ: non tamen poſſunt à terra diſcedere: & occultans vel retinens colonum Thracenſem, ipſum reſtituet domino cum peculio, & cum agnatione: & punitur in duabus libris auri. Bartolus.

I. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA.

PEr vniuerſã diœceſim Thraciarũ ſublato in perpetuũ humanæ capitationis [d] cẽſu, iugatio tãtũ terrena ſoluaꝫ. Et ne fortè colonis tributariæ ſortis nexibus abſolutis, [e] vagãdi, & quò libuerit recedẽdi facultas permiſſa videatur, ipſi quidem originario iure teneãtur: & licet cõditione videãtur ingenui, [f] ſerui tamẽ terræ ipſiꝰ cui nati ſunt, exiſtimẽtur: nec recedendi [g] quò velint, aut permutandi loca habeãt facultatem, ſed poſſeſſores eorũ iure vtantur, & patroni ſolicitudine, & domini poteſtate. Si quis verò alienũ colonũ ſuſcipiendum retinendúmve crediderit: duas auri libras [h] ei cogatur exoluere, cuiꝰ agros trãsfuga cultore vacuauerit: ita vt eũdem cum omni peculio ſuo & agnatione reſtituat.

TITVLVS LII.

DE COLONIS Illyricanis. [i]

Coloni Illyricani origine, à terra ſe ſeparare non poſſunt: & contra facientes reuocantur, & reuocati ſubduntur in vincula. item receptantes eos licet incognitos, puniuntur. Bartolus.

I. Imppp. VALENTINIANVS THEODOSIVS & ARCADIVS AAA.

COlonos, inquilinóſq; per Illyricũ, vicináſq; regiones, abeũdi rure ĩ quo eos originis agnationíſq; merito certũ eſt immorari, licẽtiam habere nõ poſſe cẽſemꝰ. [k] Inſeruiant terris non tributario [l] nexu, ſed nomine & titulo colonorum: ita vt ſi abſceſſerint, [m] & ad alium tranſierint: reuocati, vinculis pœníſq; ſubdantur: maneátq; in eos pœna, qui alienũ & incognitum [n] recipiẽdũ eſſe duxerint: tã ĩ redhibitione operarũ, & damni qđ locis quæ deſeruerãt, factũ eſt: quàm multæ, cuius modũ ĩ auctoritate iudicis collocamꝰ: ita vt etiã dominꝰ fundi ĩ quo alienus fuiſſe mõſtrabiꝫ, pro qualitate peccati coërcitionẽ ſubire cogatur: nec ſit ignorantiæ locus, cũ ad criminis rationem ſolũ illud ſufficiat, quòd incognitũ [o] ſibi tenuit. Seruũ etiam ĩ memoratis regionibus ſi quis receperit, ignorationis excuſatione ſublata, quadrupli pœna teneaꝫ, operarũ præterea compendiis, [p] damníſque præſtitis. In libertis etiã quos pari vſurpatione ſuſceperit, is modꝰ ſit, quẽ circa liberos colonos [q] duximus retinendum.

TITVLVS LIII.

VT NEMO AD SVVM patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, vel vicos eorum. [r]

I. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Nicoſtrato P. P.

SI quis* poſt hãc noſtri nominis † ſanctionem, ĩ fraudem circũſcriptionémq; publicæ functionis, [s] ad patrociniũ cuiuſcũq; conditionis cõfugerit: id quod huius rei gratia geritur ſub prætextu donationis, vel vẽditionis, ſeu cõductionis, aut cuiuſlibet alterius cõtractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus qui talia ĩſtrumenta cõſcribere auſi ſunt, bonorũ proſcriptione plectendis, qui tamẽ ſcientes auſi fuerint [t] huiuſmodi ĩſtrumẽta cõſcribere: vicis etiam vel poſſeſſionibus ad patrocinia confugiẽtiũ, publico vindicãdis. Hæ autem perſonæ quæ contra publicam vtilitatem in clientelam ſuam ſuſcepiſſe collatores detectæ fuerint: nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem ſubire cogẽtur: mediocris [u] verò fortunæ, facultatũ ſuarum amiſsione plectentur: eadem pœna multandis etiam his qui intercedẽtes miniſteriũ [x] ſuũ huiuſmodi nefariis actibus improba mente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod ſacra conſtitutio à diuæ memoriæ Martiano promulgata cõtinet, id eſt ĩ Thracia quidem diœceſi abhinc annis triginta, hoc eſt à conſulatu Aetij ſecundo, & Sigisbuldi: [y] in Orientali verò, & Aegyptiaca,

acceſſerint. Accurſius.

n *Incognitum.* ſciebat tamen alienum: ne ſit contra. ſ. de ſer. fugi. l. quicumque. in fi. & ſ. de agric. & cenſi. l. cum ſatis. §. fina. aliàs eſſet iniquum. Adde quod not. ſupra titu. j. ĩ fine. ad quod eſt. ff. de furt. l. falſus. §. qui alienum. & ar. ff. nau. cau. ſta. l. fin. §. ſeruorũ. & vnde vi. l. cum quærebatur.

o *Quòd incognitũ.* id eſt ſciẽs nõ eſſe ſuum.

p *Compendiis.* not. lucrum. ſic. ff. de eo quod certo lo. l. ij. &. iij. §. fina. cum cõcor. ibidem poſitis.

q *Liberos colonos.* vt in prima parte huius legis. in liberto autẽ priuati dic vt ſupra de oper. liber. l. fina.

r *VT NEMO ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, vel vicos eorum.*

Quidam per potentiam pollicetur tuare villam, vel caſtrum, vel ſingularem hominem ruſticanũ ĩ præiudiciũ publicæ functionis: & faciunt ſimulatas emptiones, vel alias cõtractus, quaſi bona ruſticorum ſint illius petẽtis: quæ omnia caſſat lex hæc.

s *Si quis. Fũctionis.* vel etiam priuati: vt in authẽt. de manda. princip. §. patrocinia. colla. iij. & argu. ſupra ne li. po. l. j. & de his qui pot. no. ti. præ. & mãd. l. per diuerſas. & ſupra de ſeditio. l. j.

t *Auſi fuerint.* ſic ſupra de eunu. l. ij. & ſupra de ſacroſan. eccle. l. iubemus. §. his tabellionibus. item facit ſupra de exa. tri. l. fina.

u *Mediocris.* plꝰ ex eodem delicto inferior quàm ſuperior punitur. ſic. ff. de incen. rui. nau. l. Pedius.

x *Miniſterium.* ſic ſupra de rap. virgi. Acc.

y *Sigisbuldi.* propriũ nomen conſulis.

BIU Cujas

a *Præcipimus.* præcipit pro retroactis ſeruari.aliàs non eſſet:vt ſupra de legi.& conſtitu.l.leges. Accurſius.

NE RVSTICANI AD VLLVM &c.

b *NE quis.Extra muros.*non dicit Romæ.& ſic facit pro eo quod no.ſupra de cap.ci.cen.exi.l.j.& maxime quia inferior lex etiã de prouinciis dicit.& facit ſupra de agrico.& cenſi. l.j.&.l.colonos.& infra de pa.pu.l. fi.& de pri.do. au.l.j. & ſupra neoperæ à co.ex.l.j.

c *Ad vllũ aliud obſequium.* hoc male ſeruãt ciuitates. Accurſius.

d *Si quis eorum.Terribiles.*facit ſupra ſi rect. prouinciæ.l. j. & ſupra ne ope. à collat. exig.l.j.& infra de diuer.offic.l.j.&.ij.&. ff. quod metus cauſa.l.iij. & de offi.preſi.l.illicitas.§. illicita.&.§. nequid.

e *Sponte.* ſecus ſi inuitus: vt ſupra quod metus cau.l.ſi per impreſsionem.

f *NON LICERE habitatoribus Metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre.*

Metron Græcè,Latinè mẽſura:come villa: ide metrocomia,id eſt villa mẽſurata, qua datur trãſlatis iuſſu principis: vt ſupra de iure fiſ.l.certa.inde dicitur comœdia,id eſt villa, ſeu villana dictio. nã dia,id eſt dictio. alis, vt Py.dicũt.i.paroechiæ, vel diœceſis, in illis ſcilicet terris,vel villis.

id eſt extra metrocomias.

g *IN illis. Metrocomiæ.* I expone vt in rubri. & eſt ſic ſupra de exac. tri.l.ſi.

†*Cod. The. II.II.I.*

h *Vicariis.*aliàs vicariis: aliàs vicaneis. & ſemper expone,id eſt habitatoribus illi⁹ loci,ſicut exponitur infra titu.j.

i *Sui iuris.*ſed fundos integros, qui habent certos confines, poſſunt vendere: ſed locus nõ eſt determinatus: vt.ff.de verbo. ſigni.l.locus.in fi. vnde poſſet oriri diſcordia, ſecũdum Py.& H.ſed forte idem ſi totum: vt infra ſubiicit, terrarum &c.& infra de fun. li. l.vnica.& ſic ſeruatur in villa Altedi Boñ. diœceſ.& pro hoc in Lõbar.de prohib.alie. feud.vel al.l.fina.Item an hæredem inſtituere? quod videtur: vt.ff. de alien.iudi.l. ex hoc.§.ſed hæredem.item pro hoc.ff.de re mili.l. milites.in fine. & de decurio.l.decurio.item.ff.de acquiren.rerum domi.l.quẽdam.ſed argu. contra ſupra de ſecun. nupt. l. ſi quis. j. §. certum.& de lega.ij.l. peto.§.fratre.primum verius.arg.ff. de fun. dota.l. j.

k *Non licere ei.*ſic ſupra ſi libera.imperia.ſoc.l.j. argu.cõtra.ff. de contrahen.empt.l.dudum.

ptiaca,& Põtica,& Aſiana diœceſi,vigintiſex : hoc eſt, à conſulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus. [a] Dat. Kalendis Septembr. Anthemio.A.II.Conſule.

II. Imp. IVSTINIANVS A.

SI cuiuſlibet tributarius iunxerit ſibi tributariam vxorem, vel econtrario ſi cuiuſlibet ancilla ſeruo ſe iũxerit alieno:tã tributarij quàm ſerui filios,mãtrũ ſequi conditionem, earúmq; more genitricũ ſuarũ dominis ſubditos eſſe cẽſemus.

TITVLVS LIIII.

NE RVSTICANI AD vllum obſequium deuocentur.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC.

NE quis ex ruſticana plebe, quæ extra muros [b]*poſita capitationẽ ſuã detulit,& annonam congruam præſtat: ad vllum aliud obſequium [c] deuocetur:neque à rationali noſtro mularũ fiſcaliũ vel equorum miniſterium ſubire cogatur.

II. Impp. VALENTINIANVS & VALENS AA. ad Probum P.P.Illyrici.†

SI qui eorũ qui prouinciarũ rectorib⁹ obſequũtur, quíq; in diuerſis agũt officiis principatus, & qui ſub quocũq; prætextu publici muneris poſſunt eſſe terribiles, [d] ruſticano cuipiã neceſsitatẽ obſequij quaſi mãcipio ſui iuris imponant,aut ſeruum ei⁹ vel fortè bouem in vſus proprios neceſsitatéſque conuerterint:ablatis omnib⁹ facultatibus, perpetuo ſubiugẽt exilio: & nihilo minus ruſticanũ,qui ſe ĩ eiuſdem opera ſpõte [e] propria detuliſſe deſponderit,par pœnæ ſeueritudo conſtrĩgat. Dat.Prid. Kalẽ.Octob. Agrippinæ,Valẽtiniano & Valente Coss.

TITVLVS LV.

A l *Contractus.*improprie:cum nullus ſit ipſo iure:& quatenus de facto eſt,reſcinditur:vt ſupra de reſcinden.vendi.l.ſi dolo.

m *Hoc tantum reddetur.* forte neque dupli ſtipulatione vel melioratione locum habente : vt ſupra de leg.l.ſi.§.fin.& ſecundũ hoc etiam ſciens agit.vel dic quòd fuit ignorãs: vel ſi fuit ſciés, fuit ſtipulatus,licet vltra precium.nam aliàs ſciens etiam ad precium non agit : vt ſupra de euic.l.ſi fundũ. Sed ar.contra ſupra de agri.& cen.l.quemadmodũ.& infra de fun. rei pri.l. nemo.vbi etiam preciũ non repetit. Sed dices,ibi ſciés: hic ignorans.Accur.

† *Quid ſit metrocomia pulchrè Alcia.hic.*

pars.l.vlt. ſ. de exact. trib.

n *VT NVLLVS ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur.*

Id eſt in villa ſeu vico habitãtibus:vt.ff.ad municip. l. qui ex vico. & ſic ſecundum Py. loquitur in villanis. & aliàs eſt vicariis.

o *GRaue. Vicaneos perpetrari.*nedum ciuis pro conciue. ad quod eſt ſupra de decur.l. prouidendum.& de exac.tri.l.j.& in authen.vt non fiant pig. §.j.colla.v. & infra de omni agro deſer.l. hac definitione.& ſupra ne filius ꝓ patre. Sed fallit ſupra de fab.l. iure.

p *DECENSIbus,& cenſitoribus,& peræquatoribus,& inſpectoribus.*

Cenſus, & tributum & publica pẽſitatio ſunt idẽ: vt ſupra quibus cau.pignoraci.contra.l.i. & ſupra ſi propter pu.pen.l.ſi.

q Cenſitoribus. *cenſitor,qui recipit profeſſiones collatorũ, & cenſum vel onus,& pignoris iure vendit prædium ſi cẽſus non ſoluatur : vt.ff.de cenſi.l.forma.§.illam.& l.cum poſſeſſor.§. pro pecunia. Peræquator, qui homines & territoria peæquat,id eſt valde æquat. ad quod.ff.de cenſi.l.forma.§.ſi verò quis agrum. & ſi fra.l.iii.Vel qui prædium deſertum æqua pẽſione vt prius aſsignat nouo poſſeſſori : vt infra de fun.pa.l. fundi. & l. fundus.& æquat ſterilia cum fertilibus : vt infra eodem.l.omne. Inſpector, qui ad prædia prouincialium inſpicienda accedere habet,ſortè vt referat quæ eſſent deſerta,vel malè æquata.quod hodie tollitur : vt ſupra de an. & tri.l.fin.& dic vt ibi:& in deſertis adhuc habet locum:& hic dicitur diſcuſſor:vt infra eodem.l.peræquatores.*

†*Cod. The.* 13.9.7.

r QVoniam tabularii.qui cum ſuſceptoribus ad ꝓuincias deſtinantur:vt ſupra de ſuſcep.& ar.l.duos.Accurſius.

ſ *Ad inferiores.* ſcilicet vt quidam falſi notarij Bononienſes faciunt auferendo de æſtimatione vnius, & addendo alteri.

NON LICERE HAbitatoribus metrocomiæ†loca ſua ad extraneum transferre.[f]

I.Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Nicoſtrato P.P.

IN illis* quæ metrocomię[g] cõmuni vocabulo nuncupant, hoc adiiciendũ neceſſario noſtra putauit humanitas, vt nulli extraneo illic quoquo modo poſsidendi licentia tribuatur: ſed ſi quis ex hiſdem vicariis [h] loca ſui iuris [i] alienare voluerit,nõ licere ei, [k] niſi ad habitatorem adſcriptũ eiuſdem metrocomiæ,per qualemcũq; contractũ terrarũ ſuarũ dominium poſſeſsionémq; transferre: ſciente perſona extranea, quòd ſi contra vetitũ ſe huic negotio immiſcere, vel illic poſsidere tentauerit: quicũq; contract⁹ ĩit⁹ fuerit, carebit effectu: & contractu ſoluto, ſi quid præſtitũ eſt, hoc tantum reddetur. [m] Dat. Kalendis Septembr.Anthemio A.II. Cõs.

TITVLVS LVI.

VT NVLLVS EX vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur. [n]

I. Imp. ZENO A.

GRaue eſt non ſolũ legibus, verũetiam ęquitati naturali cõtrarium,pro alienis debitis alios moleſtari.idcirco huiuſmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari [o] modis omnibus prohibemus.

TITVLVS LVII.

DE CENSIBVS PET cenſitoribus, [p] & peræquatoribus, & inſpectoribus.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad populum.†

QVoniam tabularij [r] ciuitatũ per colluſionem potentiorum ſarcinam ad inferiores [ſ] transferunt: iubemus,vt quiſquis ſe grauatum probauerit, ſuam tantum

BIU Cujas

priſtinam profeſsionem agnoſcat. [a] Dat. XV. Kalendas Feb. Romæ, Conſtantino. A. III. & Licinio Coss.

II. Imppp. GRATIA. VALENTINIAN. & THEODOS. AAA. Eutropio. P. P.†

QVisquis vitem ſucciderit, aut feracium [b] ramorum fœtus [c] vetauerit, † quò declinet fidem cenſuum, & mẽtiatur callidæ paupertatis ingenium: mox detectus, competẽti indignationi ſubiiciatur: illo videlicet euitãte calumniam, [d] qui fortè detegitur laboraſſe ꝓpia copia, ac pro reparandis agrorum fœtibus, non ſterilitatẽ aut inopiam procuraſſe. Dat. Prid. Non. Iun. Conſtantinop. Eucherio & Syagrio Coss.

III. Iidem. AAA. Cynegio. P. P.†

SI peræquatore [e] miſſo aliquis aut procuratorẽ ſuũ [f] retraxerit, aut colonum per cõtumaciam retractionis fugauerit: ad eum cenſuũ modum, quẽ vel eo vel procuratore illi [g] abſente peræquator appoſuerit, [g] noſtræ ſanctionis auctoritate tenebitur. Dat. VI. Kalẽ. April. Conſtantinop. Honor. N. P. & Euodio Coss.

IIII. Imppp. THEODOSIVS ARCADIVS & HONORIVS. AAA. Rufino. P. P.†

OMne territorium [h] cenſeatur, quotiens defectorum leuamen expoſcitur: vt ſterilia atq; arenia [i]† his quæ culta vel opima ſunt, compenſentur. [k] Data. III. Non. April. Conſtantinopol. Theodoſio. A. III. & Abundantio Coss.

Grauati à peræquatore habent facultatem conquerendi intra annum: quo elapſo non audiuntur vlterius: exceptis minoribus & abſentibus reipublicæ cauſa: quibus non currit tempus, donec habuerint experiendi facultatem. Bar.

V. Iidem. AAA. Rufino. P. P.†

QVi grauatos ſe eſſe à peræquatoribus conquerũtur, & iniuſto oneri impares eſſe proclamant, competitionis [l] habeant facultatem: vt quid remiſſum gratia, quídve interceptum fuerit fraude, conuincant, & ex eo leuamen accipiant, quod per deformia & criminoſa commercia ſibi impoſitum eſſe deplorant, vt aliis demeretur: [m] quod intra annum poſt codicum oblationem, [n] quo [o] videbitur, de iniuſto onere conqueratur, & iniquitatem peræquatoris accuſet, ac prẽſtitam gratiam habita compenſatione † conuincat: [p] vt quod ei fuerat ſuperfuſum, [q] ille cognoſcat quẽ debitæ functioni fraus clandeſtina ſubtraxerat. Emenſo autem eo tempore actio [r] denegabitur, exceptis minoribus, qui fuerunt indefenſi: his etiam, qui abfuerunt reipublicæ cauſa: qui tamen ex eo tempore quæ ſunt ſtatuta cuſtodient, ex quo ad agendum habuerint facultatem. [s] Dat. III. Kal. Decembr. Cõſtantinopol. DN. Theodoſio. A. III. & Abũdantio. V. C. Coss.

VI. Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA. Euſebio. P. P.†

PEræquatores [t] ac diſcuſſores ſi incurrerint culpam negligentiæ, vel gratiæ, [u] non ſolum bonorum [x] iacturam, verumetiam annonarum in quadruplum [y] multam ſubire debebunt: ea verò quæ in damnum prouincialium fuerint accepiſſe conuicti, in quadruplũ cogentur exoluere. Dat. IIII. Kalend. April. Med. Arcadio & Honorio. III. AA. Coss.

VII. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS. AA. Sebaſtio Comi. primi ordinis.†

a *Agnoſcat.* & punitur tabularius: vt ſupra de apo. pu. l. j. §. hoc etiam. & de immu. nemi. conce. l. j. & ad id officium amodo non vocantur: vt ſupra de ſuſcep. & ar. l. ſi aliquid & facit infra eod. l. qui grauatos. & de poſtu. l. prouidendum. & ſupra ne fili. pro pa. per totum. & ſupra titu. j. l. j. Accurſius.

b *Viſquis. Feraciũ.* id eſt ferentiũ.

c *Fœtus.* id eſt fructꝰ. & facit. ff. de cen. l. forma. §. ſi vites. & de fur. l. ſi ſeruus nauem. §. interdum. & infra. l. proxi. item. ff. arb. fur. cæſa. l. ij. †C. Th. e. 1.

d *Calumniam.* id eſt pœnam dictæ indignationis.

†aliàs, necauerit. aliàs vitiauerit. aliàs hebetauerit.

e *Si peræquatore.* hoc dic vt in rubri. & no. miſſo. ſic ſupra fin. re. l. ſi quis. & ſic ſecũdum conſcientiam, ſcilicet iudicis, ſeu officialis.

f *Suum.* vt ſupra quod cum eo. l. iij. per cuius præſentiam prædium erat melius: vt ſupra. l. proxi. & ſic de colono ſeruo, vel adſcriptitio, per quem erat melius prædium, & etiam pro quo ſolui debebat: vt ſupra de agric. & cen. l. iij. †C. T. e. 2.

g *Appoſuerit.* non minus propter abſentiã: vt. ff. de cen. l. forma. §. ſi vites. & de regu. iur. l. paré. & nihilo minus punitur: vt. ſ. l. proxi. & fa. ſupra de immu. nemi. conce. l. j. Accur.

h *Omne territorium.* hoc expone vt ff. de verbo. ſigni. l. pupillus. §. territorium. nam territorium ſimul cum ciuitate ſoluebat: vt ſupra de na. li. l. ij. in prin. cum ergo aliquorum prædia defecerũt vel chaſmate, vel alio modo: petunt releuari, id eſt alleuiari in tributis: vt. ff. de cen. l. forma. §. illam. & ſupra de allu. l. iij. ſic & in hac ciuitate ꝓpter depauperatos omniũ de nouo fit æſtimatio. †Co. The. e. 3. †ieiuna, in Cod. Theo.

i *Arenia.* vt berecheletæ.

k *Compenſentur.* id eſt æqualiter imponantur, ſecundum quòd plus vel minus valent conſiderando. Vel dic cõpenſantur, vt quantum deminuitur in deſertis, tantum addatur aliis: vt non minus ciuitas cum territorio ſoluat, quàm conſueuit, ar. in auth. de col. §. & pro his. col. ix. Vel dic prædiis vnius ad eundem, non ad alterum: vt infra ti. j. l. qui per potẽtiam. & l. hac definitione. ſic lucrum cum damno: vt inſtit. pro ſocio. §. adeo. aqua cum pinguedine: vt. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. ſin autẽ. ſic ſupra de iur. emphy. l. fin. §. ſi duorum. ſic fructus cum quarta: vt. ff. de inoffic. teſtamen. l. Papinianus. §. ſi quis. quæri enim debet, vt. ff. e. l. forma. §. pen. deſcribentur ergo ſingula in publicis tabulis ſecundum formam quæ eſt. ff. de cen. l. forma. Accurſius. †C. Th. e. 4.

l *Qui grauatos ſe. Competitionis.* id eſt conquerendi per appellationem. nam ciuiliter poſſunt appellare: vt in authen. de col. §. ſi vero aliquando. col. ix. Item accuſare criminaliter, vt ſubiicit.

m *Demeretur.* id eſt adimeretur. à demo, demis.

n *Oblationem.* id eſt poſtquam ſciuit iniquam impoſitionem per hoc quòd fuit eiectus codex vbi ipſe & alij collaterales erant ſcripti.

o *Quo.* id eſt in quo anni tempore.

p *Conuincat.* pœnam peræquatoris, quod eſt infra. l. proxi.

q *Superfuſum.* id eſt vltra modum impoſitũ.

r *Actio.* id eſt adæquatio. ſic. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. pe. at ciuilis appellatio terminatur ſecundum tempora fatalia. ſupra de tempo. & re. l. ij. & auth. ei qui.

s *Facultatem.* conſonat. ẽ. de præſcri. xxx. an. l. ſicut. §. pen. & de an. excep. l. ij. in fi. & de temp. in integ. reſti. l. fi. & ex quib. cau. in integ. reſti. l. fin. &. ff. de mino. l. interdũ. & no. †aliàs, quòd ipſo iure non currit annus. aliàs daretur reſtitutio: vt. ff. de mino. l. auxilium. niſi in caſu. ff. ex quib. cau. ma. l. ſi qua. Accurſius. †poſſunt.

t *Peræquatores.* hoc expone vt in rubri. at diſcuſſor poteſt dici, qui quærit dominos pro prædiis deſertis, & quærit quis ſit idoneus: & etiam fideiuſſor: vt infra de loca. fun. l. j. Vel dic vt ſupra in rub.

u *Vel gratiæ.* omittẽdo, vel male adæquando. & ſic eſt lata culpa, quæ dolo æquiparatur: vt. ff. de ſuſpec. tutu. l. impuberibus. §. j. & infra de colla. fun. pa. l. placuit. in fi. †C. T.

x *Bonorum.* ſic infra de dign. l. iudices. &. l. quotiens.

y *In quadruplum.* ſupra de exact. tribu. l. j. contra. Sed hic duplũ fiſcus accipiat de hoc quadruplo: vt argu. ſupra de adſeſ. l. iij. Vel dic de alio officio. Vel hic accepit vt ſibi demeretur, & alij adderetur: vt ſupra. l. qũi grauatos. & ſic ſoluetur illi ob cuius malum ac cepit: vt argu. ff. de calum. l. & generaliter. §. fi. Item contra in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. ſi igitur. in fine. §. vbi maior imponitur pœna. ſed in alio officio hic dicit. & facit ſupra ad legem Iuliam repetun. l. j. ſic ſupra de pœn. l. ſancimus. Et not. quòd aut ab officiali hic accipitur, & ſecurus ſit ſex menſibus, vt hic ſequitur: & non prẽſtat quicquã pro prẽterito tempore: vt hic, &. j. tit. j. l. locorum. &. j. de fun. rei pri. l. fin. in fine. &. ſ. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſ. l. fi. aut ſua auctoritate accepit: & tunc biẽnio: vt. j. titu. j. l. qui agros. contra. Et præſtat pro prætcrito tempore, ſicut ſi acciperet à priuato: vt. ſ. ſine cen. l. ij. &. ff. de publica. l. imperatores. quæ ſunt contra. Item fa. ſupra de inoffi. teſt. l. ſi quis in ſuo. Sed ar. contra ſupra de fab. l. iure. & de offi. procon. l. iij. †C. Th. e. pœnali.

BIU Cujas

APud eũ possessio firma permaneat, cui eam à perequatore semel traditam fuisse constiterit: reliqua verò tẽporis anteacti à nouo domino fiscũ postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. ¶ Si quis verò priuatus aut obligatã [a] sibi possessionẽ, quæ deserta vsque nũc permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi iure confirmat: allegationes suas sine mora [b] vel per se vel per aliam personã legib⁹ ordinatam manifestare debebit: ita vt si æquitatis ratione suadente ad petitorem fuerit trãslata possessio: is qui à peræquatore eam susceperit, rei melioratæ susceptis subleuetur expẽsis. [c] Verum ne sub specie litis donationes [d] semel constitutæ turbentur, sex mensium spaciũ censemus debere seruari: intra quod is qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat actiones. Quòd si tempus adscriptũ silentio fuerit interueniente transactũ: nullum penitus repetendi volumus esse principium. Quòd si quis [e] ex eo tẽpore quo perequator prędium alicui addicit, de suo iure vel per se vel per homines suos non crediderit actitandum, sex mensium curriculis euolutis, in perpetuum conquiescat. Data Pridie Id. Mart. Rauẽ. Honor. XI. & Constantio. II. Coss.

TITVLVS LVIII.

DE OMNI AGRO DEserto, [f] & quando steriles [g] fertilibus imponuntur. [h]

Prædia deserta decurionibus loci cui subsunt, assignari debent cum immunitate triennii: & si insufficientes sunt ad dicta onera supportanda, debent diuidi, & possessionibus fertilibus adsignari. Bar.

I. Imp. CONSTANTIN. A.

CVm diuus Aurelianus parens noster ciuitatum ordines [i] pro desertis possessionibus iusserit conueniri, & [k] pro his fundis qui inuenire dominos non potuerunt, quos [l] præceperamus earundem possessionum triennij immunitate percepta de solennibus [m] satisfacere: seruato hoc tenore [n] præcipimus, vt si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera possessionibus [o] & territoriis diuidãtur accepta.

Possidens fundos steriles & fertiles tributarios, si alienat fertiles, & ob hoc efficitur non soluendo: tenetur ad tributa fertilium & sterilium emptor. Bar.

II. Idem. A.

SI quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore priuati [p] iuris quippiam comparauerit, cuius [q] substantia alias possessiones sustẽtare consueuerat, & succisis quasi quarundam virium neruis, reliqua [r] labuntur: earum possessionum onera subiturus est, quæ penes distractorem † inopem inutiles permanebunt.

Accipientes prædia deserta cum immunitate triennii, debent cauere idoneè, quòd dicta prædia non relinquent cum damno reipublicæ. Bar.

III. Impp. VALENTI. & VALENS. AA.

QVicunque deserta prædia meruerint [t] sub certa ĩmunitate, ad possessionem impetratorũ nõ prius sinãtur accedere, quàm vel fideiussoribus idoneis periculo curialiũ datis, vel fundis patrimonij sui maximè vtilibus obligatis, idonea cautione [u] firmauerint susceptã à se possessionẽ nullo detrimẽto publico relinquendam.

Scriptus hæres à tributario debitore, etiã onus fundorum sterilium agnoscere cogitur: & si hæreditati renunciat, cogitur cedere omnibus bonis quæ aliquo titulo à debitore percepit. Bar. to.

IIII. Iidem. AA. & GRATIANVS. A. ad Crescentium.

HAeredes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: [u] vel si renunciandum hæreditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex hisdẽ bonis quocũque titulo [x] & iure perceperint.

Possidens prædia sterilia & fertilia non potest renunciare sterilibus, & fertilia retinere: sed omnibus debet cedere, vt pariter omnia curialibus deferantur. Bar.

V. Impp. VALENTINIAN. & THEODOSIVS. AA.

QVi vtilia reipublicæ loca possident, permixtione facta etiam deserta suscipiant: [y] vt si earum partium [z] grauentur accessu, quas [a] antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis [b] curialibus, qui vtraque hac conditione retineant, vt præstatione salua, cum desertis & culta possideant, sublata [c] à paucis, quos [d] iniquum est electa retinere: cum municipes grauatura sit pars relicta.

Prædium sterile desertum iniungi debet possidenti fundum fertilẽ dominicum, vel templorum: & si nullus reperitur volens dictum prædium possidere, antiquo possessori restituitur præstita cautione tributa soluendi, & alias publicas functiones. Bar.

VI. Iidem. AA.

QVisquis [e] conductor [f] fuerit inuentus possessor fundi fertilis, qui ex publico vel templorũ [g] iure descendit, huic ager iungatur inutilior. ℞ si contra id reluctandũ existimauerit, alius possessor [h] sub eadem

---

a *Pud enim. Obligatam.* Hic not. tolli hypothecariã sex mensibus: vt & redhibitoria. aliàs centum annis: vt supra de sacrosan. eccles. l. vt inter diuinum. aliàs aliter: vt not. supra de præscript. triginta anno. l. cum notissimi. in princip.

Hypotheca ria sex mẽsibus tollitur.

b *Mora.* magna. Et not. fieri sine mora, quod fit intra sex menses: aliàs intra quatuor menses: vt. ff. de iudi. l. si debitori. Accur.

c *Expensis.* per exceptionem. ad quod supra de euict. l. super. hoc est bonæ fidei possessor: vt. ff. de acqui. pos. l. iustè.

d *Donationes.* id est dationes factæ in nouum dominum: & facit infra titu. j. l. locorum.

e *Quòd si quis.* id est quia: ne videatur replicari idem.

f *DE OMNI agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur.*

De censibus & personis eorum qui præsunt censui, dixit: nunc de prædiis, ex quibus census percipitur. & dicit quòd ager relinquitur ob sterilitatem, & aliquando datur à perequatore vel censitore nouo possessori: vt infra de fundis patri. l. si quis à prioribus. aliquando nouus possidet auctoritate sua: vt infra eod. l. vii. & viii. aliquando traditur à principe: vt infra eo. l. fina.

g Steriles. *id est quando steriles fundi suscepti fertilibus compensantur: vt infra. l. v.*

h Imponuntur. *id est adiunguntur.*

i *CVm diuus. Ordines.* id est decuriones, vtpote ditiores: quod dic vt infra eo. l. quisquis.

k *Et.* pro id est.

l *Quos.* ordines.

m *Solennibus.* tributis.

n *Tenore.* id est de immunitate triennij. Sed contra infra eo. l. quicumque. §. cæterum. & §. illos.

o *Possessionibus.* ab aliis qui non sunt curiales.

p *SI quis. Priuati.* scilicet Cæsaris.

q *Cuius.* alienati.

r *Reliqua.* quæ ei remanserant, vtpote non sufficientia pro expensis. & facit supra de debi. ci. l. fina.

s *QVicũque. Meruerint.* i. vt merentur, impetrauerint.

t *Idonea cautione.* cum fideiussore, vel pignore: vt hic, & ff. man. l. si mandauero. §. fin. & fa. infra de loc. fun. ci. l. j. & de fun. pa. l. quicunque. & ff. de muri. l. pe.

u *HAeredes. Agnoscere.* id est exoluere. sic. ff. de leg. j. l. apud Iulianum.

† *desertorũ.*

x *Titulo.* etiam inter viuos: quod aliàs non cõtingit. & facit. C. de iure delibe. l. quidã. & ff. de acqui. hære. l. ij.

y *QVi vtilia. Suscipiant.* id est retineant.

z *Si earum partium.* inutiliũ. aliàs eorum. s. locorum. Accursius.

a *Quas.* partes inutiles.

b *Aliis.* non est adiectiuum ad dictionem curialibus: sed dic aliis, scilicet vtilibus locis, curialibus: sicut si dicerem, cedo prædium tibi.

c *Sublata.* scilicet culta, id est ablata.

d *Quos.* scilicet paucos. nam pauci sunt qui velint culta & bona deserere.

e *QVisquis.* aliàs incipit, vt quisquis.

f *Conductor.* id est curialis, vt dixi. vel etiam non curialis: vt supra l. j. & infra. l. proxi. & facit infra de fun. pa. l. fundos. & in authen. de col. §. si vero. colla. ix. & de manda. prin. §. sed etiam. col. iij.

g *Vel templorum.* similia enim sunt. sic supra ne rei do. vel temp.

h *Possessor.* id est conductor, qui & tributaria prædia possidet: vt

BIU Cujas

in authentic. de collatio. §. siquando.

sub eadem prestatione[a] quæratur: vel si volũtarius qui sit cõductor non inueniatur, tunc ad possessores antiquos,[b] id est decuriones, vel quoslibet alios loca iuris prædicti adiunctis inutilibus reuertantur: idoneis fideiussoribus præstitis.

VII. Iidem. AA.

QVicũque desertum fundũ patrimoniale[c] exercuerit, & fertilem idoneúmq; præstiterit: saluo patrimoniali canone, perpetuo ac priuato[d] iure defendat, & velut domesticum, & auita successione[e] quæsitum sibi habeat, suísque relinquat, neque eum aut promulgatione rescripti, aut reuerẽtia sacræ adnotationis[f] quisquam à fructu[g] impẽsi operis excludat. Cæterũ eos qui opimas ac fertiles possident terras, aut etiam nunc sibi existimant eligẽdas:[h] pro deserta scilicet portione[i] summã debiti præsentis[k] iubemus implere. Illos etiam, qui emphyteuticario nomine, nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinẽt, sic ex illis quoque qui præsidio[l] indigent, iustam ac debitam quantitatem debere suscipere,[m] vt indulto tẽporis spacio, post biennium decretum canonẽ soluendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet meriti & potestatis obiectione submoueatur[n], quò minus ad diacatharotiæ[o]* vicem defectas possessiones patrimonialis iuris accipiat, earũ tributa & canonem soluturus: illud speciali obseruatiõe procurans, vt primo vicinas, & in eodem territorio sortiatur: dehinc si neque finitimas, neque in eisdem locis repererit constitutas, tunc demum etiam lõgius positas: sed inquantum fieri valet, pro interiecto spacio sibimet cohærentes, pro modo & æquitate suscipiat, vt id consensu omnium[q] †fiat, quod omnibus profuturum est.

Agrum sterilem, & tributarium, & desertum quilibet auctoritate propria potest inuadere, siue inuadens sit vicinus, siue non: sed dominus deferens intra biennium recuperare potest restitutis expensis cultori: quo elapso non auditur. Bartolus.

VIII. Imppp. VALENT. THEODOSIVS & ARCADIVS. AAA.

QVi agros domino cessante desertos, vel longè positos, vel in finitimis, ad priuatum pariter publicúmque compendium excolere festinat: volũtati suæ nostrum nouerit adesse responsum:[r] ita tamen, vt si vacanti ac destituto solo nouus cultor insederit, ac vetus dominus intra biennium eadem ad suum ius voluerit reuocare, restitutis primitus quæ expensa constiterit, facultatem loci proprij consequatur. Nam si biennij fuerit tempus emensum, omnis possessionis[s] & dominij carebit iure, qui siluit.

Fundos patrimoniales principis ille dicitur possidere iure priuati, qui ipsos steriles accepit, & sua cultura fecit fertiles. Bartolus.

IX. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS. AA.

QVi fundos patrimoniales iure priuato[t], canone saluo susceperint: hanc omnes sine vllius exceptione personæ propositam sibi intelligant optionem, vt aut ea loca quibus minor est soli fœcunditas, cum his ex quibus fructus vberes capiunt, suscipere & tenere non abnuant:[u] aut si eorum refugiunt sterilitatem, opimioribus[x] cedant.

Si fiscus alicui successit qui fundos steriles & fertiles possidebat, & aliquis per potẽtiam fertiles occupauit: cogitur steriles ex eadem substantia pro portione aceeptare. Bartolus.

X. Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA.

QVi per potentiam fundos opimos ac fertiles occuparunt: cum quæstuosis[y] vberibúsque pro rata portione suscipiant infœcundos[z] ex eadem substantia.

XI. Iidem. AA. Hadriano.

LOcorum domini intra sex menses[a] edictis vocati, reuertantur. qui si adfuerint,[b] & propria[c] teneant, & ea quæ ex præterito contraxerint debita, redhibere cogantur. Sin verò se impares esse earum rerũ tributis propria confitentur[d] absentia, nec adesse voluerint:[e] penes eos qui hæc susceperint, & certũ quẽ[f] tributorũ canonem promittũt, proprietas possessionis intermerata pmaneat: vt postquã ea exoluerint, sciant

---

a *Præstatione*. forte quæ præstabatur antequam esset sterilis, saluo triénio: vt supra eo. l. j. & sic non est contra supra de iu. fis. l. iij. §. diui fratres.

b *Antiquos*. qui reliquerunt loca vtilia illorũ qui voluerint suscipere. Item hæc non vere inutilia: vt supra l. proxi. dicitur. sed locant hæredes. & facit infra de fun. patr. l. quicunque.

c *Qvicunque. Patrimonialem*. id est pertinentẽ ad patrimoniũ principis.

d *Priuato*. id est speciali. & hoc quo ad fiscum, vel principem: vt infra de fun. pa. l. iij. in fi. sed alius habẽs in eo ius auditur vsque ad sex menses: vt supra ti. j. l. fin.

e *Successione*. id est si per patris successionẽ haberet. & fac. infra de fun. pa. l. hi. & de fun. rei pri. l. j. & infra de diuer. præ. l. iiij.

f *Adnotationis*. proprio motu. & fac. supra de rescin. ven. l. iij. & de preci. impe. offe. l. quotiens.

g *Fructu*. id est velut.

h *Eligendas*. terras fertiles.

i *Portione*. scilicet deserta, quæ ei detur: vt supra. l. proxi. Vel dic quòd habet aliam sterilem, vel partem sterilis. nam vna supplet aliã: vel statim: vel post biennium: vel post tẽpora huius legis. ad quod infra. e. l. hac definitione. & sic non est contra supra. e. l. j.

k *Præsentis*. quasi dicat, non præteriti temporis: vt supra ti. j. l. fi. Accursius.

l *Præsidio*. id est desertis quæ eis dantur.

m *Suscipere*. scilicet iubemus: repete, exactorem. Sed videtur cõtra. huic superiori proxi. respon. supra eo. l. j. So. ibi fiscale, hic patrimoniale. Accursius.

n *Submoueatur*. hoc onus, cum habẽtur tunc fertilia. volebant enim se aliqui excusare, & accipere sterilia ad vicẽ cuiusdam hospitalis, quod excusatur, licet fertilem habeat.

o *Diacatharotiæ*. hospitale. ad quod ẽ. de episc. & cleri. l. omnia.

* *diacatachiæ. vide Alciatum hic.*

† *Nã quod oẽs tangit, ab oĩbus debet approbari. Sic archiepiscop⁹ debet ab episcopis prouincialibus ordinari: vt extra de tẽpo. ordi. ca. si archiepiscopus. iuncta gl. super verb. ab omnibus.*

A p *Soluturus*. pro futuro, non pro præterito: vt infra eodem. l. hac.

q *Omnium*. municipũ, vel maioris partis. sic supra de iurisdi. om. iu. l. ij. & no. quòd omnes &c. vt supra de aucto. præst. l. fin. & ff. de edil. edi. l. quod si. §. si plures. & qui & à qui. l. pe. §. j. Item facit. ff. de tuto. & cur. da. l. diui. & supra de exacto. trib. l. pro locis. & supra de censi. l. fina. Item facit quòd hic sua auctoritate inuasit: ibi à præquatore accepit.

Qvi agros domino.

r *Responsum*. i. cõsensum sine alia interpretatione.

s *Possessionis*. conditio ergo ex lege cum quærebatur, hic cessat, quæ ad triginta an. datur. Item nec titu. nec forte bona fides hic exigitur. aliàs secus: vt supra de rei vin. l. nullo. Sed hoc speciale fauore tributorum: vt supra de iu. do. impe. l. finali. Item contra infra eodem. l. locorum. Sol. ibi vocati fuerunt primi domini, hic non.

Qvi fundos iure priuato.

t emphyteutico. Accursius.

u *Non abnuant*. id est non renuant. Accur.

x *Opimioribus*. id est fertilioribus. sic ergo fa. supra eodem. l. hæredes. & infra. l. proxi. & infra ti. j. l. fin. & in authen. de coll. §. si vero. colla. ix. & ff. de admini. tu. l. cum quæritur. & ad exhibẽ. l. Celsus. §. j. & supra de ca. tol. §. his ita. & de damno infec. l. prætor. §. fina.

Qvi per potentiam.

y *Cum quæstuosis*. facit supra. l. proxi. Accursius.

z *Infœcundes*. id est steriles.

a *Locorum. Sex menses*. supra eodem l. qui agros. in fi. cõtra. Solu. vt ibi.

b *Adfuerint*. id est præsentes sunt, & sic venerunt.

c *Propria*. scilicet prædia vocati prius.

d *Confitentur*. a no. cõ- a Vide tumacem pro cõfesso, hanc sic in authen. de exhi- de Pla. ben. §. si vero. sed aliàs & p. contra. ff. de custo. reo. & mas. l. diuus. §. sic & diuus. b Alci.

e *Voluerint*. intra sex m. c. mẽses vocati prius. 7. extra

f *Quem*. id est aliquem. confessi.

Competi-

a *Competitionis.* infra de fun.patri.l.si quis.& supra. e. l. quicunque.in princi. Accursius.

b *Cœperint.* non pro anteriori tempore: vt supra titu.j.l.fi. & supra eo.l.quicunque.§.cæterum. Sed arg.cõtra.ff.de iure fis.l.prædiis.& de pub.l.imperatores. Sol. hic magis inuito datur: aliud in istis qui sponte emunt.

ar.ś.l.pxi.&.l.qui fundos. Vel verius hic de

†cõpetitoris. sterili,& sua auctoritate accedit: vt supra eo. l.qui agros.

c *Ac definitione. Munificum prædium.* i.muneri subditũ.

d *Destitutionibus.* scilicet solutionis debiti. si

†præstetur. autem ipsum prædium desereretur, tunc bene adsignabitur alij cum onere: vt supra eodem l.quisquis.

e *Despectione.* superiori.l.competitio, hic despectio.& aliàs est despectione, aliàs defunctione. Et no. quòd si habeo fertile prędium: non soluo pro te, qui habes sterile, vel desertum. sed si habeo sterile & fertile, vnum soluit pro alio: vt hic, & supra de censi.l. omne. adeo quòd postquam sterile esset mihi datũ à peræquatore: nõ soluo pro præterito tempore: vt supra.e.l.locorum.in fin. licet secus si spóte acceperim: vt.ff. de iur.fisc.l.prædiis. & de pub. l. imperatores. quæ sunt contra. & facit supra ne vxor pro mari. & in auth. vt non fi.pig.coll. v. & in authen. vt nulli iudi. §. quia vero. colla. ix. & infra de exceptio. & exactioni. l. nullam. &

† *De hac materia vide p Inn. in c. p inquisitionẽ. extra de accu. &* supra vt nullus ex vicariis &c.

f *Præstigiis.* expone vt.ff.de adul.l.ita.

g *Mutiletur.* id est tardetur.

p Abbatem in. c. olim. de rescript. & in. c. at si clerici. de iudi.

h *Omnium prædiorũ.* tam rusticorũ, quàm vrbanorum.

i *Contracta.* id est detracta: vt quia cessauerunt in solutione tributorum. tunc enim possessores exceptis ecclesiis amittunt prædia: vt hic, & supra de episcopis & clericis.l.de his. & de sacrosan. ecclesi. l.placet. ibi, nulla &c.

k *Vra.* hac lege no. quòd desiderium apud acta publicatũ non potest corrigi. sic supra de liberali causa.l.cum precium. Sed argumen. contra eodem titu.l.interrogatã. Sed ibi speciale, ne pereat libertas. Item facit ad hanc legẽ supra eodẽ.l.quicunque.in principio.& infra de fun.patri.l. quicunque. & supra de exact.tribu.l.finali.& supra de censi.l.si peræquatorem.

l *Repetendi.* intra biennium, cum palam renunciauit: vt supra de spactis.l.postquam.

m *Si quis. Naualem.* nauicularij alicuius fuerant, vel erant: vt.ś.

sibi inquietudinem submouendam, nec subreptione cuiusquã cõpetitionis [a] †loca quæ tenuerunt auferẽda: quibus etiã illud indulsimus, vt ex eo tempore ex quo primum loca de quibus agitur, cœperint [b] possidere, tributa poscantur.†

Ad tributa prædii sterilis nullus possidẽs fertilia cogitur, nisi postquam adsecutus fuerit. Bartolus.

XII. Impp. HONORIVS & THEODO. AA.

HAc definitione sancimus nullũ possessorem neque munificũ prædium [c] pro alienis debitis vel destitutionibus [d] esse retinendum: neque eorum prædiorum despectione [e] prægrauari, quæ ex iisdẽ bonis quæ retinentur, nequaquã esse mõstrãtur: ne vllis pręstigiis [f] atque cõmentis exactio mutiletur. [g]

Domini prædiorum debent requiri vt soluant debita contracta: & ipsis cessantibus, adsignantur volentibus soluere. Bart.

XIII. Iidem. A A. ad. P.

OMnium prædiorũ [h] actores ac domini requirãtur: quorum si vitio probantur debita fuisse cõtracta [i], in absoluto est vt debeat dominium cõmutari.

Si curialibus patientibus, & apud acta fatentibus prædia esse alicnius, & tributa quis soluerit, apud soluentes remanet perpetuo dominium prædiorum: & nulla repetendi datur licentia. Bartolus.

XIIII. Iidem. A A. Aureliano.

RVra [k] & possessiones† quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta prouincialia desideriis suis vel reliquerunt, vel possidere alios permiserũt: penes eos qui eas excoluerunt, & functiões publicas recognoscunt, firmiter perdurabũt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi. [l]

XV. Iidem. AA. Seba.

SI quis deserta prædia quæ naualem [m] sustinẽt functionẽ, & in desertis nunc vsque remanent, superæquationis [n] iure perceperit: meliore conditione in omnibus titulis cõuenit ea [o] A de præ.na.l.ij.&.iij. quibus tributa dabantur ex prędiis aliquorũ.

n *Superæquationis.* vna dictio, superæquationis. Accursius.

o *Ea.* scilicet prædia, quasi dicat, multa grauamina inerant in eis quæ releuantur ab aliis, vt naualis sors integra soluatur. & secundum hoc ponitur hic ti. vt supra de cano.lar.titu. & sunt similia, ꝙ in vno releuetur, & in alio grauetur. ff. de iureiur. l. eum qui. & supra loc.l.licet. & supra eo. l. quicunque. §. cæterum. &. §. illos. &. ff. de publica. l. cotem. §. fina.

Crauatus in vno, in alio releuari debet.

†*al. nauatis.*

p *Portiuncula.* ex dictis prædiis, quæ dicũtur deminuta, eo quòd macra & sterilia sunt facta.

†*numinis.*

q *Fuerit.* aliàs fuerit, scilicet portiuncula. aliàs fuerint, scilicet prædia.

r *Si quis. Firmiter.* sic infra de loca. præ. ciui. l. fin. in princi. & l. quicunque. & supra eod. l. quicunque. in princip.

f *Nullámque eos.* transit de singulari ad pluralem numerum. sic e contra supra de in ius voc. l. fina.

t *Innouationem.* sic supra de agri. & censi. l. cum satis. §. caueant. & supra quib. cau. co. cen. l. j. & supra de allu. l. fin.

u *Iubemus. Municipem.* id est muneri subiectum, vt innuit ex eo quod sequitur, &. ff. ad municip. l. j. Accur.

x *Territorii.* id est terræ: vt supra eodem. l. hac. & sic aliter quàm ff. de verbo. significa. l. pupillus. §. territoriũ. vel die quòd licet alij quandoque cogantur extra territorium accipere deserta prædia: vt supra. e. l. quicunque. §. fin. curiales tamen non: vt argu. supra de decu. l. curiales. & supra de act. & obli. l. ob causas. &. l. rura. & illa quæ dixi supra eo. l. hac definitione. Accursius.

releuari, vt grauis sors nauis† esse non possit pro ea quę resederit portiuncula: [p] cùm aliis fuerit [q] dispendiis liberata.

Accipienti fundũ patrimoniale sterilẽ sub certi canonis annua præstatione, nõ debet augeri canon ex melioratione. Barto.

XVI. Iidem. A A. Hermog.

SI quis auctoritate nostri nominis† de fundis patrimonialibus steriles sub certi canonis pollicitatione suscepit, firmiter [r] eum volumus possidere: sub eiusdem tamen canonis solutione, quem nostræ maiestatis auctoritas per annos singulos soluendum esse pręscripsit: nullámq; eos [f] descriptionem, siue adiectionem, aut innouationẽ [t] in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum est, eos qui nobis hortantibus fundos inopes atq; egenos, magno labore impenso, aut exhausto patrimonio vix fortè meliorare potuerunt, vtpote deceptos, inopinatum onus suscipere: illúdque velut quadam circumuẽtione deposci, quod si se daturos præsciissent, fundos minimè suscipere aut etiam colere paterentur.

XVII. Impp. THEODOS. A.

IVbemus [u] neminem curialẽ pro alieni territorij [x] debitis detineri, sed tantùm municipẽ pro gleba propria conueniri.

TITVLVS LIX.

DE FVNDIS LIMItrophis, [y] & terris, & paludibus, & pascuis, & limitaneis, & castellorum. [z]

Quidam præfectus qui vocabatur Tiberianus, statuit quasdam possessiones, ex quibus militibus custodientibus limina imperii deferebantur frumenta. hoc statutum hic confirmat hac lex, & inbet in perpetuum obseruari: mandans quòd rescripta in contrarium impetrata, nullius sint momenti. Bartolus.

I. Impp. VALENTINIA. & THEODOS. AA.

TIberian[o] [a] ad possibilitatem [b] singulorum quorũque locorum intuẽs, statuit certas possessiones

y *DE FVNDIS limitrophis &c.*

Quidam habent, limitrophis, à trophos descriptio: & limite, id est descriptis ad vsum militum: qui milites imperium custodiunt: vt infra. l. i. & fi. & in quibus cessat alluuio: vt. ff. de acqui. re. do. l. in agris. aliàs est limitosis. hæc siue de nostris, siue de exactis fundis erant.

z Castellorum. *scilicet fundis: vt infra. l. ii.*

a *Tiberianus.* vel imperator: vel quia in eorum chronicis non inuenitur, præfectus fuit: qui legem facere potest: vt supra de offi. præfe. præt. Ori. l. formam.

Legẽ facere potest præfectus.

b *Possibilitatem.* quod facere debuit: vt supra de an. & trib. l. pro locis.

a *Limitem.* aliàs limitum: item aliàs conuenirent: aliàs conuerterent: altàs conueherent.

b *Respuenda.* rescripta. sic & infra titu. ij. l. penult. & l. omnis.

c *Quicunque.* priuati, vel milites non castellani, secundum P. vt in fi. huius. l.

d *Territoria.* id est castrum cum territorio, id est iurisdictione: vt ff. de verb. sig. l. pupillus. §. territorium. Vel etiam ipsum castrũ, & terram in qua residet.

Ut scriptis, ad limitum frumenta eõuenirent.

e *Adscripta sunt.* ab his qui primi agros cõstituerũt: vt argu. ff. de aqua plu. l. quod principis. Vel dic adscripta, per exemplum seu scripturam principis, quod olim dabatur magistris militum custodientibus limina. quod exẽplum sequebantur magistri militum qui etiã statuerũt numerũ militũ limitaneorum: vt. §. de offic. præfect. prẽto. Afr. l. in nomine domini. §. quod autem.

f *Antiquitas.* id est antiqui: vt prædixi. vel id est vetustas, quę pro lege habetur: vt. ff. de aqua plu. ar. l. ij. in principio. Et sic no. non licere cuilibet habere castrum. quod intellige in limite imperij, & sic castellum dicitur limitis castrum: vt. d. l. in nomine domini. & hic dicit, his locis: at alibi quilibet potest facere: vt. C. de ædi. pri. l. per prouincias. nisi fiat ad æmulationem, vel scãdalum inde oriretur: vt ibi not. nam nec priuato debet committi custodia limitis: vt. ff. de ope. pub. l. legatum. sic nec vlli licet extraneo metrocomiã emere: vt supra non licere ha. metro. l. j. & hæc castra si sunt nimiæ magnitudinis, per magistrum militum possunt ad modum reuocari: vt supra de offic. præfec. prætо. Af. l. in nomine domini. circa fi.

Castrũ cuilibet habere non permittitur.

g *Non castellanus.* id est talis miles, cui non sit adscriptum limitis castrum: nec sit à magistro militum inter limitaneos deputatus. ex militibus enim constituebantur milites limitanei, qui erant sub ducibus: vt supradicta l. in nomine domini. & de offic. ma. mi. l. fi. Ac.

h *Agros limitaneos.* id est militibus custodientibus limina imperij adsignatos: vt infra titu. ij. l. omnes. & supra. l. j. Accursius.

i *Munere.* ergo tributorum. sed pro non limitaneis etiam milites tributa præstant: vt supra de offi. præfe. Aug. l. j. &. ff. de mu-

que ad limitem[a] †frumenta cõueherẽt. Quocirca generali lege sancimus Tiberiani dispositionem oportere obseruari: amouentes quicquid vel potentia cuiuscunque elicuit, vel furtiua deprecatio: addentésque nihilo minus, in futurum nulli licere aduersus vtilem vetustatem, & præsentem legem nostram importuna & respuenda[b] reposcere.

In limite imperii nullus debet esse castelli detentor: nisi is solus cui per principem detentio est commissa: contrà facientes pœna hic inserta puniuntur. Bartolus.

II. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS. AA.

QVicunque[c] castellorum loca quocunq; titulo possident, cedant ac deserant: quia his tantum fas est possidere castellorum territoria,[d] quibus adscripta sunt,[e] & de quibus iudicauit antiquitas.[f] quòd si vlterius vel priuatæ cõditionis quispiam in his locis, vel non castellanus[g] miles fuerit detentator inuentus: capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur.

Agri limitanei donec per milites possidentur, sunt à tributis immunes. si tamen alienati fuerint lege prohibente, vindicãtur, non obstante temporis præscriptione. Bar.

III. Impp. THEODOSIVS & VALENT. AA.

f *Quotiẽs. Colonorũ.* noſtrorum.

g *Origine.* non admittitur quilibet ad emendũ. ſic.ſ. nõ licebi.me.l.j.& in auth. de colla.§.ſi vero. Sed arg.contra.ſ.de cõtrahen.emp.l.dudum.

h DE PRAEDIIS tamiacis &c. *Quidã dicũt debere ſcribi de prædiis dominicis, non tamiacis, in hac rubri.& hoc ex eo probatur quod ſubiicit: & de his qui &c. ergo in.l.i. dicatur dominico vel dominica, non tamiaco vel tamiaca.& in vl. fundos dominici iuris, nõ tamiacis, ſecũdum P. quod nihil eſt. Vel dic ſecundum to.* †de tamiacis prædiis pulchrè *Al.* hic,& *Pyr* rhus.ſ. ad tit. de fun. rei priua. *tamiacis, ſcilicet prædiis in quib⁹ ſunt cellulæ. Vnde tamiacus, id eſt cellarius: aliàs cellularius. tameiõ enĩ græcè, latinè dicitur cellarium. Vel aliter, prædia empta erãt, vt canonem vtterent inter cellulas ſecundum to.& eorum coloni dicũtur tamiaci, id eſt dominici coloni: quia dicta prædia erant imperatoris.*

i *Si liber.* aliud in ſeruo, vel adſcriptitio: vt.j.in.l.fina.Acc.

k *Dominico.* per hoc probatur non debere ſcribi tamiacũ ſecũdũ P.& not.prout accidit colono, eſt ſpeciale: vt ſ.de ſer.fugi.l.ſi. Acc.

l *Sancimus.* vt ſequatur matris conditionẽ: vt &.ſ.titu.j.l.ex ingenuo.cũ ſuis cõcor.qđ i caſu primo huius legis nõ cõtingit. Itẽ eſt cuiuſquam gerendã, aut aliquid adminiſtrandum ſuſcipiat.

III. Idem A. ad Equitium magiſtrum equitum & redituum.

SErui atq; coloni,& eorũ filij vel nepotes, vel quicũq; de fundis ac poſſeſsionib⁹ noſtris elanculo ad officia cõuolauerint diuerſa: reddantur, etiam ſi armatæ habuerint ſacramẽta militiæ[a]. Nos enim etiam eos diſcingi[b] iubemus, ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

IIII. Imppp. GRATIANVS VALENT.& THEODO. AAA. ad Florum.

EX ingenuo & colonis ancillíſq; noſtris natos natáſve, origini ex qua matres eorũ ſunt, facies deputari[c].

V. Imppp. VALENT. THEODO.& ARCAD.AAA.

DOminicos colonos neque ad deſcriptionẽ[d] patimur deuocari, neque extraordinarias[e] pati fũctiones: maxime cũ aduerſus cõſuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

VI. Impp. THEODO.& VALENT.AA.

QVotiens alicui colonorũ[f] agrũ priuati patrimonij noſtri placuerit venũdari: nõ vn⁹tantũ, qui forte cõſortib⁹ ſuis grauis ac moleſtus exiſtat, ſed alij quoque duo vel plures ex ſimili origine[g] ac iure venientes, in ſupradicta emptione ſocientur.

TITVLVS LXVIII.

DE PRAEDIIS TAmiacis, h†& de his qui ex colonis dominicis aliíſque liberæ conditionis procreantur.

Natus ex vno parente tamiaco & altero libero, tamiacus eſt: natus autem ex adſcriptitio, vel ex ſeruo alieno, & ancilla dominica, vel adſcriptitia, vel ex ſerua priuati, & ex colono vel ſeruo dominico, ſemper ſequitur conditionem parentis liberi. Bar.

I. Imperator ZENO A.

SI liber[i] colonus vel colona libera tamiaco vel tamiacæ matrimonij iure copuleẽt: filij vel filiæ ex huiuſmodi contubernio procreati vel procreatæ, colonis dominicis annectẽt. ſi autẽ adſcriptitius vel ſeruus alien⁹ colonã vel ancillam dominicam * ducat in vxorem, vel adſcriptitia vel ancilla colono vel ſeruo nubat dominico[k], & ex huiuſmodi coniũctionibus nati ſunt liberi: veterum legum ius tenere ſancimus[l]. * tamiacã, & ſic decepi.

II. Idem Sebaſtiano P.P.

MEminim⁹ pragmaticã ſanctionem iuſſiſſe[m] fundos tamiaci[n] iuris in prouinciis poſitos, necnon etiam poſſeſsiones gomaticij[o] *ſaltus ſub certa forma (ſaluo ſcilicet canone[p], & tributariis collationib⁹) hiſdem prædiis impoſitis, volẽtibus diſtrahi[q], quaten⁹ quicquid ex preciis memoratorum fundorũ poſsit reſtitui, publico inferatur. Sed licet per eandem ſanctionẽ huiuſmodi vẽditionum contractibus pleniſsima delata ſit cautio, attamen perpetuæ emptionis ſecuritati conſulentes, huius etiam perpetuæ conſtitutionis auctoritate muniri eoſdem emptores præcipimus.

TITVLVS LXIX.

DE DIVERSIS PRAEdiis vrbanis & ruſticis templorum & ciuitatum, & omni reditu ciuili.

Ædificans in ſolo publico debet ſoluere debitam penſionem pro ædificio, ſi expediat reipublicæ: aliàs ipſum ſolum cum ædificio vindicatur. Bartolus.

I. Imp. IVLIANVS A.

PRo ædibus quas nõnulli ĩ ſolo reipublicæ extruxerũt: placitam præſtare penſionem cogantur[r].

II. Idem A. Secundo P.P.

PAmphyliæ[s] etiam ciuitates, & quæcunque aliæ[t], quicquid ſibi acquirant[u], id firmiter habeant.

Tertia pars canonis qui redigitur ex fundis vel locis reipubli. ſufficit ad reſtaurationem murorum. Bartolus.

III. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA.

REſtaurationi mœniũ[x] publicorum tertiam portionem eius canonis[y] qui ex locis fũdíſve reipublicæ annua præſtatione confertur, certum eſt ſatis poſſe ſufficere.

Emptor reipub. vel tẽplorum ipſam perpetuò poſſidebit: nec ab eo poteſt auelli, licet alius offerat meliorem conditionẽ. Bar.

IIII. Iidem AA.

EOs qui auctione[z] prima fũdorum iuris patrimonialis, ſiue templorum poſſeſſores effecti ſunt, vel fuerint, firmum[a] dominium tenere decernimus, ne vlterius vacillet vniuſcuiuſque poſſeſsio, ſed teneat quiſq; ius propriũ quod dato precio roboratum eſt, vel fuerit.

Emptio rei emphyteuticæ fiſcalis facta à priuato, vel etiam à ciuitate ſub pacto ne teneatur ad canonem, tenet: ſed pactum eſt irritum. Bartolus.

argu. contra. ſupra de ſer. fugiti. l. fin. Sol. ibi in liberis. Accurſius.

m *Eminimus. Iuſſiſſe.* quod habemus.

n *Tamiaci.* expone vt in rubri. **al. conatrici. Cunatheticis ſeu agonatheticis malles Alciat. hic. Pyrrhus gomaticis videtur aſſerere ſ. ad tit. de fun. rei priua.*

o *Gomaticii.* id eſt ſaltus laboribus ad fertilitatẽ deducti. gomos enĩ Græcè, Latinè labor. Alij habent canonici, id eſt præſtantis ordinariũ canonẽ. canon enim Græcè, Latinè ordo. inde canonici: quia ex ordine nominatorũ ibi ſunt poſiti ſecundum M.

p *Canone.* de hoc canone fit mẽtio. ſ. de colla.do.&.ſ.de ſac.ſanc. eccle.l.placet.

q *Diſtrahi.* ſibi ſubaudi. hoc fallit in his patrimonialibus qui per Orientem ſunt: vt.ſ.de fund.pa.l.pe.& facit.j. titu.j.l.j.&.l. eos.&.l. ſi quis.&.j.tit.ij.l.ſi.& ſ.de ſun. rei priua.l.j. &.l.ſi. Accurſius.

DE DIVERſis prædiis &c.

r *Pro ædibus. Cogantur.* ſi hoc publice expediat. aliàs vĩdicẽtur in publicũ per præſidem: vt.ff.de ope.pu. l.ſi legatũ.§.ſi.& facit ff.ne quid in loco pub. l.ij.§. ſi quis neminẽ.

s *Amphyliæ.* aliàs Pãphylæ.& eſt nomẽ prouincię. aliàs incipit, etiam ciuitates.

t *Aliæ.* ſcilicet ciuitates. vel dic aliæ ſcilicet villæ vel perſonæ. Accurſius.

u *Acquirant.* iuſte tamen. & facit. ſ. de hære. inſti. l. hæreditas. & de leg. j. l. ciuitatibus. &.ſ. de fun. rei priua. l. j. &.ff. ad Trebel. l. omnibus.

x *Reſtaurationi mœniũ.* ciuitatũ vel caſtellorum: quod fieri debet cõſulto principe: vt.ff.de re. diui. l. ao tepenul.§. muros.

y *Canonis.* id eſt annui tributi fiſco præſtandi: vt.ſ.de ope. pu. l. ne ſplendidiſsimæ.& de vect. l. ſi.& in auth. de coll.§. iubemus nullam. colla. ix.

z *Eos qui auctione.* id eſt acceptione p emptionem: vt. j. in ſi. & ſic pro actu non pro iure ponitur nomẽ auctionis. ſic in authenti. hoc ius porrectum. ſupra de ſacroſanc. eccl.

a *Firmum.* quia nõ *a Quod gl.* eſt locus

BIU Cujas

hic dicit.ſ. quòd nõ eſt locus auctioni i rẽditione rerũ tẽplorũ: eſt correctũ per authenticã hoc ius porrectũ.ſ. de ſacroſanc. eccl. ſecũdũ Io. de Pla. hic.

eſt locus adiectioni in patrimonialibus, ſeu templorum poſſeſſionibus, ſed ſolum in cauſis fiſcalibus: vt infra de ven.re.ci.l.j. vel poteſt dici, vt in patrimonialibus ſit locus adiectioni: ſed nõ niſi ſemel: & hoc colligitur in eo quod dicit prima auctione. ad quod facit ſupra de fũ. rei priua.l.j. Accur.

a *Si qui. Ergaſteria.* Si acceperunt, quod eſt iſtra, ſcilicet ab alio priuato.

b *Huius.* ſcilicet Cõſtantinopolis.

c *Ciuilis.* ex qua reditus præſtari debet.

d *Agonotheticas.* expone vt ſupra de fun. rei priuatæ.l.fi.

e *Eis.* poſſeſſoribus.

f *Debita.* id eſt quod debetur priuato.

g *Dominium in perpetuum.* contra ſupra de fun.rei priua.l.fin.vbi aufertur poſſeſſio. ſed ibi in prædio Cæſaris: hic ciuitatis.

h *Largitionibus.* id eſt cameræ principis.

i *Ademptum.* canonẽ dico nunquam ademptum per pactum ab emptore: quia nõ poſſet: vt ſupra de fun. rei priua.l.fi.

k *Impoſitum.* poſtquã nouus poſſeſſor accepit. facit infra de loc. præd.ci.l.fi.& de fun. rei priua.l.j.

l *Hac in perpetuum.* Martianus conceſſit ciuitati Nicenẽſium, & quibuſdã nobilibus de territorio Apamenæ ciuitatis, vt de reditu ſeu canone quẽ ſoluere debebant, dicta ciuitas exigeret ſibi certam ſummam: quod priuilegiũ à certo tempore malè obſeruatũ eis reparat Zeno per.l.iſtam.

*†Cõcor. ad hãc.l.c. nouit. in verſi. vt nec illud omittamus. extra de in dic. ſecundũ Io. de Pla. hic. *aliàs, qua dr̃gẽtorũ.*

m *Nicenenſium.* ciuitas eſt in prouincia Syriæ ſecundum P.

n *Eorũ.* forte nepote.

o *Tertia indictione.* ex quo tempore non fuerit eis obſeruatum.

p *Cũ ipſa.* ſcilicet Apamena ciuitate, quę erat ſubdita Niceñ. vel dic, cum ipſa exactione.

q *Quam.* hoc reſpicit ſuperius. Accurſius.

r *Ciuitatis.* Niceñ. Ac.

ſ *Ciuitatibus.* prædictis duabus, quibus & alia priuilegia data fuerant à Martiano. Et eſt hæc.l.ar. pro priuilegiis renouandis: vt in

Priuilegia veterã reno nari debẽt.

authenti. de hære. & Fal.§.j.

DE LOCATIONE prædiorũ ciuilũ vel fiſcalium &c.

t Ciuilium. *ſcilicet cuiuſlibet ciuitatis: vt ſupra titu.i.l.i. Accurſius.*

u Fiſcalium. *hæc non debent locari minoribus. Item conductor nihil debet exinde exportare: vt.ff. de iur. fiſ.l.in fraudẽ.§.fi.& §.penul. Acc.*

x Templorũ. *ex hoc titu.& eius legibus videtur poſſe colligi quòd ſicut prædia reipubli. ſen dominicæ poſſunt locari in perpetuum, id eſt dari in emphyteuſim: ſic tẽplorum. quod nona conſtitutione prohibitum eſt: vt in authenti. de ali.& emphy.§. locationes. colla.ix. vbi nõ vltra. xxx. an.& in aliis venerabilib⁹ domib⁹. ſed dic quòd poteſt etiam in perpetuũ: vt no. in authenti. de non alie. §. necnõ illud. col. ii.*

y *Diui. Perpetuariis.* ſcilicet colonis.

z *Officiorũ.* id eſt officiorũ colonorũ &c.

a *Si apparitione.* id eſt iudice cum ſuis apparitoribus: qui & diſcuſſor dicitur.

b *Fideiuſſione.* ſi tamẽ habent ſufficiẽtia prędia: vt ſupra de om. ag. deſer. l. quicũque. & de fun. pa. l. quicũque. Accurſius.

c *Seruetur.* facit ſupra de fun. rei priua. l. quicunque.

d *Vndi. Conductionis.* ſimplicis temporalis. nam tunc poſſet auferri primo, alio plꝰ offerente: vt infra. l. fi. §. ſi vero pro tali. quod hic non licet poſt cõtractum: vt hic, &. j. l. fin. ſed nec locabitur, ſed tẽpore contractus ſic: vt in fi. huius. l. & infra. l. proxi. tenebatur ergo in emphyteuſim. & facit. ff. de iure fi. l. iij. §. diui fratres.

e *Sanctionum.* id eſt priuilegiorũ, quę ſanctiones perſonales dicũtur: vt inſtit. de iur. na. §. plane.

Priuilegia perſonalia ſanctiones dicuntur.

f *Veterẽ.* quã non habemus. ſed permittebat aliũ plus offerre tẽpore cõtractꝰ, nõ poſt: vt in prin. l. dixi. Et no. q ſufficit ſemel. ſic. ſ. de iure deli. l. fina. §. ſed quia. Itẽ facit. ſ. de vẽ. re. ciui. l. j. & de fide inſtru. & iur. haſtæ fiſ. l. ſi tempore. & l. quicũq;. &. ff. ad muni. l. Lucꝰ. §. fi. & ſupra de mune. pa. l. ij. & iij.

g *Loca. Edictis.* forte. xx. dierum ſecundum formam quæ eſt. ſ. de ſacroſan. eccl. auth. hoc ius porrectũ. & ſupra. l. pxi. cũ ſuis ſimilibus. Accurſius.

h *Cõductoribus.* ſ. emphyteuticariis.

Congruit.

V. Imperator VALENTINIANVS A.

SI qui ex titulo donationis vel emptionis, ſiue ex alio quolibet titulo poſſeſsióes, vel domꝰ, vel ergaſteria[a] iuris dũtaxat ciuilis, quæ huius iuris eſſe verè probãtur, cuiuſlibet ciuitatis, & præcipuè hui⁹[b] æternæ vrbis, cui maiorem debemꝰ fauorem, tam ciuilis[c] (vt dictũ eſt) iuris, quàm etiã agonotheticas[d] poſſeſsiones, à conſulatu Auſonij & Olybrij, dempto ciuili canone acceperunt: eos impoſitum eis[e] canonem iuxta fidem publicorũ monumentorũ ciuitatis ad quam eædem res ptinuerit, præbere iubemꝰ. Nam ſi priuati iuris debita[f] non patimur denegari, multo magis præbenda ſunt ciuitatibus, quæ iure debentur: cũ ſufficiat poſſeſſoribus, quòd apud eos dominium[g] in perpetuum ex noſtra liberalitate permaneat. Si quæ tamẽ poſſeſsiones iuris ciuilis canonem priuatis largitionib⁹[h] in præſenti præbent, vel nunquam ademptũ[i], vel poſtea impoſitum[k]: ad hanc iuſſionem non pertinebunt, ſed priuato ærario canonem quem nunc agnoſcũt, inferre ex more debebũt, dominio firmiter apd eos ſucceſſoréſque eorũ & detẽtatores pari modo ꝓmanẽte.

VI. Imp. ZENO A.

HAc in perpetuum[l†] valitura lege ſancimus Nicenenſiũ[m] ciuitati, ſeu habitatoribus eius, tam ius exactionis XL.* ſolidorum annui canonis ciuilis reditus ad ſuam patriam pertinentis, & poſſeſſoribus, id eſt Callimacho & Eliburno, necnon Emptorio & Veratorio cum Epotio eorum[n] ſub territorio Apamenæ ciuitatis conſtitutis, ex nuper lapſa tertia indictione[o] cum ipſa[p] reſtitui: quàm[q] ſi quid ex quo ſanctio Martiani diuæ memoriæ lata eſt, ad eiuſdem ciuitatis[r] præiudicium geſtum eſt, infirmari, & quod ex eadem prouiſione ciuitatibus delatũ, interea qualibet occaſione minutũ eſt, ex auctoritate cõſtitutionis noſtræ ſerenitatis eiſdem ciuitatibus[ſ] redhiberi: ita vt nec iudiciaria auctoritas, nec imperiale reſcriptum, quacumque videlicet adiectione munitum, ſæpe dictæ generalis legis vires poſſit infringere. Quod ſi quis aliter fecerit, pœna graui plectet.

TITVLVS LXX.

DE LOCATIONE prædiorum ciuiliũ[t] vel fiſcaliũ[u], ſiue templorum[x], ſiue rei priuatæ, vel dominicæ.

Prædia principis quæ in perpetuum locantur, ſunt locãda diuitibus, & aliis cum fideiuſſoribus idoneis. & officialis prædicta negligens, de ſuo reſarcit omne detrimentum. Baldus.

I. Imppp. GRAT. THEODO. & ARCADIVS AAA.

DIui patris noſtri aperta præceptione cauetur, fundos ex re priuata noſtra ita tradi perpetuariis[y], vt periculo collocantium officiorúmque[z] tradant. Neq; enim quicquã poteſt ex deuotionis plenitudine vacillare, ſi apparitione[a] iudiciaria & fundi idoneis attributi ſunt, & inde fiſcalis indemnitas idonea fideiuſſione[b] eſt munita. quorum ſi alterum vel vtrunque neglectũ eſt: quæ ex hoc titulo penſitatio canonica deſideratur, ex officiorum facultatibus ſeruetur[c].

A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem offerat conditionem. Bartolus.

II. Iidem AAA. Inibrio.

FVndi reipublicæ ab his qui nec titulo cõductionis[d] eos detinent, quíque meliores cultu patrocinãte reddiderint: nec noſtrarum quidem ſanctionũ[e] (ſi forte quiſpiã per ſurreptionem meruerit) nutib⁹ auferantur iuxta legem veterẽ[f]: ſemel tantùm licentia faciendæ adiectionis indulta.

Subhaſtatio in locatione perpetua fundorum publicorum ita vindicat ſibi locum, ſicut in venditione. Bartolus.

III. Imperatores HONORIVS & THEODOSIVS AA.

LOca omnia fundíve reipublicæ propoſitis priꝰ licenter edictis[g], dehinc vbi in eum canonis modum, contendentiũ augmento ſuccreuerint, vt extendi vltra, aut ſuperari ab alterius oblatione non poſſint: perpetuariis conductoribus[h] locentur.

Si finita locatione conductor primus offert tantum quantum nouus: in locatione præfertur. Bartolus.

IIII. Iidem AA. Minerbio.

BIU Cujas

COngruit æquitati, vt veteres possessores[a] fundorum publicorum nouis conductoribꝰ præferantur, si facta nobis† per alios augmenta suscipiant.

Prædia domus Augustalis in perpetuũ locata, ad alium non possunt transferri sub aliquo prætextu, quandiu pẽsio soluitur: & comes rerum priuatarum contra faciens, punitur. Item prædium Augustale princeps potest donare ei cui locauerat in perpetuum, vel ad tempus. Item primus conductor conductione finita si offert tantũ, aliis præfertur. si vero rem conduxerit in perpetuum, omni tempore est securus. Bartolus.

V. Imperatores THEODO. & VALENT. AA.

PRædia† domus nostræ si semel iure perpetuo[b], vel nostra præceptione, vel auctoritate illustris viri comitis ærarij priuati, apud aliquem fuerint vel iamdudum sint collata, ad alium trãsferri perpetuariũ nõ oportet[c]. Aperte enim definimus hoc edicto, vt à perpetuario nũquam possessio trãsferatur, etiam si alteri eam imperator vel exorat' vel spõte donauerit, siue adnotatione, siue pragmatica: cui si fortè cõtra perpetuariũ vir illustris comes priuatarũ rerũ dũ allegabitur, acquiescet: & de proprio ipse cẽtũ libras auri, & alias centũ fisci iurib' palatinũ iferre cogat officiũ. nec tamẽ[d] post allegationem habebit huiusmodi iussio firmitatem, sed nec locabitur[e] alteri, licet ingenti superari videatur augmento possessio. Iure igit perpetuo publici cõtractus firmitate perpetuarius securus sit: & intelligat neq; à se, neque à posteris suis, vel his ad quos ea res vel successione, vel donatione, siue venditione, vel quolibet titulo peruenerit, esse retrahẽdam[f]. Sanè quia non ex omni parte excludẽda est largitas principalis, rem diuinæ domꝰ suæ imperator, si velit, donabit ei[g] qui eam possidet, iure perpetuo: siue ipse iam meruerit, siue cuiuslibet tituli iure successerit. videt enĩ suã cõcedere pẽsionẽ: nõ alteri nocere liberalitas, quæ possidẽtẽ iure ꝑpetuo dominũ eũ vult vocari. Sanè si quis nõ perpetuo iure, sed ad tẽpꝰ locatã, ab illustri viro comite rerũ priuatarũ possessionem videt adeptꝰ: nõ erit obstaculo prĩcipali largitati, si voluerit in alterũ donationem[h] trãsferre, quòd ad definitũ tempꝰ alter forte cõduxit. Si vero pro tali prædio ab altero cõductore offeratur[i] augmẽtũ, sit ĩ arbitrio[k] cõductoris prioris cui res ad tempus locata est, vt si ipse, quod alter adiecit, obtulerit, maneat[l] penes eum temporalis illa cõductio. Si vero idem[m] hanc ipsam rem aliquando meruerit iure perpetuo possidere: habebit & ipse superius[n] expressam perpetuam firmitatem.

TITVLVS LXXI.

DE CONDVCTORIbus & procuratoribus siue exactoribus* prædiorum fiscalium domus Augustæ[o].

Conductores fundorum domus Augustalis, & alii homines dictæ domus cum agere volunt, vel excipere, vel experiri, debent ordinario iure hoc facere: & nulli eorum patrocinium præstare debent, aut executionis ministerium: & contrà facientibus pœna imponitur: nec est pœnitentiæ locus. Barto.

I. Impp. THEODO. & VALENTIN. AA. Basso P. P.†

COnductores hominésve Augustissimæ[p] domꝰ nostræ quotiens de causa ad domũ regiam pertinẽte aliquid quæstionis emerserit: non aliter quàm ex legum† ordine (quibus similiter omne hominum genus tenetur[q]) vel excipiant[r] vel inferant actiones: nec aliorum litigatorum negotio intercedant: [f]nec sentẽtia[t] iudicantium aut illicito patrocinij sui fomite iura[u] conturbent: nullíve executionis suæ turbulentũ ministeriũ audeant commodare: nõ priuatis se negotiis, nõ publicis misceãt: nec quiescẽtem domũ delatio[x] vlla solicitet: ne eos ĩcõsultę ptinaciæ ferò pœniteat.[y] Grauior[z] re, quæ de vecti. l. penes. Accursius.

l *Maneat.* not. sic supra eodem. l. congruit. Sed contra supra loca. l. ne cui. Sol. hoc speciale, sicut in scholaribus: vt extra de loca. & condu. ca. ex rescripto.

m *Idem.* temporalis conductor. Accursius.

n *Superius.* hac. l. vsque ad. §. sane quia. & facit ad. l. supra loc. l. emptorem. &. l. viam. & supra de omni agro deser. l. fi.

DE CONDVctoribus & procuratoribus siue &c.

o Augustæ. *adiectiuum. nam de suis hominibus, non vxoris dicit: vt infra in fin. l. vel dicit vxoris, quia eius res, viri dicuntur: vt supra de pac. con. l. hac lege.* *Vxoris bona inter res viri annumerantur.*

p *Conductores. Augustissimæ.* adiectiuum, vt in rub. Accur. *In vet. actoribus.*

q *Tenetur.* not. sic supra de legi. & consti. l. leges. & de Iudæ. l. Iudæi.

r *Excipiãt.* apud rationalẽ summę rei sunt conueniendi: vt supra vbi causæ fisc. l. colonis. vel apud cubiculi sacri præpositũ: vt supra codẽ titu. l. fin. vel apud præsidem puinciæ: vt supra eodem titu. l. vniuersis. †*Cod. Theo. li. 10. ti. vl. ti. l. 1.*

r *Excipiant.* scilicet quando conueniũtur.

f *Intercedant.* vt supra de agri. & manci. l. ij. & arg. supra ne lic. po. †*Concor. ad hoc Inno. in c. ad nostrã. extra. de iureiuran.* Accursius.

t *Sententia.* qua eis cõceditur accedere ad prædicta. Vel dic, sententia, quam cito obtinerẽt pro eo cui patrocinarentur, propter sui magnitudinem.

u *Iura.* aliorum. Accursius.

x *Delatio.* id est non deferent aliquem in fiscũ fouendo delatorẽ. & dic domũ, id est aliquẽ de domo priuati. fic. ff. si cer. pe. l. lecta. vel dic quòd nõ faciãt prędicta, ne aliquis nobis deferat, qui quiescere volumꝰ. & sic domũ, id est me de domo.

y *Pœniteat.* id est non delinquat vt pœniteat: quia ferò pœniteret. nam non habet locum pœnitentia. *Pœnitudo post factũ non habet locum.*

z *Grauior.* quàm in aliis. sic supra de epis. & cle. & supra vnde vi. l. meminerint. & est ar. ad id quod not. ff. de re. di. l. fi.

a *Congruit. Possessores.* id est detentatores. nam de conductore temporali dicit, non perpetuo emphyteuta: vt. j. l. fi. §. sed nunc. &. §. si vero. & facit. ff. de in diem addi. l. licet. &. l. necesse.

b *Prædia. Perpetuo.* id est in emphyteusim. quod ideo sic dicit, quia quamdiu &c. vt insti. loca. §. adeo. &. ff. si ag. vecti. vel emphy. l. j. vel etiam locatio simplex & in perpetuum. vnde est simile contractui emphyteutico.

† *aliàs, nõ habet, vox nobis.*

c *Non oportet.* nec extraordinariis nec sordidis muneribus grauatur hæc res: vt supra de excu. mu. l. priuatæ. &. l. euidenter.

d *Nec tamen.* punitur factum, etiam si nõ tenuit: vt. ff. ad Silla. l. iij. §. si quis co. & supra de leg. & cõ. l. ij. & de fun. rei priua. l. fi. &. ff. de iu. l. itẽ apud. §. j. & infra de cohor. l. fi. & supra de pe. bo. sub. l. j.

† *Quærit hic toã. de Pla. an imperator possit donare res immobiles imperii. & argu. quòd sic, ꝑ multa iura & rationes, demum concludit quòdnõ, plus quòdnõ, plu rationi b' & iuri b'. vide eũ hic pulchrè de hoc disputantem.* Sed arg. cõtra. ff. quod quisque iur. l. j. in fi.

e *Sed nec locabitur.* nõ solum non donabitur, sed &c. vt primo auferatur: nec tamen iniuriarũ &c. vt supra vnde vi. l. meminerit. sed ius quod habet, potest vẽdere alij: quia & priuatus posset.

f *Retrahendam.* Nores in perpetuum locatas, posse vẽdi & alienari ab eo cui locatæ sunt. Itẽ not. quòd res sic locata videtur dari ĩ emphyteusim. ad qđ facit insti. loc. §. adeo. nec de nouo potest ei addici: vt no. supra. e. l. ij. Accursius.

g *Donabit ei.* & sic mutabitur ei causa possessionis: quod hoc casu licet: vt hic, &. ff. de ac qui. poss. l. iij. §. illud. & not. ſ. de acqui. poss. l. cum nemo. quod non fieret, si extraneo donaret, quòd perpetuario (aliàs perpetuo) in aliquo ius suum mutaretur. Sed videt quòd etiam extraneo: vt. ff. de publ. l. cotem. §. j. cõtra. Sol. hic dederat prĩceps, vel comes rerum priuatarum, qui à prĩcipe hoc ius habet. ibi actor possessionis. vel subaudi ibi, maxime. vel verius ibi de agris publicis, hic de priuatis, secundum P. Accursius.

h *Donationem.* id est dationem, etiam intra tẽpora primi: aliàs nullum speciale esset.

i *Offeratur.* etiam durante locatione prima temporali. & secundum hoc est contra. ff. de pub. l. licitatio. §. ad conducendum. ibi, finito &c. Sol. ibi in locatione vectigalium, hic in aliis vel in alia trahitur ad hanc secundum quosdam.

k *In arbitrio.* si non soluerit pensionem præteritam: vt supra de

A publi. l. licitatio. §. ad conducendum. inuitus ergo non cogitur: vt hic, & ibi. sed hoc verum, nisi maximos fructus cõsecutus sit, & postea tanti locari non potest: vt. ff. de pub. l. cotem. contra. Solu. illa corrigitur per. l. ff. de iure fis. l. iij. §. cum quinquenniũ. Et no. quòd locatio talis in quinquennium fit: vt. d. §. cum quinquennium. vel ad minus in triẽnium: vt supra de vecti. l. penes. Accursius.

B

C

D

BIU Cujas

a *Et nostra*. expone vt in rubri.

b *QVIBVS AD conductionē &c.*

c NVllus. *Permittimus*. si tamē hęredes extiterint conductorum, remanebunt in eadem conductione: vt.ff. de decu. l. decurio. & de re mili. l. milites. §. fi. & facit .ff. de contrahen. empt. l. qui officium. & .l. non licet. &.ś. qđ met. cau. l. si per impresionem. &.ś. loc. l. milites. & .l. curiales. &. l. fi. &. ff. de admini. re. ad ciui. perti. l. ij. §. j. & pro empto. l. ij. §. tutor. &. ś. de decu. l. si quis procurationem. &. ś. de agri. & man. l. ij. & fi.

DE COLLATIONE fundorum fiscalium vel &c.

d ORdinariorum iudicum officiis. id est officialibus.

e *Prouinciarum*. qui sunt ordinarij: vt .ś. de modo mul. l. eos.

f *Conueniēdi*. id est cogendi vt soluant pensionem.

g *Immineant*. dicti ordinarij, quasi dicat, tam ipsi exigentes quàm pcu. Cæsa. reddent solicitum. vel dic, immineant exigendi, scilicet ad periculum nisi exigant. & facit. ś. de exac. tribu. l. exactores. & de fun. rei priua. l. vniuersi. & vbi causę fisl. cum aliquid. &. ff. de iure immuni. l. semper. §. conductores.

h PAlatinos. *Versati*. quia concusserūt possessorem: quod facere non debent: vt. ś. de offic. re. prouin. l. nullum. Accursius.

i OMnia. *Opinionē*. expone vt. ś. de prædi. naui. l. fi. & facit ś. de exac. tribu. l. vlt. & de fun. pa. l. iij.

k *DE PRIVIlegiis domus Augustæ vel rei &c.*

Hoc expone adiectiuè: vt ś. titu. iii. in rub. quoniam idem priuilegiū quod habet Cæsar vel fiscus, habet & Augusta: vt. ff. de iure fisc. l. fiscus. §. 1. & fi.

l PRiuatas. *Conductores*. facit .ś. de pascuis pu. l. fi. & de ag. & man. l. dominicos. & de col. fun. pa. l. j. &. iij. & de agri. & cen. l. j. & l. colonos. & supra ne rusti. ad vllum. l. j. & de excu. mu. l. euidenter. & .l. maximarum. Sed enim pœna constituenda est in hos qui nostri iuris sunt, & nostra[a] debent custodire mandata. Da. Prid. Non. Mart. Rauen. Theod. XII. & Valentiniano II. AA. Conss.

TITVLVS LXXII.

QVIBVS AD CONDUctionem [b] prædiorum fiscalium accedere non licet.

Palatini milites prohibentur à locatione fundorum principis. Bartolus.

I. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA.

NVllus palatinorū qui in officio rei nostræ priuatæ militant, conductionis nomine vel per se vel per quamlibet personā, possessionum huiusmodi conducendarum habeat facultatē: cum neque militi, neque curiali hoc faciendum permittimus. [c]

TITVLVS LXXIII.

DE COLLATIONE fundorum fiscalium vel rei priuatę vel dominicæ vel ciuitatis vel templi.

Præses prouinciæ, & sui officiales possunt exigere conductores dominicos, & impertiri fauorem curialibus Cæsaris volentibus facere dictam exactionem. Bart.

I. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA.

ORdinariorum iudicū officiis, [d] nec non ipsis rectoribus prouinciarū, [e] auctores siue conductores dominicos conueniendi [f] licētiam damus: ita tamen, vt rationalibus priuatæ rei ad exigenda fiscalia debita immineant. [g]

Palatini transmissi per comitem rerum priuatarum ad præsidem cum literis vt sint soliciti circa exactionem pensionum fiscalium, non debent inferre aliquam concussionem. Bartolus.

II. Iidem AA. Messalæ.

PAlatinos qui à viro illustri comite rerum priuatarum cum publicis literis † destinantur ad commonitionem iudicis: quo facilius ex prædiis rei nostræ conferantur debitæ pēsiones, cum summa degere præcipimus disciplina: de quorū nominibus, si temere versati [h] fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, vt in eos seueriſsime vindicetur.

Prædia ex quacunque causa ad fiscum pertinētia, à transuectione publicarum specierum non habent immunitatem. Bart.

III. Iidem AA. & THEOD. A.

OMnia prædia tam ea quæ in re priuata olim detinentur, quàm illa quæ ex proscriptorum bonis ad fiscū sunt deuoluta: eatenus ab huiusmodi priuilegiis & excusationibus submoueātur, vt omnes species annonarias, cursitationes etiam debitas, atque integram opinionem [i] sciant esse soluendam.

TITVLVS LXXIIII.

DE PRIVILEGIIS [k] domus Augustæ vel rei priuatæ, & quarum collationum excusationem habent.

Ad extraordinaria munera vel superindicta etiam, fiscalis possessor non cogitur.

I. Imp. CONSTANTIN. A.

PRiuatas possessiones nostras ab vniuersis muneribus sordidis placet immunes esse: neq; earū conductores, [l] neq; colonos ad extraordinaria munera vel superindictiones aliquas conueniri.

Prædia principis à transuectione publicarum specierum nullatenus hodie excusantur, sicuti nec prædia priuatorum, licet aliquando excusata fuerint, quia vltra solitū locum tales species portabantur: quod hodie non permittitur. Bartolus.

II. Imp. VALENTINIA. A.

REm priuatam nostrā, [m] leuandorū [n] prouincialiū [o] causa, canonicas necessitates ea conditione qua cunctos volumus sustinere. sed excesit occasio iusionem: [p] quādoquidem non locis solitis frumenta quæ sunt ex diuersis saltibus conuehenda, trahātur: sed eousq; portentur, quò graue atq; damnosum est [q] uehere. Proinde spectabilis synceritas tua remanentem [q] * in iisdem locis implere faciat proprias functiones quibus antea præbebant frumēta.

III. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA.

PRo tyronibus [r] † in corporibus [s] postulatis precia [t] cō ferri ex fundis perpetuariis nostræ rei priuatæ præcipimus.

Instructio viæ publicæ, & pontium, & stratarum, inter sordida munera non numeratur: & ideo nemo excusatur ab ea. Bartolus.

IIII. Iidem AA. Asclepiodoto præfecto prætorio.

ABsit vt nos instructiones viæ publicæ, & pontiū strarumq; opera, titulis [u] maiorū principum dedicata, inter sordida munera numeremus. [x] Igitur ad instructiones reparationesq; itinerum pontiumq;, nullum genus [y] hominum nulliusq; dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. Domos etiam diuinas [z] tam laudabili titulo libenter adscribimus.

---

† *Not. hic. Ioā. de Pla. p hunc text. quòd ambasiatori non creditur sine literis suæ ambasiæ: nisi sit vir nobilissimus & notus. Itē quòd nuncio non creditur sine literis suæ cōmissionis: nisi sit nuncius publicus, iuratus & notus. vide hic per eum.*

a *Et nostra*. expone vt in rubri.

b *QVIBVS AD conductionē &c.*

c NVllus. *Permittimus*. si tamē hęredes extiterint conductorum, remanebunt in eadem conductione: vt.ff. de decu. l. decurio. & de re mili. l. milites. §. fi. & facit .ff. de contrahen. empt. l. qui officium. & .l. non licet. &.ś. qđ met. cau. l. si per impresionem. &.ś. loc. l. milites. & .l. curiales. &. l. fi. &. ff. de admini. re. ad ciui. perti. l. ij. §. j. & pro empto. l. ij. §. tutor. &. ś. de decu. l. si quis procurationem. &. ś. de agri. & man. l. ij. & fi.

DE COLLATIONE fundorum fiscalium vel &c.

d ORdinariorum iudicum officiis. id est officialibus.

e *Prouinciarum*. qui sunt ordinarij: vt .ś. de modo mul. l. eos.

f *Conueniēdi*. id est cogendi vt soluant pensionem.

g *Immineant*. dicti ordinarij, quasi dicat, tam ipsi exigentes quàm pcu. Cæsa. reddent solicitum. vel dic, immineant exigendi, scilicet ad periculum nisi exigant. & facit. ś. de exac. tribu. l. exactores. & de fun. rei priua. l. vniuersi. & vbi causę fisl. cum aliquid. &. ff. de iure immuni. l. semper. §. conductores.

h PAlatinos. *Versati*. quia concusserūt possessorem: quod facere non debent: vt. ś. de offic. re. prouin. l. nullum. Accursius.

i OMnia. *Opinionē*. expone vt. ś. de prædi. naui. l. fi. & facit ś. de exac. tribu. l. vlt. & de fun. pa. l. iij.

k *DE PRIVIlegiis domus Augustæ vel rei &c.*

Hoc expone adiectiuè: vt ś. titu. iii. in rub. quoniam idem priuilegiū quod habet Cæsar vel fiscus, habet & Augusta: vt. ff. de iure fisc. l. fiscus. §. 1. & fi.

l PRiuatas. *Conductores*. facit .ś. de pascuis pu. l. fi. & de ag. & man. l. dominicos. & de col. fun. pa. l. j. &. iij. & de agri. & cen. l. j. & l. colonos. & supra ne rusti. ad vllum. l. j. & de excu. mu. l. euidenter. & .l. maximarum. Sed contra supra titul. j. l. fi. Sol. ibi de ordinario: vt. j. l. prori. Accur.

m REm priuatā nostram. i. possessiones principis. Acc.

n *Leuandorum*. quod *Leuare* pro à pluribus portatur, leuatur pro uius portatur. sic in authen. de immen. do. & supra de exac. trib. l. exactores.

o *Prouincialium*. indicat hæc constitutio quòd soli prouinciales præstabant canones tributorum: quorum leuādorum causa istud adserit.

p *Iusionē*. id est quandoque hoc non est obseruatum occasione tali, quia frumenti reditus ex eis prædiis portabatur vltra solitum, & ideo id remouet, vt vltra solitū locum non portetur.

q *Remanentem*. aliàs remeantem. & facit supra de fun. lim. l. j. & supra de fun. pa. l. iij. & supra titu. j. l. j. & de indic. l. j. & de an. & tri. l. pro socis. & .l. mediterraneæ.

r PRo tyronibus. id est pro eorum stipendiis & necessariis.

s *In corporibus*. alicuius militiæ. Accursius.

t *Precia*. id est pēsiones, vel quidam reditus qui vocabātur precium: vt supra de excu. mu. l. euidenter. nō enim aliud extraordinarium precium exigitur: vt supra de excu. mu. l. priuatæ. & supra de lo. fun. ci. l. ij. & .l. fi.

u ABsit. *Titulis*. nō minabatur opus à principe qui fieri faciebat.

x *Numeremus*. sed cōstruere publicas vel si cras ædes seu reparare, inter sordida munera numeratur: vt supra de excu. mu. l. maximarum. §. publicis.

y *Genus*. nisi alicuius specialiter sit vacatio publici muneris: vt. ff. de mune. & ho. l. cui in fin.

z *Diuinas*. sicut ea quę nauiculario nomini sunt obnoxia: vt supra de prędi. na. l. j & sic etiam non excusatur vtraque domus à comparatione specierum: vt supra ne li. in empt. spe. l. j. & facit supra de sacrosan. eccle. l. ad instructionē. & de ope. pu. l. ad portus. & de col. fun. pa. l. j. in fin. & .ś. de exac. tribu. l. fi.

BIU Cujas

tribu. l. fi. & ff. de priui. vetera. l. penult.

a *Excepto patrimonio.* Excepto patrimonio quod neque recipit superindictum, nec sordidis oneratur muneribus: vt. ſ. de excuſat. mu. l. pe. & l. priuatæ. & ſ. eo. l. j. & de col. fun. pa. l. ij. & facit. ſ. ſine cen. vel reli. l. fi. & de exact. tri. l. ij. in fin. Accurſius.

b *Neceſſitatibus.* ſcilicet ordinariis.

c *DE GREGE dominico.* *Id eſt principis.*

d *Propoſitis. Tuæ.* præfecto loquitur.

e *Maximiq;* homines.

f *Singulas.* id eſt vnã li. auri pro quolibet equo. Et dic quòd not. differentiam, ſubtrahi de grege principis equos, an ipſos ex aliis gregibus.

g *Hermogenianis.* ſiue ſint nati ex illa terra, ſiue non.

h *Niſi eos.* equos, vel equas.

i *Obtulerint.* not. ſic. ff. de alie. iu. l. iij. in fi.

DE PALATIIS & domibus dominicis.

k *Conſecratas. Excipimus.* Excipe iudices qui reddũt ius: vt. ſ. de offic. rec. prouin. l. nullum. & facit. ſ. de ope pu. l. quicũque. & de ludæ. l. in ſynaga. Accurſius.

l *DE CVPRESſis &c.*

Aliàs cypreſſis: aliàs cupreſſis: aliàs perſeis: aliàs perſeidis: & ſunt nomina arborum. vel Perſeis nomen loci vbi naſcitur cupreſſus. & eſt ratio: quia continent aggeres tenentes aquam Nili: quæ opportunis tẽporibus ſpargitur per agros cum in Aegypto non pluit: vt. ſ. de Nili agge. l. i.

m *Si quis. Perſeidis.* nomen loci ſicut Daphnes: & eſt genitiuus Perſeidis.

n *Omnes. Solatio.* olim enim licebat vnam incidere qui aliam plantabat: quod hic remouet: ſed aliud à fiſco habet.

o *Quinquaginta.* inciſor plus punitur quàm emptor: vt. ſ. l. proxi.

p *DE DIGNITatibus.*

Dictum eſt. ſ. de iure publi. Sed quia ius publicum nõ poteſt expediri niſi per eos qui in dignitatibus erigũtur: vt. ff. de orig. iur. l. ii. ſ. poſt originem. ideo de dignitatibus dicit, ſcilicet

Nullus à ſuperindicto excuſatur, excepta principis poſſeſſione. Bartolus.

v. Impp. THEOD. & VALENTINIANVS AA.

Excepto patrimonio [a] pietatis noſtræ, cuius quidem reditus neceſsitatibus [b] publicis frequentiſsime deputamus: vniuerſos poſſeſſores functiones in ſuperindictis titulis abſque vllius beneficij exceptione agnoſcere oportere cenſemus.

TITVLVS LXXV.

DE GREGE DOminico. [c]

Subtrahens equum de grege dominico, ipſum reſtituit: & in vna libra auri punitur. ſubtrahens autem de grege priuato, punitur in media libra: à qua pœna releuatur ſi obtulerit ſponte. Bartolus.

I. Imperatores ARCADIVS & HONORIVS. AA. Cæſario præfecto prætorio.

Propoſitis edictis ſublimis magnificentiæ tuæ, [d] minimi maximíque [e] moneantur, vt ſciant ſingulas [f] libras auri ex propriis facultatibus eruendas pro ſingulis equis † vel equabus, ſiue Hermogenianis [g] ſiue Palmatiis: niſi ſponte eos [h] obtulerint. [i] in his vero quos ex aliis gregibus occupatos eſſe conſtiterit, ſex auri vncias fiſci iuribus inferẽdas. Dat. Prid. Kal. Decembr. Conſtantinopo. Olybrio & Probino Conss.

TITVLVS LXXVI.

DE PALATIIS ET DOmibus dominicis.

I. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. Ioanni Comiti rerum priuatarum.

Conſecratas nobis ædes, id eſt inclyta palatia, ab omni priuatorum vſu & communi habitatione excipimus. [k]

TITVLVS LXXVII.

DE CVPRESSIS [l] EX luco Daphnes, † vel Perſeidis per Aegyptum non excidendis, vel vendendis.

Ementes & vendentes arbores cupreſſi in locis hic nominatis, puniuntur. Barto.

I. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA.

Si quis Daphnes luci in Syria, vel Perſeidis [m] in Aegypto arbores comparauerit, quinq; libris auri nouerit ſe eſſe multandum: non minore diſpendio & illo ferien do, qui vendere arbores auſus fuerit, quas non licet emptoribus comparare.

Auctoritate propria nullus poteſt in luco Daphnes incidere cupreſſos, nec etiam eas collapſas aliò tranſportare. Item plantans cupreſſum non poteſt ob hoc aliam incidere: ſed pro tali plantatione à fiſco vnã libram auri conſequetur. Bart.

II. Impp. THEODO. & VALENTINIANVS AA.

Omnes iudices cuiuſcũque dignitatis ſciant poſthac abſque permiſſu magnitudinis B tuæ arborem ex Daphnes luco Antiochenæ ciuitatis præciden di, vel quolibet modo lapſas transferendi licentiam ſibimet denegandam. Sed nec [à luco, vel à littore] †vnam cupreſſum aliis plantatis excidere ſibi licere contendat. At ne ſolatio [n] antiquitus ei conceſſo priuari per omnia videatur: pro eo q̃ ei cupreſſum excidere denegatur, vnam libram auri eum de priuatis noſtris largitionib⁹ accipere decernim⁹: quinquaginta [o] librarum auri condemnatione huius legis temeratorem plectendo.

C

Codicis dominI IVSTINIANI ſacratiſsimi principis ex repetita prælectione Liber duodecimus.

TITVLVS I.

DE DIGNITATIBVS. [p]

Mulier patris conditionem & aui illuſtris retinet: dum tamen nubat clariſſimis. Bartolus.

I. Imp. ALEXANDER. A.

D Si vt proponitis, [q] & auum cõſularem, & patrem prætorium virũ habuiſtis, & non priuatę [r] conditionis hominibus, ſed clariſſimis nupſeritis: claritatẽ generis retinetis.

Notati infamia iuris & facti, vel inquinati ſcelere, aut turpitudine vitæ, ad dignitates non aſcendunt. Bartolus.

II. Imp. CONSTANTIN. A.

Neque famoſis [ſ] † & notatis, & quos ſcelus aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorũ cœtu ſegregat, dignitatis portæ patebunt.

III. Idem, ad Nymphidium.

A *qui ad eas admittantur, & reiiciantur: & qua priuilegia eis competant, & quanto tempore durẽt. Accurſius.*

q *Si vt proponitis.* Duabus ſororibus ſupplicanti bus reſpondet. & quod dicit auum, ſcilicet paternum. nam à ſuperioribus agnatis non cognatis venit dignitas, honor, & familia: vt no. ff. de ſta. ho. l. cum legitimè. Item quod dicit cõſularẽ, id eſt cõſulẽ, vel de genere conſulũ. & ſic expone prętoriũ. ad qđ. ff. de ſena. l. j. Et no. q̃ huiuſmodi honor, vel nobilitas q̃ ve nit per accidẽs. i. per di gnitatẽ, nõ videtur extẽdi vltra ꝓnepotes: vt ſ. de queſtio. l. diuo. Itẽ quidã hic habent, virũ id eſt hominẽ. non autẽ pro marito ponitur. Itẽ not. ſecundum B. quòd conſules clariſsimatus dignitate perfruuntur: vt. j. de dome. & prote. l. ij. & . iij. ſed certe imò illuſtres ſũt: vt. ſ. vbi ſe. vel cla. l. quotiẽs. Acc. r- *Priuatæ.* hic dicit diferentiam inter patrem & virum: vt. ff. de ſena. l. fœminæ.

† *pro inclu-* *ſis legitur in* *meis manu* *ſcript. Aly-* *tarcha. qđ* *etiam nota-* *uit Azo in* *cõmentariis* *ad hũc titu-* *lũ, qui ſunt* *integri pe-* *nes me v. om-* *nes libros co-* *dicis. Aly-* *tarcha erat* *ſacerdos* *Antiochiæ* *in Syria, qui* *præerat tõis* *ἀλυτάρχις. i.* *maſtigopho-* *ris, in ludis* *deorũ, vt re-* *ctè ex Pha-* *uorino do-* *cuit Ia. Cu-* *iacius lib. 2.* *obſeruatio.* *ca. 13. huius* *autem Aly-* *tarchæ men-* *tio fit ī Cod.* *Th. li. 10. ti.* *1. l. 12. vbi* *dicitur huic* *Alytarchæ* *permiſſum* *fuiſſe vnam* *cupreſſũ ex* *eo luco ex-* *cidere, plu-* *res plantã-* *re: quod hic* *abrogatur.* *Contius.*

† *Concor. c.* *licet. cũ gl.* *ſup verbo,* *legitimi. ex* *tra de teſti-* *bus. & .c. infa-* *mibus. ex-* *tra de reg.* *iur. li. 6. &* *gl. in. c. per* *inquiſitio-* *nẽ. ſup ver-* *bo, indi-* *gnũ. extra* *de elect.*

Nota. Si famoſus [ſ] † & notatus, & quos ſcelus aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorũ cœtu ſegregat, dignitatis portæ patebunt. Et ſic ſolus famoſus,

quos infamia, scilicet prædicta. Nam non participant infames A prædicti circa dignitates cum hominibus integræ famæ: vt hic, & supra de decu. l. ne quis. & de infa. l. j. lib. x. & ff. de iudi. l. cum prætor. §. non autem. & ff. ad leg. Iul. de vi priua. l. j. nec etiam in aduocando: vt & ff. de postu. l. j. §. ait prætor. nec in adsidendo: vt ff. de adsess. l. ij. sed procuratores possunt esse, quia onus est: vt institu. de excep. §. fi. Itē arbitri: vt. ff. de arb. l. Pedius. Item segregātur, vt non habitent Romæ, vel alibi vbi imperator sit: vt infra de re mili. l. iij. &. ff. de his qui not. infa. l. ij. §. ignominia.

† *Ista lex secundum Bar. & Io. de Pla. facit ad quæstionē agitatā ter præ latos & regē: quia præ lati immunitatē concessam rebus eccle siasticis volebāt extē dere ad vasalles eccle siæ per hāc l. et similes. de quā quæstione vide Io. de Pla. in l. qui immunitatē. C. de muner. patri.*

a *Maior. Facere.* Quo minus re tineat priuilegiū prioris dignitatis, pone exemplū vt supra de excu. mu. l. eos. & infra de primice. l. j. & infra de silen. l. decurionib⁹. in princip. & infra de proxi. sac. scri. l. iij. Et not. de minori dignitate ad maiorem eligi: vt. ff. de mune. & honore. l. vt gradatim. &. l. non autem econuerso: vt supra quemadmo. ci. mu. l. maiorib⁹. Accurſius.

b *Senatorum. Temonariis.* forte à temone, id est plaustro sic dictis. aliàs temerariis: quia ad tēpus debebantur. Accurſius.

c *Necnon.* inculcatio. Accurſius.

d *Vilioribus.* id est vilibus & minoribus. & facit supra de exc. mu. l. maximarum. & infra l. proxi.

e *Nemo. Senatorem.* vt supra. l. proxi. & infra eodē. l. præcipimus.

f *Curiā.* ergo nec senatores, qui pars nostri corporis sunt: vt supra ad legem Iul. maie. l. quisquis.

g *Immani.* (aliàs, immani: aliàs, inani: aliàs, in manipulis) scilicet iniuria, id est malis ministris: subiuget, repete: vt supra ad leg. Iul. repe. l. vj.

h *Fit.* scilicet munus illud. vel sub. nihilo minus.

i *Sustinetur.* aliquod munus in senatore.

k *Ne quis. Negotiatoribus.* infra negotiatores ne militent. l. j. l *Monetariis.* supra de murileg. l. ij. lib. xj.

m *Officiis.* id est officialibus, vt pistor: vt supra de pisto. l. j. libro. xj.

n *Stationariis.* quia custodiunt portā in castro limitis, vel quia tenent stationem de vili merce, vt oleo, sale, & cepa.

o *Omnique.* totū quod sequitur, ponitur pro vno. & dic quòd fuit saltuarius, vel custos porcorum, vel pascuorum militum, vel priuatorum. ad quod supra de pasc. pu. l. vlti.

p *Propriis.* id est primis consortiis. ad quod supra de pas. l. vl. & supra de profes. l. redditur. & de tab. l. fi.

MAior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis seu militiæ priuilegia præiudicium facere. a

Substantiæ senatorum habent immunitatem à muneribus sordidis, & etiam extraordinariis. Bartolus.

IIII. Impp. CONSTANTIVS & CONSTANS Philippo.

SEnatorū† substātias, quas in diuersis locis & puīciis possidēt, & homines eorū, tam à temonariis b oneribus cōferēdis, quàm à cæteris præstationibus, quas iudices describūt, necnō c etiam ab omnib⁹ sordidis muneribus extraordinariísq; & vilioribus d liberos esse præcipimus: nulláque sorte constringi functionis indignæ.

Præfect⁹ nō potest senatorib⁹ absq; principis cōsciētia aliquod mun⁹ indicere. Bar.

V. Idem ad Clearchum.

NEmo præfectus vrbis citra præceptionem vel scientiam nostrā vlli muneri subiuget senatorem: e nemo curiam f nostram immani g pulset iniuria. Si quid enim senatoria præditis dignitate fuerit forte mādātū: nostro id iudicio reseruādū est. fit h namq; dignitas, quæ nobis iubentibus sustinetur. i

Negotiantes artes viliſſimas, ad dignitates non adſpirent: & adſpirantes expellantur ab eis. Bartolus.

VI. Idem Orphito.

NE quis ex vltimis negotiatoribus, k vel monetariis l abiectisq; officiis, m vel deformibus ministeriis, vel stationariis, n omníq; o officiorū fece, diuersísque pastis turpib⁹ lucris, aliqua frui dignitate pertentet. sed & si quis meruerit, repellat: repulsos autē etiam propriis p reddi consortiis oportebit.

Iudex volens adificia in vrbe construere, senatorum substantias non lædat. Bar.

VII. Idem ad Seriam.

QVoniā diuersi iudices nō nulla opera in quibusdam

q *Quoniam. Extruenda.* quod de nouo non licet sine auctoritate principis, sed vetera reparare sic: vt supra de ope. pub. l. intra. & l. nemo. & sic intelligo. l. omnes. in eodem titu. & facit supra de exc. mu. l. maximarum. §. publicis.

r *Vs senatorum. Ordinis.* qui centum erant: vt supra de peti. hæredi. l. vlti.

existimāt vrbib⁹ extruēda, q ad huiusmodi necessitatē senatorum substantia non vocetur.

Senatores in quorum numero est imperator, sunt defendēdi ab omni iniuria. Bar.

VIII. Imp. IVLIANVS A. Sallustio P. P.†

IVs senatorum, & auctoritatem eius ordinis r (in quo nos quoque ipsos numeram⁹ s) necesse est ab omni iniuria t defēdere. Dat. Non. Februa. Cōstantinop. Mamertino & Neuitta Conss.

IX. Idem Iulianus.

LIbertorū filios adipiſci clarissimam dignitatem non prohibemus. u

X. Imppp. VALENS GRATIANVS & VALENTI. AAA. ad Gracchum P. P.†

SEueram indagationem per tormēta quærēdi, à clarissimo homine submouemus. x D. Prid. Non. Ian. Treu. Gratiano A. IIII. & Merobaude Conss.

Natus ex eo qui post natiuitatem adeptus est dignitatem senatoriam, non consequitur dignitatem paternam. si vero natus sit dignitate senatoria durante, licet fuerit ante conceptus, eius sequitur dignitatem. Bartolus.

XI. Idem AAA. ad Procopium.

SEnator, * vel alius clarissimus priuatos y habeat filios, editos quippe antequam susciperet dignitatem. quod nō solum circa masculos dignoscitur constitutum, verum etiam circa filias simili conditione seruandum. Cum autem paternos honores z iuidere filiis nō oportet, à senatore, vel solo clarissimo a susceptum, b in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum.

Iudices in officio furta vel scelera cōmittentes, pœnis hic insertis puniuntur. Bartolus.

XII. Imppp. GRATIANVS VALENTINIANVS & THEODO. AAA. Neotherio P. P.†

s *Numeramus.* not. sic supra ad. l. Iul. maie. l. quisquis. & ff. de mili. testa. l. j. §. j.

t *Iniuria.* quod dic vt supra eodem. l. nemo.

u *Libertorum. Nō prohibemus.* quia ingenui sunt: vt istit. de ingen. in prin. in libertinis autem secus: vt supra ad leg. Iul. Visel. l. j. & supra si seru⁹ vel liber. l. j. sed hodie idē est in eis: vt in authen. vt liber. decæ. §. j. col. iiij. & facit. §. de postu. l. ij. &. ff. de adsess. l. ij. & supra de liber. & eorum lib. l. fi.

x *Sueram. Submouemus.* nisi in crimine læsæ maiestatis: vt supra ad leg. Iul. maie. l. nullus. & facit supra de quæsto. l. diuo. &. l. decuriones.

y *Senator vel. Priuatos.* hic respō. Sed cōtra ifra ī fi. l. vbi dicit eos clarissimos. Solu. hic sunt priuati, id est non illustres, clarissimi tamen, sicut ibi: & subaudi ibi, tantum. sic concor. ff. de sena. l. senatoris filium. in fi. vel dic, in fi. huius legis susceptum subaudi, * tātum scilicet post dignitatem susceptam. & secundum hoc refert, ante vel post fuerint nati. & sic est contra dictam. l. senatoris. in fi. & solues secundum hanc lec. quòd hic ante fuit conceptus vel natus, & sic est priuatus: ibi & ante conceptus, sed postea natus. Item arg. contra supra de aduo. diuer. iudi. l. cū aduocatio. vbi ex electione & cohortali conditione ad dignitatem filij ante vel post nati cū patre eximuntur. Vel dic secus: vt supra de decu. l. fin. & de aduo. diuer. iudi. l. cum aduocatio. sit speciale in aduocatis illis. Vel dic ibi, quandoque, dum tamen postea. Item aliud seruatur in filiis eorum qui sponte se curiæ cuiusque ciuitatis dederint. Nam nati post talem conditionem, paternæ non erunt successanei functionis: vt supra de his qui sponte mu. sub. l. finali circa princip.

z *Honores.* pater honorem habens non inuidet filio, quin filiū secum participem admittat.

a *Clarissimo.* tantum, secundum primam lecturam.

b *Susceptum.* vel dic etiam ante dignitatem. vel dic tantū post: vt in principio huius legis notatur. & facit supra de liber. & eorum libe. l. si manumissus.

Iudices.

BIU Cujas

IVdices qui se furtis & sceleribus fuerint maculasse conuicti, ablatis codicillorum [a] insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosque & plebeios habeantur: nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos [b] iudicauerunt. Dat. XVIII. Kalendas Februa. Thessal. Gratiano. V. & Theodo. I. AA. Conss.

Vxores durante matrimonio viri genere nobilitantur: & eorum forum sequuntur & domicilia. Bartolus.

XIII. VALENTINIA. THEODOS. & ARCAD. AAA. Martiano comiti Orientis.†

MVlieres† honore maritorum erigim[c], genere nobilitamus: [c] & forum ex eorum persona statuimus: [d] & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virũ postea sortitæ fuerint: priore dignitate priuatæ, [e] posterioris mariti sequẽtur cõditionem. Dat. IIII. Kalendas Februar. Constãtinopoli Arcadio. A. II. & Rufino Conss.

Senatores in quacunque prouincia sint, à muneribus publicis sunt immunes. Barto.

XIIII. Imp. THEODO. A.

PRæcipimus, [f] vt senatori in qualibet prouincia cõstituto nullã habeant iudices iniungendi aliquid fortè publici muneris potestatem.

Clarissimi & spectabiles possunt proficisci sine licentia quò volunt. Bartolus.

XV. Iidem AA. ad Eustathium.

CLarissimis vel spectabilib[9] vniuersis ad genitale solũ, vel quolibet aliò, & sine cõmeatu proficiscendi, & vbi voluerint commorandi habitandíve permittimus facultatem. [g]

Illustres de criminibus grauioribus impetiti, in carcerem non detruduntur, sed custodiuntur custodia militari: & per aliquem iudicem non puniuntur, sed de commissis per eos relatio fit principi. constituti vero in dignitate minori, per præfectum prætorio puniuntur. Bartolus.

XVI. Iidem AA. & ARCADIVS A. Apollonio.

d *Etsi.* id est quanuis. aliàs contra. ff. qui satisda. cogan. l. sciendum. & de hoc loquitur instit. de satisda. ſ. sed hodie. & facit. j. de princ. agen. in re. l. finali. & de priui. scho. l. fina.

e *Fidei.* scilicet cautioni iudicio sisti. Acc.

f *Eius.* memorialis in prouincia: & conueniẽtur ibi coram delegato à magistro officiorũ, vel præside prouinciæ: argumentum. ſ. de episc. & cler. l. omnes qui. j. & .ij. respon. &. j. ſ. dimidiam. & facit. ſ. de dignita. l. quotiens. & .j. de agen. in re. l. fi. Accursius.

g *Quantitatem.* Repete, iubemus: vt ecce, & execu. &c.

h *Attribuendis.* magistro officiorum qui assumebatur de schola alia: vt defensor ciuitatis de schola præsidis: vt in authen. de defen. ciui. ſ. ex prouinciali. collatio. ij. Item dicitur executor hic, qui facit partes in iudicio cõparere: vel aliter & ꝑ priè vt supra de exe. rei iudi. l. executorem.

i *Singulos.* scilicet ꝓximos conuentos.

k *Duos solidos.* non aperit cui dentur. quidam dicunt ostiariis. Vel dic, ipsi præfecto. argu. in authent. de iudi. ſ. nè autẽ. &. j. proxi. & l. si ad arbitrum. & dic solidum, id est aureum: vt instit. de pœ. te. li. ſ. finali.

† *profligare.*

l *Cestorum.* id est eorum quæ aguntur in iudicio. Accursius.

m *Arbitrum.* id est delegatum. vel propriè, vt in authen. de iudi. ſ. appellationes. colla. vj.

n *Exceptoribus.* id est notariis.

o *Eum.* conuentum coram arbitro.

p *Executores.* scilicet aliquos ab his corã arbitro conuentis.

q *Dimidia.* Not. minus præstatur si conueniatur in prouincia, quàm si Romæ. sic. ſ. de epis. & cle. l. omnes. ſ. ij. &. iij.

r *De ciuilibus.* & de his habes. ſ. de diuersis præscrip.

s *Eos.* militantes in sacris scriniis: aliàs eorum familia. sed quomodo hoc, cum coram magistro officiorum tantum debeant conueniri, vt in princip. huius. l? Respon. sponte. vel speciale in talibus, vt certos habeant iudices: vt infra de pala. l. viros. Accur.

t *Maiore.* scilicet illustrium vel spectabilium: quia separat spectabiles cum dicit &c. Accursius.

u *Patronum.* ex curia præfecti erat electus patronus fisci qui audiebat de his causis vt iudex. Accursius.

x *Architectos.* iudices de tectis cognoscentes: vt super nunciatione noui operis. aliàs summi magistri tectorum vocabantur, vt consulerent. sic in authent. de non alienã. ſ. quod autem. Al.

y *Defensores.* procurator actoris, defensor rei: vel ꝓcurator cum mandato rei vel actoris: defensor, scilicet rei sine mandato: & hoc in ciuili, non in criminali: vt. ff. de publ. iud. l. pen. ſ. ad crimen.

z *Sententia.* citatoria: vtputa per album vel per scripturam missam sibi vt veniat.

a *Ex depositione.* quia actor dicit quod petit, & notarius scribit: vel tantum verbis dicit: & sic extraordinariè: & tunc nihil debetur. & sic est argumen. quòd iudex medius nihil accipiat de decimis, quando extraor. agitur.

b *Adiutoris.* de curia magistri officiorũ erat.

c *Omnibus antelatis.* ante hanc legem per alias leges huius tit.

† *vocante.*

d *Postea.* id est postquam fuerint concessa.

e *Militant.* de his qui tempore priuilegij militant: vel postea cœperunt. Vel dic, sunt id est erunt.

f *Vacante.* aliàs gradu vacante: aliàs genere vacante perfruantur. sic. ſ. de silen. l. fi. in fi. cum concor.

† *Concor. c. in iudicijs. cũ sua glos. circa med. extra de regu. iu. & in c. ꝓ tuas. iũcta glo. sup verbo, excellentioris. extra de simo*

g *Custodiri.* & ideo eorum aduersarij non dãnificantur. idcirco habeant agendo, vel defendendo. & no. æqualitatem in iudiciis seruandam. sic. ſ. de fru. & lit. expen. l. fin. & de postulan. l. prouidendum. &. j. de re milit. l. fin. ſ. ita videlicet. & ff. de re iudica. l. nõ tantum. & supra communi diui. l. penul. & in arbitris: vt. ff. de arbi. l. si cum dies. ſ. penult. & in pactis: vt. ff. pro socio. l. si socius pro filia. arg. contra. ff. de actio.

emp. l. Iulianus. ſ. penult.

h *Solito.* aliàs soluto. & facit ad prin. l. ſ. de comi. consi. l. ij. & de silentiariis. l. pe. &. ſ. vt omnes tam ciui. l. j. & in auth. de litigiosis. ſ. ad excludẽdas. col. vij. &. j. de castrẽsia. l. fina. &. j. de prin. agen. in rebus. k fin. item ad fi. ſ. de pri. scho. l. ij. Accursius.

BIU Cujas

a *Domicilium.* Ex differentia enim locorum &c. vt supra de tempo. in inte. resti. l. fin. Ac.

b *Præstita.* in. l. quam non habemus.

c *Omperimus. Dispositum.* in. l. quam non habemus.

d *Tuæ.* quæstori loquitur, vt infra. l. fi. Ac.

e *Duodecim.* supra. c. l. hac parte. contra. So. vt ibi. Alij quia ibi in memorialibus, hic in adiutoribus. Accur.

f *Numerum.* No. duas scholas seu numeros memorialium adiutorum.

g *Longum.* id est longe, cũ memoriales debeant esse plures.

h *Numerus.* sic in authẽ. de referen. col. iij. & de mensu. ordinãdo. clericorum. & vt determinatus sit numer⁹ cle. in princ. col. j. & supra de sacrosan. eccle. l. non plures.

i *Laterculenſis.* gradus quidam in scrinio memoriæ dispositionum principis. Accursius.

k *Aliis.* scilicet libellorum, vel epistolarũ: quod dic vt in rubrica.

l *Proximi.* id est in dictis gradibus fuerunt incorporati.

m *Inter.* hoc continet subscriptionem, quòd inter adiutores ei quẽ pro se surrogat.

n *Temporum.* sic infra de priuile. co. qui in fa. pa. l. fi. Accursius.

o *Meruit.* id est qui discessit ab adiutoribus, inter quos erat prior: nunc est vltimus inter memoriales: sed surrogatus ab eo inter adiutores erit primus inter eos, si modò ordo temporis libellorum ei dederit, quia præcedẽtes eum sunt mortui: ne obstet supra eo. ibi, qui posteriores erant cæteris. Vel dic quòd memorialis vltimus sit adiutor: & poterit esse primus. idem si desinãt præcedentes. arg. infra l. prox. & sic duo habent officia: quod conuenit supra hac parte: nisi dicas quòd hic quasi vnum reputatur, cum sint circa idem.

Officia duo regulariter quis habere non potest.

p *Officiis.* puta in scriniis principum. Vel dic etiam in scriniis aliorum magistratuum. nam & alij habent: vt infra l. proxi.

q *Hac lege. Præcipientis.* id est a- A uincias domiciliũ[a] fouere maluerint, omnibus nihilo minus priuilegiis, quæ huiusmodi personis per sacratissimam legem nuper promulgatam à nostra liberalitate præstita [b] sunt, muniẽdis, & eorum commodis atque auxilio potituris.

Numerus adiutorum primo determinatus, & postea per ambitionem ampliatus, est ad primum ampliatũ numerũ post præsentes adiutores reducendus. Et si vnus ex dictis adiutoribus fuerit incorporatus inter scriniarios memoriales libellorum vel epistolarum, potest alium coadiutorem loco sui surrogare, dummodo quæstori in scriptis vel per libellum notificet nomen, tempus & meritum surrogati, & quæstorum subscriptio B *apponatur: & adiutor talis surrogatus remanebit in ordine, qualis tempore dati libelli fuerat. Quod etiam in dignitatibus obseruatur. & hoc dicit tota. l. secũdum Ioan. de Pla.*

XIII. Imp. IVSTINIAN. A.

COmperimus diuinitus quidem pridem fuisse dispositum, [c] viros deuotos adiutores tuę [d] magnitudinis, certos esse in numero, nec ad huiusmodi nomen vel operã plures licitũ esse adspirare, quàm in scrinio quidem sacræ memoriæ duodecim [e] tantum: septenos verò in duobus reliquis scriniis, id est, sacrarum epistolarum, sacrorúmque libellorum: sed posterioris licentiam temporis supra modum indulgendo ambitionibus, disturbasse rei merita, ac multitudine diuulgasse: vt inter memorialium & adiutorum numerum [f] non longum [g] penè interfit. Sancimus itaque reduci eis ac renouari statutum ordinis terminum: non vt eximantur adiutoribus hi qui præter prædictam dispositionẽ in præsenti exuberant: sed vt interea omnibus aliis interdicatur ab adfectando hoc nomen, donec exeuntibus singulis ac recedẽtibus decrescere possit vetita D conglomeratio, legitimúsque iam resideat numerus: [h] non prohibendis viris deuotis adiutoribus desistentibus ab eodem officio, cum vel ad laterculensis [i] gradum in scrinio sacræ memoriæ prouecti fuerint, vel secundum locum obtinuerint, in duobus aliis [k] scriniis, postquam proximi [l] creabuntur, licet nondum redacta sit quantitas pristina, tamen alios pro se quos elegerint surrogandos adiutores petere: qui posteriores erunt cæteris. Illud etiam disponendum duximus, vtpote nonnullis anterioribus exemplis subnixum, necnon iustitiæ congruum, vt ab his quibus concessum est adiutorum agmini pro se sociare: libellus offeratur viro illustri pro tempore quæstori, petendáque eius subscriptio, tempus atque hominem, necnon etiam rem ipsam continens: id est quod inter [m] adiutores ei quem pro se surrogat, mereri permissum est. ordinãdis videlicet hisdem adiutoribus pro ratione temporum [n] quibus libelli porrecti sunt: vt etiam si in memorialiũ matricula inferiore loco sit, qui prior in adiutoribus meruit [o]: adiutor quidem habeatur superior: memorialis vero posterior pro vtriusque ordinis modo vel discrimine. quod etiam in aliis quoque penè omnibus officiis [p] obseruari dignoscitur.

Adiutores cum conueniuntur sine scriptis, eorum nomen voce sola sufficit demonstrari: aliàs tam in scriptis, tam in causa, quàm in actis est demonstrandum. Item si adiutores commeatu accepto se absentauerunt: durante tempore absentiæ integrum debent habere salarium, ac si præsentes essent. Bartolus.

XIIII. Idem A. Proculo.

HAc lege sancimus, siquando adiutores viri magnifici pro tempore quæstoris sacri nostri palatij, in accusationem ciuilis causę vel criminalis deducti fuerint: strictum iuris & integritatis cõgruum ordinem conseruari: vt si sine scriptis cõueniendi sint, nomen eius præcipientis [q] ore designatum esse sufficiat. Sinautem scriptis in querimonia vnus adiutorũ aut plures forte ferendi sint: monumenta [r] sententiarum in persona tantummodo conueniendi adiutoris præcedentium, æquum & iustum initium futuro præstent certamini. Et quoniam probationibus [s] & exẽplis potius quàm indecoræ consuetudini deceat indulgeri: quod in vniuerso deuotissimorum scrinio libellensium euicisse monstratur, id in adiutores sacræ memoriæ, sacrarum etiam epistolarum transferendũ censemus: vt qui liberam proficiscendi licẽtiam prænunciatione commeatus indepti fuerint, sine qualibet stipendiorum aut emolumẽtorum deductione [t] peregre degant. etenim pro tempore viris clarissimis proximis & melloproximis, aut eorum adiutoribus, absentiæ causa vel offerre de suo proprio, aut ex annonis seu stipendiis quicquam relinquere cogendis quamuis Ianuarias Kalendas indultum excedat spacium, & intra se festum diem contineat. Ad hoc illud obseruari sancimus, ne alius adiutor propter quamcumque ambitionẽ his qui in præsenti sunt, vel post eorum deminutionem addatur, licet in veterem numerum redacti fuerint [u].

Adiutores sacrorum scrinierum etiam supernumerati possunt alios surrogare loco ipsorum, vt ipsi adsumantur inter scriniarios collegiati: non autem propter morbum vel senium, vel aliam necessariam causam: constitutione hoc permittente hac in parte correcta. Bartolus.

XV. Idem A.

CErtæ quidem sunt dispositiones nostri numinis, quas super adiutoribus viri illustris pro tempore quæstoris nostri palatij, quorum obsequio res agitur quæstoria, dedimus: quarum prima [x] quidem ad supplicationem

gentis, vel accusantis.

r *Monumenta.* id est scripturę sententiarum præcedentium, scilicet cõuentionalium. & facit supra. l. in sacris. §. hoc si prolata. & de digni. l. quotiens.

s *Probationibus.* aliàs procurationibus: aliàs prouocationib⁹, id est procurationibus quibus homines vocantur ad ius: & sic sunt duæ partes. Accursius.

t *Deductione.* videtur adesse, qui abest licito commeatu quo ad prębẽdam. & sic facit pro *Absens* clericis absentibus. Itẽ *salarium* quo ad priuilegium: vt *meatus* supra eo. l. in sacris. a- *honestus* liàs secus: vt supra de domesticis. l. iij. & de episc. & cle. l. si per calumniam.

u *Fuerint.* facit supra l. proxi. & infra. l. proxi. §. illo.

x CErtæ. Prima. hæc est supra eo. qua

l.comperimus.

a *Adiutorum*. id est adiutoriorũ. syncopa. sic supra de præpo. laborum. & sic in hac lege frequenter ponitur. Accursius.

b *Laterculenſis*. Hæc omnia expone vt in d. l.comperimus.

c *Habeant*. surrogantes: non autem dicas quòd vnus habeat duo officia: vt supra. e. l. hac parte. vel dic vt nota. in. d. l. comperimus.

d *Altera*. hoc est Græca. Accursius.

e *Deminutionem*. nam cum multi erant supra numerum, non poterant minui: sed liceat cuilibet seni, vel morboso. Accursius.

f *Venditionis*. quia fingens vel non fingens ægritudinem vẽdebat locum surrogato.

g *Adepti fuerint*. vt. l. comperimus.

h *Secunda*. s. Græca, quam non habemus.

i *Illo*. facit supra. l. proxi. §. fi.

k *Addatur*. vt sit vltra numerum.

l *Sanctionis*. scilicet Græcæ. Sed arg. contra infra tit. j. l. pe. Item facit in authen. de defen. ci. §. nulla. coll. iij. & vt iudi. sine quo. suf. §. nulli. col. ij. & de mã. prin. §. eos autem. col. iij. & supra de adsess. l. nullus.

m DE AGENTIBUS in rebus.

Hi sunt quibus electionum cura mandatur: vt infra de decurio. l. vlti. & erant plures diuisi per diuersos numeros: vt infra l. iii. & quilibet numerus habebat præpositum: vt supra de offi. ma. of. l. j. & dicebantur principes: vt infra titu. j. per totũ. nam de illis ibi dicit. Accur.

n NVllus. scilicet alter quàm ille de quo dicitur.

o *De schola*. neque de extraneis: adeo quòd si militauerit in officiis spectabilium, non accipiet hic locum: vt supra de of. mili. iu. l. pe.

p *Obiectione*. aliàs obiectione: aliàs obreptione. & facit supra de proxi. sac. scri. l. vnicuique. & infra de castrẽ. l. j. & in auth. de mona. §. ordinationem. col. j. & supra de offi. magi. offi. l. nemo. & de aduo. di. iud. l. petitionem. §. quando autem. & de aduo. di. iu. l. fi. in prin.

plicationem eorũdẽ adiutorũ [a] emissa, numero eorum qui erãt illo tempore quo preces nobis obtulerũt, neque aliquẽ eximi, neque addi præcepit, prẽterquã si quis eorum vel ad laterculẽsis [b] gradũ in scrinio sacræ memoriẽ, vel ad secundum locũ in duob⁹ aliis scriniis, id est sacrarũm epistolarum, sacrorúmque libellorum & cognitionũ, prouectus fuerit. nam his licere desistentibus ab adiutoris officio, alios pro se quos voluerint adiutores surrogare, vltimum locum in hisdem adiutoribus obtenturos, licet superiorẽ in memorialibus habeant [c]. Altera [d] verò per sacram pragmaticã facta est, per quã excellsæ memoriæ viro Proculo suggerẽte prẽcipim⁹ illos etiã adiutores posse in suum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitũ casum minus implere suũ officiũ valeãt, veluti seniũ, vel morbũ, vel aliã necessariã causam: quod ex ipsorum adiutorũ petitione idem magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit. Sed in præsenti ab aliis memorialibus tam in scrinio sacræ memoriẽ, quàm in cæteris duobus, sacrarũ epistolarum, sacrorúmque libellorum & cognitionũ relatis, adiici cõperimus, deminutionẽ [e] eorundem adiutorum impediri per memoratã pragmaticã sanctionem, & insuper vẽditionis [f] quodãmodo memorati officij locum introductum esse. quod ne decætero fiat, præsentẽ sanctionem ad tuam magnitudinẽ mittimus: per quam iubemus illis tantũ permissum esse secundum prius nostræ serenitatis rescriptum alios in suũ locũ surrogare, qui vel laterculẽsis gradum in scrinio memoriẽ, vel secundum locum in aliis duobus scriniis adepti fuerint [g]: secunda [h] nostra sanctione super hoc capitulo decẽtero cessante: nullíque danda licentia eorundem adiutorum, præterquã si ad memoratos gradus ascenderit, aliũ pro se eisdem adiutoribus ex quocunque fortuito casu connumerare: vt eo modo ad veterem numerum iidem adiutores redeant: &. XII. quidem in scrinio sacræ memoriæ, septẽ vero in aliis duobus sint, id est sacrarum epistolarum, sacrorúmque libellorũ & cognitionũ. Illo [i] videlicet obseruando, ne alius adiutor per quamcumque ambitionẽ his qui in prẽsenti sunt, vel post eorum deminutionem (licet in veterem numerum redacti fuerint) addatur [k]. nam si per mutationem, licet fortuiti casus inciderint, prohiberi disposuimus: multo magis prioribus manentibus alios introduci vetam⁹: cæteris scilicet anterioris sanctionis [l] capitulis in suo robore permansuris.

TITVLVS XX.

DE AGENTIBVS† in rebus. [m]

Nullus de numero agentium in rebus locũ mortui per pecuniã debet inuadere: sed in locũ ei⁹ ille debet succedere, qui i⁹ gradu post eum erat proximus, & dignus labore. Bar.

I. Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA.

NVllus [n] de schola [o] agentium in rebus de cætero locum mortui conetur inuadere: sed is qui ordine stipendiorum & laborum merito ad gradum militiæ sequebatur, statim atque illum fata subduxerint, in eius præmia percipienda succedat, omni obiectione [p] cessante.

Agens in rebus, deponendus vel eximendus de libro agentium non est per aliquẽ iudicem ad cuius officium non spectat cognitio contra eos. Bar.

II. Iidem. AA.

NVlli [q] posthac sine nostræ maiestatis auctoritate discingendi [r] agentem in rebus, nulli eximendi [s] pateat copia. nam probata schola, & animaduersionem vereri iudicis [t], & nullam timere debet contumeliam vilitatis [u].

Matricula agentium in rebus non debet esse nisi. xlviii. quorum quilibet præst ducentis: circitores vero debent esse trecenti: & equites quadringenti quinquaginta. Bart.

III. Imp. LEO. A. * magistro officiorum.

MAtriculam [x] † agentium in rebus à tua [y] celsitudine confectã admittentes, iubemus ne ducẽnarij pluscquã. XLVIII. in cingulis [z] habeãtur in posterum: & numerum centenariorum ducenti viri, quos vacante tempore gradus competentes admiserint [a]: parique modo biarchorum nomen meritúmque. CC. quinquaginta viri dumtaxat: præterea circitorum [b] CCC. & equitum CCCC. L. impleant. Sit in æternum illa quoque fixa stabilísque tuæ sublimitatis dispositio: vt si quis de numero ducennariorum, quos XLVIII. quotannis [c] esse censuimus, forsitan de luce migrauerit: laborum eius fructum successores ab intestato vel ex testamento venientes, & lucrum dispensent, [d] & ita

omnibus

& infra de tyro. l. fi. & ſ. de murile. l. si quis. & supra de ꝓfes. l. magistros. &. ſ. de stu. lib. vr. Ro. l. j. & supra de of. re. pro. l. si quis. & infra de diuer. offi. l. j. & supra de offi. præfec. vr. l. fin.

q NVlli. s. iudici.

r *Discingẽdi*. i. deponendi. sic supra de agri. & man. l. iij. Ac.

s *Eximendi*. à matricula, seu libro in quo nomina eorum erant scripta: sed ipsa. l. eximit quãdoque propter † delictum eius: vt infra de cõmea. l. fi. & arg. ſ. de primice. l. fi. & facit supra de decu. l. nemo.

t *Iudicis*. alicuius.

u *Vilitatis*. viles vocat alios iudices: vel respectu eius agentis dicit: quasi vile sit timere: vt. ff. de reg. iu. l. vani.

x *Matriculã*. id est librum vbi nomina infra scriptorum erant descripta per ordinem, & fuerant vocati. Accursius.

y *A tua*. magistro officiorũ loquitur, vt patet supra de offi. magi. offi. l. j.

z *In cingulis*. hi. xlviij. erãt principes dicti, vt hac. d. l. j. & quilibet prẽerat forte ducentis. Accursius.

a *Admiserint*. accipe impleant quod est. j. & hi ducenti suum principem habent, qui centenarius dicitur: & sic sequentes numeri quilibet suum: vt. d. l. j.

b *Circitorum*. circitores dicũtur quibus vestiarij vel lintearij dãt vestem circunferendã & distrahendam: vt. ff. de instito. l. cuicũque. §. j. & dic quòd omnia sunt nomina numerorum militantium inter agentes in rebus.

c *Quotannis*. id est singulis annis.

d *Lucrum dispensent*. sic supra de proxi. sac. scri. l. si quis in sacris. & de aduo. diuer. iud. l. post duos. §. j. & supra de dome. & prote. l. fi.

Circitores qui sint.

† *Multa in hanc legem Alcia. hic & Pyrrh⁹.*

† *Quinam hi sint, vide apud Pyrrhũ in hunc titulum.*

BIU Cujas

omnibus inter cæteros superstites potiantur solatiis: tãquam si vnus, * qui hæc eadem diu sperauerat, sibimet vindicasset: qua de causa locum etiam eius successorum intuitu vacare [a] conueniet. Nemo autẽ sine diuali probatoria, quã codices in sacro nostro scrinio memoriæ positi debeant inserendam accipere, [b] militaribus eiusdem deuotissimæ scholæ stipendiis vel priuilegiis potiatur.

Nullus de numero centenariorum vel ducẽnariorum in rebus agentium moram contrahens in ciuitate Constantinopolitana, cõueniri potest coram alio quàm coram officiorum magistro in causa ciuili vel criminali: quo priuilegio non vtitur, si extra ciuitatẽ illã degat, vel depositio officio. Bart.

1111. Idem A.

EX eo [c] quo primùm ducẽnæ vel centenariorum gradum [d] in schola agentium in rebus militantes meruerint, desinant [e] in sacratissima videlicet ciuitate constituti alterius iudicis cuiuslibet auctoritate pulsari, vel in alio quolibet examine præterquam viri magnifici magistri officiorum, & cui forsitan ipse concesserit, actionibus suis quisquam aduersarij respondere: quod multo magis in criminalibus causis obseruari decernimus. absurdum [f] est enim, vt in eius salutẽ vel existimationẽ valeat quisquam proferre sententiam, cuius de nulla re possit pecuniaria iudicare. ℣ Huius autem beneficij prærogatiuam subadiuuis [g] * etiam qui pro singulis inueniuntur temporibus, deferri iubemus: licet hanc in eorum persona more quoq; veteri seruari cognouerimus: vt tamen post depositum [h] officium memoratum, si non inter centenarios numerentur, communi iam lege respondere non ambigant. Prędictas autẽ omnes centenariorum personas in prouinciis repertas, cõcessa nunc speciali fori prærogatiua, (nisi publicæ executionis [i] solicitudo his iniũcta sit) vti prohibemus: eosq; ordinariorum [k] etiam iudicum pro veteri iure sentẽtiis obedire præcipimus.

TITVLVS XXI.

DE PRAEPOSITIS † Agentium in rebus.

1. Imp. LEO.

AGentes in rebus qui per ordinẽ [l] consequi solent principatus [m] insignia: in vnoquoque scrinio fabricarum, & barbarorum † quaternos sub ambarum [n] solicitudine per annum duntaxat integrũ procedentes gradatim subire hac in æternum valitura lege decernimus: exceptis videlicet vniuersis negociatoribus qbuslibet mercimonium per se gerẽtibus: interpositáve personas: cũ eis antè sacratissimis cõstitutionibus interdictũ sit militare: [o] exceptis nihilo minus his qui possessionum alienarũ solicitudinẽ procurationémve susceperint. eos enim ad hæc officia volumus adspirare, quorũ labores, scholæ agentium in rebus testimonio comprobãtur. Illi quoque sunt ab hac liberalitate nostræ mãsuetudinis excludendi, qui cum scholæ eidẽ socientur in sacris scriniis quibus vir spectabilis primicerius & tertiocerius prẽsunt, adiuuantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur: & duobus officiis [p] operam suam adhibere non possunt. nam prẽter emolumenta quæ de prædictis scriniis consequuntur: principatus etiam solatio debent esse cõtenti. Quòd si morbo vel ætatis senio capti, & imperiti huiusmodi rerum, vel quocunq; alio vitio præpediti, per se memorati officij curam subire nequiuerint: consideratis præcedẽtibus eorum laboribus, [q] per substitutum [r] chartularium eiusdem scrinij cui præfecturus est ipse, idoneum, & tam moribus optimis præditum, quàm scientiam peritiámque rerũ habentem: electione sua, suarumque periculo facultatum, præfatum munus eos implere præcipimus.

Agentes in rebus, & eorum serui, vxores & liberi, siue agant per se, siue per procuratores eorum, siue conueniantur, habent circa solendas sportulas priuilegium quod habent in sacris scriniis militantes: nec coguntur dare fideiussores extraneos de iudicio sisti: sed sufficit fideiussor de numero in rebus agentium: & per hoc priuilegiũ non derogatur aliis priuilegiis eis concessis. hoc dicit. Ioan. de Pla.

11. Idem Augustus.

HAc saluberrima sanctione decernimus, agentes in rebus pro conuentionibus, & modo sportularum executoribus præbendarũ, pro quãtitate sumptuum, quæ circa litigia sibimet ab aliis inferẽda, vel à se contra alios per semetipsos, seu per ordinandos à se procuratores [f] exercenda, conuenit ab his agnosci: beneficiis quæ in sacro nostro militantibus ministerio iampridem per diuinas sanctiones indulta [t] sunt, perpotiri: & fideiussorem idoneũ de eadẽ schola, [u] non autem extraneum offerre compelli: ita tamẽ vt priuilegia quæcunque centenariis seu ducẽnariis, vel chartulariis, seu viris clarissimis principibus post depositam quoque militiam iam per dispositiones principales impertita, [x] & nunc vsque obseruata esse noscuntur, intacta inuiolataq; custodiãtur: cũ perabsurdum perq; temerariũ sit, hanc nostræ liberalitatẽ pietatis (quanquã astuta interpretatione) non ad augmentum

quanquam, a pleno interpretis

---

a *Vacare.* vsque dum debebat durare defunctus si vixisset: ne duobus salariis grauaretur respublica. Accursius.

b *Accipere.* hoc est quasi registrum. sic .j. de diuer. offic. l. probatorias.

c EX eo. scilicet tempore.

d *Gradum.* Ad quem non suffragio, sed labore quis peruenit: vt .ſ. de offi. ma. offi. offi. l. j. &. ij. &. ſ. eo. l. j.

e *Desinant.* aliàs desituant: & aliàs desinant: & aliàs deserant.

f *Absurdum.* sic. ff. de pœ. l. capitalium. §. & vt generaliter. & de sena. l. qui indignus. Sed argu. contra. ff. de iudi. l. solemus. §. latrũculator. & facit. j. de appar. prę. prẽto. l. fi. & de palati. l. viros. & de castré. l. fi. & de vetera. l. fi. & de diuer. offi. l. viros. & de priui. schola. l. ij. & .ſ. de silentia. l. pe. Accur.

g *Subadiuuis.* nomina appellatiua quorundã militantium inter agẽtes: vt. j. l. proxi.

h *Post depositum.* j. tit. j. l. principes. contra. & j. eo. l. fi. Solu. vt ibi.

i *Executionis,* aliàs executoris.

k *Ordinariorum.* scilicet præsidum: vt .ſ. de mo. mul. l. eos. Accur.

DE PRAEPOSITIS agentium in rebus.

l *Agentes. Per ordinem.* matricula decurrente: vt. ſ. de offi. ma. offi. l. j. M.

m *Principatus.* Vt fiat princeps agentium: vt d. l. j. & .j. tit. j. l. j.

n *Sub ambarum.* id est præponebãtur cæteris agentibus: minores tamen erãt principibus: vt hic colligitur: quales erant antiquarij in scriniis memoriæ: vt. ſ. tit. ij. l. hac parte. & hæc sunt nomina quorundam numerorum in rebus agentium.

o *Militare.* Not. negociatores non militare: vt. j. neg. ne mi. &. ſ. de digni. l. ne quis. item conductores & procuratores: vt & supra loca. l. fin.

p *Duobus officiis.* No. sic. ſ. tit. ij. l. hac parte. cum concor. Accur.

q *Laboribus.* prodest hactenus fuisse bonũ. sic. ff. de re mili. l. iij. §. is qui. &. l. non omnes. §. à barbaris.

r *Per substitutum.* sic. ſ. tit. j. l. iiij. Sed contra. ſ. tit. j. l. fi. §. pe. Sol. ibi in alio officiali quàm hic.

t *Indulta.* vt. ſ. titu. ij. l. in sacris.

u *De eddem schola,* sic prædi. l. in sacris. §. j.

x *Impertita.* per leges quas nõ habemus. nam leges quę sunt supra, nõ dicunt de priui. competentibus post depositum officium. & facit infra titu. j. l. ex agentibus. sed cõtra. ſ. tit. j. ex eo. ibi, vt tamẽ &c. & verbum ibi positũ, si nõ inter &c. vbi subaudi, vel similes principes: soluit contrariũ. Accursius.

---

* *vius.*

* *prærogatiuam his etiã qui sub aliis cinguli inueniũtur, pro temporibus def. &c.*

Negociatores militare non debent.

† *principibus, in manu script. aliàs non est noua Rubrica. Cont.*

a *Conuertere.* priuilegia extenduntur: vt.ff.de cõsti.prin.l.vlt.item no. cum datur priuilegiũ priuilegiato, non ideo aufertur primum priuilegium. sic &.ſ.de dig.l.iij.& ar.ff.de act.& oblig.l.Lucio.

Primum priuilegiũ per ſuperueniẽs nõ tollitur.

b *Pro matribus.* de matribus & de ſeruis dic vt not.ſ. titu.ij.l.in ſeruis.in princip.

c *Quantitatis.* facit.d.l.in ſacris.&.j. eo.tit.l.fi.& de priuile. ſcho.l. quotiens.&.ſ. de ſilen. l.pe.& de excu. mu.l. cam.&.j. qui mili. non poſſ.l.eis.& de priuile. eo. qui in ſacro.l.ij.& infra de mu.l. ſcriniarios.&.j. de caſtren.l. iij.&.l.fin.&.ff. de lib. ag.l.ſi quis ali.§.fi.& de fabri.l.eos qui.& infra de priuile. ſcho.l. hac lege.

d *Denarum.* id eſt decem: vt.ff. de leg.j.l. ſi quis teſtamento.& fa. ſ.de legi.& conſti.l.ij. in fi.

e *DE PRINCIPIBUS agentium in rebus.* *Dic vt ſupra titu.2. in rubri.*

f *Agentes.* Et hoc expone vt in rubr. ſ.tit.j.& dic palmam, id eſt victoriam,& finem laboris. ſic aduocatus habet palmam cũ vincit causam, cit cauſam: vt.ff.de var. cog.l.j §.& ſi palmarij.

Aduocatus cũ vincit in causa, palmã habet.

g *Principatus.* id eſt vt ſit princeps agẽtium in rebus: quod fit per laboré, non ſuffragio decurrente matricula: vt ſupra de offic. magiſt. officl.l.j.

h *A principe.* id eſt ab imperatore, vt nõ conueniatur niſi corã imperatore dict⁹ princeps. Vel dic à principe prędicto: & dic ad citadũ, vel exigendum aliquid ab eo qui eſt de ſua militia: vt.j.l.proxi.

i *Perſonarum.* vel dic dictorũ principum, vt ſine ipſo ſcilicet imperatore. Vel dic perſonarum, ſcilicet militãtium ſub principe. nam nõ vexabuntur ab alio iudice, niſi à dicto príncipe: & quod ſubiicit, etiam ſi interceſsio, id eſt prędceptio fuerit impertita offi. in loco degentis, id eſt citati vel conuenti corã imperatore ſecũdum primũ, vel corã principe ſecũdũ aliũ intellectum. videbatur enim tunc cõtra, quaſi non trahatur extra locũ ſuũ: ar.ſ. de epi.& cle.l.omnes qui.

k *Conuentos.* id eſt admonitos.

l *Introducant.* contra prędictos in permiſſo examine vocatos ſecundum vtrumque caſum: vel nec pro eo, nec contra: quia in vetito examine vocatur ſecundum vtrumque caſum.

gmẽtum anteriorũ priuilegiorum, ſed deminutionem cõuertere [a] concedi, ſimili videlicet forma pro matribus [b] & vxoribus eorum, necnon etiam liberis ſub eorum poteſtate conſtitutis, nec aliã ſortitis vel ſortituris militiam, necnon etiã ſeruis ad eos pertinentibus, ſeruãda: ita vt in prouinciis quoque ſupradictæ perſonæ degẽtes ſimili beneficio perfruãtur: ſportulas tamen & litium expenſas [p] tertia ſuperius enarratæ quãtitatis [c] parte ſoluturæ, denarũ [d] librarum auri condemnatione aliaque grauiſsima indignatione his feriendis, quicunque noſtra iuſſa quolibet modo ſeu tẽpore violauerint, ſeu violari conſenſerint.

TITVLVS XXII.

DE PRINCIPIBVS Agentium in rebus. [e]

Finito labore agentium in rebus, agens princeps agentium creandus eſt: nec poteſt ad aliquas publicas vel priuatas functiones vocari niſi de principis conſcientia: nec vexari poteſt coram aliquo iudice niſi coram principe: nec patronus cauſarum poteſt ignorante principe contra eum aliquid poſtulare: & contrafaciens pœna.x.lib. auri punitur. Bartolus.

I. Imp. GRATIANVS.A.

AGentes [f] in rebus poſt palmã laboris emeriti, principat⁹ [g] honore remuneramus. atque ideo officialis tam ad neceſsitates publicas quàm priuatas non niſi à principe [h] mittatur auctore: nullarumque ſine ipſo cuiquam mãdetur exhibitio perſonarum: [i] etiam ſi interceſsio in locis degentis officij fuerit impartita. Cauſarum etiam patronos ita volumus eſſe conuentos, [k] ne ignorante principe vllã poſtulationẽ introducant: [l] néve ſub vnius perſona ſuſcepti, fraude quadam aliena [m] negocia inferenda eſſe pertentent. quòd ſi fuerit definitio [n] contempta, decem libras auri fiſco noſtro ab officio tuo iubemus inferri.

Omnes agentes in rebus ſunt ſub eorum principe conueniendi, etiam ſi ſenatoria dignitas præfulgeat in eis: actus vero ſoliti expediri per cœtum ſenatus, expedientur per ipſum, aliquo reſcripto ſubuentionum non obſtante. Bartolus.

II. Impp. ARCAD.& HONORIVS.AA.

OMnia citatoria [o] omnium ſcilicet cauſarum atq; perſonarum, licet ſint ſenatoriæ dignitatis, [p] ad principes [q] ſpecialiter reuocari præcipimus: actus verò cæteros qui à ſacratiſsimo cœtu ſenatus tractari cõſueuerunt, cenſualium [r] ſolicitudine celebrari: nec aliquod præiudicium [ſ] ex ſurreptitio reſcripto ſupplicibus inferri.

Principes agentium in rebus decorantur dignitate proconſulari. Bartolus.

III. Imp. HONOR.A.

PRoconſularis apicis dignitatis adiectione principes agentiũ in rebus præcipimus decorari. [t]

Principes agentes in rebus poſſunt habere domeſticos, quorum induſtriam & fidem putant eſſe comprobatam, licet illi domeſtici eodem officio ſæpe functi fuerint: & ſi in dicto officio per.xxv. an. ſeruire nõ poſſint corporis valetudine impediti, & ob hoc ad honorariam dignitatem principis beneficio tranſmigrauerint: hiſdem priuilegiis & beneficiis potiẽtur, quibus potitur factus princeps agentium. Bartolus.

IIII. Impp. THEODO. & VALENTINIA.AA.

EX agentibus in rebus principibus domeſticos in ſuis actibus habere liceat [u] eos quorum fidem induſtriamque probatam ſibi exiſtimant, etſi ſæpe eodẽ officio fuerint [x] ante perfuncti. Et ſi quis agens in rebus poſt. xxv. annorum curricula, ob aduerſam corporis [y] valetudinem, militiæ finẽ minimè valuerit expectare, ſed ad honorariam ex principe dignitatem teſtimonio [z] ſcholæ proſiluerit, hiſdem eum priuilegiis muniri cẽſemus, quibus hi qui ad principatus actum progreſsi ſunt, potiuntur. ℣ Sed in ſalutationibus iudicum conſeſsibuſque priores eos qui per longæ militiæ metas ad principatus actum peruenerint, etſi actus tempore poſteriores [a] ſint, eſſe præcipimus: nihil cenſualibus vel apparitoribus aduerſus priuilegium iſtam: vt qui eſt in actu, ſemper præferatur honorariis eiuſdem vel alterius dignitatis: vt ſupra vt digni.or.ſeruc.l.ij.§.ſed adminiſtratores.

m *Aliena.* ſcilicet dicti vocati principis ſecundum primum caſum, vel ſub eo militantis ſecundum alium.

n *Definitio.* ſcilicet huius legis.& facit.j.de re mili.l.nemo.&.ſ. tit.iij.l.in ſacris. Accurſius.

o *Omnia citatoria.* quæ habent fieri coram principe agentium in rebus, vt de his qui militãt ſub ſe: vt ſupra l.proxi.

p *Dignitatis.* ſcilicet qui ſub eo militant: & ſic ex cõſenſu imperatoris qui fecit legem iſtam, hoc permittitur: ne ſit contra ſupra de dignitatib. l. nemo. vel dic hic honorem ſenaturæ tantum: ibi habet & actum.

q *Ad principes.* ſcilicet agentium in rebus.

r *Cenſualium.* id eſt coram magiſtro cenſus, cum dicat actus, ſcilicet legitimos, ſcilicet inſinuatio, & ſimiles. vel ſubaudi coram alio cuius ſit iuriſdictio.

ſ *Præiudicium.* id eſt quòd præiudicet prædictis, aliàs male videtur ſonare leges.

t *Proconſularis. Decorari.* ergo eſt ſpectabilis: vt in authen.de non alie.§. fin. col.ij.nec ob.infra eo. l.vlt. in princip. vt ibi not.

u *Ex agentibus. Liceat.* quod non licet, ſcilicet habere domeſticum rectori prouinciæ: vt ſupra de adſeſſ.l.nullus.

x *Fuerint.* ſic ſupra de adſeſſ.l.liceat.

y *Corporis.* facit ſupra titu.j.l.agentes.§.quòd ſi morbo. Et no. quod non dicit hic quòd eligat, & alium ſubſtituat: & ſic non eſt cõtra ſupra titu.ij.l.fi. Sed illa, agentes. dicit ibi ſolui.

z *Teſtimonio.* forte totius. & ſic non iurant: ſed verbo tenus bonum de eo dicunt. ſic in authen. de mona.§. cogitandum.coll.j. vel dic quòd iurent.xv. ar. ſupra titu.iij.l. vnicuique. ſecus ergo ſi miles feciſſet prius: vt infra de re mili.l.miles.&.ff. de inſa.l.ij. §. ignominia.& .ff. de re mili.l. milites.§.j.&.ij.

a *Poſteriores.* facit ſupra de conſul.l.j. in fi. Sed cõtra ſupra de prępo.ſac.cubi.l.j.& de ſilen.l.j. vbi videtur prę ferre eum qui eſt tantùm honorarius. Sed dic illas intelligi ſecũ-

BIU Cujas

a *Tanquam.* vere nihil: quia habentur perinde ac si fuissent in actu, & compleuissent militiam: quia omnes præcedentes eũ decessissent: & sic iste fuisset princeps. & facit ad. l. istam. j. de pala. l. palatinos. & supra titu. ij. l. ij.

b *Eos qui ordine.* quod est faciendum: vt supra de offic. ma. offic. l. j.

c *Ducenam.* dignitas est, vt dicta. l.

d *Principis.* scilicet agentium in rebus.

e *Extiterint.* quia tũc debet fieri princeps, cũ steterit in ducena per annum: vt supra tit. j. l. matriculam. assumptus enim adiutor fuit magistro officiorum, quia super omnes istos princeps erat. nam ipse faciebat matriculam: vt supra titu. ij. l. matriculam.

f *Numerari.* hoc ipso.

g *Vicarianæ.* qui est spectabilis, vt proconsul. quod patet: quia inter spectabiles ponitur, vt supra de offic. vica. cui proconsuli æquiparauit supra eo. l. proconsularis. & facit. j. l. proxi.

h *Principes. Renunciatio.* renunciat qui se supponit periculo. & facit. ff. pro soc. l. si non fuerint. §. j. in fi. & j. tit. j. l. vlt.

Renunciat qui se periculo supponit.

i *Comitiuæ.* & hoc cingulũ comitiuæ est spectabile: vt nota. supra de offic. eius qui pro. l. j. & concordat cum superioribus & duabus proximis. Accursius.

k *Saluis.* facit infra de priui. eo. qui in sac. l. de cubiculis. & supra de silen. l. fi.

l *Quicunque. Principatus.* subaudi, & princi. &c. quod fit matricula decurrente.

m *Pulsari.* vt supra de decu. l. fina. §. viri quoque. & facit in eadẽ. l. §. necnon magistri. & supra de dignita. l. senatores. & ff. de senato. l. emãcipatum. & ff. de decurio. l. ij. §. j.

n *Vltis. Clarissimos.* id est claræ dignitatis: spectabiles tamẽ sunt: vt supra eo. l. proconsularis. & sub. iubemus.

o *Sententiis.* citatoriis.

†*sic legẽdũ, Zeno, non Anastasi.*

p *Vel serui.* de his dic vt. s. titu. iij. l. in sacris. in princip.

vbi hæc lex citatur. s. in. l. 2. de comitib. cõsistorianis. Contius.

q *Procuratores.* de hoc supra tit. j. l. fi.

r *Sportularum.* in fiscum dãdarum. ideo in sporta ponitur: vt sergia eorum excogitantibus, tanquam a in actu principatus fuerint versati: vicenarũ librarum auri cõdemnatione contra eos proposita.

Vicariana dignitatis titulis honoratur, qui princeps agẽtium, aut magister officiorum est effectus. Bartolus.

V. Iidem. A A.

EOs qui ordine b transcursa militia, post ducenam c ad desideratum principis d peruenerint gradũ, aut adiutores viri illustris magistri officiorum extiterint: e cum inter honoratos cœperint numerari, f vicarianæ g dignitatis titulis decorari censemus.

Princeps agentium in rebus cingulo comitiuæ primi ordinis fungitur. Bar.

VI. Iidem. A A.

PRincipes agẽtium in rebus, quos sæpe sæua pericula, vitæq; interdum renunciatio h ad memoratum gradum adduxit: completo tempore militiæ suæ, comitiuæ i primi ordinis cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet dudum præstitis saluis k priuilegiis) decernimus.

Militans in schola agentium si fuerit de corpore cohortaliũ: licet princeps agentium factus sit, filium curiæ obligatum relinquit: sed si ipsum susceperit postquam princeps factus fuerit, liber erit à curia. Bar.

VII. Imp. LEO. A.

QVicunque ex corpore cohortalium militãs in schola agentium in rebus filium procreauerit: antequã ad metas militiæ suæ perueniat, principatus l honore decoretur: & licet ipse post finitam militiã, vtpote liber, nulla debeat huiusmodi cõuentione pulsari: m filium tamen cohortali conditioni relinquat obnoxiũ. Si vero postquã adeptus fuerit principatum, ediderit filium: is qui natus est, etiam si in schola deuotissimorum agentium in rebus militiam sortitus nõ fuerit, ita liber sit ac securus, vt nec vllis cohortalis officij nexibus obligetur, quasi iam ex patre libero & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

VIII. Imp. ZENO. A. †

MVltis deuotissimæ scholæ agentium in rebus aditionibus permoti, viros clarissimos n eiusdem scholę principes qui finitis militiæ stipendiis exeunt: quotiens ex maioris iudicis sententiis o ipsi, vel eorum coniuges, aut liberi, vel serui, p aut coloni, siue per se, siue per procuratores q cõueniantur, nõ amplius quàm vnum solidum executoribus sportularum r nomine præbere compelli: apparitoribus vicariani seu præsidalis iudicij, non nisi tertia parte solidi tantùm præstanda: f nullasque hisdem cõcussiones aut vexationes in præbendis fideiussoribus ingeri, sed eos fideiussores quos locorum defensor existimauerit, t dare: ita videlicet, vt pro tenore generalium edictorũ hi qui vel in sacratissima vrbe, vel in prouinciis immobiles possident facultates, adiuratoriæ cautioni, u & substantiæ suæ credantur. Hoc etiam adiiciendo, vt nunquam nisi ex sentẽtia x in scriptis prolata penitus moneantur. Ad similitudinem insuper aliorum y officiorum, quotiens ciuiles vel criminales contra eosdẽ cognitiones mouentur, executorem quidem negotij vsque ad finem litis ciuilis seu criminalis, vnius esse solidi præstatione contentum: z & pro insinuandis a nostræ serenitatis apicibus, vel simplici contra obnoxios eorũ postulatione deponenda, binos solidos ab his vel coniugibus eorum præberi: & quotienscũque exemplaria b postulantur, hi quorum interest, accepto solido, quod petitur præbere nõ differant. Pro implendis vero monumentis c vnde conueniẽdi tribuitur executoribus facultas: nõ vltra quàm tres solidos quibus cõpetit impertiri præcipimus: arbitro d verò nõ amplius quàm solidum: & fisci patronis e dimidiam solidi partem: notariis f vero tertiam g vsque ad finem (sicut dictum est h) causæ præstare: super editione i quoque chartularum solidi partem dimidiam præbere. Quòd si non apud arbitrum, sed in competentibus iudiciis maioribus cognitio celebretur: inducendi quidem negotij gratia, non nisi quatuor solidos eosdem viros clarissimos erogare: k gestorum l

s *Præstanda.* nomine sportularum pro fisco. nam pro se infra accipient.

t *Existimauerit.* de suo forte numero: vt ar. supra tit. iij. l. in sacris. §. fidei. & supra titu. j. l. fi. §. fideiussorem. Accursius.

u *Adiuratoria cautioni.* ex quo collige generaliter omnes possessores immobilium rerum debere iurare iudicio sisti, quanquã nõ satisfdẽt. M. vt no. ff. qui satisfd. cog. l. sciendum. Item quid si non possidet? Respon. idem, vt iuramento stetur: vt supra titu. iij. l. in sacris. ibi, ita vt si &c. nũc iurat satisfdare non possit licet hoc alij faciant: vt supra de episco. & cle. authen. generaliter. Vel potes hic dicere secus quàm in proximo sacri. vt scilicet satisfdet si non habet immobilia: vt supra proxi. nullasque &c. Item not. q̃ hic innuit q̃ si possidet Romæ, cuiter in prouincia: & econtra. quod nõ puto: cum loco satisdationis sit possessio.

x *Sententia.* epistola citatoria.

y *Aliorum.* vt. s. tit. iij. l. in sacris. & s. de dign. l. quotiens.

z *Contentum.* hoc pro se accepit.

a *Insinuãdis.* id est scribendo rescripto principis, vel simplici petitione actoris in libro iudicis. Accursius.

b *Exemplaria.* hic illa eadem exemplificantur. & sic aliud p̃ scribẽdo, & aliud precium pro exẽplatura datur. Accursius.

c *Monumentis.* id est pro scribenda epistola citatoria: vt supra eo. l. omnia.

d *Arbitro.* id est delegato. vel ꝑprie, vt no. s. tit. iij. l. in sacris.

e *Fisci patronis.* qui cogunt arbitrũ procedere: vt. d. l. in sacris.

f *Notariis.* arbitri.

g *Tertiã.* partẽ solidi.

h *Dictum est.* in executore expresse, & in aliis sensit idem.

i *Editione.* id est pro dandis exemplis gestorum. sed. s. proxi. pro scribendo in quaterno iudicis.

k *Erogare.* hoc habebũt iudices: vt in authen. de iud. §. ne autẽ inter hæc. coll. vj. sed. s. in prin. l. fiscus.

l *Gestorum.* hic de nomine

BIU Cujas

mine aliorum iudicum, non arbitri, de quorum nomine supra proxi.dixi.& not. quòd hæc omnia priuilegia habet comes consistorij: vt supra de comi.consi.l.j.&.ij. & facit infra de priuileg. scho.l. hac lege. & supra de agri.& cen.l. omnes. de spor.l.ij. & institu.de satisd.§.sed hodie.& in authen.de nup.§.j.col.iiij.&.j. de castren.& ministe.l. ante omnia. Item non turberis si in aliquo differat lex ista ab illa.l.in factis.Accursius.

a *DE CVRIOSIS & stationariis.*

Dictum est in genere de egentibus in rebus, & eorum principibus: nunc de duabus speciebus. Primo de curiosis, quorũ officium erat nunciare crimina, & remittere crimi-

† *Curiosos existimat Alc.hic dixi, non qui nosos: vt.j.l.fi. Item seciõ-*

nosos, vbiubi delinquerent nunciarent, vt sentit Accur. sed tantum qui cõmissa in curia prin-

cipis, vel in comitatu præsidũ per omnes prouincias referrent ad præfectum.

de quibusdam qui præerant euectionibus: vt in tribus sequentibus legibus.

b *Curiosi & stationarii.* pro eodẽ curiosi & stationarij, forte quia stabant certo loco vnde consueuerant fugere delinquentes. idem dicitur irenarcha: vt.ff.de custo. reo.l.diuus.

c *Probationis.*not. ergo non credi officiali nisi & phet. quod dic vt supra de accus.l. ea

Stationarii (inquit quidem. & facit.l. sin-

autẽ ille) pro his accipiendi sunt qui stationariorũ militũ (hoc est eorũ qui de-

guli. & de cust. reo.l.j. Sed arg. contra. ff. de offic. præfec. vrb.l. j. §.fin.

d *Immittebant.*vt infra

ad aliquem deputati delicta deferent.

cohor.l.j.item quòd consuetudo praua reiicitur, facit in authẽ. vt nul.iu.§.j.col.ix.

e *Cites. Publici cursus.* officium huius erat portare pecuniam publicã per prouincias, & conducere naues & animalia ad ferendã annonam reipub. & tempore competẽte facere incipi iter vel cursum, & prouidere ne quid subtrahatur: vt hic, & infra.l.fina.& infra de cur. pu.l.iij. & l.fin.

Vlul tamẽ ius ex lege huius edictali deprecandas.

f *Credimus.*sic de præfecto credit princeps: vt.ff. de offic. præfec. præto.l.j.

g *Officio.* id est alius non intromittat se. vel die quòd iste non intromittat se de alio officio. ad quod supra de agen. in re.l.pe. & vlt. prima placet.

h *Cursum.* arripiendo iter ante alios: vel aliàs faciendo contra præceptum istius.

i *Euectio.* id est quod vehitur: vel id est quãdo iter arripitur, dicatur huic.aliàs est, aduocatio. sic dicta euectio, vero excipiẽdorum causa duos tantummodo solidos dare: & nullius vltra suprascriptas quãtitates cuilibet alteri præstandi sumptus exactione vexari: his omnibus locum habentibus, siue ipsi aliis litem ingerant, siue ab aliis pulsentur.

TITVLVS XXIII.

DE CVRIOSIS,† ET stationariis.[a]

Denuncians maleficium punitur si non probat: & ideo alium pro delicto non incarcerat.Bartolus. B

I. Imp. CONSTANTINVS.A.

CVriosi & stationarij, [b] vel quicunque fungũtur hoc munere, crimina iudicibus nuncianda meminerint, & sibi necessitatem probationis [c] incũbere, nec citra periculũ sui, si insontibus eos calũnias nexuisse constiterit. cessẽt ergo praua consuetudo per quã carceri aliquos immittebant. [d]

Officium agentiũ in rebus est curam habere super euectionibus cursus publici portando pecuniam publicam per prouincias, C *& conducendo naues, & animalia ad deferendum annonas: & alius officialis sub pœna se intromittere non debet: & recipiẽs pecuniam pro animali in cursum publicum non edicto, pœna quadrupli punitur. Ioan. de Pla.*

II. Idem.A.

AGentes in rebus, in curis agendis,& euectionibus publici cursus [e] inspiciendis, nostrorum memores præceptorũ, credimus [f] in omnibus velle ꝓ futura reipublicæ: ideoque solos agentes in rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere: & non ab alio penitus officio. [g] Hi vero peruigili diligẽtia prouidebunt, ne quis contra D euectionis auctoritatẽ moueat cursum, [h] vel amplius postulet quàm concesserit euectio. [i] Quisquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit, improbi cœpti priuetur effectu. Demonstretur etiam iudicibus vel curiosis euectio, etiam si quis nobis iubentibus festinare memoret in obsequiũ necessarium, nec prævaleat contumacia vel dignitas. Ergo nummũ iam vetamus exposci pro animalibus [k] in cursum minimè constitutis. Quod si fortè aliquis existimauerit perpetrandum: eius quadruplũ quod accepit, inferre cogatur. [l]

Condemnatio præfecti facta de agente in rebus est nulla: nisi talis agens aliquid contra honorem, honestatem, & decus sui officii commiserit: quia tunc grauius punitur. Bartolus.

III. Idem.A.

PEr id tempus quo cursus tuendi solicitudinem sustinetis, [m] condemnationes præfectorum circa eos solos irritæ sunt futuræ, qui seruauerint honestatem: erga eos vero qui inhonestè, & contra decus seculi, vel honorem militiæ versabuntur, non solũ condemnatio mãsura est, verumetiã grauior pœna est statuenda. [n]

Agentes in rebus singularibus per singulas prouincias sunt mittendi: qui in euectionibus inspiciendis curam tantum habebunt cum aliis iudicibus, vel prouincialibus: & alios illicite non vexabunt: de eausis non cognoscent: & non detrudent in carcerem. Bartolus.

IIII. Imp. ARCAD.A.

AGentes in rebus singulos ꝑ singulas ꝓuincias mittendos esse censemus: [o] quibus inspiciendarũ euectionum tantùm debeat cura mandari: vt nihil prorsus commune [p] aut cũ iudicibus, aut cum prouincialibus habeant: nec naues debebunt illicita concussione vexare: nec libellos aut attestationes vel contestationes litis gratia suscipere: [q] aut in carcerem quemquam trudere, [r] sed cursui solùm vacare.

TITVLVS XXIIII.

DE PALATINIS† SAcrarum largitionum,& rerum priuatarum.[f]

Palatini pro capitibus eorum & iugis tantùm pensitationem fisco soluunt: ab aliis vero muneribus sordidis vacant. Bar.

I. Imp. CONSTANTINVS.A.

PAlatini [t] pro capitibus [u] seu iugis [x] suis tantùm pensitationem atq; obsequia recognoscent, extraordinariis & sordidis muneribus & susceptionibus [y] & temonariis [z] oneribus liberati.

Thesaurarius, vel comes thesaurariorum repertus semel culpabilis in officio, iteratò ad eandem militiam non adspirabit: nec etiam aliam acquirere potest. Bar.

II. Imp. GRAT.A.

NVllus thesaurensis, vel officialis comitis thesaurorum semel deprehensus euersor, [a] quocũq; pacto [b] aut repe-

k *Pro animalibus.*mulis puta, vel ꝑ equis, quisq; accipiat pro.x. cum non habeat nisi.viij.

l *Cogatur.* ad hoc infra de ero.mili.an.l.excellentiæ. & supra de excu.mu.l.placet.

m *Per id. Sustinetis.* loquitur agentibus in rebus.Accur.

n *Statuenda.*Not.non iuuatur officio vel dignitate, qui male eam seruat. sic supra de digni.l.iudices.&.l. quotiens. & infra de cur. pu.l.iij.& de vete.l.iij. item & facit.ff.de in ius voc.l.ij. & de mino.l. auxilium.in fi. & supra de episco. & cle.l. generaliter.

Officiũ aut dignitatem male seruans, eis nõ iuuatur.

o *Gentes. Censemus.* ad quam curã & cursum illi ex schola agentium debent exire quos ordo militiæ vocat, & laborum adiutor: vt supra de offic. ma. offic.l.j.plures ergo & alij agentes erant in rebus: vt.d.l.& supra de agen. in re.l. matriculam. Et no.huius officium vt supra eo.l.ij.

p *Commune.* sic.j.tit.j. l.nihil.

q *Suscipere.* ad audiẽdum. Accursius.

r *Trudere.*vt supra eo. l.j. in fi. sed si inueniat fugitiuos, in custodia detinere posit: vt.ff. de fugi.l.fi. in princi. cum isti dicatur stationarij: vt.ſ.eo.l.j.in prin.

f *DE PALATINIS sacrarũ largitionum, & rerum priuatarum.*

Scilicet principis. nam vtriusque priuilegium idem datur: vt.j.eo.l.fi.

t *Palatini.*aliàs vicarij palatini. quia quodammodo gerunt vicem principis. & sic pro eodem. aliàs deest vicarij.

Negotiatoribus est omnis militaris dignitas interdicta, exceptis argenti distractoribus, qui non ad armatam militiam,sed ad aliam quamcunque accedere possunt. Qui verò ante hanc legem assumpserunt,illam retinere possunt, dum tamen à negotiatione se abstineant, aliàs militia priuarentur. armorum tamen constructores,militiam obtinere,& suam negotiationem retinere valent.Ioan.de Pla.

I. Imp. IVSTINIANVS.A.

verius.& institu. de le. §. quod autem. &.ff.de admi. tuto.l. hoc autē. &.ſ.de præpo.sa. cubi. l.iubemus.in fine. &.ſ. de peti. hære.l. qui se. Itē quod dicitur probatur, quemodo probat reus? Respond.quia excipit adserendo.ff.de proba.l.in exceptioni b°. Item est ei mos gerendus:vt.ff. de proba. l.circa.& fac.ſ.de libe. cau.l.non mutant.

p *Militauerint*.tempore huius.l.& facit ad.l. in authen.constitu.que dign.§.j.& supra ne rei domi. vel templo.l.j. &.j.l.proxi.

q *Si quis.Dominio serui*.hæc lex facit liberum:vt supra.l.proxi. cum similibus. Sed contra supra de tabu. l.generali. Sol.illa trahitur ad istam:imò ibi munus,hic dignitas.

r *Accipientes*.nam denamus nostris militib⁹ stipendia & alia:vt supra de castren. om. pa. pecu.l.j.&.j.titu.ij.lib.

s *Imperfectum*.ad hoc supra ad Sil.l.fi.

t *Præteritæ*.vt supra.l. proxi.

u *Notum*. not. sic.ff. quādo app. sit.l.j.§.fi.& l.fina.&.ff.de cal.manus. & de excu.tut.l. quinquaginta.Ac.

x *Spoliari*.armata vel inermi militia:vt infra titu.j.l.j.

NEGOTIATORES ne militent.

BIU Cujas

EOs qui vel in hac alma vrbe, vel in prouinciis cuidam ergasterio [a] præsunt, militare decætero prohibemus, [b] exceptis argẽti distractoribus, qui in hac alma vrbe negotiantur. Hos enim, [c] vtpote vtiles omnibus contractibus, armata quidẽ militia penitus abstinere sancim⁹: aliam verò quãcunque sine metu præsentis sanctionis posse sibi acquirere. Siqui verò negotiatores, quos omni militia prohibuimus, iam [d] militarunt: eis licentiam damus negotiationẽ quidem relinquere, militiã verò retinere: scientibus, quòd si postea negotiantes appareant, militia priuabuntur. Quod & in argenti distractoribus huius almæ vrbis, si armatam militiam iam sortiti sunt, tenere volum⁹: vt relicta negotiatione liceat eis in eadem militia durare. Negotiantes etenim post hanc sanctionem, huiusmodi militia priuabuntur: illis qui ad armorum extructionem [e] suam professionem contulerint, minimè prohibendis ad competentem suæ professionis venire militiam, & huiusmodi negotiationem nihilo minus retinere.

TITVLVS XXXVI.

DE RE MILITARI.

Miles captus ab hostibus, dum ibi est, stipendium vel donarium habere non potest. Bartolus.

I. Imp. ANTONINVS. A.

STipẽdia & donatiua [f] tẽporis quo apud hostes fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso restitutóque, non iure [g] desideras.

II. Idem. A.

VIginti [h] stipendia si implestis, sordida [i] munera [militiæ] vobis non indicentur.

Missus à militia ignominiæ causa, est infamis: & dignitatem consequi non potest: morari tamen potest vbique, præterquam in interdictis locis. Bartolus.

III. Idem. A.

MIlites ignominia missi [k] cũ infamia notãtur: nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri solẽt, vti possunt. [l] habeant autem morandi vbi velint, potestatem, præterquam in eis locis, in quibus specialiter arguentur. [m]

Bona militis desertis in desertione defuncti confiscantur. Bartolus.

IIII. Imp. ALEXAN. A.

DEfunctorum in desertione bona confiscari diu⁹ Marcus & Antoninus pater meus constituit. [n]

Desertor indulgentia principis restitutus non habetur pro tempore quo deseruit, perinde ac si militasset in castris: & ideo pro illo tempore stipendium non petit. Bartolus.

V. Imp. GORDIANVS. A.

CVm allegatis septẽ annos in desertione egisse maritum sororis vestræ, & indulgentia nostra esse restitutum: nõ rectè desideratis vt id tempus ac si in castris fuerit habeatur. [o] Proinde excepto eo tempore quod ad desertores pertinet, restitutus ex indulgentia nostra, residuo militare debebit: ideoque nec stipendia tẽporis quo in desertiõe fuerit, exigere poterit. [p]

Missus à militia ex causa ægritudinis, factus sanus, instaurandus non est: tamen mitti non debet nisi medicis hoc denunciãtibus, & iudice hoc inquirente. Bartolus.

VI. Idem. A.

SEmel causaria missis militibus, instauratio nõ solet cõcedi [q] obtentu recuperatæ valetudinis melioris: quandò [r] nõ temerè dimittantur, nisi quos constet medicis [s] denunciantibus & iudice cõpetente diligenter examinãte, vitiũ [t] cõtraxisse.

Dãnat⁹ de crimine militari miles existiẽs, non infamatur etiã factus veteranus. Bar.

VII. Idem. A.

FRustra [u] veteris ne nota [x] quæ propter delictum militare intercesserit, existimationem [y] tuam [z] iam veterani [a] læsisse videatur: maximè cum nec ex eo delicto quod in paganorum potest cadere personam, notatos milites post missionem placuerit esse famosos.

VIII. Imp. PHILLIP. A.

CAusaria missus, nulla existimationis macula adspergitur. [b]

Dans operam vt barbari Romanos deprædentur, vel prædam factam cum eis diuidens: vinus comburitur. Bartolus.

IX. Imp. CONSTANTINVS. A. & * Cæsar.

SI quis † barbaris sceleratæ factione facultatem deprædatiõis in Romanos dederit, [c] vel

---

a *Os. Ergasterio.* id est stationi, quasi negotiationi.

b *Prohibemus.* hoc non nobilitatis defectu. nam & libertus militat: vt. ff. de testa. mi. l. si duobus. & de bo. lib. l. si filius. §. Papinianus. & supra titu. j. l. pen. sed quasi ex vili officio non debeant adsumi: vt supra de dig. l. neque. & de perfectissima. dignitate. l. j. & infra de cohorta. l. antepe. & per id quod subiicit, argẽtariis, quasi non sit hoc vile officium: vt supra tit. j. l. omnes. quia semper ibi animum habẽt. ar. ẽ. loc. l. milites. Sed cõtra. ẽ. de iur. om. iud. l. vl. vbi negotiatores militant. Solu. hoc nouum: illud vetus. nam hic dicit decætero. Vel sol. vt ibi.

c *Hos enim.* vt sunt cæteri præter argẽtarios.

d *Iam.* ante hanc legem.

e *Extructionem.* quia arma faciunt, vel facta vsui coaptant. & facit ad. l. supra de aduo. diuer. iu. l. ne quis. & ẽ. de pig. l. fi. & ẽ. de prin. agen. in re. l. agentes. §. exceptis, & ẽ. in quib. cau. mi. fo. præ. l. j. & ẽ. de fab. l. iij. & quod no. supra qui. ex cau. maio. l. vlti.

DE RE MILITARI.

f *Tipendia & donatiua.* ponit pro eodem, vel quia quandoque vltra stipendia cõtulit præsentibus.

g *Non iure.* quia causa facti non continetur postliminio: vt. ff. quib⁹ ex causis maio. l. denique. Sed contra. ff. eo. l. iij. §. is qui ad hostes. in fi. & l. non omnes. §. pen. & l. pen. Sol. hic fuit capt⁹ in pẽ. sidio, ibi ex improuiso dum iter facit, aut epistolam fert. vel ibi ex speciali indulgẽtia prĩcipis, nõ communi iure: vt dicitur in desertore: vt. j. eo. l. cum allegatis. & ff. eo. l. qui excubias. & fac. ẽ. de dome. l. vlti.

h *Viginti.* scilicet annorum.

i *Sordida.* scilicet patrimonialia: sed honesta subibitis: vt. ff. de priuile. vetera. l. ij. §. fi. sed à personalibus excusantur: vt supra de his qui non imple. stipẽ. l. pen.

k *Milites. Missi cũ.* coniũctio causalis.

l *Vti possunt.* vt. ẽ. de his qui non imple. stip. l. j. & de infa. l. j. lib. x. & de digni. l. neque. & l. iudices. & de adsess. l. liberti. & de iudic. l. cũ

m *Arguentur.* scilicet Romæ, & etiam alibi vbi sit imperator, non stabunt: vt. ff. de his qui not. infa. l. ij. §. ignominia. & de excusa. tuto. l. sed & milites. §. sed & ignominia. & ff. eo. l. milites. §. Accursius.

n *Defunctorum. Cõstituit.* sed & vienti desertori pœna imponitur: quod dic vt. ff. eo. l. iij. §. qui militiæ. &. l. non omnes. per totum. &. l. pen. & supra quando lice. vni. si. iudi. se vindi. l. ij. & infra. l. proxi.

o *Cum allegatis. Habeatur.* vt. ff. eo. l. iij. §. qui militiæ. &. l. pen. Sed arg. contra. ff. de ali. & ciba. lega. l. is cui. Sol. ibi speciale in alimentis: vt. ff. de his quæ pro non scrip. haben. l. si in metallum.

Alimẽtorũ causa prius legata est.

p *Poterit.* supra eo. l. j. & supra de decur. l. ne quis. in fi.

q *Semel. Concedi.* sine Augusti affatibus: vt infra de diuer. offic. l. ij. & ar. infra de cohor. l. si quis.

r *Quandò.* pro quia.

s *Medicis.* no. consulendos qui sciunt. sic & in authen. de non alienan. §. quod autem.

t *Vitium.* animi, vel corporis: vt &. ff. eo. l. milites. §. missionũ. licet vitium non sit ꝓpriè corporis: sed vnũ pro altero ponitur: vt ff. de ædi. edic. l. j. §. sed sciendum.

u *Frustra.* miles dãnat⁹ crimine militari vel communi, nõ fit infamis, nec dũ militat, id est dum militia durat. nam statim vt infamis est, miles esse desinit: quia iam non posset stare vbi princeps: vt supra eo. l. milites. in fin. nec factus veteranus, vt hic: & sic mitius agitur cum milite, quàm cum alio in infamia. secus in pœna debita quandoque: vt ff. de pœ. l. quædã. quæ est contra. & est ratio, vt dixi. sunt autem crimina militaria, vt. ff. e. per totum. communia patent.

Infamis fa ctus digni tatis perdit.

x *Nota.* id est infamia.

y *Existimationem.* id est famam.

z *Tuam.* id est tui.

a *Veterani.* s. facti.

b *Causaria. Adspergitur.* vt. ff. eo. l. milites. §. missionũ. & ff. de his qui not. infa. l. ij. §. missionum.

c *Si quis. Dederit.* vt † potestas Castrifrã ci ꝑmisit venire Mutinenses

† *Cod. Th. lib. 7. ti. 1. l. 1.*

BIU Cujas

nēses corruptus ab eis, vel forte diuisit cum eis prædam quam fecerant sine eius conscientia.

a *Factam*. deprædationem.

b *Diuiserit*. cum eis, vel dic inter eos. & no. similis pœna. supra vbi cau. fisc. l. vniuersi. Accursius.

c *Quicunque. Coniuges*. aliàs coniugia. Et no. *Vxor inter domesticos & familiares numeratur.* vxorē domesticam seu familiarem: vt not. ff. de his qui ad ecc. confu. l. vlti. §. sane. & facit ad l. ff. de offic. procon. l. iiij. §. ij. &. ff. de vxo. mili. l. j. &. ff. de pact. do. l. inter. §. conuenit.

d *Emptos*. hi enim nec puncto &c. vt supra de agricol. & censi. l. colonos.

e *Tribuni. Maneant*. id est manere debeant. Et no. quòd hęc verba, cum signis propriis, possunt legi cum præcedēti & subsequēti litera. & fac. j. de cōmea. l. j. Accursius.

f *De eo*. scilicet milite qui contempsit. Ac.

g *Cum supra. Fluentis*. hoc fluētum, huius fluenti.

h *Sudores*. id est equos ipsos sudātes. nam spoliat se scutifer in aqua. Et not. curialem legem contra eos qui more bestiarum se inuerecundè balneant in nauigio. & facit ad. l. ff. de aqua plu. ar. l. apud Trebatium.

†*sudore.*

i *Nemo. Deputati sunt*. qui dicunt palatini, & ad eius mēsam sunt.

k *Vrbe*. Constantinopolitana: nec tamen ad mensam eius.

** diurno.*

l *Legionibus sunt*. scilicet in aliis locis.

m *Vacet*. id est nec propria nec aliena faciat: vt supra de procu. l. militem. & arg. supra de aduoc. diuer. iudi. l. ij. & de prin. agen. in re. l. j. Sed contra. ff. de procu. l. qui stipendia. Sol. ibi non offenditur disciplina: hic sic: vt infra eo. l. milites. Vel ibi p. missu principis. Vel dic vacabat: id est otiosus stabat.

†*aliàs præsentes esse comitatui.*

n *Quinque libris auri*. sic supra de fer. fugi. l. quicunque.

o *Citam*. id est velocē: & facit in auth. quo. opor. epis. §. non aliter. col. j.

†*numerario.*

si quis alio modo factam [a] diuiserit, [b] viuus comburatur. Dat. IIII. Kal. Maij Seuero & Rufino Conss.

Miles qui à principe meruit suam familiam ad se venire, coniugem suam potest facere venire. Bartolus.

x. Idem. A.

QVicunque militum ex nostra auctoritate familias suas ad se venire meruerint, non amplius quàm coniuges, [c] liberos, seruos etiā de peculio castrensi emptos, [d] neque adscriptos censibus, ad eosdem excellentia tua dirigi faciat.

Tribuni vel milites in loco deputato stare debent, nec possunt vagari. Bartolus.

XI. Imppp. GRATIANVS, VALENTINIA. & THEODOSIVS. AAA.

TRibuni vel milites nullam euagādi per possessiones habeant facultatem: sed cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant. [e] at si quis tam necessaria scita contempserit: de eo, [f] ac tribuno eius ad nostram scientiam rectorū ac defensorum relationibus protinus referatur: quatenus seueriſsimè in eos animaduertatur.

Præsentibus militibus quis se balneare nō præsumat: aut equos lauare, nisi secretè. Bar.

XII. Imp. THEODOS. A.

CVm supra virentes fluminū ripas omnis legionum multitudo cōsistit: ideo prouida auctoritate decernimus, vt nullus omnino immundo fimo sordidatis fluentis [g] commune poculum polluat: néve abluendo equorum sudores †[h] deproperās publicos oculos nudatus incestet, sed procul à cūctorum obtutibus in inferioribus partibus fluuiorum hoc ipsum faciat.

XIII. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA.

NEmo miles ex his qui prę- sentes diuino * obsequio nostræ clemētię deputati sunt, [i] & qui in hac alma vrbe [k] præsenti † comitatui concessi sunt: quíve de aliis numeris vel legionibus sunt: [l] vel sibi vacet, [m] vel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. qui autem in huiusmodi facinore fuerint conuicti: militia exuti pœnas cōsentaneas luere compellantur. hi verò qui in priuato obsequio militē retinere fuerint reperti: quinque libris auri [n] multæ nomine feriantur. ¶ Si verò quisquam missus à numero, † vel à tribuno, ad comitatū serenitatis nostrę puenerit (alias enim eos hoc facere vetam[o]) ilico se viris illustribus comitibus sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet: & causas profectionis exponat: vt & respōsum cœleste mereatur: & citam [o] remeandi accipiat facultatem. Si quos autem milites per prouincias relictis propriis numeris passim vagari [p] præsides earum cognouerint, correctos faciant custodiri: donec de his clementiæ nostræ auribus intimetur: & quid fieri oporteat decernamus.

Miles de vno numero ad alium se transferre non debet: nisi vtilitatis publicæ causa princeps consenserit. Bartolus.

XIIII. Iidem. AA.

COntra publicam † vtilitatem [q] nolum[s] à numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur comites [r] vel duces quibus regendę militiæ cura commissa [s] est, non solum à comitatensibus [t] ac palatinis numeris ad alios numeros milites transferri non licere: sed ne ipsis [u] quidē, [*seu de comitatēsibus legionibus, [x] seu de castris riparensibus † castrēsianis] cæteríſque cuiquam eorum transferendi militem copiā attributā: nisi hoc Augusta maiestas publicæ vtilitatis [y] gratia fieri iusserit: quia honoris*[z] augmentum non ambitione, sed labore ad vnūquemque conuenit deuenire. quòd si quis contrà fecerit, per singulos milites singulas auri libras à se nouerit exigendas.

Miles armatæ militiæ, agrorum cultui, custodiæ animalium, mercimoniorum quæstui non est deputandus. Bartolus.

XV. Imp. LEO. A.

MIlites qui à republica armantur & alūtur, solis debent vtilitatibus publicis occupari: nec agrorū cultui, [a] & custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui, sed proprię muniis insudare militiæ. nullum præterea ex militibus posthac prædictis obsequiis vacare magnitudo tua patiatur: sed frequentes in numero suo esse iubeat: vt armorum quotidiano exercitio [b] ad bella se præparent. Quòd si quis ex militaribus iudicibus vllos militum tam diuinis [c] quàm regiis, [d] vel priuatis domibus ac possessionibus, diuersisque aliis obsequiis [e] contra interdictum serenitatis nostræ crediderit deputandos: sciat † se [f] ab eo qui contra vetitum fecerit, & ab eo qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas.

p *Vagari*. facit supra de aduoc. diuer. iudi. l. ij. & quando liceat vni. l. ij. &. ff. de primi. l. ij.

q *Contra publicā vtilitatē*. quod sēper præsumitur, nisi principis adsit auctoritas vt infra patet.

r *Comites*. qui dicantur comites rei militaris, dic vt supra de comi. rei mili. l. j. &. ij.

s *Commissa*. immediate in aliqua prouincia.

t *Comitatensibus*. qui sunt in vrbe, non ad mensam: sed palatini ad mensam: vt supra. l. p- xi. Accursius.

u *Ipsis*. scilicet comitibus, vel ducibus. Ac.

x *Legionibus*. scilicet militiæ, quod est infra, & nominat quasdā militias de quibus nō trahitur, vt & aliàs ponitur. & caue, quia abundat, ipsis quidē: vel quod est infra, cuiquam eorum. sed oblitus dixit cuiquam eorum.

y *Vtilitatis*. & cum solennitate, quæ est supra de off. ma. mili. l. milites. & facit in authē. om. obe. iudi. prouin. §. artipiat. colla. j. Et not. quòd interim dom extrahitur ab vna, & mittendus est in aliam, testatur iure militum: vt. ff. de bo. pos. ex test. mili. l. j. in fi. Ac.

z *Quia honoris*. sic. j. de diuer. offic. l. j. & de offi. magi. offic. l. ij. &. ij. de tyro. l. fi. Ac.

a *Milites. Cultui*. sic supra eo. l. nemo miles. & supra eo. l. milites. j. &. l. vlt. & supra nego. ne mili. l. j. & in authen. neque miles neque fœm. &. ff. de procu. l. militem.

b *Exercitio*. quo scientia crescit: vt. ff. de leg. iij. l. legatis. §. ornatricibus.

c *Diuinis*. id est fiscalibus.

d *Regiis*. id est patrimonialibus, vt differā.

e *Obsequiis*. scilicet fiscalibus.

f *Sciat se*. aliàs se. & tūc dic magnitudo sua. aliàs, à se: & tunc dic iudex qui cōcessit mi-

Milites

lites accipere in locis priuatis. supra. e. l. nemo miles.

a *Militares. Curas.* vt munera personalia: vt supra q. pet. tuto. l. armatæ. & facit ff. l. proxi. §. quòd si qs. cum suis concor.

b *Temeritate.* s. sua, vel aliena.

c *Neminem. Limite.* custodiēdo. s. ſtēt milites, vel pedites.

d *Probatorias.* sic. ff. eo. l. contra publicam. & infra de diuer. of. l. probatorias. & j. de cohor. l. ij. & ff. de pal. sac. largiti. l. non aliter. Ac.

e *Sortiantur.* sic. ff. de of. magi. mili. l. milites.

f *Tam collatores. Ditatissimos.* i. ditissimos: à dito ditas, id est diuitē facere. vel. i. sacratos: fide dedico.

g *Remediū.* facit. ff. de offi. præfe. præto. Afri. l. in nomine domini.

h *Agentibus.* scilicet contra milites. vel his agentibus.

i *Magnificam.* hoc nō vt detrahatur honori magistri militum, cum & duces sint sub eo: vt infra eo. l. fina.

k *In mensuris.* aliàs in mēſuris: & aliàs in mēſuras.

l *Curaturos.* aliàs curaturus. aliàs curaturis.

m *Spontanea.* sic infra de salgamo. l. ij. & ff. de rap. vir. l. j. circa finem.

n *Ordinando.* vt. ff. qd cuiusque vniuer. no. l. nulli. & l. sequenti.

Aequalitas in iudicijs esse debet.

o *Forma.* quia æqualitas debet esse in iudiciis: vt supra de proxi. sac. scrini. l. in sacris. §. & quoniam. Ac.

Milites ciuilem curam non debent adsumere. Bartolus.

XVI. Idem. A.

MIlitares viros, ciuiles curas [a] arripere prohibemꝰ: aut si aliquam huiusmodi solicitudinem fortè susceperint, & militia statim & priuilegiis omnibus denudari decernimus, formidantibus his motum nostræ serenitatis, qui temeritate [b] saluberrimis statutis obuiam ire tentauerint.

Nullus in aliquo numero militum potest militare sine licentia principis: si tamen aliquis de numero deficiat, magister militum, & dux belli in illius locum alium subrogabit: facta prius declaratione principi. Bar.

XVII. Imp. ZENO. A. * mag. mili.

NEminem in vllo numero equitum vel peditū, vel in quolibet limite [c] sine nostri nominis sacra ꝓbatoria in posterum sociari concedimus: cōsuetudine quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ magisteriæ potestati vel ducibus ꝓbatorias [d] militum facere, vel militibꝰ adiungere, licentiam tribuerat: vt hi tantum in numeris vel militiis militent, qui à nostra diuinitate probatorias consequuntur. viros autem eminētissimos pro tempore magistros militū, necnon & viros spectabiles duces, si supplere numeros pro his qui fatalibus sortibus decrescēt, necessarium esse putauerint, veritate discussa, per suggestionem suam nostræ mansuetudini declarare, qui & quanti, & in quo numero vel limite debeant surrogari: vt ita demū prout nostrę sederit maiestati, diuina subnotatione subnixi militiam sortiātur: [e] officio quod tuæ sublimitatis actibus obsecundat, centum librarū auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quæ statuit nostra serenitas, fuerint violata.

Milites in partibus Orientalibus morantes obedire debent iussibus ducum eorum in casibus occurrentibus pro communi vtilitate prouidendis: & in causis ciuilibus & criminalibus non coram magistris militum, sed coram præfecto prætorio Orientis, vel coram ducibus eorum respondere debent. hoc dicit vsque ad versiculum, eo scilicet obseruando.

XVIII. Imp. ANASTASIVS. † A. mag. * mili.

TAm collatores & prouinciales, quàm fortissimos milites prout oportet gubernari, miniméque læsionem aliquam seu dispendium perpeti, properātes: esse necessarium prospeximus, dicatissimos [f] milites, qui de diuersis præsentalibus numeris per Orientis partes noscuntur consistere, virorum spectabiliū ducū iussionibus obedire: vt quicquid emerserit quod pro cōmuni securitate curādum est: hoc protinus, vtpote militari præsidio in proximis locis constituto, cōpetens possit adhiberi remedium: [g] ita videlicet, vt etiā agentibus [h] causas, tam criminaliter quàm ciuiliter præfati milites, iam non apud magnificā [i] magisteriam per Orientem potestatem, vel ex sententiis, seu

A præceptionibꝰ eius: sed per interlocutiōes seu dispositiones tam excelsæ tuæ sedis, sub cuius iurisdictione consistunt: quàm eorundem ducū respondeant.

Ad responsum quod prius præfecto mittebatur ad magisteriam potestatem, debet post hanc legem mitti ducibus belli. Item licet etiam duci facere suam solicitudinem & executionem ad responsum procedens ab officio alicuius magistri militum, in locis in quibus non extant apparitores præfecti. hoc dicit.

Eo scilicet obseruando & ad responsum, quod de officio tuæ sublimitatis hucusque ad prædictā magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, viris spectabilibus ducibus [in mensuris [k] mittantur:*] tam per se, quàm per adiutores suos eosdē iudices obseruare: & iussiones eorum implere curaturos:* [l] licentia ei non deneganda & ad responsum quod de officio alterius viri excelsi magistri militum præsentalis pro hac nostra dispositione destinatur, in
B locis in quibꝰ apparitionis tuæ sublimitatis ad respōsum non contigerit reperiri: suam solicitudinem pro emergentibus maximè causis peragere: cuius etiā illi qui de altero officio mittendus est, præbemus facultatem vt non tantum per adiutores suos, id est ad responsum, sed etiam inuicem se adiuuando: nec publicis, nec priuatis causis vel executionibꝰ abesse videātur. ad singulos etenim duces ad responsum de apparitoribus nostris non perspeximus oportere destinari: ne per multitudinem eorum qualibet machinatione damna contra milites nostros augeri contingat.

Milites conuenti coram iudicibus, soluunt vnum solidum pro sportulis, & duos solidos cum vnus numerus, seu vniuersitas militum conuenitur. ex quibus solidus vnus tantum pro expensis ingressus litis soluitur: quod etiam in persona aduersarii seruatur. Et pro vniuersitate duo tantū primates, seu principaliores ipsius vniuersitatis, & syndicus constitutus conueniri debet. hoc dicit.

C Vt autē omnifariā tam publicæ cōmoditati, quàm fortissimis prospiciatur militibus, sportularum nihilo minus exactionem merito censuimus moderandā: & iubemus nec ipsis ad responsum, nec adiutoribus eorum pro criminalibus seu ciuilibus causis, etiam si ex publicis causis descendere, vel ad publicam causam pertinere dicantur, licere aliquid plus quàm vnū solidum à singulis vel nolentibus vel spontanea [m] voluntate offerentibus suscipere militibus: ita vt si vniuersitas numeri seu principiorū monenda sit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accpiāt. in his etenī causis nec plures quàm duos primates, quorum nomina semel ac primùm gestis interuenientibus fuerint publicata, patimur cōueniri: syndico videlicet prout consuetudo deposcit, legibúsque cautum est, ordinando. [n] ℣ Hoc quoque adiecto, vt pro
D omnibus & quibuslibet expensis faciendis ingressus iudicij* duciani, vnum tantūmodo solidum, nihilque amplius milites vel syndici, litigantes dependere cōpellantur: vt huiusmodi solatium ad cōmodum & ad responsum, & eius adiutorum & exceptorum proficiat: nihil sibi vsurpare, vel suo nomine poscere, vel viris deuotis principalibus qui ducianum obseruant iudicium, vel ducianam apparitionem de præfatis litibus concedendis: ita videlicet vt super litis expensis, in personis etiam eorum quicunque milites pulsare maluerint, eadem forma [o] seruetur.

Duces possunt causas militares per se cognoscere, ac si essent principalibus delegatæ. Item ad curam ducum spectat, quando conuocant ad se milites de vno loco ad alium, quòd collatores nullis grauentur expensis: nulla necessitate cogente milites accedant. si autem exigente necessitate, tunc intra triginta dies milites debent sibi expensas ministrare. post triginta verò dies tenentur collatores prouinciales expensas itineris exhibere. Bartolus.

* *al. inhæsuros mittatur.*

* *curatus.*

* *in ingressu in iudicio.*

Erit

BIU Cujas

Erit autem arbitrij atque æstimationis virorum spectabilium ducum, pro qualitate negotiorũ vel quantitate, quæ deuotissimis militibus ab aduersariis eorum ingeritur, vel suam audientiam interponere litigijs, vel eorum discussione dicatissimis principiis seu arbitris [a] in locis degẽtibus cõmittere: quibus viris spectabilibus ducibus & eos obseruantibus ad responsum, seu adiutoribus eorum curæ sit, siquando ad eosdem duces milites accersiti fuerint, vel de locis in quib⁹ cõstituti sunt, moueri præcepti, ne quolibet modo curiales seu collatores quibusdam afficiantur dispendiis: ita scilicet vt pro militibus inspiciendis quandocũque voluerint viri spectabiles duces etiam præsentales deuotissimos milites adhibere, non immodicam multitudinem eorum tempore pacis conuocare procurẽt. Sin verò etiã necessitate poscẽte milites ad alia perueniant loca, læsionibus cõtra curiales seu collatores nihilo minus modis omnibus abstineant: & si tam in eundo quàm redeundo triginta tantum dies oporteat eos proficisci, ipsi suas expẽsas sibi præbendas (collatoribus seu curialibus minimè prægrauandis) suscipere non cessent. sinautẽ vlteriore tẽpore in aliis locis necesse sit eos commorari: expensas eis vlterioris [b] (vt dictũ est) tẽporis ad quæ peruenerint loca ministrari.

Iudicium ciuile vel criminale intentatum contra militem coram vno iudice, non potest intentari criminaliter coram alio, nisi primo peracto: & idem econuerso: & contra faciens punitur. Item per hanc iurisdictionẽ concessam ducibus, non derogatur iurisdictioni magistrorum sub quibus sunt ipsi duces. hoc dicit vsque ad finem. l.

Quoniã verò cõperimus quosdã temerario animo atque iniquo proposito, anteriore tempore certos de memoratis militibus tam in iudicio sublimitatis tuę, quàm apud excelsam magisteriam per Oriẽtem potestatem, in accusationem deduxisse: & eosdem eodem tẽpore ad diuersa quoque protraxisse iudicia: diuersásque super iisdẽ personis, iisdémque causis & negotiis prolatas fuisse sententias: [c] ne postea nihilo minus tãtæ cõtra milites nostros insidiæ, tãtáq; cõfusio querelis quas eis ingeri cõtigerit, generẽtur: nemini liceat apud sedẽ magnitudinis tuę accusatione cõtra militẽ seu milites p̃sentales deposita, cõuentionéque oblata, eundẽ vel eosdem criminaliter vel ciuiliter per iusionẽ virorũ spectabilium iudicũ vel ducum inquietare antequã negotium ex priori actione prioréque cõuentione finem legitimũ sortiatur. Idémq; versa vice obseruari, vt si quidẽ miles, seu milites præsentales, p iusione viri spectabilis ducis incusati ac admoniti fuerint: incusatori licẽtia denegetur agenti postulationem seu accusationẽ in iudicio tuæ sublimitatis contra eundẽ militem vel eosdẽ milites deponere: nec si eundẽ, vel eosdem, tã criminaliter quàm ciuiliter obnoxios esse firmauerit, facultatẽ eidem agenti supereſſe: & separatis intẽtionibus suis, pro criminalibus quidẽ tuæ celsitudinis iudiciũ, pro ciuilibus autẽ viri spectabilis ducis sublimitatẽ, seu † versa vice occupare. Si quis verò ad huiusmodi tam audacissimũ, támque æquitati contrariũ conamen prosiluerit: eũ pro pecuniariis quidem negotiis, iactura litis, & dãnorum quæ vitio eius contigerunt, solutione percelli: pro criminalibus autẽ quasi calumniatorem conuictum, legum aculeos sentire.

Dispositiones autẽ antelatas, [d] nõ ad imminuendã potestatem magisterię per Orientẽ administrationis, sed pro tuitione locorum, ac securitate publica noscimur prę̃stitisse: cum non dubiũ sit ipsos etiã duces, quibus fortissimi præsentales milites parẽre præcepti sunt, sub eadem excelsa potestate esse constitutos.

TITVLVS XXXVII.

DE CASTRENSI PECVLIO MILITVM, &[præfectis annonæ.]*

Filius in potestate militans, quæ ob eam causam accepit ex dono patre, matre, vel aliis propinquis vel amicis, & quæ ei occasione militiæ sunt quæsita, in castrensi peculio numerantur: non autem matris hereditas. prædium verò donatum, in castrensi peculio non est: sed si sit emptum ex castrensi peculio, efficitur castrense. B.

I. Imp. ALEXANDER. A.

SI in potestate tua filius tuus fuit eo tẽpore quo quædam nomine eius emissa tua esse non dubitatur. [e] Peculio autem castrensi cedunt res mobiles [f] quæ eunti in militiam, à patre vel à matre aliísve propinquis vel amicis donatæ sunt: item quæ in castris per occasionem militiæ quæruntur: in quibus sunt etiam hæreditates eorum qui non aliàs noti esse potuerunt, nisi per militię occasionem, etiam si res immobiles in his erunt. Matris autem hæreditas quamuis in militia delata sit, ad peculium castrense non pertinet. In castrensi verò peculio prædium donatum [g] non esse constat: quamuis empta ex castrensi peculio prædia, eius conditionis [h] efficiantur.

II. Idem. A.

FIliusfamilias [i] alienationẽ nullius rei sine volũtate patris habet, nisi castrense peculium habeat.

Licet quis militet, non propterea liberatur à patria potestate. Bar.

III. Idem. A.

ERrat qui tibi persuasit, quòd nexu paternę potestatis, iure sacramenti [k] solutus es. Manent enim nihilo min⁹ milites in potestate parẽtũ: sed peculiũ castrense propriũ habent: nec in eo vllum ius patris est.

Hæreditas fratris quæsita militãti i castris, i castrẽsi peculio nũeratur. B.

IIII. Imp. GORDIANVS. A.

CVm allegas te à fratre tuo eodémq; cõmilitone in eisdem [m] castris institutũ hæredem: successionẽ ei⁹ potius in castrẽsi peculio tuo, quàm patri tuo cui⁹ in potestate es, per te quæsitã videri, rationis est. Etenim peregrinationis laborẽ † sociatum cõmilitij eius, & obeundorũ munerũ consortiũ, affectioni fraternę nonnihil [n] addidisse, quinimo vice mutua charioris

a *Arbitris.* id est delegatis priuatis hominibus. sic. ff. qui satisda. cogan. l. arbitro.

b *Vlterioris temporis.* facit constitutio Friderici. de feudis.

c *Sententias.* quod est absurdum: vt. ff. de liber. causa. l. si pariter. & facit. ff. de in ius vo. l. iij. &. iiij. in princip. & de iudi. l. ij. §. legatis.

d *Antelatas.* scilicet in principio huius. l. & facit ad legem in authen. de quæstor. §. si vero aliquis. colla. vj.

DE CASTRENSI peculio militum, & præfectis annonæ.

De hoc non dicitur in textu. sic supra de relig. in rubri.

c *SI in potestate. Non dubitatur.* vt supra si quis alteri vel sibi. l. ij. & institu. de inuti. stipu. §. ei qui. & supra de bo. proscri. l. si quis post hanc. §. j.

f *Mobiles.* non immobiles: vt hic, & supra famil. ercis. l. si filiꝰ. & ff. e. l. iiij. &. v. &. l. si forte. &. l. castrẽse. &. l. pe. &. ff. de fal. l. si pater.

g *Donatum.* nisi notitia castrẽsi: vt. j. proxi.

h *Conditionis.* vt sunt castrensia. & sic not. q̃ res succedit loco precij fauore militiæ. sic. ſ. de rei vin. l. si vt proponis. aliàs contra: vt eo. titu. l. si ex ea.

Res quãdoque pcii loco succedit.

i *Filiusfamilias.* facit ff. de cõtrahẽ. emp. l. inter pares. & de do. l. filiusfami. in fin. &. ſ. de pa. po. l. iij. in princ. etiam iure nouo, quo habet proprietatẽ aduentitiorum: vt supra de bo. quæ li. l. vlt. §. filiis autem. fa. ff. quæ res pig. obli. pos. l. j.

k *ERrat. Sacramẽti.* militiæ: vt insti. quibus modis ius pat. pot. solui. §. filiusfamilias.

l *Patris est.* vt. ff. eo. l. ex nota. & l. miles præcipua. §. j. &. ſ. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. exceptis. Accursius.

m *CVm allegas. In eisdem.* sic. ff. e. l. miles §. filiusfamilias. secus si in aliis, & nũquã secum in eadẽ prouincia militasset: vt. ff. eo. l. dotem. §. fi.

n *Nonnihil.* i. nõ parũ. Et not. q̃ consuetudo auget affectionẽ parẽtelæ: vt. ff. e. l. pe. in pri.

Consuetudo affectũ parentelæ auget.

riores inuicem sibi eos reddidisse, credendum est.

V. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA.

INtelligis, filio qui militauit, defuncto, peculium ei[a] penes patrem remansisse: non hæreditatem patri quæsitam. [a]

Milites scriniaris & exceptores, & cæteri militantes habent castrense peculiũ. Bar.

VI. Imp. CONSTANTINVS. A.* præfecto prætorio

IVs castrensis peculij tã scrinarios, quàm exceptores, cęteróque qui in officio tui culminis merendi licentiã habere noscuntur: ac si in legione prima adiutrice nostræ [b] reipublicę militent, inuiolatum habere præcipimus.

*TITVLVS. XXXVIII.**

DE EROGATIONE MILitaris annonæ.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

REpetita [c] † cõsuetudo mõstrauit expeditiõis tẽpore buccellatũ* [d] ac panẽ [e] vinum quoque atque acetũ, sed & lardũ, carnem etiã veruecinã milites nostros ita solere percipere: in duobus [f] diebus buccellatũ, † in tertio die panẽ: vno die vinum, alio die acetũ [g]: vno die lardũ, [h] biduo carnẽ veruecinã.

II. Impp. VALENTINIANVS & VALENS. AA.

VIcesimo non amplius lapide [i] milites sibi iubem[9] paleas conuectare. [k]

Milites vt aliquid in cœna habeant, à prouincialibus nihil possunt accipere. Bar.

III. Iidem. AA. & GRATI. A.

COenaticorũ † [l] nomine miCLites, & eorum superinstantes [m] nihil penitus à prouincialibus accipere audeãt. Sciant etenim milites ꝙ oportet eos cõmoda sua quæ in annonarũ perceptione adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis prouinciales non adficere.

Annonariæ species prouinciales tribuendæ sunt militibus existentibus in castris viciniorib[9]: & milites constituti in castris veteranis duas partes tantum annonæ ibidem retinere debent, tertiam verò partem extrahere. Bartolus.

IIII. Iidem. AA.* P. P.

SIcut fieri ꝙ omnes limites [n] salubri perspectione præcipimus, species annonarias vicinioribus limitibus à prouincialibus ordinabis [o] ad castra conferri. sed in veteranis [p] castris cõstituti milites duas alimoniarũ partes ibidem de conditis [q] sumant: nec amplius quàm tertiã partem ipsi vehere cogantur. A

Constituti ad deferendum seu describendum militares annonas, si intra 30. dies annonam receptam & militibus adsignatam non ostenderint per publicum instrumentũ, tam reipublicæ quàm militibus de suo inferre cogentur. Bartolus.

V. Iidem. AA.

ACctuarij nisi expleto trigĩta dierũ spacio, pyctacia [r] authẽtica cõfestim tradiderint: species quas ex fiscalibus cõditis dissimulauerit excludere, vel numero cuius ratiocinia pertractant, supersederint erogare: de propriis facultatibus, vel militibus ipsis, vel fiscalibus horreis addicantur [s] inferre. B

Militibus præstanda est annona singulis diebus: & ante lapsum anni. & si eam noluerint recipere, fisci commodis applicatur. Bartolus.

VI. Imp. GRATIA. A.

FOrtissimi ac deuotissimi milites annonas & capita [t] singulis diebus, aut certè cõpetenti tempore, id est priusquam annus elabatur, de horreis consequantur: aut si perceptionẽ suã ac si † debitam, studio voluerint protelare: id quod cõpetenti tẽpore minimè perceperint, fisci nostri commodis vindicetur.

Qui tempore fertilitatis annonã neglexerit recipere de publico, tẽpore caristiæ precium ipsius, aut annonam non petet. Bar. C

VII. Impp. VALENTINIANVS & VALENS. A. A.

NVlli militariũ † pro his annonis quæ in ꝓuinciis delegantur, [u] repudiata ad tempus specierum copia, & inopiæ occasiõe captata, precia liceat postulare: ita vt si quis ꝓpter anni abũdantiã susciperе oblata neglexerit, ac postea inpositis pro necessitate rerũ ꝑciis, repudiata taxauerit: neque id quod cõtra hanc legem expetit, [x] sinatur exigere: neque id quod accipere dissimulauerit, consequatur. D

Fœnum militibus & vexilliferis opportunum, at etiam scholarum tribunis, & comitibus illustribus ad domum eorum habitationis apportatur. Bartolus.

VIII. Impp. ARCA. & HONORIVS. A. A.

PRouincialium cõmodis nos cõuenit subuenire. Ad omnium itaque numerorũ siue vexillationum aut etiam scholarum tribunos, vel viros illustres comites [y] sublimitas tua faciat peruenire, [z] vt meminerint fœnũ militibus iustis capitib[9] præstandum, iuxta legem [a] diui Valentiniani: nec tamen † ad oppidum deferendum.

---

a *INtelligis. Quæsitam.* vt. ff. eo. l. j. & ij. ad leg. Falci. l. filiusfamilias. & supra de bo. quę libe. l. ij. Sed hodie cõtra: vt in auth. de hære. ab intest. §. ij. col. ix.

b *IVs castrensis. Adiutricis nostræ.* vel adiutrice nostræ. Sed videtur contra supra de testa. mili. l. pen. Solu. hic scriniarius erat miles: ibi non. vel hic in rustico: ibi nõ: vt in. e. titu. l. fina. & ff. de bo. pos. ex testa. mili. l. j. Vel hic habet ius castrense: non tamen dicit quòd iure militari testetur. & facit. j. de appari. magi. mili. l. ij.

DE EROGATIONE militaris &c.

Id est, quid, & vnde habeant milites stipendia.

c *REpetita.* qa fuerat primo consuetudo, sed desiit: deinde rediit.

d *Buccellatum.* id est buccellas panis aliquas siue aliquot, sicut habent fratres. vel secundum P. dic vt infra titu. j. l. ij. aliàs aliter ponitur buccellari[9] supra ad leg. Iul. de vi pub. l. omnibus.

e *Panem.* integrum.

f *In duobus.* aliàs biduo: & aliàs duob[9] diebus.

g *Acetum.* cum lactucis agrestibus. imò ad bibendum: quia etiam de vino dicit. & sic faciunt Florentini, qui acetum in exercitu portant, & faciunt hoc vt respu. non grauetur. ar. infra eo. l. iubemus. Item vt adsuescant ad malum: vt. ff. de mili. testa. l. j. Item quia non fiunt ebrij: sicut si quotidie vinum & carnes haberent. sed an de suo hoc possent facere? Forte sic. & facit infra de sal. hos. non præstan. l. j. & supra de fru. vr. Constan. l. j.

h *Lardum.* ad condimentum.

i *VIcesimo lapide.* id est miliario: vt institu. de excu. tut. §. quod autem. & est ratio secundum Pla. vt facilius de primo possint vocari, & vt paleas in area dimittant. & facit infra eo. l. prouincialium.

k *Conuectare.* aliàs cõuelare.

l *COenaticorum.* vt aliquid forte in cœna habeant.

m *Superinstantes.* puta forte procuratores, qui instabant annonas colligere & accipere secundum Al. sed Bononię dicũtur, qui prę sunt captis Mutinensibus. & facit infra de salgamo. l. j. & de metatis. l. deuotum. & l. sequen. & infra eo. l. septem.

n *SIcut. Limites.* aliàs limites: & aliàs milites. ad quod supra de anno. & tri. l. pro locis. cum suis concor.

o *Ordinabis.* loquitur præfecto prætorio.

p *In veteranis.* id est antiquis vbi horrea publica, & annonæ publicę sunt repositæ. sed supra proximo casu vel non erat castrum: vel erat sine annona.

q *Conditis.* id est de annona publica ibi reposita. ad quod supra de condit. in publicis horreis. per totum. Accursius.

r *ACtuarii. Pyctacia.* id est scripturas breues secundum H. quæ continent quantum ex publicis conditis receperint vt militibus darent: sed ad distribuendũ aliud tẽpus datur. quod dic vt infra eo. l. per hanc. §. hoc videlicet.

† *ac sibi debitam.*

s *Addicantur.* id est cogantur.

† *al. militiũ.*

t *FOrtissimi. Capita.* i. quod pro cuiuslibet militis pśona præstabatur. Et no. hic honorem in recipere nolentẽ. sic. ff. de act. emp. l. ratio. §. si per venditorem.

Honor nolẽti conferri.

u *NVlli. Delegantur.* hodie nõ delegantur: vt infra eo. l. annonas. quæ est contra.

x *Expetit.* puta precium. Et no. contra Alber. Calui. in eo quòd sic faciebat contra rusticos. Item facit. §. de condi. inser. l. fin. & ff. de statulib. l. iij. §. Stichus. Accursius.

y *PRouincialium. Comites.* Nota illustres comites. Ar. contra. §. de comiti. ꝙ pro. reg. l. j.

z *Peruenire.* scilicet in notitiam.

a *Iuxta legem.* id est à vicesimo lapide, & nõ amplius: vt supra. e. l. ij. vel ad castra tãtũ: vt. §. eo. l. sicut. aliàs vbi illæ sunt, valent.

† *necnon, in exem. Vict. quod & videtur cõuenire cum epitome.*

m *Fœnum militibus.* Nota quòd milites habent annonam & fœnum. Et no. quòd fœnum militibus debetur ratione annonæ. Et no. quòd fœnum militibus debetur ratione annonæ. Et no. quòd fœnum militibus debetur ratione annonæ

a *Excellentia tua.* loquitur præfe. prætorio.

b *Per susceptores.* scilicet qui susciebant à prouincialibus, & dabant militibus.

c *Opinatores.* id est exactores: vt. j. e. l. opinatoribus.

d *Datorum.* sunt enim dandi nobis: vt infra. e. l. vlti.

e *Indictionis principium.* vt in auth. de coll. in princip. col. ix. & infra eo. l. opinatoribus. & supra de apo. l. j.

f *Vbemus. Vino.* nota vinum annonã dici. Accursius.

g *Opinatoribus. Cõmercium.* vt & supra de susce. l. j. & ij. & supra de ofũ. re. prouin. l. nullum. Item facit supra de exacto. tri. l. missi. & infra de execu. & exac. l. siue. Accursius.

h *Septem diebus.* habeas instantes, qđ est infra. aliàs dierum, & dic species septem dierum &c. sed superfluit, resistentes. & dicas quòd pro minori precio quàm aliis dabatur his: vtputa plaustrum lignorum nomine. Accursius.

i *Stellaturæ.* quod remouet. Et not. foro venalium. sic infra de cohor. l. speciebus. & ad. l. Aquili. l. si seruum.

k *Adærentur.* id est in ærarium deferãtur per hoc quod datur prædictis. aliàs adhibentur, aliàs aduehentur.

l *Lege. Tentauerit.* impediendo exactores exigere qđ debet solui.

m *Dux.* si ipse hoc fecerit, vel eius officialis. Vel dic, nisi punierit facientem. & secundũ hoc facit in auth: de depo. & denun. §. j.

n *Hîs scholaribus. Per opinatores.* & expone vt supra.

o *Hæredibus.* facit infra eo. l. per hanc. in fin. & supra de aduocat. diuer. iudic. l. post duos. §. j. & de proxi. sac. scri. l. si quis. & de domest. l. fin. & supra de an. ciui. l. j. & ifra de primipilo. l. j.

p *Annonas. Ærariæ.* id est ad ærarium pertinere, & de ærario solui. videtur ergo contrarium supra eo. l. nulli. dic vt ibi. Vel hic non prohibet accipi species, sed debet accipere à fisco taxato precio, quod ibi nolebãt facere milites, sed tantum precium.

q *Tui culminis.* præfecto prætorio. loquitur. Accursius.

r *Vbemus per hanc. Sublimitatis.* loquitur magistro equitum.

s *Pro iustitiæ.* sic supra de iudi. l. rem non nouam. in princip. & §. patroni. & in auth. vt hi qui obli. §. ij. col. vj.

t *De negotiatione.* nam aliquid pacisceatur sibi restitui actuarius, vt subiicit.

u *Debitum.* videtur qđ mutuabatur militibus & dicit tremis secundum H. id est tertium fortè solidi ad plus, sed plerunque minus. vel à triente. sic infra de mili. veste. l. iij. Accursius.

al. optiones, in vet. sed iidẽ & opinatores dicuntur. l. 7. §. de exactorib. tri. Contius.

Optionib⁹.

† *stellaturã interptatur hic & in li. pter. I. Alcia. esse priuilegium quoddã militum, quo viliori pcio annonã cõsequuntur, quale quid est alius testifera frumẽtaria.*

* *erogationes.*

Omnis erogatio annonæ vel per susceptores facta, in scriptis est redigenda: & etiam quantitas ipsius annonæ susceptæ, quam debent principi declarare: & si quid vltra acceperint quàm scripserint, in duplum tenentur. Bartolus.

IX. Iidem. A A. * P. P.

EXcellẽtia tua [a] erogationis per susceptores [b] factæ modũ quantitate breuiũ conferri prospiciat, ita vt quo die numeris datũ sit, diligentius exploretur: ac si quid amplius actuarios vel opinatores* [c] accepisse constiterit, quàm breuium datorũ [d] scriniis nostris, veritas continet: memorati in duplũ reddere cõpellãtur: susceptoribus ea summa imputanda, quam semel flagitantibus eosdẽ erogasse monstrauerint. nã ad illustres quoq; viros magistros vtriusque militiæ sacri apices cucurrerũt, quibus prouida sanctione decreuim⁹, vt breues ante indictionis [e] principium summa fide ac veritate confecti, ad nostra scrinia dirigantur, secũdũ quos à susceptoribus erogatio celebretur.

Post calendas Nouembris militibus vinum nouum non vetus tribuitur. Bartolus.

X. Iidem. A A.

IVbemus per omnes prouincias cunctis numeris ac militibus à Nouembri mense de nouello vino [f] annonã dari: quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio.

Exactor militaris annonæ cum prouincialibus nullum debet habere commercium ad hoc, vt communem summam intra annum possit conferre Bartolus.

XI. Iidem. A A.

OPinatorib⁹, * id est exactorib⁹ militaris annonæ, nullum sit cum prouincialibus cõmercium: [g] ita vt à ducibus vel officio prouinciali omnis summa debiti postuletur intra anni spatium conferenda.

Septem diebus fori militibus non vendũtur res precio viliori. Bartolus.

XII. Iidem. A A.

SEptem diebus [h] per quos tribuni prætoriani emolumenti gratia solenniter stellaturæ [i] † nomine species cõsequũtur: species resistentes non aliter adærentur, [k] nisi vt in foro rerũ venalium distrahuntur.

Miles impediens exactionem annonæ, vel confectam erogationem, pœna hic inserta punitur. Bartolus.

XIII. Iidem. A A.

LEge repetita censemus, vt si quis militũ intercluſam speciei exactionẽ refricare tentauerit, [l] vel adærationes* statutas ausus fuerit immutare; tam vir spectabilis dux, [m] cẽtum librarũ auri, quàm eius etiã officium pari condẽnationis summa quatiatur, adiecta sacrilegij pœna, quæ diualiũ scitorũ violatores palàm insequitur.

Exactor militaris annonæ scholari ad numerũ cogendũ deputato vnũ solidũ præstabit: deputato vero ad onus præstãdi equis annonã, salariũ debitũ dabitur vnà cũ annona, etiã suis hæredib⁹ ipso defuncto. Bar.

XIIII. Impp. HONORIVS & THEODOS. A A.

HIs scholaribus quibus laborũ intuitu regẽdos numeros dederimus, de ærariis annonis singulos solidos per opinatores, [n] caballationis quoque rationẽ pro administrato tẽpore debitã, quãdo militibus erogatur, sine mora præberi oportet: vel si quis eorũ antequã accipiat, in fata concesserit, quod ex vtraque causa ei debebatur, hæredibus [o] eius restitui.

Annonæ debita in publico vniuersis officiis, & sacri palatii ministeriis sacrisque scriniis, & cæteris adminiculis dignitatum præberi eis debent in precio taxato. Bar.

XV. Imp. LEO. A. * P P.

ANnonas omnes quæ vniuersis officiis atque sacri palatij ministeriis, & sacris scriniis cæterisque cœtarũ adminiculis dignitatũ adsolẽt delegari, quasq; hi qui ad earũ exactionẽ mittuntur, [p] cupiditate & libidine sua grauiter ex prouincialiũ visceribus eruebant, ad similitudinẽ militũ quibus ærariæ [p] præbentur annonæ, adhærere † præcipim⁹: vt omnibus supra designatis emolumẽta debita in pciis dispositio tui [q] culminis pro publica vtilitate taxatis pcipiat erogari.

Erogator iurare debet se officiũ legaliter & secũdũ iustitiã peraturũ, & sua manu numerare debet militibus annonam eis debitam. Bartolus.

XVI Impe. ANASTAS. A. * magist. equitum.

IVbem⁹ per hanc diuinã dispositionẽ, eos quibus ex officio tuæ sublimitatis [r] militariũ meritorũ seu cuiuslibet pstatiõis cõmittitur erogatio, in primis iurare pro iustitiæ [s] ratiõe iniũctã sibi solicitudinẽ peracturos: & secundũ præsentẽ saluberrimæ nostre dispositionis obseruationẽ solatiũ (sicut dictum est) publicũ erogator manu sua sine vllo dolo & fraude singulis militibus enumeret: quatenus vnusquisq; miles accepto per suã manu solatio, ipse cum actuario de negotiatione [t] actuariis permissa secundũ rationẽ agat iustitiæ: hoc videlicet obseruãdo, vt pro singulis solidis actuario, siue statim, siue post vnũ duõsve seu ampl⁹ annos restitutũ fuerit debitũ, [u] minus quidẽ vno tremisse, pro tẽporis scilicet breuitate pacisi liceat: amplius autẽ quàm vnũ tremissem nullus actuarius pro quoquo tẽpore seu annorum spacio pacisci penitus permittatur, nec vlla possit actuari⁹ machinatione pro tẽporis prolixitate vni⁹ quãtitatẽ tremissis excedere.

Si tẽpore erogationis stipendiorũ oriatur quæstio inter militem præsentem & actuariũ de lucro ex pactione actuarii debito: pecunia deponitur apud principes militum, donec per eos principes propositis eis sacrosanctis euangeliis causa interim fuerit terminata. Si vero erogationis tempore miles fuerit absens ex legitimo commeatu: intra taxatum numerum sequẽstratur pecunia in instrumento contenta apud dictos principes, donec post reuersionem militis fuerit causa determinata inter militem & actuarium per ipsos principes. Bartolus.

Si qua tamen inter actuariũ & militẽ super pactione, vel

BIU Cujas

ne, vel negotiatione tempore erogationis emerserit dubitatio: iubemus eidem militi dandas pecunias, ab erogatore prīcipis dari, & secundū hactenus obseruatā consuetudinē [a] easdē pecunias vel ab erogatore prīcipis, vel ab actuario retineri: [b] quatenus causa apud deuotissima principia, propositis [c] sacrosanctis scripturis inter actuariū & militē tractetur: vt ex omni parte miles nullū damnū sub quacunq; occasione (præterquā id quod eū ex iusta & permissa actuariis negotiatione [d] debere cōstiterit) patiatur. ¶ Super his verò quos datis fortè cōmeatibus abesse contigerit, hoc volumus obseruari, vt pecuniæ quæ erogādæ sunt, vsque ad triginta milites, quos tantummodo datis cōmeatibus dimitti sacra cōstitutio [e] cōtinet, apud deuotissima principia sequestrētur: [f] illorū scilicet tantūmodo militū, quorū intra triginta cōmeatales viros cōstitutorū actuarius tēpore erogationis pyctacia, [g] vtpote habita super pactione, ꝓtulerit, quatenus cū iidē redierint milites, causa apud deuotissima principia secundū præfatū modū tractata, vtriusque partis indemnitati similiter cōsulatur.

Tribunus triginta militibus tantum potest dare licentiam cōmeandi: & si pluribus dederit, illi plures non habebunt stipendium: sed erogator rationi publicæ reportabit. ipse tamen tribunus eis de suo proprio satisfaciet. Bartolus.

Non danda pro tēpore tribuno licētia triginta viris amplius sub cōmeatus occasione dimittere. Sin vero saluberrimā constitutionē auferendo,* amplius quàm triginta viros datis commeatibus tribun[s] dimittere ausus fuerit: pecunias quidē quæ post præfatorum triginta virorum numerū per cōmeatus dimissis militibus erogandæ fuerant, publicæ rationi * erogator nō dubitet reportādas. Sciat verò tribunus præter iam cōstitutas super huiusmodi facinore interminationes, sese de propriis facultatib[s] singulis militib[s] quibus vltra numerū triginta virorū sub nomine cōmeatuū eos dimittendo causa nō consequēdi publica solatia dederit: quicquid ob iniquā dimissionem amiserint, soluturū. Nec prius idem tribunus ab eodē decedat numero, nisi omnes huiusmodi milites, id est quos post permissam triginta virorū quantitatē, cōmeatus nomine dimiserit, indēnes in hac pare atque illæsos reddiderit. ¶ Hoc etiā adiiciēdo, vt sub gestorū testificatione tam decē ex deuotissimis [h] principiis primates corū videlicet, quàm vnusquisq; caput scholæ iurat[s] deponat sub præsentia sua rē sicut superius dispositū est, fuisse subsecutā, & sub obtutibus suis vnūquēque militem solatiū suū manu sua ab erogatoris dextera suscepisse: & huiusmodi gesta, relatione à viro clarissimo tribuno, vel deuotissimis prīcipiis intra tres mēses mittenda, ex quo profectus fuerit numerandos, ad nostrā referat pietatē. Hoc videlicet ante omnia curando, vt pro tēpore erogator, postquā datæ fuerint ex publico pecuniæ, intra duos vel tres menses, seu quatuor, pro qualitate scilicet spaciorū, cōmissam sibi solicitudinē erogationis non dubitet faciendā: vel si vlterius apud se pecunias publicas, differendo erogationē, ausus fuerit retinere, sciat se modis omnibus dānum quod ex negotiatione [i] miles sustinuerit, ex propriis facultatibus militibus soluturum. Scientibus his qui prefatæ dispositionis obseruantiā siue in differenda vltra sigillatim definitū tēporis spacium erogatione, siue in qualibet alia parte fuerint egressi, nō solū sese militię cinguli amissionē, verumetiā facultatum quoq; suarum publicationē pro tanto subituros flagitio: & insuper erogationū quoque solicitudinē ab officio tuæ celsitudinis, si imperatoria fuerit violata dispositio, ad alios transferendā. Si verò idem officiū simul atque [k] huiusmodi fuerit à quolibet facin[s] perpetratū, ad notitiam nostræ mānsuetudinis, vel certè ad scientiā illustrissimæ magisterię referre curauerit potestatis, vt eiusdem apparitionis † periculo tale flagitiū principales minimè possit aures latere: quaten[s] ex omni parte eodē delicto reuelato, quicūque saluberrimas nostrę cōstitutionis vel pietatis ordinationes ausus fuerit violare, interminatas minimè possit pœnas euadere: ita vt singulis militibus qui nō obseruato in eorum persona tenore dictę dispositionis læsi fuerint, liceat sacratissimum nostrū per vnū fortè, vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos, petere cōmeatum: & porrectis precibus, quod cōtra nostram dispositionē passi sunt, approbare: eoq; facto, statutis violator imperatorię dispositionis suppliciis percellatur. ¶ Illud præterea omnibus modis obseruari decernimus, vt erogator omnes pecunias quæ mortuis militibus vsque ad diem mortis eorū debitę fuerāt, secundū iam datā diualem dispositionē vxoribus vel liberis eorū non dubitet ministrādas. [l]

† *apparitoris.*

Milites deputati ad custodiam alicuius personæ vel loci, annonam de publico non percipiunt: sed à constituta persona salarium habebunt de publico. Item milites nō debent ad custodiam alicuius deputari sine principis licentia obtenta in scriptis. Bartolus.

XVII. Imperator IVSTINIANVS. A.

CVm sæpe contingat propter quasdam maximas & inexcusabiles rationes, [m] quibusdā ad custodiam vel ob aliam huiusmodi causam [n] milites deputari, vel etiā iam deputatos esse, & non conueniat hoc modo publicum aliquod damnum seu dispendium sustinere: iubemus, si qui fortissimi milites ex quocunque numero, curiis, vel quibusdam corporibus, vel sacrosanctis ecclesiis, vel aliis personis pro custodia (vt dictum est) vel tali alia causa à nostro numine deputati sunt, vel fuerint, ne per eorū translationes, circa annonarum vel capitum † eis præbendorum erogationem publicis rationibus quædam læsio ingeratur: [o] eandem rem de proprio personam seu etiam personas, cui vel quibus deputati sunt vel fuerint, hæc modis omnibus agnoscere, [p] hoc tantūmodo de publico pro iisdem annonis & capite præbēdo & imputādo, [q] quod in locis ex quibus præfati

† *al. capitum. & i. capitu prætendo.*

a *Consuetudinem.* sic. ī. de diuer. offi.
b *Retineri.* videtur ex eo retineri, ꝙ non dātur militi, sicut mulier videtur stare in primo matrimonio, eo ꝙ non nubit secūdo: vt ī auth. de nup. §. soluto. colla. iiij. nam stat apud superiorem in sequestro, vt dicit.
c *Propositis.* nō tactis. sic. ī. de episco. & cle. authen. sed & iudex. & de iudi. l. rē nō nouam.
d *Negotiatione.* scilicet decreuisse.
e *Constitutio.* scilicet ista: vt infra. §. proxi.
f *Sequestrentur.* sic. ī. de prohi. sequestra. pe. l. j. contra. Sol. hic speciale: vt & supra de agri. & cen. l. litibus.
g *Pyctacia.* i. scripturā breuē secundum Hug.
h *Decem ex deuotissimis.* No. decē testes necessarios, sicut & aliàs quindecim, vt. ī. de ꝓxi. sacro. scri. l. vnicuique. regulariter contra. ff. de testi. l. vbi. Itē not. sub præsētia. sic. ff. de testi. l. testium. & in auth. de hære. & Fal. §. hinc.
i *Negotiatione.* qa fortè in ea est erogator.
k *Simul atque.* id est postquam.
l *Ministrandas.* facit. ī. eo. l. his scholaribus.
m *Cvm sæpe. Rationes.* propter timorem fortè galdanæ.
n *Causam.* s. forte ꝓpter ductū personarū vel rerum.
o *Ingeratur.* pro stipēdio puta talium militū.
p *Agnoscere.* videtur ꝙ custoditus à nuncio cōmunis, debeat soluere nuncio, nō cōmuni, per. l. istam. sed certe imò ille qui facit custodiri: vt patet. ī. ibi, vel si antelatam &c.
q *Imputando.* i. quod soliti erāt antea de publico habere ꝓ salario, hoc habeāt: non autem plus à publico, sed ab eo in cui[s] stāt seruitio.

milites peruenĭũt, seu peruenenerint, imputabatur: vel si ante latam præstationem supradictę personæ recusauerint, eosdem milites non recedere de suis locis, vel eos qui recesserint, sine quadam mora ad ea redire: hoc omnifariam custodiẽdo, vt nemo deuotissimorũ militũ cuicũque personę seu corpori sine speciali nostræ serenitatis iussione[a] scriptis proferẽda deputetur: officio tuæ celsitudinis,[b] si hãc nostræ mãsuetudinis formam, quotiens super militibus quibusdam deputandis aliquid statutũ fuerit, gestis insinuare, & quid eos quibus dati sunt, prout nobis placuit, agnoscere oportet, itidem publicare minimè curauerit: tam dispendium quodcunque publicum hac ex causa sustinuerit, ei de proprio resarcire, quàm triginta librarũ auri multam propter desidiam suam, immo magis cõniuentiã, dependere cogẽdo: rectoribus nihilo minus prouinciarum, & apparitoribus eorum, si statuta nostra violauerint, seu violari concesserint, eiusdem condemnationis solutione percellẽdis.

TITVLVS XXXIX.

DE EXCOCTIONE† & translatione militarium annonarum.[c]

Opinatores delegati vt militibus annonam exigant, & eas soluant: à prouincialibus non petant panis excoctionem, nisi sit inter eos consuetudo contraria. Bar.

I. Imp. ARCAD. A. *magist. mil.

OPinatores[d] quibus species in diuersis prouinciis delegãtur,[e] contra omnẽ consuetudinem à nullis[f] consistẽtibus famulis† excoctionem panis efflagitent. Illustris igitur auctoritas tua[g] nouam vsurpationem congrua auctoritate repellat: vt cũ opinatores in prouincias delegantur, vetus consuetudo seruetur.

Ab excoctione panis nulla domus etiam principis excusatur: & si procurator domini cui panis coquendus mandatur, contumaciter facere neglexerit, punitur ipse, & dominus si fuerit conscius. Bartolus.

II. Idem. A. & VALENT. A.

IN excoctione buccellati[h] quod deuotissimis militibus conuenit præparari, in translatione[i] etiam annonæ, nullius[k] excipiatur persona: videlicet vt nec nostra quidẽ domus[l] ab his habeatur immunis. Et si quisquam (quod nõ opinamur) implere quæ sunt præcepta neglexerit, in procuratorem[m] eius seueriss. vindicetur: ita vt si huiusmodi contumaciæ dominum† conscium esse constiterit, quadruplum id quod pro eius capitatione poscitur, posthabita[n] † dilatione soluetur.

TITVLVS XL.

DE MILITARI VESTE.

Canonem vestium à kalendis Septembris vsque ad kalendas Aprilis respublica soluet. Bartolus.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *PP.

OMnem canonẽ vestium[o] ex kalendis Septembris ad kalẽdas Aprilis[p] nostris largitionibus tradi præcipimus: proposita pœna rectori prouinciæ vel eius officio condemnationis quæ tuæ[q] iustitiæ videbitur.

II. Imppp. VALENT. ARCAD. & HONORI. AAA.

PRouincię Thraciarum† per tricena* iuga seu capita cõferant vestem. Scythia & Mysia† in tricenis[r] iugis seu capitibus interim annua solutione dependant: per Aegyptũ & Orientis partes in tricenis ternis[s] iugis: per Asianam verò & Põticam diœcesim ad eundem numerũ in capitibus seu iugis annuæ vestis collatio dependatur: ita vt per Orientem prouincię† in titulo auri cõparatitij quod per iugationem redditur, compensationis gratia perfruantur: exceptis Ostroënatis, † & Osrhenia, & Isauria. nam eas demum constat aurum comparatitium[t] minimè debere.[u] †

Ad vestem militis non præstabuntur bini tremisses, sed vnus solidus. Bartolus.

III. Impp. ARCAD. & HONORIVS. AA.

FOrtissimis militibus nostris per Illyricum nõ binos tremisses[x] pro singulis chlamydibus, [y] sed singulos solidos dari præcipimus.

Quinque partes precii vestis militaris in pecunia debent dari fortissimis militibus: debilibus verò sexta pars in panno. Bartolus.

IIII. Impp. HONORIVS & THEODOS. AA.

MIlitaris adæratio[z] vestis à collatoribus exigatur, sacratissimis videlicet largitionibus inferẽda: ita vt quinq; eius partes fortissimis militibus erogentur in precio: sexta verò portio à gynæciariis[a] clemẽtiæ nostræ absque vlla vel ipsorum vel publica incommoditate, pro eadem contextione susceptą, minoribus † gregariisque[b] militibus in ipsa quã maximè eos desiderare constiterit, specie præbeatur.

TITVLVS XLI.

DE METATIS ET EPIDEMETICIS.[c]

a *Iussione.* sic. ſ. de mãda. prin. l. j.

b *Tuæ celsitudinis.* loquitur præfecto. Ac.

c *DE EXCOctione & transl. &c. Expone vt patebit infra eo.*

d *Opinatores.* id est exactores militaris annonæ: vt supra tit. j. l. opinatores. aliàs optiones.

e *Delegantur.* vt ibi exigant, & militibus dent qui ibi sunt pro republica.

f *A nullis.* id est, non petant ab illis famulis excoctioné panis, quos consuetudo excusat, & sic no. pro consuetudine prouincialiũ. sic. ff. de offic. procon. l. obseruare. §. obseruare. & l. si in aliquam. §. & ferias. &. ſ. de testa. l. testamenta. &. ff. de aqua plu. ar. l. si prius. & de decu. l. non enim §. vlt. &. ſ. de expen. ludo. l. j. &. j. de diuer. offic. l. viros. sed ab aliis omnibus quos cõsuetudo nõ excusat, efflagitent: vt infra. l. proxi.

Consuetudo regionũ attenditur.

g *Tua.* magistro militum loquitur. Accur.

h *IN excoctione buccellati.* id est panis azymi: qui ideo buccellatus dicitur, quia facile per buccellas, id est per parua & minima frusta diuiditur P.

† *aliàs exactione.*

i *In translatione.* id est in deferendo ad milites qui ibi prope in limitibus sunt.

k *Nullius.* nisi consuetudo excuset: vt. ſ. l. proxi. & ad idem. ff. de mune. & hono. l. iij. §. eos.

l *Domus.* si quam in ea prouincia habemus. ad quod supra vt in emptione specierum. l. j. & j. de cur. pu. l. nullus. & supra de priuileg. do. Aug. l. iiij.

†*familiis.*

m *In procuratorem.* cũ domin⁹ abest. ad quod supra vnde vi. l. meminerint. & de fal. mo. l. j. §. actore.

n *Posthabita.* id est sine dilatione.

DE MILITARI veste.

o *OMnem. Vestium.* militum: vt ex rub. patet.

p *Aprilis.* Not. in kalendis Aprilis vestiendum pro æstate: sed & tunc nauigium incipit: vt. ſ. de naufra. l. quotiens. in fi.

q *Tuæ.* loquitur præfecto prætо. Accur.

r *Prouincia. In tricenis.* forte pro singulis tricenis iugis vnũ aureum dabit aliquis. Item pro tot capitibus alium aureum ad vestes militum.

s *Ternis.* id est trigin- ta quatuor secundum Hugonem.

t *Comparatitium.* id est, qui comparabunt si nõ habent.

u *Debere.* sed in merce forte dabunt æqualens.

x *Fortissimis militibus. Tremisses.* scilicet quia in triẽtes remittũtur. P. & de his fit mentio. ſ. de erog. mi. anno. l. per hanc. §. hoc videlicet.

y *Chlamydibus.* forte pro futura, vel fibulis. nã pro toto parũ esset.

z *Militaris adæratio.* id est æris congregatio certo tempore: vt. ſ. eo. l. j.

a *A gynecariis.* hoc expone vt. ſ. de muri. leg. in rubri.

b *Gregariis.* id est vi- lib⁹, puta de plebeiis tis: sicut grex est iniriorum pecorum, scilcet ouium. maiorũ autem dicitur armentum, secundũ Hug. Not. er. go q̃ fortissimis quinque dantur partes impe cunia: inferioribus datur sexta in pãno quod volunt eligere.

c *DE METAtis, & epidemeticis.* *Metati dicũtur milites in terminis castrorũ qui castra vallo vndique circudant. vnde in Exo. strametati sunt filii Isra. sic & ponitur. ſ. de epis. & cleri. l. omnia. Sed epidemetici dicuntur qui supra milites sunt constituti, tientes siue dimetientes litibus hospitia. ab epi, quod est supra, & metis, id est metatis, id est qui supra milites dimetiuntur, id est diuersis uersa adsignant hospi-*

BIU Cujas

Mensor deputatus ad hospitia mẽsuranda per epidemeticos, & militibus dãda seu adsignanda: si in hospitis domo scripserit nomẽ militis cui sit hospitium adsignatum, & postea deleuerit, punitur pœna falsi. Bar.

I. Imppp. THEODO. ARCAD. & HONOR. AAA.

SI quis[a] metatorũ[b] nostrorum manum qua deputatas singulis, quibusq; domus denotant, & postibus[c] hospitaturi[d] nomen adscribũt, delere non dubitauerit: ad instar falsi[e] reus, constituti huius auctoritate teneatur.

II. Impp. ARCA. & HONO. AA.

IN qualibet vel nos ipsi vrbe fuerimus, vel in qua hi qui nobis militant, commorentur: omniũ tam metatorum,[f] quàm etiã hospitum iniquitate summota, duas dominus propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, vt in tres domo diuisa partes, primã eligendi dominus habeat facultatem: secũdam hospes quam voluerit exequatur: tertia domino relinquenda. Plenum enim æquitate atq; iustitia est, vt qui aut successione fruitur, aut emptione, vel extructione gaudet: electã præcipuè iudicio suam partẽ teneat & relictam.[g] Ergasteria[h] verò quæ mercimoniis deputãtur, ad prędictam diuisionis iniuriam non vocentur: sed quieta sint & libera: & ab omni hospitum iniuria defensata, solis dominis cõductoribusq́ deseruiãt. Sanè si stabulum (vt adsolet) militari viro in tertia domus parte defuerit: ex ergasteriis (nisi id dominus qualibet occasione prouiderit) pro animalium numero, vel domus qualitate deputabitur. Illustribus sanè viris nõ tertiam partẽ domus, sed dimidiam hospitalitatis gratia deputari decernimus: ea dũtaxat cõditione obseruata, vt alter ex his (si libet,[i] atque maluerit) diuisionem arbitraria æquitate faciat, & alter[k] eligendi habeat optionem. & firmissimum perpetuò quod iussimus, perseueret: ita vt triginta librarum auri qui illustrissima sunt præditi dignitate, fisco nostro se pœnam illaturos esse cognoscant: cæteri verò militia sciant se esse priuandos, si generale præceptum amplius vsurpando quàm iussimus, reprehensibili temeritate A violauerint.

Præsentibus iudicibus qui de causa cognoscendi potestatem habent, nõ debent eorum prætores adiri. Bartolus.

III. Iidem. AA.

CVnctos iudices scire volumus, à prætoriis ordinariorum iudicum his[l] præsentibus abstinendum.

Domus fabricensium ad hospites recipiendos non grauantur. Bartolus.

IIII. Iidem. AA.

FAbricensium[m] domibus vbicunque cõstitutis omnem molestiam hospitũ præcipimus amoueri: quòd & Antiochensibus, & cæterarum ciuitatum fabricis similis domorum excusatio præbeatur, absente scilicet sacro comitatu.[n]

V. Imp. THEOD. A.

DEuotum[o] possessorem ab omni inquietudine liberamus. Primo igitur omnium ad nullum prædium[p] publicũ vel priuatũ domus nostræ, vel cuiuscunque iuris vllus metator[q] accedat, si à quoquam fuerit destinatus. Licentiam enim domino, actori,[r] ipsiq́; plebi serenitas nostra commisit, vt eum qui præparandi gratia ad possessionem venerit, expellendi habeat facultatem, nec crimẽ † aliquod pertimescat: cum sibi arbitrium vltionis suæ sciat esse concessum:[s] recteq́ue sacrilegũ prior arceat, qui primus inuenit. Administrantem verò, eiusq́ue officij proceres, quorũ præceptio inhibitam personam ad agrum aliquem destinauerit, in tempus proscribi debere cẽsuimus. Solam sanè hospitalitatẽ[t] sub hac obseruatione concedimus, vt nihil ab hospite quod vel hominum vel animalium pascuis necessarium creditur, postuletur: omniumq́ue sit acceleratũ iter atque cõtinuum, nec vlli liceat residere: ne diuturnitas cõmanentium, vlla ex parte prædium vexet. Decem etiam librarum auri multa ferietur quisquis administrator, rogator, apparitórve vllus, militans scilicet, vel iter agens, vllo in loco aliquid ab hospite postulauerit.[u] Intãtum enim inhiberi sceleratum morem iubemus, vt ipsis quoque præbentibus impunitum esse nõ patiamur, si quid sponte[x] contra præceptum nostrum probati fuerint obtulisse.

VI. Idem. A. & VALENT. Cæs.

HOc prospectum est, vt infausta[y] hospitalitatis præbitio tolleretur, nec balneum[z] quisquam à domino ædium postulet.

VII. Imp. HONORIVS. A.

DEuotissimos milites ex procinctu redeuntes, vel proficiscentes ad bella, muri[a] sacratissimæ vrbis singulæ turres in pedeplanis[b] suis suscipiant.

Medici sacri palatii, & vrbis Romæ magistri liberalium artium, & pictores ingenui, quoad viuunt, sunt immunes ab onere hospitandi. Bar.

VIII. Imp.

a *Si quis.* Videtur dicere quòd epidemetici habebant sub se mensores, qui quidem mensurabant hospitia, accipientes tertiam: vt j.l.proxi. & in eminẽti loco scribebant nomen eius qui ibi debebat hospitari: quibus nõ licet delere, nec variare postquã fecerint, quasi suo officio functi: vt.ff. de re iud.l.iudex. & ſ. de offi.procu.Cæſa.l.ſi.

b *Metatorũ.* dicti mẽsores: de quibus habes ſ. de mensoribus.

c *Postibus.* id est ostiis. sic.ff. de instito.l.sed & si pupillus.§. de quo.

d *Hospitaturi.* scilicet militis. Accursius.

e *Falsi.* quia delet verũ: vt &.ff. de fal.l.j.§. qui in rationibus.

f *In qualibet. Metatorum.* expone vt.ſ.l. proxi.

g *Et relictam.* præfertur qui maiorem habet partẽ de re: vt.ſ. de donat.l.ſancimus.§.j.& facit.ſ. de his qui ſe defe. l.j. circa princi. Ar. cõtra.ſ. quã. & qui. quar. pars debe. l.ij. circa prĩ. Sed quis diuidet? Respon. mẽſor: vt.ſ. hac.l. innuit: &.ſ.l. proxi.

h *Ergasteria.* quę sunt in plateis, vel angiportis: vt.j.l. vltima.

i *Si libet.* ſi habes quilibet, videtur abundare propter verbum, alter. ſi habes quibuſlibet, ſcilicet de prædictis illuſtribus.

k *Et alter.* puta hospes. nam &.ſ. prius eligit hospes. Accurſius.

l *Vnctos. His.* ordinariis iudicibus. Et no. contra legatos curiæ Romanæ qui hoſpitantur in domibus epiſcoporum & aliorũ prælatorũ eis præſentibus. & facit in authẽ. de defen. ciui. §. nulla. vbi defenſor non perdit iuriſdictionem propter præſentiam præſidis.

m *Fabricensium.* hi ſunt qui faciunt publica arma: vt nota. ſ. de fabr. in rubri.

n *Comitatu.* aliàs comitatu: aliàs cõmeatu.

o *Deuotum,* quales debent eſſe omnes prouinciales.

p *Prædium.* quia ſecus in domo: vt infra ea.l. §. ſolam.

q *Metator.* id eſt miles: vt.ſ. in rub. not.

r *Actori.* id eſt caſtaldioni domini eo abſente.

ſ *Conceſſum.* No. ſic & ſ. de iur. fiſ.l. prohibitum. & eſt arg. ad id quod no. ff. de iuſti. & iur. l. vt vim. Item facit ſ. quando licet. vnicui. ſine iu. ſe vin. l.j. &. ij. & de iure emphy. l. ij. & de adul. l. Gracchus. & ff. de adult. l. mariti. & ad. l. Aquil. l. ſed & qui eunq;. & l. quemadmodum. §. j. & in authẽ. vt licet. ma. & auiæ. §. his. &. ſ. de decur. l. eos. & l. generaliter. Item no. quòd hic permittit vltionem, non ſolum defenſionem. ſic. ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. ſi libertus. in fi. ſed hic pro defenſione ponitur. &. d. l. qui cũ maior. per iudiciũ vindicat: vt no. ff. ad leg. Aquil. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. in fi.

t *Hospitalitatem.* id eſt recipiẽdo hoſpitem in tertia vel dimidia parte domus: vt.ſ. l. ij. Ac.

u *Postulauerit.* ſic. ſ. ne ruſti. ad vllũ. l. ij. & de eroga. mili. an. l. iij.

x *Spõte.* ſic &. ſ. ne ruſticani ad vllum. l. ij in fi. &. j. titu. ij. l. ij. Acc.

y *Hoc prospectum. Infausta.* id eſt horrenda ſecundum Hug. aliàs ꝑ malo homine: vt. ſ. de repu. l. conſenſu. circa prin. Accur.

z *Nec balneum.* ſcilicet nec comitibus lauacra.

a *Deuotissimos. Muri.* genitiui caſus eſt. Accurſius.

b *Pedeplanis.* id eſt in pedibus turriũ & murorum vrbis, quę ſpiſſę

† *Hæc verba recitantur in gl. ſu. per verbo, expelli, in prin. c. vlti. extra de loca. & cõdu. & per hũc tex. vult ibi dicta gl. dicere quòd dominus poteſt propria auctoritate expellere emphyteutã ſi nõ ſoluat ei canonẽ. Conſulit tamẽ illa glo. quòd dominus expellat emphyteutam iudicis auctoritate, per l. 3. C. de pignoribus.*

sunt, poterunt milites descedere, vt se ibi præparent aliis vestibus ad eũdum & redeundum. & videtur vna dictio in pedeplanis.

a *Archiatros.* id est principes medicorũ, seu maiores medicos. & facit. ſ. de inoffic. testa. l. fi. & de p̃fes. & medi. l. medicos. & l. fi. Accursius.

b *Literarum.* non primarum: vt. ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. fi. Accursius.

c *Omnes. Metata.* id est castra vel hospitia, vt postea exponit.

d *Metatoribus.* id est militibus.

e *Vindicare.* sic. ff. qđ quisque iu. l. j.

f *Cingulum.* ad quod. ſ. vt dig. ordo ser. l. ij. & in authen. vt ordi. præ. col. v. Item & facit. j. l. proxi. §. si qui.

g *Tertiæ.* ſ. eo. l. ij.

h *Priuilegiis.* No. eum carere priuilegiis legũ, qui eas fraudare conatur. sic, ſ. de Iudæ. l. Iudæos. & ff. de mino. l. auxilium. in fin. & facit. ff. de pœnis. l. quædam. &. ſ. de episco. & cle. l. presbyteros. Sed argu. contra. ff. de iud. l. properandum. vbi etiã cõtumaci seruatur ius.

i *Hac lege. Dignitatem.* & sic habet duas. Accursius.

k *Duarum.* minus habet hæres quàm defunctus. & sic est ar. cõtra. ff. de re. iu. l. hæredem. Item no. priuilegium transit ad superiores. quod dic vt. ſ. de proxi. sac. scri. l. in sacris. vel non sunt superiores, cũ iam defuncti non sint.

l *Semis.* id est medietas: vt insti. de hære. institu. §. hæreditas. Alij ergo semisses pro tertia præstabant hospitiũ: vt. j. eo. §. comites.

m *Celitus.* id est à principe: ad quod. ſ. l. pxi.

n *Ergasteriis.* id est stationibus: vt. ſ. eo. l. ij. §. ergasteria.

o *Plateis.* nam quasi omnia sunt in plateis, vel angiportu: quod expone vt. ff. de verb. signi. l. portus. in fi.

p *Auxilio.* sic. ſ. de peti. bo. sub. l. j. & ij. aliud si p. l. scriptã i corpore iuris: vt. ſ. hac. l. & l. pxi.

q *Decem.* supra. l. proxi.

r *DE SALGAMO &c.*

VIII. Imp. THEODO. A.

Archiatros [a] nostri palatij, necnõ vrbis Romæ, & magistros literarum, [b] pro necessariis artibus, vel liberalibus disciplinis, necnon picturæ professores (si modo ingenui sunt) hospitali molestia quoad viuẽt liberari præcipimus.

Hospitantes milites in domibus habitationum ipsorum, nullam aliã discussionem vel pœnam debent subire. Item nullus debet impetrare vt à munere hospitandi milites sit immunis, & vicini domus grauetur. Bar.

IX. Idem AVGVSTVS.

Omnes qui metata [c] in suis domibus præstãt, siue hospitia præbuerint metatorib⁹, [d] siue quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pẽsionis vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogantur. Deinde neminem volumus cuiuslibet loci vel ordinis in hac florẽtissima vrbe domũ propriam excusantem, metatum sibi in alienis ædibus priuilegio militiæ vindicare. [e] quod & in prouinciis obseruari oportet. cæteris verò quibus illustris dignitas sub cingulo vel citra cingulũ [f] pro suo solo honore delata est, excusandarum ædium licẽtiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in his præcipimus obseruari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles nouit: honor tamẽ additus à nostra liberalitate reddit illustres. Scituris omnibus quòd si quis cũ cingulo perfruatur, & excusationẽ ita propriæ domus impetrauerit, vt à pensione etiam portionis tertiæ [g] sit immunis, & militiæ causa metatum in alienis domib⁹ sibi crediderit vindicãdum: si quidẽ honore præditus excusationis ius habeat, carebit legũ priuilegiis, [h] quas fraudare conatus est. Si verò inter eos quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur, centum librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione multabitur.

Quidam in hac lege nominati dum viuunt, & post mortem eorum hæredes filii, parentes, nepotes, frater, soror, vxor, & eorum tres domus à molestia recipiendi milites habent immunitatem: quidam duas, quidam vnam tãtum, quidam dimidiã tantũ. Bar.

X. Imp. VALENTINIA. A.

Hac lege sancim⁹, vt si quis consularem ac patriciam meruerit dignitatem, [i] tres domos proprias dum supereſt, habeat hospitum immunitate securas: hæredes verò eius filij, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut soror, aut vxor, duarũ [k] domorum suarum excusatione potiantur. Si quis verò consulatu tantũmodo gloriatur, duas semis [l] domos suas immunes habeat: post fata verò eius memorati hæredes vnam semis domũ suã habeãt nullis hospitiis prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis hæredibus, qui solius patriciæ dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. præfectorij verò, necnon & magistri militũ duas domos suas habeant, quoad vixerint, hospitibus liberatas. Hæredes verò eorũ memorati vnã defendant domum suam simili excusatione munitam. Magistri verò officiorum, vel quæstores vnam semis domũ suam, quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatam. Hæredes verò eorũ prædicti vnam ab hospitibus iure defendant. Comites autem domesticorum, & protectorum, & sacrarum largitionũ, & rerum priuatarum, & vir spectabilis primicerius notariorũ, singulas domos suas ab hospitum grauamine, dum viuunt, gaudeant esse securas. Memorati verò hæredes eorũ mediam partem vnius domus suæ sciãt excusatione muniri: residuæ verò partis dimidiæ tertiam portionem hospitibus deputandam esse cognoscant. Si qui illustres honorarias dignitates quascunq; sine actu celitus [m] impetrauerunt, æquo animo suas domos hospitibus post hanc legem pandant pro tertia quæ legibus præfinita est portione: exceptis videlicet ergasteriis [n] quæ in plateis [o] vel angiportis esse noscuntur. quod in omnibus domibus quæ hospitales sunt, obseruari iubemus: ita vt nemo vel ex sacro rescripto vel ex diuina annotatione, seu pragmatica sanctione contra hanc legem vti possit excusationis auxilio. [p] his omnibus quæ per hanc legem cõstituimus, in hac æterna vrbe obseruandis.

Hoc expone vt. j. d. sed P. dixit, nomine salgami & oleũ intelligas. gamos, id est mulier. sed secundum H. salgamum, id est culcitra: compositum à gamos & salica, vel saluo, & gamos nuptia, vel mulier: quia maxime propter talia sunt culcitræ. & est neutri generis.

f *Nẽ quis. Auferat.* id est accipiat: & hoc ad officiũ præsidis pertinet: vt. ff. de offic. præsi. l. illicitas. Et not. etiam à volẽtes quia semper præsumitur concussio. sic. ſ. tit. j. l. deuotum. in fi. & ſ. de re mili. l. fi. §. vt autẽ. & de offic. procon. l. obseruare. & ſ. ne rusticus ad vllũ. l. ij. & ne quid à col. exi. l. j. & de rap. vir. l. j. & ſ. de ero. mili. an. l. j. & iij. Item sicuti salgamum hoc cõprehendit: sic penus omne id quod esui & potui est destinatum: vt. ff. de penu le. l. iij. in prin.

DE COMMEATV.

Tribuni ex primicerio immunitatem habent ab hospite recipiendo in domibus quas tenent in vrbe Constantinopolitana. Bartolus.

XI. Imp. ZENO. A.

Decem [q] post primicerium tribunos in domibus quas in hac regia vrbe possident, metatorũ iussimus vacationem mereri.

TITVLVS XLII.

DE SALGAMO [r] HOSPITIBVS non præstando. †

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

Ne quis comitum, vel tribunorũ, aut præpositorum, aut militum nomine, salgami gratia culcitras, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferat: sed sint prouinciales nostri ab hac præbitione securi: comitibus, tribunis, vel certè præpositis militibusque graui vexationi subiacentibus.

TITVLVS XLIII.

DE COMMEATV.

Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare potest: contrà faciens,

BIU Cujas

a NE cui. Tribunorũ. nisi vsque ad triginta milites: vt supra de er. mil. an. l. per hãc. §. vt autem. Vel hic barbari erant proprie, vt subiicit: ibi non.

b Dare. facit. s. de testa. militis. l. tribuni. & l. milites. & l. fi. in prin.

c Capite. sed qui in pace deserit militiã, perdit eã: vt. ff. de re mili. l. non omnes. §. j. Et no. puniri licentiantem & licentiatum.

d Quicũque. Sacrarum. fiscalium.

e Primatarũ. pręcipis.

f Tempus. subaudi, curauerit ad suum officiũ redire. & habeas, militantium non immerito &c. habetur tamen ratio temporis, & valetudinis: vt. ff. de re mili. l. qui commeatus. & facit. j. l. proxi. cum suis concor.

g Si quis. differt à præcedẽti: qa hic sine commeatu: ibi sic.

h In penatibus. id est domibus propriis: vt. s. de exhib. l. ij. Accur.

i Exempto. aliàs exemplo, & augetur pœna, quia assuescit delictum. sic. s. de domesti. l. iij. li. xj. & de primicerio. l. fi. & de aduo. diuer. iu. l. fin. & de superexa. tri. l. j. & s. l. pxi. Sed arg. contra. ff. de pœ. l. si diutino. & ff. de rit. nu. l. qui in prouincia. §. fin. sed vtrobique patet ratio.

k DE TYRONIBUS. Id est nouis militibus: quia adhuc non erat scriptus inter milites fortissimos: vt. ff. de mili. test. l. ex eo.

l NVllus. Vagus. quia firmiter debent stare in militia: vt. s. de re mili. l. milites. Et sic est arg. q vagus scholaris non fiat magister.

m Veteranus. vel propter debilitatẽ: vel quia diu laborauit: vt. s. de his qui non imple. sti. l. j. & ij. Accursius.

n Aut censibus. s. qui mili. non pos. l. j. & ij.

o Quisquis. Ignorauerit. facit supra qui mili. non pos. l. pe. & fi. & supra de tab. l. generali. & ff. de pu. l. corem. §. dominus. & s. l. proxi. in fin. Accursius.

p Tyrones in scholis. & non dicas vbi addiscunt: quia ibi omnes sunt tyrones. vnde non esset post quos ponerentur. Sed dic quòd tyro electus inter milites stet loco posterioris in scholis, id est in societatibus militũ, seu matricula: vt. ff. de testa. mili. l. ex eo. & s. titu. j. l. pe. & vlt. & sic bene sequitur, nec enim &c. & s. de offic. ma. offic. l. j. & ij. & de proxi. sac. scri. l. vnicuique. & de agen. in re. l. vnicuiq;. & fa. j. de di. offic. & app. l. j. & s. de offic. co. rei mili. l. j. & de profes. l. magistros. & ff. de al. scri. l. fi. Sed arg. contra. s. de offic. rect. puin. l. potioris.

† Similis est in scholis, id est in cõstitutio li. 5. Cod. The. tit. 9. l. x.

licentians & licẽtiatus aque puniuntur.

Consuetudo deliquẽdi aggrauat pœnã.

aliàs nec ist quadri. uidẽ tẽpus militauerit, &c.

scholaris agus non ber magi- rium.

DE LITTORVM & itinerum custodia.

q Saluberrima. Illicite. vt victualia & arma. aliàs pœna capitis cum amissione bonorũ imponitur: vt. s. quæ res expor. nõ de. l. j. & ij. & ff. de publi. l. cotem. in princip.

r Sustineant. sic. s. de naucle. l. j.

DE DESERtoribus, & occultatoribus eorum.

Desertores milites, occultatores priuatos vocat.

t Si quis. Amissione. sic. s. de fal. mo. l. j. & de his qui latro. vel ali. l. ij. & de ca. & postli. re. l. fina. & de incest. nup. l. iij.

u Prodiderit. id est manifestauerit. Accur.

x Mediocris. id est homo pauper. sic ecõtrario honesti loci diues: vt. ff. de transact. l. cum hi. §. fi in annos.

y Immunitate. munerum forte. seruus vero fit liber: vt. s. pro qui. cau. ser. pro præ. ac. lib. l. fi. & facit in authẽ. de non alie. §. fi. & s. de episco. & cler. l. nulli. in fi. & supra loc. & conduc. l. fi.

z Militaribus. licet nõ sint proxime applicati.

a A signis. alibi largius: vt. ff. de re milita. l. iij. §. emansor.

b Processerit. id est qui

faciens, capite punitur. Bartolus.

1. Imp. CONSTANTINVS. A.

NE cui liceat præpositorum vel tribunorũ [a] cohortum, vel vicariorum & familiarium eorum tempore expeditionis quocunque genere cuiquam de militibus à castris atq; signis, vel his etiam locis in quibus prætẽdant, discedendi commeatum dare. [b] Si quis vero contra hãc legem facere ausus fuerit, & militem cõtra interdictũ cõmeatũ dimiserit eo tẽpore in quo Barbarorũ incursio extiterit, & tũc cũ præsentes in castris atq; apud signa milites esse debeant, quisquam absuerit: capite [c] vindicetur.

11. Impp. GRATIANVS & VALENT. AA.

QVicunque de scriniis, aut agentibus in rebus, vel etiã ex officiis palatinis, his videlicet qui sacrarum [d] & priuatarum [e] remunerationum comitibus obsecundant, sex mensium spacium supra diem commeatus, aut iussionẽ euectionis absuerit: is in inferiorem locũ, quinq; antelatis posterioribus, deuoluatur. Is verò qui anni vacationem arbitratu proprio, iudiciarij præcepti oblitus assumpserit, à decem post se militãtibus transferatur: ac deinde cum iam aliquis desidia quadriẽnio officiũ propriũ adire neglexerit, quadraginta de sequentibus postferatur. Qui vero nec post quadriennij quidem tempus: [f] † militantium non immerito matriculis auferatur.

Qui sine commeatu biennio, aut triẽnio, vel quadriennio vacauerit, modo hic inscripto punitur. Bartolus.

111. Impp. HONORIVS & THEODOS. AA.

SI quis [g] sine commeatu aliquo annum in penatibus [h] ꝓpriis, vel in quibuslibet locis desidiosa quiete trãsegerit, decẽ sequẽtibus postponatur. in quo vero biennalis culpa deprehẽditur, viginti sibi antepositos congemiscat: tertius autem annus triginta prẽlatos iure deflebit: ita vt quartus exempto [i] matriculæ nullã veniã derelinquat.

TITVLVS XLIIII.

DE TYRONIBVS. [k]

1. Imp. VALEN. A.

NVllus tyro vag⁹, [l] aut veteranus, [m] aut censibus [n] obnoxius, ad militiam accedat.

11. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONORIVS. AAA.

QVisquis † alieni iuris mãcipium in tyrocinio militiæ scribi curauerit: conuictus ac proditus auri libram ærario nostro cogatur inferre, mancipio scilicet domino (si factum ignorauerit [o]) reddendo.

111. Imp. HONORIVS. A.

TYrones in scholis [p] loco semper posteriore ponantur. nec enim patimur quẽquã celsiorem gradũ obtinere, nisi cui & laborũ adsiduitas, & stipẽdiorũ prolixitas suffragãtur.

TITVLVS XLV.

DE LITTORVM ET itinerum custodia.

1. Impp. HONORIVS & THEOD. AA.

SAluberrima [q] factione censem⁹, ne merces illicitæ [r] ad nationes Barbaras deferantur: & quæcũque naues ex quolibet portu seu littore dimittuntur, nullam cõcussionẽ vel damna sustineant: [s] ita tamẽ vt earum naucleri deponant in quam prouinciam ituri sunt: vt hoc manifestato, nulla contra eos postea indignatio seu concussio quoquo modo ꝓcedat.

TITVLVS XLVI.

DE DESERTORIBVS, & occultatoribus [t] eorum.

Recipiens scienter desertorem in agro vel in domo, si est actor vel procurator, capite punitur: sed domus vel prædium confiscatur si ipsius est dominus. Item manifestãs desertorem præmiatur. Item desertor est qui tempore belli se absentauit à signis. Itẽ si seipsum prodiderit, veniam meretur. Punitur vero desertor pœna à legibus statuta: quã si iudex dissimulauerit, vel gratia distulerit, ipse punitur. Bartolus.

1. Imppp. GRATIA. VALEN. & THEOD. AAA.

SI quis forte desertorem agro tectóve susceperit, atq; apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem vel ꝓcurator loci qui hoc sciẽs prudensque cõmiserit, capitali supplicio subiugetur: dominus vero si huius rei cõscius fuerit, prædij in quo latuerit desertor, amissione [t] puniatur. ¶ Si quis autem desertorem prodiderit, [u] mediocris [x] loci ingenuus immunitate [y] potiatur. Neq; solum de his loquimur qui ꝓxime signis felicib⁹ applicati, militiæ rudimenta timuerunt: verũetiam qui stipendiis militaribus [z] degenerem latebrã præbuisse monstrãtur. ¶ Desertor autẽ habebitur, quisquis belli tempore abierit à signis. [a] Horum qui sponte processerit: [b] peccati anterioris supplicium non timebit. Sin vero

Codex,

se prodiderit antequam ab alio manifestetur. sic ſ. de pœ. iu. qui ma. iu. in auth. nouo iure.

Pœnæ legũ differri non debent.

a *In officii primores.* id est in officiales præsidis. Et no. contra præsidem & officiales qui pœnas legibus impositas, vel gratia vel dissimulatione differunt, secundũm. Al.

b *SI desertores. Opprimantur.* vt. ſ. quando li. vnicui. ſ. iu. se vin. l. j. §. j.

c *Tractatoriarum.* id est absentiarum, vel licentiationum. ad quod j. de trac. l. j.

DE VETERANIS.

d *CVm introisſet principia.* scilicet numerorum.

Salutare principem cuique non licet.

e *Salutatus.* No. quòd non licet cuilibet salutare principem: vt. ſ. de silen. l. j. & facit. ſ. de senten. pas. l. j.

f *Indicá quæ sunt.* No. benignam respõsionẽ. sic. ſ. de transac. l. vt responsum.

g *Magnificentia.* ablatiui casus.

h *Ciuili.* scilicet personali: vt infra in fi. sed patrimoniale ordinarium subeunt. sic. ff. de priui. vete. l. iij. & iiij.

i *Collatione.* extraordinaria. in ordinariis enim secus, vt dixi.

k *Ob venditionem.* hoc est vt aliquid detur pro loco vbi tenent pergulam. ad quod est supra de nundi. l. j.

l *Deportatorio.* deportatorium dicitur onus quod redemptor ponit à transeuntibus pro onere vehendo exigebat: vt innuitur. ff. loca. l. cum plures. §. vehiculum. & de verb. sign. l. in lege. Accursius.

† In nõnullis codic. sic incipit hæc l. Imperator Cõstantinus cum introisset principia, & salutatus esset à præfectis & tribunis, & à viris eminentissimis acclamatũ esset, Auguste &c. vsque ad. Contius. ‖ legend. cũ introisset.

m *PRouidendum. Cumulati.* quia facti sunt protectores. ad quod supra de dome. & prote. l. j.

n *VEterani. Nec rus colunt.* Nota milites veteranos rus colere. Sed contra. ſ. de man. & col. pa. l. fin. sed ibi non colunt vt sint adscriptitij.

o *Exuti.* vt. ſ. de dig. l. iudices. & facit. ſ. de circen. l. iij. & de episc. & cler. l. generaliter. magis enim pœna sunt digni &c. vt. ſ. de epis. & cle. l. presbyteri. Ac.

p *NVllus. Cœpta.* vt ff. de iurisd. om. iud. l. cum quædam. &

flagitiosa ignauia deliteſcat: per eum in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinsecus quoque officiis publicis, vbicũque correptus, seueritati iudicis offeratur, degeneris mortis gladium subiturus. Sinautẽ rector prouinciæ propositam seueritatem vel gratia vel dissimulatione distulerit, patrimonij atque existimationis damno subiiciatur: & in officij primores [a] capitaliter vindicetur.

Desertor inuentus resistens, vt rebellis opprimitur. Item diligens debet esse iudex ne sub pretextu alicuius licentiæ desertor possit euadere. Bartolus.

II. Imppp. ARCAD. THEOD. & HONOR. AAA.

SI desertores inuẽti, resistendum, atque armis oppugnãdum putauerint: tãquam rebelles in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur: [b] ita tamen, vt prouinciarum iudices solicita cautione disquirant, ne sub falsarũ tractatoriarum [c] nomine, desertionis suę crimẽ defendere moliantur: nec suppositis & cõmentitiis epistolis euadẽdi habeant facultatem.

III. Iidem. AA.

QVi relictis militaribus castris, se ad deprædationẽ vel latrocinium cõtulerint, seueritatem iudicis non euadant.

TITVLVS XLVII.

DE VETERANIS.

Veterani gaudent priuilegiis hic insertis. Bartolus.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

CVm † introissent [d] principia, & salutatus [e] esset à præfectis, & tribunis, & viris eminẽtissimis, acclamatum est: Auguste Constantine, Deus te nobis seruet, nostra salus, nostra salus. vere dicim⁹, iurati dicimus. Adunati veterani exclamauerũt: Cõstantine Auguste, quid nos veteranos facis, si nullam indulgentiã habemus? Constantinus Augustus dixit: Magis magisque conueteranis meis beatitudinem augere debeo quàm minuere. Victorinus veteranus dixit: Muneribus & oneribus vniuersis locis conueniri non sinamur. Constantinus Augustus dixit: Apertius indica quæ sunt [f] maxima munera quæ vos cõtumaciter grauant. Vniuersi veterani dixerunt: Ipse perspicis. Constantinus Augustus dixit: Iam nunc A magnificẽtia [g] mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorũ in vllo munere ciuili, [h] nec in operibus publicis conueniatur, nec vlla collatione, [i] nec à magistratibus, nec vectigalibus, in quibuscunque nundinis interfuerint, vllã ob venditionem [k] proponendã dare debebunt. Publicani quoque (vt adsolent agentibus supplere) ab eisdem veteranis amoueantur: quiete post labores suos perenniter perfruantur. Fisco quoque nostro eaB dem epistola interdicimus, vt nullum omnino ex his inquietet: sed liceat eis emere & vendere, optimis negotiis pecuniã tractare, & mercimonia agitare: nec solum integra beneficia eorũ sub seculi nostri otio & pace perfruãtur, sed etiã nullo munere ciuili, id est corporali seu personali vel deportatorio [l] onere eos affici cõcedimus.

Veteranus facius protector nullis iniuriis est pulsandus: cõtra facientes est secundum qualitatem facti puniendus per rectorem prouinciæ. Bar.

II. Idem. A.

PRouidendum est ne veterani qui protectoria dignitate cumulati, [m] aut honores varios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniuriis. quòd si quis in hoc crimine fuerit deprehẽsus: rectoC res prouinciarum pro iurisdictione sua examinantes factum, pro sui qualitate eos coërceant.

Veteranus qui se latrocinio dedit, priuilegiis nudatus, competentibus pœnis à rectore prouinciæ punitur. Bartolus.

III. Imp. CONSTANTIN. A. & IVLIANVS. C.

VEterani qui ex negligẽtia vitæ nec rus colunt, [n] nec aliquid honestum peragunt, sed latrociniis sese dederunt: omnibus veteranorũ priuilegiis exuti, [o] pœnis competẽtibus à prouinciarum rectoribus subiiciantur.

Veteranus effectus inuitus vel volens, non militat: & sententia contra eum lata tali ordine non seruato, non valet, nisi dum ipse militabat, quæstio in cognitionem esset deducta: quia tunc ibi finitur, licet veteranus sit effectus, nisi speciali priuilegio sit indultum sibi contrarium. Bartolus.

IIII. Impp. HONORIVS & THEODO. AA.

NVllus eorum qui sacramentis inhærere desierit, vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur, seu stare iudicum sententiis: quæ nõ his obseruatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus: nisi D forte reperiatur ibi tẽpore militiæ cœpta [p] cognitio. tũc enim velut necdum cingulo depositio, sub militari iudice rem tractari finirique præcipimus: nisi principali beneficio specialiter indulto quidã ex his sese defendant.

TITVLVS XLVIII.

DE FILIIS OFFICIALIVM MILITARIVM qui in bello moriuntur. [q]

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

HI qui ex officialibus quorumcũque officiorum [r] geniti sunt, siue eorundem parentes adhuc sacramẽto tenentur, siue iã dimissi sunt, [s] in parẽtũ militiã vocẽtur.

II. Imppp. GRATIANVS VALENTINIANVS & THEOD. AAA.

FIlios [t] primipilariorum paternam sequi conditionem oportet.

TITV-

Pœna legũ differri non debent. — *Salutare principem cuique non licet.* — *† In nõnullis codic. sic incipit hæc l. Imperator Cõstantinus cum introisset principia, & salutatus esset à præfectis & tribunis, & à viris eminentissimis acclamatũ esset, Auguste &c. vsque ad. Contius. ‖ legend. cũ introisset.*

a *In officii primores.* id est in officiales præsidis. Et no. contra præsidem & officiales qui pœnas legibus impositas, vel gratia vel dissimulatione differunt, secundũm. Al.

b *SI desertores. Opprimantur.* vt. ſ. quando li. vnicui. ſ. iu. se vin. l. j. §. j.

c *Tractatoriarum.* id est absentiarum, vel licentiationum. ad quod j. de trac. l. j.

d *CVm introisſet principia.* scilicet numerorum.

e *Salutatus.* No. quòd non licet cuilibet salutare principem: vt. ſ. de silen. l. j. & facit. ſ. de senten. pas. l. j.

f *Indicá quæ sunt.* No. benignam respõsionẽ. sic. ſ. de transac. l. vt responsum.

g *Magnificentia.* ablatiui casus.

h *Ciuili.* scilicet personali: vt infra in fi. sed patrimoniale ordinarium subeunt. sic. ff. de priui. vete. l. iij. & iiij.

i *Collatione.* extraordinaria. in ordinariis enim secus, vt dixi.

k *Ob venditionem.* hoc est vt aliquid detur pro loco vbi tenent pergulam. ad quod est supra de nundi. l. j.

l *Deportatorio.* deportatorium dicitur onus quod redemptor ponit à transeuntibus pro onere vehendo exigebat: vt innuitur. ff. loca. l. cum plures. §. vehiculum. & de verb. sign. l. in lege. Accursius.

m *PRouidendum. Cumulati.* quia facti sunt protectores. ad quod supra de dome. & prote. l. j.

n *VEterani. Nec rus colunt.* Nota milites veteranos rus colere. Sed contra. ſ. de man. & col. pa. l. fin. sed ibi non colunt vt sint adscriptitij.

o *Exuti.* vt. ſ. de dig. l. iudices. & facit. ſ. de circen. l. iij. & de episc. & cler. l. generaliter. magis enim pœna sunt digni &c. vt. ſ. de epis. & cle. l. presbyteri. Ac.

p *NVllus. Cœpta.* vt ff. de iurisd. om. iud. l. cum quædam. & de iudi. l. ſi quis postea. &. l. vbi. &. ſ. vbi decu. con. l. ſi.

q *DE FILIIS officialiũ militantium qui in bello moriuntur.*

Quæ officia multa sunt: vt ex superioribus titu. patet.

r *HI qui. Officiorum,* militariũ: vt ex rubri. patet.

ſ *Sunt.* cum filij vocẽtur. q. d. non in aliã militiam. ad quod cõcor. ſ. de tab. l. ſi. &. j. l. proxi. non enim debent diuidi familiæ: vt supra com. vtri. iud. l. possessionum. sed vbi est emolumentum, præfertur filius omnib⁹ aliis: vt. ſ. de proxi. sac. scri. l. vnicuique. §. j.

t *FIlios.* ſ. l. proxi. cum suis concor.

DE OBLATIONE votorum.

TITVLVS XLIX.

DE OBLATIONE VOtorum.†

I. Impp. ARCA. & HONO. AA.

QVando votis[a] cõmunibus felix annus aperitur, in vna libra auri, [b] & solidis obryzatis principib⁹ offerendi deuotionẽ animo libẽti suscipimus: statuentes, vt deinceps sequẽtibus annis vniuscuiusque sedulitas principib⁹ suis talia inferat semper & deferat.

TITVLVS L.

DE NVMERARIIS, ACtuariis, & chartulariis, & adiutoribus, scriniariis, & exceptoribus sedis excelsæ, † cęterorumque iudicũ tam militarium, quàm ciuilium.

Numerarii seruientes rectoribus in diuersis obsequiis, tormentis & lacerationibus puniuntur. Bartolus.

I. Imp. CONSTANTINVS. A.

VOrax [c] & fraudulẽtum numerariorum propositũ, qui diuersis obsequiis rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, vt antea sanciuimus, & nunc itidem sancimus [d] conditioni eos subdi tormẽtorum, & eculeis atque lacerationibus subiacere.

Numerarii consularium qui hodie tabularii appellantur, tormẽtis subiiciuntur, nisi iudicibus vel aliis ad prouinciam per principem destinatis nomen debitorum sub actorum testificatione monstrauerint, vt eis indicantibus omnes fisci debitores ad solutionem compellantur: tempusque tabulariorum triennio concluditur. Bartolus.

II. Impp. VALENTINIA. & VALENS. AA.

QVi numerarij appellari cõsueuerant consularium atque præsidũ, dumtaxat tabularij post hanc nostrã sanctionem vocabuntur: [e] scientes se tormentis esse subiectos, nisi iudicibus vel his qui prouecti nostro iudicio ad ꝓuincias venerint, vel exactoribus debitorum aut reliquorum nomen & modum frequenter ingesserint sub actorũ testificatione: [f] quos scire oportet, cum his qui debitores sunt, sese ad solutionẽ esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. [g] triennij [h] tamen spacio tabulariorũ decet tempus omne concludi.

Tabularius præfecti prætorio congalum & ordinem militiæ retinet. Bartolus.

III. Iidem. AA. * P. P.

NVmerarios [i] ãplissimæ tuæ sedis cingulum habere, & militiæ ordinẽ tenere iubemus.

In omni prouincia duo numerarii & tabularii collocantur: vnus ad ratiocinium arcæ fiscalis, alius super titulis largitionalibus, nulliusq; alterius officio se immisceat. Bartolus.

IIII. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. omnibus rectoribus prouinciarum.*

IN ꝓuinciis singulis duo numerarij, qui & tabularij, [k] collocẽtur: [l] quò [m] ad vnum fiscalis [n] arcæ ratiocinium, ad alterũ largitionales [o] pertinere tituli iubeantur: hoc scituri quòd si ex alterius quicquã actibus ad alteram partem illicita fuerit vsurpatione translatum: [p] is qui culpam iudicis dissimulatione texerit, grauissimo sit supplicio subiugandus.

Licet scriptor alicui iudici obsequens efficiatur decurio, non desinit esse scriptor: & agnoscere debet munera ciuitatis, & peracto officio ad propriam curiam redit. Bar.

V. Iidem, & ARCADIVS. AA.

EXceptores [q] omnes iudicibus prouincialibus obsequentes, qui nec cohortalẽ militiam sustinere videtur, neque à fisco vllas consequũtur annonas, absque metu dare cœptis operam etiam si decuriones sint, minime prohibemus: [r] dummodo munera [s] propriæ ciuitatis agnoscant, & peracto secundum morem exceptionis officio, ad propriam sibi curiam [t] redeundum esse non nesciant.

Numerarii à communione actuariorum abstinere debent. Bartolus.

VI. Impp. ARCAD. & HONORIVS. AA. * P. V.

NE diutius ad cũctorũ perniciem actuarij [u] numerariorum consortiis adiuuẽtur, illustris auctoritas tua [x] cunctos ex numerariis actuariorum societate præcipiat abstinere, atque ab eorũ cõmunione discedere. quòd si hoc moniti [y] custodire neglexerint, hisdẽ pœnis se quibus actuarios, nõ ambigant subiacere. [z]

Actuarii secundum consuetudinem antiquam sunt ordinandi: & si aliter factum fuerit, factum ab eis non valet: & ipse faciens punitur. Bartolus.

VII. Impp. THEODO. & VALENTI. AA. * P P.

ACtuarios [a] tam clarissimæ vrbis Cõstantinopolitanæ quàm Chimeleæ, [b] † & quarumcũque curialium ciuitatũ diuersarũ [c] nõ aliter nisi [d] (vt cõsueuerat) man⁹ sanxerit principalis, sublimitas tua [e] præcipiat ordinari. quòd si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus: profecto irritis his quæ vetita cõtrectauerit, [f] etiam congruam indignationẽ incurrat.

Scriniarii vel numerarii nõ possunt à præfecto prætorio pecuniam sumere mutuo: vel aliquid pro expensis publicis alicui promittere. Barto.

VIII. Iidem. AA. * P P.

SCriniarios vel numerarios officij magnitudinis [g] tuæ iubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniam sumere, [h] aut polliceri cuiquã pro publicis ex-

---

a *Quando votis.* id est volũtati donandi principibus annus aperitur. Accursius.

b *In vna libra auri.* donum erat in libra auri per obolos puri auri quod vocatur obryzatum: vt supra de vete. nu. po. l. j. & fin. Et no. quòd qui donat, de melioribus rebus debet dare.

DE NVMERARIIS, actuariis, & chartulariis &c.

c *Vorax.* sic. ſ. ne lice. po. l. ij.

g *Dare posit.*ſ.pignori:quod tuti⁹ est:vt insti.de ob.quę ex delic. §.furti. vel si hoc non potest,fideiussor debitur:licet aliàs pro euictione nō detur:nisi de immineat euictio in limine contractus:vt.C. de euic.l. si post. & ff. de euic.illud.vel si hoc non potest,iuratorium faciat cautionē: vt insti.de satisf.§.sed hodie & .j.de nup.§.quod vero sequitur. Sed nunquid hodie semper debitur fideiussor à quolibet venditore pro euictione si dari potest quidam dicūt quòd per.l.iſtam.& quod dicit.ff. de euic.l.j.illud dicunt esse correctum. Sed die q̄ hic casus est specialis:& in aliis erit hęc specialitas.sic & aliàs cū iminet euictio in limine cōtractus:sicut nunc diximus:vt.ff. de peric.& commo.rei ven.l. pe.§.fin.&.C.de euic.l.si post.Item aliàs vbi est ex consuetudine:vt.ff.de euic.l.si fundus.Accursius.
h *Dentur creditori.*infra de alie.& emphy.§.quod autem præbetur.col.ix.contra.sed illud fauore loci venerabilis:vel quia hoc erat pretiosius metallum:vt.j.de consul.§.itaque.ibi,argentū vero &c.col.iiij.Ideo melior res debitoris reddatur.ar.ff. man.l.si vero non remunerandi.§.idē Papinianus. sed prima verior est.nam idem credo si in quacunque pecunia consistat mutuum,cum possibile sit ex omni pecunia fieri id est comparari aurum:vt.C. de consti.pe.l.ij.Azo.
i *Coactum.*No.quòd aliud pro alio soluitur inuito. sic.C. de don.l.si quis argētum.in prin.&.ff.de leg.j.l. si domus.§.qui cōfitet.&.ff.de re iudi.l.miles.& infra de ali.& emphy.§. si vero secundum prædictū.&.ff.de rei vindi.l.qui restituere. regulariter autem contra.ff.si cer.pe.l.ij.§. mutui datio. & institu.qui.modo.obli.§.j.Azo.

Creditor qui à debitore debitum recipere nō valet,compellitur in solutum res eius immobiles meliores recipere, subtili earum æstimatione facta, sufficienti p̄ euictione præstita cautela, quā debitori possibile est præstare emptore nullo apparente:argentariorū sponsionibus in suo statu manentibus. Bart.

A

QVOD autem[u] decætero humanis auxiliatur curis:[x] licet quibusdā creditoribus nō fortè sit gratum,à nobis tamen p̄pter clemētiā sancitur. Si quis enim B mutauerit* aurū,debitoris substātiæ credens:at ille ad restitutionem auri nó sit idoneus,substātiam autem immobilem habeat:verū creditor ardeat[y] aurum omnimodo quærēs:illi verò nō sit facile,neq; vlla mobilis[z] substātia:[a] damus[b] creditori licentiam volenti immobiles res accipere p̄ auro. Sed si nec[c] quispiā emptor immobiliū eius rerum adsit,creditore frequenter etiā diuulgante quoniā subiacent[d] debitoris res,& ob hoc terrente adire volētes emptionem:tunc in hac quidem fœliciſsima ciuitate glorioſiſsimæ C nostrę reipublicæ iudices secūdum vnicuiq; concessam à lege & à nobis iurisdictionem:in p̄uinciis autem gentium præsides p̄parent subtili æstimatione facta rerum debitoris dari[e] secūdum quātitatem debiti possessionem immobilem creditorib⁹ cum tali cautela,[f] cum qua debitor dare possit.[g] Rerū vero datio sit huiusmodi:quæcūque quidem meliora sunt, dentur creditori:[h] quę vero deteriora, apud debitorem post debiti solutionem manere sinantur. etenim non erit iustum, dantem quidem aurum,recipere autem D aurū non volentē,sed coactū[i]

CAP. III. De solutionibus. Vt debitore aurum aut pecuniā numeratam non habente, addicantur creditori res eius.

BIU Cujas

a *Immobilem.* scilicet in solutum.
b *Vel.* pro etiam. Accursius.
c *Perduceret.* scilicet eos.
d *Cedere.* nec enim in carcerē detruderetur ex quo cedit bonis suis: vt. C. qui bo. ced. poss. l. j. nisi dolosē disipauit: vt. ff. quæ in frau. cre. l. fina. §. fina.
e *Acerbo.* i. cū cessiōe bonorū terribili. Ac.
f *Auxiliamur.* dum aliud pro alio patimur solui. Accursius.
g *Aduenirent.* s. creditores: qa bonis suis cederent debitores. Ac.
h *Hoc agere.* hoc est vēdere: & sic nota quē inuitū rem suā vēdere. sic instit. de iis qui sunt sui vel alie. iur. §. fin. & C. de ser. cōmuni ma. l. j. & ff. de relig. & sump. fu. l. si quis. & ff. cōmuni diui. l. cōmuni diuidūdo. §. fi. & ff. de iure do. l. cū in fundo. §. pe. & C. de fideicō. li. l. si rem donatā. secundum Al. regulariter contra: vt. C. de iure delibe. l. nec emere.
i *Iudicantis.* quod dic vt. ī. §. quod autē.* diximus.
k *Et absolutè.* hic. §. cōmunis est ad totum hunc titulum. sic & aliās: vt instit. de iure natu. §. fi. & inst. de seruili cog. §. pen. & §. fina.
l *Sequentes.* nos. s. Ac.
m *Leges.* vt. ff. si certū pet. l. j. & de verb. sig. l. creditores. & l. si cui. Accursius.
n *Argentariorum.* argētarius est qui prēponebatur auctoritate publica pro argēto dādo & recipiendo: ad cuius fidē velut ad fidē tabellionis recurritur. idē in nūmulariis q' alienā pecuniā sic tenebant publica auctoritate: vt. ff. de edē. l. quædā. §. nūmularios. Accursius.
o *Moderno.* s. huius cōstitutionis secūdū quosdā, vt idē sit in eis sicut in aliis accessoriis, vt post principalē cōueniātur accessorij argētarij. sed malē. Dic ergo, si argentarius habēs meū argentū (& idē in nummulario dico) det mihi aliū argentarium spōsorem: potero conuenire prius quem volā, & sic bene ponit durātibus in ordine moderno. s. codicis: vt. C. e. l. non recte. non veteri ante codicē per. l. antiquā: vt. ī. e. l. in prin. si enim esset idē ius quod in aliis. s. accessoriis supradictis: malè diceret durātibus. Item si diceret de iure veteri primo. s. legis antiquæ ante codicē: malè diceret, moderno. Vel pone casum, vt quia cāpsor me' aliis spopōdit pro me, poterit etiā prius cōueniri iure medio. s. codicis, vt dictū est: & hoc propter vtilitatē &c. s. vt facilè quilibet apud eos deponat. nam eorum officium habet publicam auctoritatem vel curam: vt. ff. de edē. l. argentarius. §. j. Azo.
p *Tua eminentia.* ô Ioannes præfecte prætorio.

DE MONACHIS.

q *Conuersationis monachalis.* Horum triplex est conditio: vt

susc ipere possessionē immobilē, [a] vel [b] nō meliora rerū debitoris percipere: & per hoc habere cōsolationē: quia si aurū non recipit, aut aliquid rerum quæ portari possūt, tamē licet ei possessionē non inutilē habere. sed hoc quidē fit clementia quadā clara legis. Agnoscāt autē creditores, quia etsi hāc nō scripsissem legē, necessitatis tamē ratio ad hanc causam perduceret. [c] Si enim nō sit idoneus pecuniarū debitor, nec vllus emptor sit: nihil aliud facturus erat quàm ꝑ priis bonis cedere, [d] & rursus res ad creditorē meritò venirēt, aurū percipere nō volētē. quāobrē quod cū iniuria & effectu acerbo [e] perduceret creditorem & debitorē: hoc nos clementer simul & legaliter decidentes, & infelicibus debitoribus auxiliamur, [f] & acerbi creditoribus nō apparebim', dari causam eis deputantes, ad quā si permanerent inobedientes, tamē modis omnibus aduenirent. [g] Si itaque creditor parat' est præparare quēdā emptorem: necessitatē habere debitorē hoc agere, [h] præbētē huiusmodi cautionē arbitrio iudicātis, [i] qualē omnimodo est dare possibile. vndique enim ita creditorib' ꝑ uidendum est, vt nō debitores grauētur. Et absolutè [k] creditorem ponim' antiquas sequentes [l] leges, [m] omnē q actionē habere cōtra aliquē potest, licet nō sit mutuū gestū, sed alter quidā cōtract' cōsistat: argentariorū [n] quippe spōsionibus ꝑ pter vtilitatē cōtrahentiū in ordine moderno [o] durātibus. Quæ igitur à nobis pro cautela subiectorū sancita sunt, cognoscens tua eminentia, [p] solennibus ꝑ grāmatibus & hic & in omni ditione fieri manifesta ꝑcuret: vt etiā inter gētes agnoscāt subiecti quāta fuerit nobis ꝑ illorū vtilitate ꝑuidētia. [D. XII. Kal. Iul. Cōstātino ꝑ. Belisario viceconsul. C C L I.]†

TITVLVS V.

DE MONACHIS.

Volens monasterium construere, non potest priusquam ab episcopo loci licentiā obtineat: qua petita, episcopus extensis in cœlū manibus locū debet consecrare: & tunc fundamentum iaci debet. Angel.

Imperator Iustinianus Augustus Epiphanio sanctissimo & beatissi. huius Regiæ vrbis archiepiscopo, [eiusque vniuersi tractus]* patriarchæ.

PRÆFATIO.

Conuersationis [q] † monachalis vita sic est honesta, sic commēdare nouit deo ad hoc veniētē [r] hominē, vt omnē quidem humanā ei' maculā [s] detergat, † purum [t] aūt declaret, [u] ac rationabili natura decentem, [x] & plurima secūdū mentem [y] operātem, & humanis cogitationibus celsiorem. [z] Si quis igitur futurus est monach' perfectus, indiget & diuinorum eloquiorū eruditione, [a] & conuersationis integritate, vt tanta dignus factus sit mutatione. [b] Credimus igitur & nos [c] explanare quod agendū est ab eis, & decertatores [d] eos veros ad sacrā viā constituere: & ita nobis intentio ꝑsentis est legis, vt post illa [e] quæ de sanctissimis episcopis sanciuimus, & quæ de reuerēdissimis clericis disposuim': [f] neq; quod monasticū est, extra quod cōpetit, [g] relinquamus.

CAP. I. De monasteriorum ædificatione.

ILLVD igitur ante alia dicendū est, vt omni tēpore & in omni terra si quis ædificare ve-

† *In noua Græca editione sic legitur ꝑ inclus. D. XVII. K. April. Indictio. XIII. Fauio Binisario. V. clarissimo Cos. sed pro legendū XIIII. Kal. &c. Flauio &c. Cont.*
* *Leg. pro incluſ. &*
† *Similis fere ꝑfatio est in Noa uell. 133. secū dū ordinatione Hādri. Cōcor. gl. vnica ante fin. uersi. & ingressus. in c. vlt. extra de fi. ꝑby. vide tamen glo. in. c. cū deputati. super verbo, notionis. de iud. vbi uisibi cōpetentes detur distinguere quæ lis sit irredarilas: & quæ tolā dicūt vtrūque verū: latur ꝑ ingressum relas. §. iniuriarū. Sed po test dici eas nō extringui, cū possit adhuc eō ueniri: & per abbatem vel ꝑ alium respōsalem respondebit: vt. ī. apud quos opor. cau. dila. col. vj. & ibi plenius dicemus.*

† *Cōcor. gl. clericus: aliās potest ēē monachus, sed non clericus: vt. C. de epis. & cleri. l. generaliter.*

† *Cōcor. gl. in. c. cū deputati. supra. per verbo, notionis. de iud. vbi uisibi cōpetentes detur distinguere quæ lis sit irredarilas: & quæ tolā dicūt vtrūque verū: latur ꝑ ingressum relas. §. iniuriarū. Sed po test dici eas nō extringui, cū possit adhuc eō ueniri: & per abbatem vel ꝑ alium respōsalem respondebit: vt. ī. apud quos opor. cau. dila. col. vj. & ibi plenius dicemus.*

nec infamiam facti vel iuris: licet etiam sit illa macula: vt. C. de infa. l. antepe. Sed econtra si est gratus, nō ideo efficitur ingratus, quia monasteriū intrat: vt. ī. de san. epis. §. nulli. & §. interdicim'. col. ix. & C. de epi. & cler. deo nobis. §. hoc etiam. Azo.

A infra eo. §. cogitandum.
r *Venientem.* ad conuersationem monachalem.
s *Maculam detergat.* id est purget. s. à peccato: vt. ī. e. §. si vero intra. in fi. nō ergo ingratitudinē filij deleret, licet sit macula: vt. C. de inof. tes. l. fratres. de iure canonum secus. xix. q. vl. c. nō liceat.
t *Purum.* à peccato.
u *Declaret.* hoc verbū regit omnes sequentes accusatiues.
x *Decentem.* ergo qui nō facit decētia rationabili naturę. i. homini qui est animal rationale mortale: nō decet vt dicat homo, sed bestia.
y *Secundum mentem.* i. animā, quę à mente diuina descendit. Vel dic secundum rationē insitam menti à deo.
z *Celsiorem.* nā erit in vita cōtemplatiua, quæ est celsior siue altior q̄ actiua. Accursius.
a *Eruditione.* nō tamē exigitur q̄ sit summus theologus, sed q̄ in fide non erret, & literas sciat, vt sit monachus clericus: aliās potest ēē monachus, sed non clericus: vt. C. de epis. & cleri. l. generaliter.
b *Mutatione.* quæ fit cū labore: vt. ī. e. §. sancimus. nūquid ergo erit capite minutus? Rñ. sic: vt instit. de capi. de. in prin. Item nunquid actiones primo in eū & sibi cōpetentes extinguūtur: & nūquid postea restituuntur ex illo edicto de capi. de. vt. ff. de capi. de. l. ij? Rñ. quidā dicūt vtrūque verū: vt. ff. de capi. de. l. tutelas. §. iniuriarū. Sed po test dici eas nō extringui, cū possit adhuc eō ueniri: & per abbatem vel ꝑ alium respōsalem respondebit: vt. ī. apud quos opor. cau. dila. col. vj. & ibi plenius dicemus.
c *Et nos.* Sed quid ad principem de spiritualibus tractare? Rñ. vt dicetur. ī. titu. j. in principio.
d *Et decertatores.* s. ieiuniis & orationibus contra diabolum. & expone, decertatores, id est bellatores.
e *Vt post illa.* hic collige continuationem huius constitutionis.
f *Disposuimus.* quas constitutiones non habemus. nam de ea quę est. ī. de san. epis. non dicit, cum illā posuimus post istam: vt. C. de no. co. fa. l. j. nec de illa quæ est. ī. e. vt deter. sit. quia ibi nō dicitur de episcopis. Item nec de illa quæ est. ī. titu. j. quia est & illa post istā. vel dic quòd dicit de illa. ī. vt deter. &c. quia de clericis & episcopis fit mentio ibi in fin. primæ col.
g *Competit.* id est extra monasticam vitam.

BIU Cujas

a *Agendi.* id est monasterium ædificandi.
b *Ille.* scilicet episcopus.
c *Ponens.* sicut etiam in constitutione cuiuslibet ecclesiæ aliter facta non est ecclesia, sed spelunca illicita dicitur: vt infra de ecc. titu. §. si quis autem. & j. vt nul. fabr. ora. do. j. respō. colla. quinta.
d *Fieri modo.* scilicet monachos.
e *Similiter.* id est æqualiter.
f *Non est masculus.* hoc intelligunt quidam sic, vt monachus nō sit liber vel seruus: vel masculus vel fœmina, cū mortuus sit: vt. j. e. §. si autem vxorem. sed illud quo ad dotem vel donationem verū est, vt ibidem dicitur: vt. j. de nup. §. per occasionem. col. iiij. Dic ergo, non est liber &c. id est non est differentia hominum inter ista genera quo ad gratiā dei suscipiendam: sed quo ad alia differentia est inter mares & fœminas: vt. ff. de sta. ho. l. in multis. & inter liberos & seruos[a], cū sint species oppositæ: vt insti. de liber. §. j. Item seruus factus monachus recedēs redditur dño cū rebus: vt. j. e. §. si vero seruitij. sed liber recedens res monasterio dimittit: vt j. e. §. si quis autē semel. Itē in ordinatione clerici est differētia: quod dic vt. j. de sanc. epi. §. adscriptitios. &. §. si seruus. colla. ix.
g *Omnes.* Sic etiā in alio omnes pares sunt: vt. ff. de accu. hos accusare. in fi.
h *Sequentes regulas.* sic infra titu. j. §. j.
i *Singularem.* monasticam. nā etiā monachus à monos qđ est vn[9] dicitur, quasi solus: & achos quod est tristis: [b] vt. C. de episco. & cler. l. decernimus.
k *Non promptè.* hoc si dubia est eius cōditio: aliàs si certa, statim potest fieri monachus, & imponi cuculla: vt. j. de sanc. epis. §. si quis aūt. sed & si est dubia: in laico ignoto triēnium: in noto bienniū: in clerico ignoto bienniū: in noto autem annus expectatur de iure canonum. [c]
l *Tonsura.* scilicet rotūda siue corona: quia illa confert ordinē secundum quosdam: quod non credo.
m *Vocantur.* scilicet vulgariter, vt in ecclesiis.
n *Habere eos.* repete, & sanctissimos reuerendissimos abbates requirere &c.
o *Adhuc docentur.* qui nouitij appellantur.
p *Experimento.* sic insti. in proœ. §. cumque.
q *Non enim.* interpositio est, vt in infinitis locis in hoc volu-

† σύμβολον. Gr. e.
* προσκυνητὸν καὶ τίμιον ὄντως σαυτόν.

Differentia nō est generis ap. deū. Galat. 3.

a Sic etiam dicit beatus Amb. in vita beatorū martyrum Vitalis & Agricolæ.

† *Huic articulo derogat Nouel. 123. quæ p. mittit liberum statim vestiri. Conb Vnde Chrysostomus super epistolā ad Hebræos, Qui monachū profiteris, qui crucifixus es: qui debes lugere, vides?*

c De hoc vide in ca. ad apostolicā. cū glo. suis extra de regula. & trāseun. ad religio. vbi tex. & glo. & multa concor. ad hoc.

nerabile monasteriū voluerit: nō prius licētiam esse hoc agēdi, [a] quàm deo amabilē locorū episcopū aduocet. at ille [b] manus extēdat ad cœlū, & per orationē locū cōsecret deo, figens in eo salutis nostrę signū † (dicimus autē adorandam & honorandā verè crucem) * sicque inchoet ædificium: bonum vtiq; quoddā hoc & decēs fundamētum ponens. [c] Hoc itaq; principium pię venerabiliū monasteriorum fabricę fiat.

CAP. II. De monachismū profitentibus non statim vestiendis.

HINC autē nobis etiā de singulis monachis cogitādum est, quo cōueniat fieri modo: [d] & vtrū liberos solū, an etiā fortè seruos, eo ꝙ omnes similiter [e] diuina susceperit gratia, ꝓdicans palam, quia quātum ad dei cultū non est masculus, [f] neq; fœmina, neq; liber, neq; seruus: omnes [g] enim in Christo vnā mercedē percipere. Sācim' ergo sacras sequētes regulas, [h] eos qui singularē [i] cōuersationem profitētur, nō prōptè [k] mox à reuerēdissimis prę sulibus venerabiliū monasteriorū habitum ꝓcipere monachalē: sed per triēniū totum (siue liberi fortè sint, siue serui) † tolerare nō dū monasticū habitum promerētes: sed tōsura [l] & veste eorū qui laici vocantur, [m] vti, & manere diuina addiscētes eloquia: & reuerēdissimos eorum abbates requirere eos siue liberi sint, siue serui, & vnde eis desideriū vitæ singularis accesserit: & discentes ab eis quia nulla maligna occasio ad hoc eos induxit: & habere eos [n] inter eos qui adhuc docētur, [o] atq; monentur: & experimēto [p] percipere eorum tolerantiam & honestatem: non enim [q] facilis est vitæ hominum mutatio, sed cum animæ [r] fit labore.

CAP. III. Vt post triennū monachismum profeßi siue liberi si-

A mine: vt infra eo. §. si quis autem monasticam.
r *Cum animæ.* id est animati corporis. nam anima gaudet, & non patitur laborem in hoc. sic. C. de sacr. ec. l. sancimus. in fi.
s *Vestem.* scilicet cucullam & scapularium.
t *Tonsuram.* scilicet cum corona.

ue serui vestiantur.

ET dum triēnio toto ita ꝓmāserīt, optimos semetipsos & tolerabiles aliis monachis & præsuli demōstrātes, hos monasticā promereri vestem [s] atq; tonsurā: [t] & siue liberi sint, sine calūnia permanere: siue serui, penit[u] nō inquietari migrātes [u] ad cōmunē omniū (dicim' aūt cœ
B lestē) dominū: & arripiātur in libertatē. Nā si in multis casibus etiā ex lege [x] hoc fit, & talis quędam libertas datur: quomodo [y] nō prævalebit diuina gratia talibus eos absoluere vinculis? Si vero intra triēniū venerit quispiā, & aliquē horū qui cōuersationē profeßi sunt, trahere tanquam seruū voluerit: hoc quod nobis nuper [z] ex Lycia [a] nūciauit Zosimus * deo amabilis, vir famosissimus [b] in cōuersatione, & ꝓpe vicesimum & centesimū ætatis agens annū, pollēs aūt & animi virtutibus, & corporis oC peratiōibus, tāta quædam in eo gratia dei floret. Si quis igitur (sicut p̄diximus) intra triēnium veniat aliquē in seruitutē trahēs volētium & perdurātiū [c] vt fierent monachi, & dicat quoniā abripuit quasdā res, & ꝓpterea recurrit ad monasterium: sancimus eū non promptè agere, sed primo ꝓbare [d] ꝓ veritate quia seruus est, & ꝓ furto forsan aut vita maligna, aut vitiis [e] pessimis fugerit quidē propter suū vitiū [f], ad monasteriū aūt venerit. & si quidē verax ostendat, & apD paruerit [g] ꝓpter eiusmodi causā monasticā simulās [h] cōuersationē, aut propter turpitudinē vitę forte diffugiēs, [i] & nō pro veritate sanctimoniæ habitū cōcupiscens, hūc reddi domino cū quibus [k] forsan abripuit, si tamē hę res etiā in monasterio fuerīt: eū vero qui dominus approbatur, dare ei [l] iusiurādum quia nihil mali ei faciet, & suscipere atq; eum reducere domū. Si verò

u *Migrantes.* serui dico migrantes, id est accedentes.
x *Ex lege.* vt. C. cō. de ma. l. fi. &. C. ꝓ qui. cau. ser. acci. li. per totum titu. &. C. de Lati. lib. tol. per totū. &. C. q mili. pos. vel nō. l. fi. per seruis. Sed nunquid monasterium pretium talis serui reddet domino? Videtur ꝙ sic: vt C. pro quibus cau. ser. l. fi. sed cōtra dico: quia imputo domino quare tantum tardauerit.
y *Quomodo.* sic insti. qui. mo. ius pa. por. sol. §. filius. sic. j. cōsti. quæ de dig. in prin.
z *Hoc quod nobis nup.* hæc est interpositio vsque illuc, si quis igitur.
a *Ex Lycia.* nomen proprium prouinciæ.
b *Famosissimus.* abbas fuit sanctissimus: vt di. ' citur in decretis.
c *Et perdurantium.* in probatione.
d *Probare.* No. qđ ꝓ minus probat, ergo ser uus est in possessione libertatis: vt. C. vbi cau. sa stat. aga. l. j. & ff. de li. cau. l. liberis. §. fi. Sed nunquid dolo malo est in possessione? ergo est pro eo ac si in possessione seruitutis esset vt C. de proba. l. vis enim. &. ff. de lib. cau. l. quod autem. quare dic quòd hic est fauor religiōis, vt ipse non probet, licet dolo malo sit in possessione libertatis: aliàs vt dictum est, esset cōtra.
e *Vitiis.* vt quia adulterat xorem alterius accessit: vel simile. Ac.
f *Propter suum vitium.* scilicet statim à domino vt non verberetur: & postea ad monasterium otiosè iuit: vt sequitur: aliàs si statim ad monasterium iret, redderetur domino: vt C. de iis qui ad eccl. cōfu. l. præsenti. §. fin.
g *Apparuerit.* propter probationem illius.
h *Simulans.* tanquam liber, cum sit seru[9]: vel melius simulat se velle fieri monachum, cum solum voluerit euitare pœnam.
i *Diffugiens.* scilicet ad monasterium vt euitet pœnam illius delicti. nam aliàs interficit se quis quandoque propter conscientiā delicti: vt. ff. de bo. eo. qui sibi mor. l. finali.
k *Cum quibus.* scilicet rebus.
l *Dare ei.* scilicet abbati. vel dic seruo: vel impersonaliter: non curo: vt infra de man. princi. §. sed neque. coll. ix.

BIU Cujas

is quidem qui dicit se esse dominum, nihil tale probauerit, & appareat is qui in talibus accusatur, ex ipsa cõuersatione honestus ac mitis, & forsan testimonium [a] habeat aliorũ, quòd etiam apud dominum cõsistens disciplinatus fuerit, & honestatis amator: [b] etsi nondum fortè completum est triennij tẽpus, attamen etiam sic maneat in venerabili monasterio, trahẽtium asperitate liberatus. Triẽnij verò semel expleto tempore, iudicatus quia monastica dignus est honestate: maneat in monasterio. Nequaquã enim damus licentiam vlli penitus perscrutari quæ eius [c] sunt: sed siue liber, siue seruus sit, manere eum in cõuersatione volumus. nam etsi vitiũ [d] in priori ab eo forte gestũ est vita [e] (humana [f] enim natura quodãmodo labitur ad delicta) attamen sufficit ad mediocrem [g] purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentũ, triennalis tẽporis testimonium. ea verò quæ rapta sunt, etiam si apud quoscunque inueniantur, modis omnibus reddantur prisco [h] domino.

CAP. III. De seruo monacho in aliam vitæ figuram transeunte, retrahendo in seruitutem.

SI vero seruitij necessitatem effugiens, [i] tẽtauerit [k] monasterium quidem derelinquere: aliã autem vitæ sectari figuram: [l] licentiam damus domino & trahere eum: & probãti fortunã, [m] inter seruos habere. [n] non enim iniuriam patietur tantam ad verum seruitium tractus, [o] quantum ipse iniuriatus [p] est dei culturã refugiens. Et hæc quidẽ de fortuna [q] horũ qui inter monachos profiteri volũt, sancimus.

CAP. IIII. Vt monachi communiter habitent & dormiant.

COGITANDVM verò est, quomodo ipsos habitantes & degẽtes, monasticæ philosophiæ certatores [r] dignos esse ostendamus. Volumus enim nullum monasterium sub ditione nostra constitutum, siue plurimorum hominum est, siue paucorum: monachos qui ibi sunt, diuisos ab alterutris esse, & ꝓpriis habitationibus vti: sed cõmuniter quidem eos cõmedere sancimus: dormire verò omnes in communi: vnoquoque quidem in propria quadam stratura [s] iacente, in domo verò vna collocatos: aut si fortè non sufficit ad multitudinẽ monachorum domus vna, in duas forsan aut plures, non tamen seorsum & apud semetipsos, sed in communi, testes [t] alterutris sint honestatis & castitatis: & neque ipsum somnum desidiosum habeant, [u] sed meditantes bonum ornatum, propter increpationẽ respiciẽtium: nisi tamen [x] quidã eorum in contẽplatione & perfectione degentes, vitam remotam habeant in hospitio: (quos vocare anachoretas, [y] id est discedẽtes: & hesychastas, [z] id est quiescentes consueuerunt, tanquam à cõmunione ad meliora exceptos) alioqui alios quibuscunque inter multitudinẽ conuersatio est, in iis quæ vocantur cœnobia, id est in cõmuni vita esse volumus. sic enim zelus [a] eis ad virtutẽ crescit, & maximè iuuenibus, si cum senioribus cõstituantur. fiet enim seniorum cõuersatio, iuuentutis educatio perfecta: [b] & sic sint ĩ cœnobiis suo proprio abbati [c] obediẽtes, & traditã sibi cõuersationem [d] inculpabiliter obseruantes.

CAP. V. De monacho qui monasterium dimiserit.

Constitutus in minoribus ordinibus si vxorem acceperit, de clero est expellẽdus. Ang.

SI quis autem fortè semel dedicatus, schematéque [e] potitus, deinde à monasterio discedere voluerit, & priuatam fortasis eligere vitam: ipse quidem sciat quã pro hoc dabit deo satisfactionem: res autẽ quascunque habuerit dũ in monasteriũ intrabat, eas dominij esse monasterij: & nihil [f] penitus eiiciat.

CAP. VI. De viro vel muliere qui quæve solitariam vitam appetit.

ILLVD † quoque decernimus: qui in monasterium introire voluerit, antequã monachus conuenitur: vt. j. in patre licet tanquam amico, aliquantulũ minor fides habeatur: vt C. de test. l. eos. &. ff. de testib. l. iij. Idẽ de conuerso. idem de monacho: vt. j. eo. §. pen. &. j. tit. j. §. quanta igitur.

u *Habeant*. aliàs habeatur.

x *Nisi tamẽ*. bene dixi eos simul esse nisi &c.

y *Anachoretas*. Græcè, Latinè eremita siue extraneus, vel ab aliis discedens, vt sequitur.

z *Hesychastas*. Græcè: aliàs vt in nouellis.

a *Zelus*. id est amor erga deũ, aliàs pro inuidia dicitur. vnde illud: Zelus domus tuæ comedit me. & aliàs Zelo zelatus sum &c. *Psal. 68.* *3. Reg. 19.*

b *Perfecta*. Vnde illud: Mores à cõiuncto formãtur: vt. ff. de ædil. edict. l. ædiles.

c *Abbati*. vel priori.

d *Conuersationem*. id est regulam.

e *Schematéque*. i. ordine vel habitu monachali: & ita post triennũ.

f *Et nihil*. idé in aliis clericis qui bona inferunt in ecclesiam: vt C. eo. s. de epis. & cleri. l. deo nobis. §. huius.

Quid si non tenuit monachatio, nunquid res in monasterio remaneant? Respon. distingue: aut & monachatio, & rerum oblatio expressè vtrũque factũ fuit: quo casu cũ vnum ex altero non pendeat: licet vnum nõ valeat, alterum valet: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. centum. Si autem monachatio tantũ facta fuit, & sic per cõsequés rerũ oblatio: vt. j. proxi. §. sublato principali nõ remanet accessorium: vt. ff. si quis cau. l. ij. j. respõ. ar. ff. de fer. rusti. prædi. l. iij. &. C. si pen. app. mors interue. l. iij. &. C. si reus vel accu. l. j. Item nunquid earum rerum nomine monasterium cõuenitur? Videtur ꝙ non tanquam successor: vt. ff. de iur. do. l. mulier bona. & insti. de adquisi. per arro. §. fi. sed ratione pos [f] sessionis rei vẽditæ vel quæ ratione possessio- *Monachatione nõ tenẽte an res apud monasterium maneant.* *Concor. c. in præsentia extra de probat.*

nis dantur: personalibus autem idem monachus conuenitur: vt. j.

a *Testimonium*. ſ. bonum: vt vulgariter dicitur. j. e. §. cogitandũ.
b *Amator*. nam si prius tunc bonus fuit, & nunc bonus præsumitur: sic & econtra: vt. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. &. ff. de accu. l. si cui. §. eisdem.
c *Eius*. scilicet serui, an sit liber nécne. Accursius.
d *Etsi vitium*. id est peccatum, vt furtũ vel simile: vt. j. e. §. j. Acc.
e *Vita*. id est antequã esset monachus. Acc.
f *Humana*. interpositio est. Accur.
g *Mediocrẽ*. aliàs meliorem. Accur.
h *Prisco*. id est antiquo. Accursius.
i *Effugiens*. prius tamẽ iuit ad monasteriũ.
k *Tentauerit*. scilicet postea.
l *Figuram*. quancũque vitam faciat.
m *Fortunã*. id est seruitutem.
n *Habere*. sed nonne iam erat liber propter monachationem? Respõ. sic, [a] sed tanquam per ingratitudinem in seruitutẽ reducitur: vt C. de liber. & eo. libe. l. iij. Qualiter ergo ꝓbabit eum seruum, cum constet eum liberum? Respon. probabit eum prius fuisse seruũ suũ, vt nũc sibi cõpetat occasione ingratitudinis actio. Si autem curialis fuisset, suæ curiæ redditur: vt. j. eo. § si vero relinquens. Si autẽ est prorsus liber, res perdit suas, & primo monasterio applicãtur, & ipse in aliud monasterium detruditur: vt dicemus. j. e. §. si vero relinquẽs. vt & ibi dices.
o *Tractus*. id est ad veram seruitutem primi domini.
p *Iniuriatus*. ſ. deo.
q *De fortuna*. i. conditione.
r *Certatores*. sic supra eo. j. respon.
ſ *Stratura*. locus quidam vilis ad iacendum dispositus: vt. ff. de verbo. sign. l. in stratum.
t *Testes*. nudo verbo non dico coram deo: licet quidã cõtradicãt: quia sibi nullũ latet secretum. Sed nunquid aliàs in iudicio potest esse testis? Respon. sic b cum nõ sit prohibitus: vt. ff. de testi. l. j. nec obstat ꝙ dicitur mortuus: quia quo ad matrimonium verum est: vt. j. eo. §. si autẽ vxorẽ. imo ideo magis ei creditur, & magis puniretur si falsum inueniretur dixisse. argu. C. de epis. & cle. l. presbyteri. Item nunquid pro monasterio vel cõtra potest ferre testimonium? Videtur ꝙ non: vt. ff. de in ius vocan. l. sed si. §. qui manumittitur. &. ff. de re. diui. l. in tãtũ. §. vniuersitatis. &. ff. quod cuiusc. vniuer. l. sicut. Sed credo contra, cum non sit prohibitus: vt. ff. de testi. l. j. Item nunquid in causa alterius monachi? Respon. ꝙ sic, eadẽ ratione: quia & causam potest habere: vt. j. apud quos oportet.

u *Habeant*. aliàs habeatur.
x *Nisi tamẽ*. bene dixi eos simul esse nisi &c.
y *Anachoretas*. Græcè, Latinè eremita siue extraneus, vel ab aliis discedens, vt sequitur.
z *Hesychastas*. Græcè: aliàs vt in nouellis.
a *Zelus*. id est amor erga deũ, aliàs pro inuidia dicitur. vnde illud: Zelus domus tuæ comedit me. & aliàs Zelo zelatus sum &c. *Psal. 68.* *3. Reg. 19.*
b *Perfecta*. Vnde illud: Mores à cõiuncto formãtur: vt. ff. de ædil. edict. l. ædiles.
c *Abbati*. vel priori.
d *Conuersationem*. id est regulam.
e *Schematéque*. i. ordine vel habitu monachali: & ita post triennũ.
f *Et nihil*. idé in aliis clericis qui bona inferunt in ecclesiam: vt C. eo. s. de epis. & cleri. l. deo nobis. §. huius.
Quid si non tenuit monachatio, nunquid res in monasterio remaneant? Respon. distingue: aut & monachatio, & rerum oblatio expressè vtrũque factũ fuit: quo casu cũ vnum ex altero non pendeat: licet vnum nõ valeat, alterum valet: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. centum. Si autem monachatio tantũ facta fuit, & sic per cõsequés rerũ oblatio: vt. j. proxi. §. sublato principali nõ remanet accessorium: vt. ff. si quis cau. l. ij. j. respõ. ar. ff. de fer. rusti. prædi. l. iij. &. C. si pen. app. mors interue. l. iij. &. C. si reus vel accu. l. j. Item nunquid earum rerum nomine monasterium cõuenitur? Videtur ꝙ non tanquam successor: vt. ff. de iur. do. l. mulier bona. & insti. de adquisi. per arro. §. fi. sed ratione pos [f] sessionis rei vẽditæ vel quæ ratione possessio- *Monachatione nõ tenẽte an res apud monasterium maneant.* *Concor. c. in præsentia extra de probat.*

nis dantur: personalibus autem idem monachus conuenitur: vt. j.

BIU Cujas

apud quos opor.mo.causas.col.vj.vel dic vt no. in auth. ingressi.C.de epi.& cle.

a *Voluerit modo*. poterit ergo sibi vel vsufructus nomine vel proprietatis aliquid seruare: vt hic. sed contradico: nã nihil retinere potest, vt sequitur: & quod hic dicitur, verum est in alios, & non in se. Sed nunquid intrando rũpitur testamentũ? Respõ. sic duabus rationibus, & quia capite minutus est: vt insti.qui.mo.test.infir. §.nõ tantũ. &.ẽ.eo.§.j. & quia quasi filius sibi agnascitur. s. monasteriũ: vt.j. de san.epis.§. sed hoc presenti. Quare dic cp alia voluntas hæc fuerit, & nõ testamentũ: vel aliquid monasterio relinquat, vt nõ videatur præteritus posthumus: vt insti.de exhære.lib.§.ij.

b *Nõ erit dominus*. sed videtur cp sit. nã adhuc postea disponit si prius nõ disposuerat: vt.j.de san.epi.§.si qua mulier. col. ix. Sed dic cp non ideo est dominus. nã & de alienis aliquis quãdoq; testatur: vt instit. de pupil. substi. §.j. & C.de secun. nup.l.fœminæ.§.fin. Vel dic vt ibi dicemus. Itẽ quid si causa orationis vel ꝓbationis? Respõ. nõ habet locũ quod hic dicitur: sed ita demũ si seculo renũtiauerit: vt.j. eo.§. si vero relinquẽs. Itẽ quid si ecclesiã secularẽ vel capellã, vel plebẽ, vel simile intret? Respon. tenet propria & adquirit, & testatur in his: vt.j. de san.epi. §.presbyteros autẽ. Idẽ de episcopo: vt.j.de eccle.tit.§. interdicimus. coll.ix. Accur.

c *Vlterius*. i. à tẽpore introitus: vel dic ex tẽpore huius legis: vt.j. hęc cõ.interpre.const. de his &c. colla.vj.

d *Antenuptialem*. quas filiis dederat vt donarent vxori: & idẽ de dote quam dat filiæ vt det marito: vel etiam ipse pater dat. Acc.

e *Minus quarta*. quod hic de quarta dicitur, hodie correctũ est: vt infra de trien. & semis. §.j. colla. tertia.

f *Abrenuntians*. seculo & propriis.

g *Filiis*. hic subdiuidit, aut &c.

h *Totum*. quando nihil dederat eis.

Quarta an statim post ingressum potest peti.

i *Detur*. Sed an quod debetur. s. quarta, statim post ingressum peti potest? videtur cp non: vt. C. de dona. inter vi. & vxorẽ. l. res. in fi. sed contradicas: quia filij fame perirent: quod præcauendum est: vt. C. de alen. li. per totum. & quia pro mortuo est iam: vt.j. proxi. §.&.j. de nup. §. secundum occasionem. col. iiij.&.j. vt lice. ma.& auiẽ.§. quia vero ex cõsensu. col. viij.& sunt hæc vera quãdo volens quis monachus efficitur: aliàs si inuitus efficitur monachus, aliæ duæ partes descendentibus, tertia monasterio: vel si non habet descendentes, tertia ascẽdentibus, duæ monasterio dãtur: vt.j. vt nulli iudi. §. adulteram. &. §. quia vero.&. §. adulteria. col. ix.&.j. vt lice. ma.& auiæ. §. quia vero ex consensu.

k *Eam relinquens*. pro certo ponit quòd potest dimittere eam: quod est verum secundum leges. sed secundum canones non potest, si cognouit illam carnaliter: nisi & illa voueat castitatem. si autem non cognouerit, potest: vt extra de conuer. con. c. ex publico. Accursius.

sterium ingrediatur, licentiã habere, suis vti quo voluerit modo. [a] Ingredientẽ nanque simul sequuntur omnino res: licet nõ expressim, qui introduxerit eas, dixerit: & nõ erit dominus [b] earum vlterius [c] vllo modo. Si verò filios habuerit: si quidẽ cõtigerit iã eum res aliquas donasse eis, aut per antenuptialem [d] donationẽ, aut per dotis occasionem contulisse, & faciunt hæc quartã ab intestato eius substãtię: nullum in reliquis rebus habeãt participium filij. sinautem nihil eis donauerit, aut minus quarta: [e] postquam abrenuntians [f] conuersatus fuerit inter monachos, nihilo minus quarta debeatur filiis, [g] aut supplemẽtum, si contigit eos iam aliquid accepisse, aut etiã quatenus totum [h] eis detur. [i] Si autẽ vxorem habens, deinde eã relinquens, [k] in monasterium ingrediatur: & dos mulieri seruetur, & ex morte pactũ: [l] (quod in alia nostra sanciuimus constitutione [m]) omnibus [n] quæ super monachis de his dicta sunt, & in mulieribus in monasterium ingredientibus, valituris.

CAP. VII. De monacho monasterium dimittente.

SI vero relinquẽs monasterium, ad quãdam veniat militiã, aut ad aliam vitæ figurã: substãtia eius etiam sic in monasterio (secundum quod à nobis prius dictũ est [o]) remanẽte, ipse inter

l *Ex morte pactum*. vt si fecerat pactũ mulier de donatione lucranda tota vel pro aliqua parte si præmoriatur marito: vt.ẽ.de non alie.§. hoc autem. nunc lucratur: quia pro mortuo habetur: vt.j. de nup.§. secundum occasionem. Accursius.

m *Constitutione*. vt. C. de epis.& cler. l. deo nobis. §. sponsa. &. §. hoc etiam.

n *Omnibus*. facit.j.tit. j.§. quarta. sic & infra eod.§. pe.

o *Dictum est*. vt.ẽ.e.§. si quis autem fortè.

p *Officiales*. erat autẽ officium multiplex ministrãs præsidi, & onerosum. vnde etiam sine remissione naturalitatis fiebat, si quis filius naturalis curiæ accederet, & præsidi seruiret: vt insti. de nup.§. fi. &.j. quib⁹ mo. nat. effi. sui. §. si quis igitur fuerit. colla. vij. ex his officialibus interdũ accõmodabat defensori pses: vt.j. de defen. ciui. §. nulla. colla. iij.

q *Statuetur*. hoc si prius fuerat officialis: aliàs si seruus, domino: vt supra eod.§. si vero seruitij. liber in aliud monasteriũ cũ rebus post exitũ quæsitis mittitur: vt.j. de san.epis.§. si monachus. colla. ix.

r *Fructum*. i. damnũ. & sic ironicè loquitur.

s *A priori*. hoc est verum de acquisitis ante exitũ. aliàs contra: vt.ẽ. §. proxi. diximus.

t *Non suscipere tum*. nisi voluntate abbatis prioris monasterij & episcopi. nam episcopus mittit eũ in aliud monasterium: vt infra de san.epis.§. si monachus.

u *Circũlatæ*. id est incertum vagum.

x *Alia*. quàm quæ habebat in primo monasterio.

y *Requirentis*. scilicet animæ.

officiales [p] clarissimi prouinciæ iudicis statuet: [q] & hũc habebit mutationis fructũ, [r] vt qui sacrũ ministeriũ despexerit, tribunalis terreni obseruet seruitium.

CAP. VIII. De monacho qui de vno ad aliud monasterium transit.

SI vero relinquẽs monasterium in quo conuersationẽ habuerit, ad aliud transeat monasterium: etiã sic quidẽ eius substantia maneant, & vindicetur à priori [s] monasterio vbi abrenũtians hanc reliquit. Competens autẽ est reuerendissimos abbates non suscipere eum [t] qui hoc egit. Erronea nãq; talis est vita monastica, nullatenus tolerãtiæ proxima, neq; cõstantis & persistẽtis animæ, sed indicium habẽtis circũlatæ, [u] & aliũde alia [x] requirẽtis. [y] Eapropter etiã hoc prohibeãt deo amabiles episcopi & archimãdritæ [z] nuncupati, monasticã honestatẽ secundum regulas [a] sacras conseruantes.

CAP. IX. Ne monachi vxorem ducant aut concubinam.

SI quis autem monasticam profitentium [b] conuersationẽ [c] meruit clerici [d] ordinationem: maneat etiã sic [e] purã seruans cõuersationẽ. cp si facti clerici abutantur [f] fiducia, [g] & ad nuptias venire psumant: quippe [h] in tali gradu cõstitutus inter clericos, qui ei vxorem ducere permittat: [i] (dicimus autem gradũ cantorum, aut lectorũ, [k] aliis [l] enim omnibus [m] nuptias secundũ sa-

z *Archimandrita*. archos, princeps: mandrita, magister: inde archimandrita, id est princeps magistrorum: hoc est, abbates vel priores monachorum.

a *Regulas*. sic infra titu.j.§.j.

b *Professentium*. id est eligentium.

c *Conuersationem*. aliàs conuersionem.

d *Clerici*. in minoribus ordinibus.

e *Etiam sic*. quasi dicat, ac si iam esset in gradu altiori clericatus prouectus.

f *Abutantur*. ex eo quòd erat clericus in minoribus ordinibus constitutus, erat fiducia, id est spes ascendendi ad maiores: quia sæpe abutitur accipiendo vxorem: & ideo ad maiores non ascendet.

g *Fiducia*. ex his enim quæ gerit in minori ordine, præsumimus quòd malus erit clericus in maiori: sic & econtra est bona spes quandoque: vt insti. in prœmio. in fi.

h *Quippe*. interpositio est vsque ibi, excludatur &c.

i *Permittat*. scilicet aliàs si non esset monachus, vt in quatuor minoribus ordinibus constitutus: vt infra titu.j.§. neque autem. qui statim sequitur.

k *Lectorum*. qui sunt in minoribus ordinibus constituti.

l *Aliis*. in maioribus ordinibus constitutis.

m *Omnibus*. etiam si non sint monachi.

Concubinat.

BIU Cujas

a *Concubinas.* sic.j.de san.epis.§.presbyteris.col.ix.
b *Confundens.* confundere enim bonam & malam vitam vult.
c *Dudum.* in Græca constitutione quam non habemus.
d *Deo.* sic supra eo.§.si quis autem forte semel.Accursius.
e *Monasterium.* subaudi fieri volumus: & repete, fieri volumus abbatem non per ordinem.
f *Per ordinem.* aliud in defensore ciuitatis: vt infra de defen. ciui. §. interim. colla. iij. Accursius.
g *Nec omnino.* Argu. contra supra de hære. & Fal.§. inordinatum. Accursius.
h *Lex nostra.* Græca, quam nō habemus: nec enim de illa quæ est.j. de san.epis.§.iubemus. dicit, quæ est post illā, cum postea inueniamus eam: vt.C.de no. co.fa.§.fin.
i *Episcopū.* No.quòd per hanc constitutionē episcopus eligit abbatem, sed hoc corrigitur: quia monachi eligunt, & episcopus ordinat: vt.j.de san.epis. §.iubemus.
k *Non enim.* interpositio est vsque ibi, & eum &c.
l *Exhonorandum.* id est honorandum.
m *Tempus.* No.argu. pro nouis doctoribus. sic.C. de offi.rec. prouin.l. potioris.ar.contra.ff. de mu. & ho.l. semper.&.C.de postu. l.prouidēdum. &.ff. de fid.instru.l.fin.& supra eodem.§. cogitandum. &.ff. si cer. pet.l. cum quid.in fin.
n *Præsulatu.* id est dignus quòd sit abbas.
o *Talis est.* vt omnes homines sint æquales, vt subiicit.Accur.
p *Sumos.* vt.C.de veteiur.enu.l.j.Accur.
q *Secundum gradum.* scilicet bonorum, non temporis: vt supra proxi.dixit.
r *Præcedentis.* scilicet episcopi.Accur.
f *Suffragantem.* id est adiuuantem. Et sic nota quòd dat fauorem personæ auctoritas dignitatis. sic.ff. de senat. l.fin.
t *Quod melius.* sic infra quib⁹ mo.natu.effi. sui.§.j.col.vij.
u *Dimittere.* sic.ff. loca.l.in naue.in fi.sic.ff. de mu. & hono. l. rescripto.
x *Inclinari.* id est omittere.
y *Quæcunque.* nunc dicit, quæ dixi.s.in monachis, habeant locum in monachabus: & vltimo dicit quòd archiepiscopi debent hæc omnia manifesta facere episcopis sub se positis. Accursius.
z *Prius.* vt.C.de epis.& cleri.l.fi.
a *In fœminis.* supra eod.§.omnibus.
b *Asceteriis.* ab assistendo dicitur, quòd multum statur ibi ad orādum: vt in loco vbi sit corpus sanctum.
c *Prædiximus.* vt supra eo.§.hinc autem.
d *Metropolitis.* id est archiepiscopis: aliàs metropolitanis.
e *Rectorum.* neutri generis.
f *Sequitur lex.* sic infra vt cleri. apud propri. epi.§. fin. col.vj.& infra de eccle. tit.§.j.j. respon.colla.ix.
g *Sequentem.* scilicet nos.
h *Tuam.* ô Epiphani. vt supra eodem in princip.
QVOMODO oporteat episcopos & cæteros clericos ad ordinationes perduci: & de expensis ecclesiarum.
De monachis dictū est ex quibus fiunt episcopi: quare videamus de episcopis: vt infra eod.§. igitur ordinandus. & de hoc dicitur infra eod. vsque ad.§. & illud etiam.
i Clericos. *hoc expeditur infra eod.§. hoc autem de deo. &.§. sed neque.&.§. quanta.*
k De expensis. *hoc dicetur infra eod.§. sed neque effusas.*
l *Maxima.* vere est maxima: qa ex his duobus totus regitur mundus. vnde illud: Ecce gladij duo hic. secundum vnū intellectum. Alij dicunt quòd duo testamenta significant.
m *Imperium.* immo à populo Romano videtur esse imperium: vt institu. de iu.na. §. sed quod principi. Respō. & illud dei dispositione factū fuit, sine quo factum est nihil: vt dicitur in euange. &.j.de fi.instru.§. quia igitur. in prin.col.vj.
n *Illud.* sacerdotium.
o *Hoc autem.* scilicet imperium.
p *Vtraque.* scilicet dona & sacerdotiū & imperium. Cur ergo mater imperij dicit ecclesia: vt.s.vt deter. sit nu. clc.§.j. cū magis soror sit vt hic? Rñ. illud dicitur ratiōe dignitatis. s. qp res diuinę digniores sūt: vt.C.de ve.iu.enu. l.ij.§. sed quia. idē tamē principiū habēt vt hic: & ideo parū differunt: vt.j.tit.j.§. finimus.

Episcopus abbatē eligit.

† Cener.c. 2.cū glo. su per verbo, sanctiores, extra de off. iud. cust.

Dignitas dat fauorē personæ.

cras regulas penitus interdicimus, aut cōcubinas [a] habere, aut luxuriis tradere vitam) excludatur modis omnibus à clero, tanquam priorem conuersationem & solitariam cōfundens [b] vitam: & priuatus sit decætero: ad militiā quidem, aut ad aliud officiū venire non præsumens, nisi voluerit dudū [c] à nobis interminatis subiacere pœnis: ipse autem apud semetipsum degēs, & agnoscens qualem pro hoc daturus sit magno deo [d] satisfactionem.

CAP. X. De electione & creatione abbatis, & vt constitutio sit communis tam monachis quàm sanctimonialibus.

Abbas eligendus & ordinandus est optimus meritis & virtute, & non ex ordine vel tempore: his obtinentibus generaliter in omnibus. Bartolus.

ORDINATIONE vero abbatum siquando contigerit egere monasterium: [e] abbatē non per ordinem [f] reuerendissimorū fieri monachorum, nec omnino [g] eum qui post primū est, mox abbatem fieri: nec qui post illum secundus est, neque tertium, aut reliquos (hoc quod etiam alia lex nostra [h] dicit) sed deo amabilem locorum episcopum [i] percurrere quidem consequēter per omnes (nō enim [k] exhonorādum [l] est omnino tēpus, [m] & ex eo ordo) & eū qui apparuerit prius optimus † inter monachos cōstitutus, & dignus præsulatu [n] eorū, hunc eligere: eo quòd humana natura talis est, [o] quòd neq; omnes per ordinē inter summos, [p] neq; rursus omnes inter nouissimos cōstituti. quidē sint: sed procedat quidem secundū gradum [q] precedentis [r] inspectio: qui vero prior mox iter numeratos optimus apparuerit, is abbas sit, & ordinem simul & virtutem suffragātem [s] habēs. Oportet enim eos qui discernunt quod melius [t] est, à peiore: aliud quidem ad regendum dimittere: [u] aliud vero inclinari [x] iubere, & paulatim per eruditionem hoc etiā ad melius accedere. Quæcunque [y] tamen à nobis in omnibus quæ prius [z] & quæ nūc prolatæ sunt, sacris nostris cōstitutionibus sunt sancita de clericis, aut monachis, aut monasteriis, hæc cōmunia ponimus & in masculis & in fœminis, [a] & monasteriis & asceteriis: [b] nō discernentes quantum ad istos masculum aut fœminā: eo quòd sicut prædiximus, [c] vnum omnia in Christo consistant. Hæc igitur omnia sanctissimi patriarchæ sub se constitutis deo amabilibus metropolitis [d] manifesta faciāt: at illi subiectis sibi deo amabilibus episcopis declarent: & illi monasteriis dei sub sua ordinatione constitutis cognita faciant: quatenus per omnia domini cultura maneat vndique incorrupta. Imminebunt enim maximæ pœnę ista transgrediētibus: dicimus autem de cœlo: quas necesse est rectorum [e] dogmatum cōtemptoribus imminere. Et nostræ siquidē reipublicæ iudices si hæc eis nuntientur: omnibus studeant modis ea quæ sacris regulis continentur, quas nostra sequitur [f] lex, ad effectum perduci procurare. Nam nec illos deserit pœna hæc negligentes: quapropter sequentem [g] hæc tuam [h] sanctitatem decet omnibus sub se positis sanctissimis metropolitanis hæc facere manifesta. Dat. XIIII. † kalen. April. Cōstantinopoli Belisario V.C.Cos.

TITVLVS VI.

QVOMODO OPORTEAT episcopos & cæteros clericos [i] ad ordinationes perduci: & de expensis [k] ecclesiarum.

Administrationes & iurisdictiones papæ & principis distinctæ sunt. Episcopus ordinandus est honestus, & gloria fruens, bene eruditus verbo & opere, & corporis sapiētia, contradictore nullo apparente, vel repulso. Bartolus.

Imp. Iustinianus. A. Epiphanio archiepiscopo & patriarchæ Constantinopolitano.

PRAEFATIO.

MAxima [l] quidem in omnib⁹* sunt dona dei, à superna collata clementia, sacerdotiū, & imperium: [m] illud [n] quidem diuinis ministrās: † hoc aūt [o] humanis pſidens ac diligētiā exhibēs, ex vno eodēq; principio † vtraq; [p] pcedentia humana

Luc.22.

† al.xii.al. xvi. vt in nouis Scrimgerianis. Contius.

† in libris meis manu scriptis legitur, in hominibus, rectè, & secūdum græca, quæ habent ἐν ἀνθρώποις. Cont. † ὑπερτερουμένη.

† Facit.c. nouit. cum glo. super ver. nostra. in prin. ibi, imperiū e-nim. extra de iudici.

BIU Cujas

a *Exornant.* id est cum honore gubernant. Accursius.
b *Sic erit.* id est esse debebit.
c *Pro illis.* scilicet imperatoribus.
d *Ipsi.* scilicet sacerdotes.
e *Si hoc.* scilicet sacerdotium.
f *Imperiũ.* i. imperator.
g *Exornet.* id est cum honore gubernet.

† περιαιρέσεον. *Papa temporalib⁹ immiscere se non debet.*

h *Conferens generi.* ergo apparet q̃ nec papa in tẽporalibus, nec imperator in spiritualib⁹ se debeant immiscere. Non habet ergo papa tẽporalem iurisdictionem in iis quę sunt imperij, quod Constãtinus imperator donauit beato Siluestro papę? Videtur q̃ sic: licet immensa fuerit donatio. ĩ. ti. j. §. sinimus. prẽterea quod vult princeps, hoc est lex: vt. ff. de cõsti. prin. l. j. Ité sicut patrimonialia, ita ſpialia donare potest, cũ nulla sit differentia: vt. C. de quadri. prẽscr. l. fi. in prin. ecõtra videtur q̃ non: quia tunc non esset Augustus dictus: vt in rubrica prox. cœmij insti. Ité imperare nõ potuit pari, id est imperatori veniẽti post se: vt. ff. de arbi. l. nam magistratus. & . ff. ad Treb. ille à quo. §. tempestiuũ. Item ne turbetur op⁹ dei si clerici intromittãt se in temporalibus: vt. C. de episc. & cle. l. placet. Ité ne vn⁹ duorũ officiũ habeat: ff. de pac. l. si plures. sed licet solutio facti ad nos nõ pertineat, soluim⁹ q̃ de iure nõ valuit talis collatio siue donatio: vt. ĩ. eo. tit. §. igitur. & C. de leg. & cõsti. l. digna. in fi. & insti. qb. mo. testa. infir. §. fi. nec ob. ĩ. tit. j. in princ. quia auxit honorem ecclesię quantũ in eo fuit Cõstãtinus: vel in aliis, nõ autem in iurisdictione: quia sic posset totũ imperiũ pire, vt dictũ est.

† Concor. c. in nomine. 23. dist.

† ἀντάπτεται τῆ ὑπερτάτῃ &c. *quibus etiã verbis vsus est. d. Lucas in præfatione Euãgelii sui. Contius.*

Papa iurisdictionẽ tẽporalẽ imperij nõ habet.

i *Quam.* s. honestatẽ.
k *Illis.* s. sacerdotibus
l *Bene autem.* sic. ff. de origi. iur. l. j.
m *Deo.* sic infra de armis. in princip.
n *Et sancti.* sequentes apostolos.
o *Sancimus.* ad quid q̃ deo intromittit se imperator de spiritualib⁹ vel ecclesiasticis, cũ sciat ad se nõ pertinere: vt. ĩ. j. respõ? dic quòd nõ inueniendo de nouo vel constituẽdo ponit: sed recitãdo sacras regulas, contra quas siquis fecerit, imponit pœnas: vt. ĩ. eo. §. fi. vel dic q̃ auctoritate papæ facit. Vel dic hoc faciẽdo statum reipu. tuetur, cũ intersit reip. esse sacerdotes honestos, à quibus pœnitentiã peccatorũ petamus: vt. C. de sum. tri. l. fi. & ecclesias, de quarũ cõstitutione. ĩ. tit. j. §. illud igit. dixit. nã in eis veniã petimus peccatorũ: vt. ĩ. vt lice. ma. & auiæ, §. quia vero. col. viij.
p *Regulas.* sic. ĩ. titu. j. §. si vero relinquens. &. §. fi.
q *Adducitur.* nota quasi per vim. nam inuitatus fugit: vt. C. de episc. & cleri. l. si quẽquam. velle tamen debet: vt. ĩ. eo. §. sed etiam

nam exornãt[a] vitã. Ideoq; nihil sic[b] erit studiosum † imperatoribus, sicut sacerdotũ honestas: cum vtiq; & q̃ illis[c] ipsi[d] semper deo supplicent. nam si hoc[e] quidem inculpabile sit vndiq;, & apud deum fiducia plenum: imperium[f] autem rectè & cõpetenter exornet[g] traditã sibi rẽpublicam: erit cõsonantia quædam bona, omne quicquid vtile est humano conferens generi[h].

Nos igitur maximam habem⁹ solicitudinẽ circa vera dei dogmata, & circa sacerdotũ honestatem: quam[i] illis[k] obtinentib⁹ credimus quia per eam maxima nobis dona dabuntur à deo, & ea quæ sunt, firma habebim⁹: & quę nõdum hactenus venerunt acquiremus. Bene autem[l] vniuersa geruntur † & cõpetenter, si rei principium fiat decens & amabile deo. [m] Hoc autem futurum esse credim⁹ si sacrarum regularum obseruatio custodiatur quam iusti & laudandi & adorandi inspectores & ministri † dei verbi tradiderunt apostoli, & sancti[n] patres custodierunt & explanauerunt.

CAP. I. De episcopi ordinandi moribus, vita & honestate.

SANCIMVS[o] igitur sacras per omnia sequentes regulas, [p] dum quispiã sequenti omni tẽpore ad ordinationem episcopatus adducitur, [q] considerari prius ei⁹ vitam, secundum sanctum apostolum, [r] si honesta & inculpabilis & vndiq; irreprehensibilis sit, & in bonis[s] testimonium[t] habeat, & sacerdotem decens.[u]

CAP. II. Cuius fortunæ esse debeat ordinandus episcopus.

ET neque ex officiali[x] aut ex curiali veniat fortuna: nisi tamẽ ex nouella ætate (secundum qđ iam dispositum[y] est) in monasterio constitutus, fortuna liberetur: quartam[z] tamẽ prius substantiæ reddens curiæ.

CAP. III. Vt nemo repente ex seculari & priuata vita fiat episcop⁹.

NEQVE enim † idiota, [a] neq; ex iis qui vocantur laici[b] existens, ita mox ad episcopatũ ascendat: nec imaginariam[c] suscipiat ordinationẽ, tanquam modo quidem idiota, mox autem clericus, deinde paruum aliquod tempus præteriẽs, [d] episcopus appareat.

CAP. IIII. Vt episcopus ordinetur, qui vxorẽ non habuerit: aut si habuerit, eam virginem habuerit, non viduam, neque repudiatã aut separatam.

ET neq; vxori [aliæ[e]] copulatus, sed aut in virginitate degẽs[f] à principio, aut vxorem quidẽ [habens] † ex virginitate, aut ad eũ venientẽ, [g] & nõ viduã, neq; seiunctã[h] viro, neq; cõcubinã.

CAP. V. Vt ordinandus episcopus nec liberos legitimos habeat nec naturales. Iulian⁹ epitomator. †

NEQVE filios aut nepotes habẽs, [i] neq; cognitos[k] legi, neque illi[l] odibiles.[m] alioqui qui pter hoc aliquid agit: & ipse cadet sacerdotio: & qui eum ordinat, foris episcopatum sectabitur, hanc legem offendens.

CAP. VI. De sacerdotio per pecuniam non ambiendo.

SED neq; pecuniis [n] oportere emere sacerdotiũ ei permittimus: solùm vero eum respicere domini dei culturam volumus: & non plurimis humanis cogitationibus distrahi.

CAP. VII. Ne ordinandus episcopus sit ineruditus.

SED neq; † inerudit⁹ existens

A sic. licet coactus: vt. ff. quod met. causa. l. si mulier. §. penul. vnde quidam dixerat: nolens volo, volens nolo.
r *Apostolum.* qui dixit episcopũ esse debere bonæ vitæ & opinionis. qui dixit. xiij. capitula circa episcopũ considerãda. primum oportet eum esse sine crimine, vnius vxoris virum, non vinolentũ, prudentẽ, modestum, ornatũ, hospitalem, pudicũ, doctorẽ, nõ percussorem, nõ litigiosum, non cupidũ, & domui suæ bene præpositum, non neophytum.
s *Bonis.* scilicet factis.
t *Testimonium.* id est † famam bonam: quæ valet multum: vt supra de mona. §. cogitandum. & ff. de quæsti. l. de minore. §. pe. & j. de armis. §. hanc igitur. col. vj.
u *Decens.* s. testimonium & bona fama.
x *Ex officiali.* multa sunt huiusmodi officia: vt dixi. ĩ. titu. j. §. si vero relinquens.
y *Dispositum.* s. in Greca cõstitutione. credimus tamen eã idem dixisse quod dicitur. j. de san. epis. col. ix. §. curialem. s. quòd. xv. an. steterit in monasterio à iuuentute: vt hic. &. j. de san. epis. §. sed neque curialem.
z *Quartam.* hodie tamen ibi quartã tenet: tres vero partes cpriæ dimittit: vt. ĩ. de san. episco. §. curialem.
a *Idiota.* qui nescit literas. NOT. Immo q̃ priuatã vitã degit, nulli officio vel ciuili vel ecclesiastico adstrictũ. nã omnes clerici tenẽtur & publicũ munus habere intelligũtur. Contius.
b *Laici.* sed hodie cõtra si necesse sit laicus ordinari: vt infra de sanc. episco. §. damus. quod iure canonũ correctum est: vt ibi no.
c *Nec imaginariam.* id est non sufficit simulatum honorem clericatus habuisse secundum Azo. vel imaginariam, id est mometariam. nã reiicitur, cũ laicus inuenitur, statim. sic. ff. de manumiss. l. iiij. §. ij.

B

C

D

d *Prateriens.* scilicet tempus.
e *Aliæ.* aliàs alienæ.
f *Degens.* eligendus episcopus est.
g *Venientem.* scilicet vxorem.
h *Seiunctam.* id est separatam à viro primo per diuortium.
i *Nepotes habens.* ĩ. eod. §. sed neque ineruditus. in fin. §. contra. Sol. vt ibi.
k *Cognitos.* scilicet quia ex vxore sunt: sed tamen fuerat vidua vel non virgo. vnde præstat impedimentum promotioni.
l *Illi.* scilicet legi.
m *Odibiles.* quia incestuosi: vt. ĩ. qb. mo. natu. effi. sui. §. fi. col. vij.
n *Pecuniis.* idem si precibus. idem si obsequio alio. nam manu, lingua, obsequio committitur simonia: vt in decre. j. q. j. sunt nonnulli.

BIU Cujas

sacrorum [a] dogmatũ ad episcopatum accedat.

CAP. VIII. Vt ordinandus ante in clero vel monastica vita vixerit sex mensibus.†

PRIVS autem aut monasticam vitam professus, aut in clero cõstitutus non minus mensibus sex, vxori tamen nõ cohærens, [b] aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo super deo amabilibus episcopis quærimus: sicut etiã prius duabus nostris sacris cõstitutionibus [c] hoc sancitum est: per quas dudum cohærentes [d] vxoribus, nõ perscrutamur, omne præteritum relinquẽtes, decætero autem nulli permittẽtes à positione legis [e] vxorem habenti, [f] talem imponi ordinationem: quã legem [g] etiã nũc renouamus: ne forte si præter hoc aliquid fiat: & ipse cadat sacerdotio, & ordinátem similiter excludi procuret. Igitur [h] ordinandus episcopus, aut ex monachis, aut ex clericis [i] sit, etiã in huiusmodi vita testimonij boni, vita bonus & honest⁹, & gloria fruens bona: & hoc fundamentum põtificatus deponens suæ animæ.

CAP. IX. Vt ordinandus legat sacros canones.

Episcopus ordinandus non est priusquam coram eo sacræ legantur regulæ: & responderit se velle eas seruare. Bartolus.

SED etiam sic eum constitutum, [k] & ad episcopatũ præparatum, cõpetens est venerabiles & vndique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta & inuiolata nostra suscipit fides, & catholica dei apostolicaq; disposuit & tradidit ecclesia: [l] & dum ex frequẽti [m] earum lectione trãsierit qui ad ordinationẽ deducitur, tunc is qui ordinationem impositurus est, interroget [n] eum si sufficiens est custodire & agere quę sacræ regulæ sancierunt. [o] Et si quidem ille declarauerit & dixerit præcepta sacrarum regularum nõ se valere seruare: nullo modo ei ordinationẽ imponi. si vero susceperit, & dixerit quia quãtum homini est possibile, cõplebit [p] hæc quæ his cõtinentur, tunc monere eũ & dicere, quia nisi hæc obseruauerit, & à deo alienus erit, & cadet à iã dato honore: & neq; ciuiles leges delictũ inultũ relinquẽt: eo q̃ à præcedentibus nos imperatoribus, [q] & à nobis [r] ipsis rectè dictũ est oportere sacras regulas [p] legibus valere. † & si etiã sic permãserit causam amplectens: tunc super his professionibus vnũquẽq; [s] sacrã suscipere episcopat⁹ ordinationem.

Episcopus per pecuniam ordinatus, dignitatem amittit ambitam & habitam, & etiam ordinator, & quilibet alius suffragator & dignitatem suam amittit, & pecuniam reddit in duplum.

Et hanc† non pecuniis emere, neq; per rerũ aliquarum dationem suscipere, sed purã percipere, & sine mercede, & tãquã à deo datã. nã si etiã alia omnia habeat vtilia quæ prius à nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur episcopatũ etiã emisse, sciat se & ab episcopatu casurum, & hoc mun⁹ retributurũ ordinãti: vt & ille [t] episcopatum amittat, & à clero cadat: & vtriq; causa talem præstet retributionem, [u] vt & hic quidem nõ adipiscat quæ sperabat, ille autem etiam quę habebat, amittat: veruntamen pecuniis ac rebus datis occasione ordinationis, sanctissimæ assignandis ecclesię, [x] siue episcopus sit accipiens, & propterea à sacerdotio cadens: siue etiam quilibet alius in clero constitutorum. nam & illi æquam imponim⁹ pœnã: vt ab ordine quem inter sacerdotes habuerit, cadat, & reddat aurũ, aut res quæ ordinationis occasione datæ sunt, iniuriã passæ quantũ ad ipsum ecclesiæ. Si quis autem extraneorum sit, & non in clero cõstitutus, qui aurum aut rem aliquã propter patrocinium ordinationis accepit: & maximè [y] si administrationẽ aliquam gerat: habebit quidem ipse à deo pœnã, [z] & succedent ei de cœlo supplicia. veruntamen etiã illud quod datum est, totum ablatum ab eo, sanctissimæ ecclesiæ omnibus reddatur [a] modis in duplum. [b] Insuper [c] etiã si quã administrationẽ [d] habet, ea cadat, & perpetuo exilio cõdẽnetur. Illud quoq; sciat aperte qui pecuniis aut rebus aliis emerit presulatũ: quia si pri⁹ diaconus aut presbyter sit, deinde per suffragiũ [e] ad sacerdotiũ [f] veniat: nõ solũ cadat episcopatu, sed nec prior ei relinquetur ordo presbyterij forsitan, aut diaconatus. Amittit etenim etiam illud, vtpote decentiam indigne [g] cõcupiscens: & omni sacerdotali excluditur ordine. Oportet autẽ in ipso ordinationis tempore eũ qui imponit eam, [h] illi corã omni fideli populo sanctissimæ ecclesiæ hæc omnia prædicere, vt agnoscẽs [i] eũ omnia quæ pri⁹ dicta sunt

à nobis,

a *Sacrorum dogmatum.* quia nõ solũ literas scire debet: vt.ẽ.eo.§. neque ex idiota. sed etiã decreta & theologiam scire debet: vt hic dicitur.

b *Vxori tamen non cohærens.* donec cõuersatur in monasterio: & cũ ordinat: vt.j. eo.§. pri⁹ autẽ non nocet habuisse: vt.ẽ.§. & neq; vxori. Vel dic, vxor præsens nõ nocet, vt ibi, nisi vidua, vel alio viro cõiũcta olim: vt hic, &.j. statim. & hoc valet secundũ canones: vt hic, &.j. de san. episco. in prin. col.ix.

c *Constitutionibus.* Græcis.

d *Cohærentes.* vt ante.l. iſtam. nam ad preterita non trahitur: vt.C. de legi. & cõsti.l. leges. & infra de nupt.§.j. in fi. col.iiij.

e *Legis.* scilicet huius. Accarsius.

f *Habenti.*ẽ.§.ij. contra. Solu. vt.ẽ. eod. §. quoniam.

g *Legem.* id est, quod dixerat modo.ẽ. eo. §. quòd nõ debeant vxorem habere, renouat in hoc scilicet confirmãdo &c.

h *Igitur.* qa multa honesta in episcopo requiruntur: ergo ex monachis &c. breuiter repetit supradicta.

i *Aut ex clericis.* scilicet aliis. nã etiã monachi quandoq; sunt clerici: & illos oportet literas scire: vt.ẽ.tit.j. in prin. alij nõ sunt: & isti etiã illiterati esse possunt monachi: vt.C. de episc. & cle.l. generaliter. sed ex literaris est episcopus eligendus: vt ẽ.eo.§. neq; ex idiota.

k *Constitutum.* scilicet habilem per iam dicta.

l *Ecclesia.* Forte psalmum illum, Quicũque vult &c.

m *Ex frequenti.* sic. C. de emen. Iust. cod.l.j. in fi.

n *Interroget.* Not. hic quòd ille qui suo iuri renunciat, debet illud scire: aliàs non videtur renunciare. sic. ff. de transac. l. qui cũ tutoribus.j. respõ. &.§.fi. & ff. de inoffi. testa. l. mater. & prodest mulieribꝰ Velleiano renũciãtibus: quod fieri potest à scientẽ: vt dictum est: vt. ff. ad Velleia. l. fi. in fi. &. C. de pac. l. pe.

o *Sancierunt.* sunt enim. xij. præcepta apostolicæ regulæ: vt in decretis.

p *Cõplebit.* & hoc post multas coactiones: vt C. de episco. & cle. l. si quẽquam.

q *Imperatoribus.* vt. C. de episc. & cle. l. cũ clericis. §. pe.

r *Et à nobis.* sic. ẽ. tit. j. §. fi. &. ẽ. eo. §. j.

s *Vnumquemque.* scilicet ordinandum.

t *Ille.* qui ordinauit p pecuniam.

u *Retributionẽ.* ironice loquit. sic. ff. de dã. infec. l. ex dãni. §. quotiens. &. C. de inoffic. testa. l. fratres.

x *Ecclesiæ.* cui iniuriabatur emendo eã, vt sequitur. sed qua actione? Respõ. cõdictione ex hac lege: vt. ff. de cõdi. ex lege. l. j.

y *Maximè.* quia cũ eis plurimũ honoris dat, magis puniũtur si tales inueniũtur in crimine: vt. C. de episc. & cle. l. presbyteri. Idẽ ergo & si nõ sit in dignitate: licet decre. videatur dicere q̃ tũc tãtum sit simonia, quãdo ipsis electoribus datur: vt extra de elec. l. cum nobis.

z *Pœnam.* scilicet expectet à deo.

a *Reddatur.* i. detur.

b *Duplum.* scilicet cõdictione ex lege.

c *Insuper.* sic. j. de san. episc. §. præ omnibus. colla. ix.

d *Administrationem.* i. secularem dignitatem.

e *Per suffragium.* id est pecuniis quæ præstant suffragium.

f *Sacerdotium.* id est dignitatem.

g *Indigne.* priuilegiũ enim meretur amittere, qui cõcessa sibi abutitur potestate.

h *Eam.* scilicet ordinationem.

i *Agnoscens.* scilicet ordinator.

† *Concor. ẽ. vlt. in fi. cũ glo. fi. extra de secun. nup. & c. I. de no. ope. nun. & l. omni. & l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. Contius.*

† *Hic. §. pertinet ad ca. 6. de simonia & lon. ga quasi perissologia eadem fere hic repetit Iustinianus. Contius.*

Cõcor. ẽ. vt priuilegia. post pri. extra de priule.

BIU Cujas

a *Eum.* ordinandum.
b *Ordinationem.* sic infra eo.§. hæc autem de deo.
c *Episcopatus ordinationem.* aliàs ordines.
d *Transeat.* non tamẽ adhuc transiuit.
e *Illicitorum.* quæ numerata sunt.ff.de simonia,& de aliis.
f *Fiat.* scilicet intra tres mẽses. quod dic vt ff.de sanc.epis.§. si quis autem ante.
g *Quòd si etiã.* arg.C. de app.l. nominationes. sic.ff. de rebus eo. qui sub tute.l. magis.§. si æs alienum.&.j.eo.§. hæc autem de deo.
h *Fit.* episcopus.
i *Sacerdotali.* id est episcopali.
k *Omnium.* id est inter omnes homines. nihil enim &c.vt.j. eo.tit.§. neque autem.
l *Calumniator.* sed nõne eoipso qꝺ nõ ꝓbat, calũniator videtur? Respon.quidã qꝺ nõ:vt.ff. ad Turp.l.j.§.j. sed Io. cõtra.ex eo enim est calumniator,qꝺ non probat: vt.C. de aduo. di. iudi.l.j. & quod in.d.l. ad Turpil. dicitur, loquitur si suas suorũque iniurias exequatur: vt C.de calum.l.mater.
m *Impunita.* nec etiã aliud maleficiũ:vt.ff.ad l.Aquil.ita vulneratus. in fin.
n *Sicut.* vt .C. de calum.l.fina.
o *Aut in totũ.* i.ex toto.aliàs aut totã: & tũc habet locũ hæc glo.i. ex toto vel in totũ nõ faciat examinationem deinde &c.
ꝓ *Et non incurrit.* i.nõ præcurrit, vel nimium cito non currit,vt hæc præpositio in, augeat. sic.ff. de libe. & posth. l.Gallus.§.ille.
q *Impunitam.* i.nõ punitã, ꝓ puniẽdã: sic.C. de iis qui no. infa.l. si Posidoniũ.q.d. nõ puniendam:quia bonã vitam faciant. & not. hic quòd virtus in necessitate cõprobatur.
r *Foris.* sic.j.vt nullus fab.ora.do.§.illud.col. v.sic.j.de san.epis.§.interdicimus.col.ix.
s *Tunc enim solum.* itẽ & quãdo causa sit necessaria, tunc cũ literis sui superioris: vt.j.eo. §. non aliter. & .j. de san.epis.§. interdicim⁹. col.ix.
t *Patriarchas.* repete, definimus.
u *Diœceseos.* id est patriarchatus.
x *Compellentes.* id est vt compellant.
y *Et ipsum.* scilicet annum.
z *Propter misericordiã.* vt nõ cõpellatur semper.q.d. stare domi.
a *Legitimis,* forte spacio.xxx. dierũ interuenãquãque denũtiationem : vt.j.de litigio.§. omnem.&.§.interdicimus.col.ix.&.j. de san. episc.col.ix.
b *Obseruationem.* vt nõ inturpiter citetur vel capiatur.
c *Introducat.* scilicet patriarcha.
d *Hæc omnia.* scilicet quæ dixi de patriarcha circa apponẽdã pœnã.
e *Litium causa.* hoc est propter quod &c.vel si habes causas litiũ &c. dic propter causas litiũ causa: & semper regit dictionem,litium.
f *Respicientium.* scilicet reorum &c.Ac.
g *Et hic constituti.* i.in hac vrbe cõstitinopolitana, vbi habitabant imperatores tẽpore Cõstantini,qui illam ciuitatem constituit.
h *Ministeria.* i.ministeriales vel seruientes episcopi iacẽtes tãm bestiæ:vel dic ministeria diuina quę in eccle. sia esse debent,nũc pegrinantur : quod esse non debet: vt hic, &.j. vt clc. apud propri. epis.§.j.col.vj.
i *Lustrent.* Intra cubile ferę, quinquennio lustra fuere.
k *Apocrisarios.* abipo quod est supra: & crisis iudiciũ, quasi cõstitutus super iudicio agẽdo. vel dic, chrysostomus aurum. inde Ioannes Chrysostomus, inde pochrysarius,id est thesaurarius.
l *Oeconomos.* ª œconomus est cui res ecclesiastica gubernanda mãdatur ab episcopo: vt.C.de sa.san.ecc.l.iubemus.circa prin.& de epis.&cle.l.omnes qui. §.hoc proculdubio.
m *Mouere.* scilicet apud iudices ordinarios: & cõmunes,id est iudices qui sunt boni & optimi. Accursius.
n *Et petitiones.* id est libellos petitorios in quibus petitur.Ac.
o *Dirigere.* scilicet directo : vt.j.de mandat. princ. §. deinde. collatiij.&.ff.de appel.l. imperator.
p *Impetrare.* ſ. à dictis ordinariis iudicibus.
q *Propterea.* ex quo ad eos hęc negotia remittimus.

†*Concordat ferè.c.illud dist.23. ex cõcilioChalcedonensi 4. Contius.*

à nobis, habere, ad sacrã eum[z] deducat ordinationẽ: [b] vt etiam ille corã omnibus hæc audiens, nõ solum habeat dei timorem, sed etiam coram omnibus denuntiationem & professionem erubescat.

CAP.X. Si quis ordinationi episcopi contradixerit.

Episcopus ordinandus est cõtradictore nullo apparẽte, vel repulso: aliàs ordinatio facta non valet. Bartolus.

SI quis autẽ †talis qui dẽ esse putetur,& ad episcopatus ordinationem[c] trãseat, [d] cõtradicat autem aliquis, atq; dicat cõsciũ se esse alicui' illicitorum[e] eius: nõ prius mereatur episcopatus ordinationẽ, quàm examinatio querimoniarũ fiat, [f] & appareat vndiq; innoxius. Quòd si etiã[g] post huiusmodi cõtradictionẽ, nõ passus is qui ordinationẽ facit, legitimã examinationem imponi causę, currat ad ordinationem:sciat quod ab eo fit, [h] pro nihilo esse. sed & is qui cõtra legẽ facit, cadat sacerdotio: & qui sine probatione imponit ordinationem, & ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali:[i] re° autẽ erit deo, qui præcipue omnium[k] quærit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is qui ordinationi cõtradicit, aut examinatione facta probetur calũniator, [l] aut in ipso principio, neq; in examinatione persistere cõfidat: segreget istũ in perpetuum à sacra cõmunione is qui ordinationem facere vult: vt nõ ipsa falsitas impunita[m] sit. Sicut[n] enim bonam gloriã in eo qui ordinãdus est, quærimus: ita etiam calumniam in eo qui frustra accusauit, punimus. Si vero nemo accusauerit omnino, aut in totum[o] denuncians examinationem nõ faciat, aut facta examinatiõe demõstrare (sicut prædiximus) nõ valuerit accusationem verã: tũc oportet eum qui per tot vias inculpabilis apparuerit, accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa & meliora cognoscit præceptorũ, & nõ incurrit[p] ad vitã impunitã[q] huiusmodi erudit° animo, verbo, & opere corporis, & sapientia.

CAP.XI. Ne episcopus vltra annum extra ecclesiam suam degat.

ET illud etiã definim°, vt nemo deo amabilium episcoporũ foris[r] †à sua ecclesia plus qꝫ per totum annũ deesse audeat: nisi hoc per imperialem fiat †iussionem:(tunc enim solum[f] erit inculpabile) †sacratissimos patriarchas[t] vniuscuiusque diœceseos[u] cõpellentes[x] deo amabiles episcopos suis inhęrere sanctissimis ecclesiis: & non longo itinere separari, neq; in peregrinis demorari velle, neq; sanctissimas ecclesias negligere, neque annũ excedere, quẽ & ipsum[y] propter misericordiã[z] cõstituimus. Si vero vltra annum erraverit & dereliquerit,& nõ ad episcopatum remeauerit ꝓpriũ, neq; imperialis aliqua eũ (sicut prædiximus) detineat iussio: tũc si quidem sit metropolita, circa ecclesiasticã dispositionem segregatum, regionis illi° patriarcha reuocet quidem eũ legitimis[a] inclamationibus, seruãs vbiq; sacrarum regularũ obseruationem. [b] Si vero maneat per omnia inobediens, expellatur à sacro episcoporũ choro: & aliũ introducat[c] huiusmodi & reuerentia & verecundia & honestate dignũ. Si vero nõ metropolita, sed aliorum episcoporũ aliquis sit, qui errauerit: hæc omnia[d] à metropolita fiant. Nemo enim eorum talem suscipiat occasionem, si dixerint propterea proprias derelinquere ecclesias, propterea qꝫ litiũ causas,[e] aut aliarum rerũ propriarum, aut ad sacras ecclesias respicientium[f] circunlustrãt, & hic constituti[g] adhærent, aut in aliis veniãt locis. Hoc enim nõ habet decentem rationem, vt cum multitudine quã necesse est episcopum habere, ministeria[h] lustrent[i] peregre: & expendant, & neque vllum sanctissimis ecclesiis lucrum, neq; vllum prębere iuuamen, neq; secundũ quod decet sacerdotẽ, proprium habere habitum. Præsertim si quædã sint lites forte sanctissimis ecclesiis propter quas has occasiones asferunt: hoc per eos qui sub ipso sunt religiosos clericos, aut apocrisarios,[k] aut œconomos[l] mouere,[m] & petitiones[n] nõ ad imperium dirigere: [o] impetrare[p] autem sperata. propterea[q] sanctissimi.

BIU Cujas

cimus siquando propter ecclesiasticā occasionē inciderit necessitas, [a] hāc [b] aut p̄ eos qui res agunt sacrarū ecclesiarū (quos apocrisarios vocāt) aut per aliquos clericos huc destinatos, aut œconomos suos notā imperio [c] facere, aut nostris administratoribus, vt impetrēt qđ cōpetēs est: & nō hoc deo amabilib⁹ episcopis erroris & absentiæ,& sāctissimis ecclesiis lęsionis occasionē [d] fieri tā in ꝓuincia ecclesiasticarū rerū per absentiā eorū neglectarū, q̄ etiam hic expensis multis ab ipsis factis, necnon in peregre habitatione non habili constituta, & vndique [e] causam [f] nullū iuuamen, magis autē læsionem [g] ecclesiis sanctissimis inferentem.

CAP. XII. Ne episcopi ad comitatum principis accedant absque synodalibus literis.

NON autē aliter deo aliquem amabilium episcoporū præsumere dirigere [h] se ad hanc fœlicissimā ciuitatē priusquā(si quidē quis episcopus sit)literas acceperit proprij metropolitæ ad imperiū:† & quæ secundū diuinas regulas ꝓbabilia† vocātur, testimoniū perhibētia necessitatis eius [i] præsētiæ.Si vero metropolita sit q̄ ꝓficisci vult: literas sumat eiusdē diœceseos patriarchæ,eius præsentiā necessariā esse dicentes:& sic oportere imperatorē iubere hūc præsentari,& nō temere & sine cōscientia metropolitarum aut patriarcharū ꝓficisci,pro eo q̄ hoc diuinis interdictum est regulis:vt huc aduenientes nō præsumant per semetipsos se pri⁹ ꝓnūciare ad imperiū:sed primū aut ad deo amabilē patriarchā [k] proficisci, aut ad vniuscuiusq; diœceseos [l] ex qua sunt [m] apocrisarios: [n] & cū ipsis cōferāt causas propter quas venerūt,& ingredi ad imperiū eius, & deinceps imperiali perfrui aspectu. mox q̄ imperāti astiterint,liceat qđē petentibus episcopis, aut p̄ eos qui vocātur referēdarij [o] sanctissimæ maioris ecclesiæ,aut p̄ religiosos apocrisarios cuiusque diœceseos sanctissimorū patriarcharū suggerere [p] se imperio, & ꝓmereri respōsum celeriter ita vt si aut iusta ab imperio petierint,hæc accipiant:aut si non iusta quærunt, velociter reuertantur vnde profecti sunt.

a *Necessitas.* propter quā oporteat huc venire,puta propter confirmationē alicuius priuilegij vel impetrationem, quod necesse est per principē fieri, non per aliū: vel ꝓpter aliquod aliud propter qđ oportet principē adiri.

b *Hanc.* scilicet necessitatem.

c *Imperio.* id est Imperatori.

d *Occasionem.* No.duplicē læsionem:vt subiicit tā in ꝓuincia &c.

e *Et vndique.* subaudi fieri.Accursius.

f *Causam.* id est absentiam.

g *Lęsionem.* propter expensas.

h *Dirigere.* scilicet semetipsum: vt sequitur: vt differat à superiori proxime dicto vbi concessit mitti. Accursius.

i *Eius.* scilicet archiepiscopi:vt hic,&.j. de sanc.episc.§. interdicimus.col.ix.

k *Patriarcham.* s. Cōstantinopolitanum.

l *Diœceseos.* quod nos territorium dicimus [a] scilicet vbi habet iurisdictio in tēporalib⁹: vt ff. de iur. om.iu.l. fi. & de verbo.signi.l. pupillus.§. territoriū. Hinc dicitur diœcesis in genere fœmineo vbi est iurisdictio in spiritualibus:vt hic innuitur.

m *Ex qua sunt.* nam si est episcopus, & mittitur ad ciuitatē Constātinopolitanā: & ibi sit apocrisarius sui metropolite ob causam istam forte vel aliam:vel metropolita sit:& sit ibi apocrisarius sui patriarchæ ob hanc vel aliam causam:vel sibi vel patriarchæ illius ciuitatis prius se debet præsentare,& causas conferre vt hic.Sed hodie ad solum patriarcham videtur quòd debeat ire: vt j. de san.episc.§. interdicimus.col.ix.

n *Apocrisarios.* si eos secum duxerunt.

o *Referendarii.* [b] qui stant in curia vt præstent aduocationē venientibus, vt dicta eorum referant: vt.j. de referen.per totum tit.

p *Suggerere.* id est negotia sua dicere.

q *Hæc autem de deo.* quæ dicta sunt.ſ.

r *Constituentes.* ſ.nos.

ſ *Clericos.* scilicet cæteros.nā & episcopi clerici sunt:vt.ſ.eo.§. igitur. Et no. q̄ fere eadē hic exiguntur, quæ in ordinatione episcopi: vt hic, &.ſ.eo.§.j. vſq; ad.§. illud.

t *Constitutos.* de theologia.Accursius.

u *Neque vnum ordinē.* scilicet nolumus illiteratos esse, nedū plures: hoc tamē fallit ſi de literatis habere non potest.

x *Docētium.* id est docere debentiū.q.d.cum hæc debeant facere,nō debent esse illiterati in aliquo ordine.

y *Suscipiētes.* ſ.nos ordinationem &c.

z *Pridem.* id est prius: vt.ſ. eo.§. & neque ex officiali.Accursius.

a *Sanciuimus.* vt supra eo.§.illud.in fine.

b *Neque.* ſic.j. de ſan. epiſ.§. clericos. col.ix.

c *Diaconum.* idem in ſubdiacono: vt infra hoc.§.

d *Seiunctæ.* ſ.quādoq;, id est viduæ. qđ ſi virgini fuit coniunctus? Reſpō. potest esse clericus, dūmodo voueat castitatē: nō aliàs:vt.j. de ſan. epiſ.§. clericos. & in auth. vt lice. ma. & auiæ.§.q̄a vero.col. viij.&.j.ſtatim.§.pe.

e *Derelinquenti.* morte viri vel repudio:multo minus ſi adhuc iunctā alij habeat. Accursius.

f *Castitate.* prēterita vt modo dixit:& præsenti quam vouere debet: vt modo diximus.ſic.j.de leno.§.pe.col.iij.

g *Ipſam.* ſ.mulierem.

h *Castitatem.* ſic.j. de lenonibus.§.pe.Accur.

i *Constitutam.* ſ.castitatem.nā est fundamentū aliarum virtutum quæ in ordinando requirūtur:quæ multæ sunt: vt ſ.proxi.§.& hoc.§.

k *Cadat.* No.q̄ causa prīcipiū ipediēs & post superueniens destruit. arg.cōtra. insti.de leg. §.ſi quis debitori.

l *Idiota.* id est eo loco quo sunt idiotæ.

m *Lector.* q. d. careat beneficio clericali: vt hoc.§.

n *Propter quædā.* ſ.quę inuitāt hominē ad matrimoniū,& quaſi necessitatē imponunt,vt sequitur:vt dilectio ſiliorū procreādorū: qđ vtile est: vt.ff. de bo. dā.l.ſi.§.ſi. Vel quia iuuenis est: vnde feruori naturæ resistere nō potest: vt.j. proxi.§. & .ſ. de nō elig.§. cū igitur. vel ſinaſ-

A SECVNDA PARS.

CAP. XIII. De clericis,quales eligendi sint.

Clericus ordinandus est boni testimonii vir, literas omnino sciēs:concurrētibus quibuſdā quæ in episcopi ordinatiōe statuta sūt. Bar.

HAEC autē [q] de deo amabilibus episcopis secūdū diuinas cōstituētes [r] regulas,& religiosos clericos [ſ] cū multa fieri inquisitione secūdū diuinas regulas, & boni testimonij viros ordinari [t] ſancim⁹, literas omnino scientes,& eruditos cōstitutos. [t] Literas enim ignorantes omnino nolum⁹ neq; vnū ordinē [u] ſuscipere,clericorūvidelicet,presbyterorū & diaconorum,tā sacras orationes docentiū, [x] quàm ecclesiarū & canonum legentiū libros:ordinationē sine querela & inculpabilē & sine aliqua contradictione & datione pecuniarū aut rerū ſuscipientes. [y] Neque autem eos volumus omnino officiales aut curiales cōstitutos ſuscipere ordinationem, nisi ſecundū leges quas ſuper his poſuim⁹ pridē, [z] quas & hic nūc confirmamus: ipsos autem ordinatos, sacra præcepta in cōspectu totius populi ſuſcipere, propter has ipsas causas propter quas hoc ipsum agi etiā ſuper deo amabilibus episcopis ſanciuimus. [a] Neque [b] autē ſecūdas habentē aut eū q̄ habuerit nuptias, ordinari in diaconū [c] aut presbyterū,neque ſi mulieri cōiungatur ſeiūctæ, [d] & propriū virū derelinquēti: [e] ſed neq; ſi cōcubinā habeat,ſed & ipſam vxorē,ſi cum castitate [f] & ex virginitate ſit. Nihil enim ſic in ſacris ordinationib⁹ diligimus, q̄ cum castitate viuētes,aut cū vxoribus nō cohabitātes,aut vni⁹ vxoris virū qui vel fuerit vel ſit, & ipſā [g] castitatē [h] eligentē, primū principiū† & fundamētū manifeſtū ſecundū diuinas regulas & reſiduæ virtutis cōſtitutā. [i] Si autē aliquis presbyter aut diaconus aut ſubdiacon⁹ poſtea ducat vxorē aut cōcubinā,aut palā,aut occulte: ſacro ſtatim cadat [k] ordine,& deīceps idiota [l]† ſit. Quòd ſi & lector [m] ſecundā ducat vxorē propter quædā, [n] & hoc forſan irrecuſabili neceſſitate,nullaten⁹ ad altiorē accedat gradū, neq; perfruatur gradu maiori in ſacerdotio:maneat autem in eodē gradu perpetuo: ſed nō ad tertias veniat nuptias.

Castitas fundamentū est ordinādis.

† *Concor.c. causam matrimonii.in glo. vlti. in pri.ibi, Est illa.extra de ꝓba. Et habetur ecclesiastici cap.26. vbi dicitur,omnis pōderatio non cōdigna cōtinentiis animæ.*

† *id est priuatus, & laicus siue secularis. Contius.*

BIU Cujas

ver. sinautem. Vel quia amore pulchræ fœminæ detinetur, quo nil est vehementius: vt. j. qui. mo. na. effi. legi. §. illud. col. vj. vel quia amore eius est inebriatus per artem forte magicã: vt quis vino bacchatur: vt instit. de suc. sub. quæ fi. per bonorũ venditionem. §. fi.

Fœmineo amore nil est fortius.

a *Cadens.* & nihilo minus curiæ ciuitatis dabitur cum sua substantia tota: vt. j. c. §. semel. &. j. de san. epis. §. sed neque curialem.

b *Ex multis.* subaudi autẽ, si nõ est in textu.

c *Ad primum.* i. summum. s. episcopatum.

d *Quanta.* id est quot vel quæ iura. Accur.

e *Dicta.* vt supra eo. per totum.

f *Diaconissis.* ordo erat monacharum quæ habebant quandã prærogatiuam: non tamen cantabãt euangelium, sed aliàs sacerdoti ministrabant: vt inter mares sunt primicerij & cãtores, & alij ordines.

g *Obseruantiam.* scilicet supradictam.

h *Ex hac.* s. ætate.

† *atqui Paulus Apostolus sexaginta exigit. vnde quidã emendandã dixerunt. l. nullã. C. de epis. & clerí. Sed illa præcepta possunt pro tẽporũ varietate mutari. nam & ex cõcilio Chalcedonensi 40. anni tã requirũtur. male autẽ Azo dia conissas hîc vocat monachas. Cont.*

i *Quinquagita.* sic. C. de epis. & cle. l. nullam.

k *Irreprehensibilem.* id est valde reprehensibilem. sic. s. eod. §. si vero nemo. in fi. §. & subaudi hic, tantum. Accur.

l *Per eas.* scilicet diaconissas.

m *Necessitas.* sic. C. qui & aduer. quos. l. j. sic. ff. de decur. l. generaliter. §. spurios. ad idem. ff. de mu. & hon. l. ad rem.

n *Et minorem.* scilicet quinquaginta an. quod hodie indistincto fieri potest, dummodo. xl. an. habeat: vt infra de sanc. epis. §. diaconissam.

o *Liceat.* id est licitũ sit episcopo.

p *Separatæ.* à viris.

q *Multitudine.* scilicet monacharum.

r *Testimonium.* id est famam. quod dic vt. s. eo. tit. §. j.

s *Suspicari.* sic. C. de epis. & cler. l. eum qui. &. j. de san. epi. §. presbyteris. &. §. si quis. col. ix. Accur.

t *Diaconiæ.* id est diaconissæ.

u *Schemate.* id est ordine vel figura.

x *Et reliquis.* s. legibus vel pœnis: vt. C. de rap. virg. l. vnica. &. C.

satis est enim si ad secundas. Si vero aliquid tale egerit, & ad secũdas veniẽs nuptias, ad maiorem gradũ venire festinauerit: exinde idiota erit & laicus, omnino sacro ministerio cadẽs. [a] Pudice etenim nobis per omnia pertinet viuere. Si enim tales cõstituti ij qui in clero adducuntur, ordinentur: facilis eis ad episcopatum ascensus erit: & ex multis [b] bonis viris facilius inuenientur qui adducantur ad primũ [c] gradũ sacerdotij digni.

CAP. XIIII. De diaconissis minorib. 50. annis non ordinandis.

Diaconissa ordinari debet ætatis quinquaginta annorum, & non minoris: nisi ex necessitate imminente pudicitiam & castitatem seruare compellatur. Bartolus.

QVANTA [d] igitur super venerabiles clericos à nobis dicta [e] sunt, hæc etiam super deo amabilibus diaconissis [f] agi volumus: vt neq; ipsæ citra obseruantiam [g] fiant: sed primũ quidem eis ætatem neque nouellã esse neque crescentem, neq; ex hac [h] ad delinquendum salientem: sed super mediam cõstitutas ętatem, & circà quinquaginta [i] † annos secũdum diuinas regulas agentes: sicque sacrã promereri ordinationem: & aut virgines constitutas, aut vnius viri quæ fuerunt vxores. non enim permittimus neq; secundas cõtrahentibus nuptias, neque vitã nõ habentibus (vt diximus) irreprehensibilẽ, [k] sed nec suspectam, omnino ad sacrum venire ministerium, & adorandis ministrare baptismatibus, & aliis adesse secretis quę in venerabilibus ministeriis per eas [l] rite aguntur. Si vero quædam necessitas [m] fiat, & minorem [n] hac ætate quã dicimus, ordinari diaconissam cõtigerit: liceat [o] eam in aliquo venerabilium asceteriorum ordinari, & in illo habitare. Nequaquam viris admixta cõstituta sit: neque suo arbitrio habitans: sed vitæ sæparatæ [p] & mediocris, & à cõueniente multitudine [q] bonum testimoniũ [r] habens. Volumus autẽ & ipsas quæ ad ordinationẽ perducuntur diaconissas, siue ex viduitate, siue ex virginitate, non cum aliquo cohærentes aut cognatorum, aut eorum quos appellant dilectos (talibus enim nominibus vtentes, maligna suspicione suam replent vitam) sed aut solę habitent, aut cum parẽtibus solis & filiis, aut vere fratribus: aut iis cohærere de quibus siquis suspicari [f] aliquid pẽsumpserit malignum, ipse insipiens simul & impius forsan putabitur. Et si dicat tale aliquid de aliqua earum quæ in diaconissarum ordinationem ingredi vult, quòd alicui cohæserit sub imagine quidem bonę appellationis, maligna vero suspicione: nõ oportet huiusmodi mulierem perduci omnino ad ordinationem diaconiæ. [t] Nam si ordinetur, & tale aliquid egerit, & cohæserit alicui cum prædicto nomine aut schemate, [u] cadet quidem à diaconia: & ipsa & ille subiecti erunt huic legi & reliquis [x] quæ corruptores puniunt. Oportet enim omnes quæ ordinantur venerabiles diaconissas, tempore ordinationis & moneri, & sacrorum audire [y] mandatorum præcepta corã [z] reliquis [a] quæ dudũ sunt venerabiles diaconissæ: vt & ipsæ dei timorẽ habeant, & adhærentem sacris mandatis fiduciam: timere autem & confundi sacro cadere ordine: scituras quòd si præsumpserint aut erubescẽtes [b] ordinationem, aut derelinquentes [c] sacrũ ministerium ad nuptias venerint, aut aliã omnino elegerint vitam: ipsæ quidẽ obligatæ efficientur morti: [d] & substantia earum applicabitur sanctissimis ecclesiis aut monasteriis in quibus sunt. Qui vero eas aut vxores accipere aut corrũpere præsumpserint: † obnoxij quidem & ipsi gladio erunt: substãtia autem eorũ applicabitur fisco. Si enim in antiquis legibus, virginibus illis* quæ in eorum errorem vocabãtur, [e] mortis incumbebat damnum corruptis: quomodo nõ magis nos in iis quæ à deo glorificantur, definimus, pudicitiam † (quæ quammaximè [f] mulieres exornat) conseruari volentes: competens [g] venerabilibus diaconissis, vt quod decet naturæ, custodiant: & quod debetur sacerdotio, [h] conseruent?

CAP. XV. De clericis in aliam vitæ formam transeuntibus.

Clericus ordinem susceptum relinquere non debet. Bartolus.

SEMEL autem [i] secundum hoc factos diaconos aut presbyteros, nullo modo derelinquere sacerdotium. quod nõ solum in presbytero & diacono sancimus, sed etiam si subdiaconus aut fortè [k] lector [l] fiat aliquis, hunc relinquere pristinum schema, & ad alteram migrare vitam: scientem quia si tale aliquid egerit (secundum quod à nobis iam sancitum [m] est) aut in curiam

de epis. & cle. l. si quis nõ dicã. &. l. pe. & inst. de pub. iu. §. item lex.

y *Audire.* scilicet diaconissas.

z *Coram reliquis.* vt fit in ordinatione clericorum: vt. s. eod. §. hæc autem de deo.

a *Reliquis.* scilicet cõuocatis.

b *Aut erubescẽtes.* quia verecundabantur portare velum.

c *Aut derelinquentes.* ob aliã causam quamlibet: vel sine causa: vt sequitur.

d *Morti.* scilicet ánimæ. nã sciat qualẽ deo &c. vt. s. titu. j. §. si quis autẽ semel. aliàs si vero relinquens. &. §. si quis autẽ monasticã. Alij dicunt cã vltimo supplicio dãnãdã, vt hic: licet monachus sic recedẽs nõ puniat in persona, sed mittii in aliud monasteriũ: vt. j. de sanc. epis. §. si monachus.

e *Vocabantur.* erãt enim quædam mulieres diaconissæ vel virgines nominatæ, quas Dianæ sociæ: vt in fabulis legitur.

f *Maximè.* id est valde. sic. j. de mand. prin. §. sit tibi.

g *Competens.* i. quod competit.

h *Debetur sacerdotio.* scilicet honestas.

i *Semel autẽ.* redit ad masculos.

k *Fortè.* Subdubio fit forte, respondent sæpe periti. & superfluit: vt hic, &. j. ti. j. §. quia vero verisimile est.

l *Lector.* sed nunquid idem in aliis in minoribus ordinibus posita quod in lectore? Respon. sic: cum eadem sit ratio: vt. ff. ad legẽ Aquil. l. illud.

m *Sancitũ est.* in Greco. Accursius.

curiam cum substantia, aut sub inopia [a] degens ad officialem† deponetur fortunam.

TERTIA PARS legis.

CAP. XVI. *De expensis ecclesiarum, & clericorum multitudine non facienda.*

Ecclesiarum omnium antiquus numerus seruari debet, & vltra numerum constitutum permanere non debent: & in eorum locum alii creandi non sunt donec ad antiquam perueniatur mensuram. Ang.

SED neque effusas competit fieri decætero reuerendissimorum clericorum ordinationes. quod enim hactenus gestũ est, licet corrigi oporteret, attamen propter tempus sinimus: [b] decætero autem non propter [c] hoc fieri, neque ad damnũ sanctissimarum ecclesiarũ venire sancimus. Quæcũq; igitur oportebat de tali modo in sanctissima maiore ecclesia huius nostrę regiæ ciuitatis, & sub ea constitutis sanctissimis ecclesiis, & aliis quæ hic sunt, fieri, hac speciali lege [d] complexi sumus. in omnibus autem quę foris sunt [e] locis, sancimus, si quis cum cõstituerit ab initio & ædificauerit ecclesiã, definiuit ordinationum mensuram, tanquã secundum eam expensas constituens: nõ prius ordinari quẽquam in eadem ecclesia, nisi ad numerũ à principio definitũ eius mẽsura redigatur. [f] Si vero hoc non fecerit, [g] ipsav ero ciuitatis ecclesia [h] ministrat emolumẽta [i] & sibi & aliis ecclesiis: tunc non promptum [k] sit augere illi clericos, neq; propter aliquas fortè compassiones [l] aut beneficia ex hoc eam sumptibus prægrauare (nõ sunt enim hęc pia, [m] neque sacerdotibus digna) sed ex quibus dominus dederit deus, ex iis quæ possibilia sunt administrare, aut antiquam cõseruare consuetudinẽ nihil penitus innouantem. Vnde competit deo amabiles patriarchas & metropolitas huius habere prouidentiam: & eos quidẽ qui hactenus sunt, sinere in schemate in quo sunt clericos: metiri vero vniuscuiusque ecclesiæ virtutẽ: & ita ipsos quoque sanctissimos patriarchas sub se cõstitutas eccle sias ordinare, & metropolitas hoc ipsum à sanctissimis patriarchis cõmonitos facere, illos autẽ alios omnes sub se positos episcopos ad mensurã hanc deducere: & studere non vltra expẽsas facere clericorum ordinationes. scimus enim quãtæ [n] sanctissimæ ecclesiæ propter hanc ordinationẽ, & alterius expensæ effusionẽ, inopes [o] factæ sunt. Et quia aliquas earum, vix quidem, tamen liberauimus: quædam vero adhuc oneratæ iacent, ex tali releuari angustia non valentes: ideo hoc prouideant sanctissimi patriarchæ & metropolitę, & reliqui deo amabiles episcopi, vt & nos quæ ab eis aguntur discẽtes, approbemus eos qui nostram legem in literis positã, apud semetipsos ostẽderunt operibus adimpleri. Quæ igitur [p] à nobis sancita sunt, & sacrũ ordinem statúmque custodiunt secundũ sacrarũ regularum obseruationẽ & virtutem, decætero cõseruent perpetuò integra & sanctissimi patriarchæ vniuscuiusq; diœcesis, & deo amabiles metropolitæ, & reliqui reuerendissimi episcopi atque clerici, vbique dei culturã & sacrã disciplinam custodientes inuiolatã, pœna imminente hæc prævaricãti, quò penitus alienus sit à deo, & imposito sibi sacerdotij ordine. [q] nam velut indignus hoc excluditur. Licentiam vero vniuersis [r] damus cuiuscũque sint officij vel cõuersationis, respiciẽtib' aliquid horũ prẽuaricari, nuntiare nobis, & ad imperiũ quod semper est: [s] vt nos qui hęc secũdum sacrarũ regularũ explanationẽ apostolicámque traditionẽ constituimus, decentẽ etiam indignationẽ prẽuaricantibus inferamus: etiam his videlicet quæ sancita sunt [t] à nobis de hæreditatibus deo amabiliũ episcoporum, custodiendis. Sanctissimi siquidẽ patriarchæ vniuscuiusq; diœcesis† hæc proponant in ecclesiis sub se cõstitutis: & manifesta faciant deo amabilibus metropolitis quæ à nobis cõstituta sunt. Illi quoq; rursus etiã ipsi proponãt ea in metropolitana sanctissima ecclesia: & constitutis sub se episcopis hæc manifesta faciãt. illorum [u] vero singuli in propria ecclesia hæc proponãt: vt nullus nostræ reipublicæ ignoret quæ à nobis ad honorẽ & ad augmẽtũ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi disposita sunt. Insuper [x] sequẽs hæc tua sanctitas omnib' qui sub ea sunt metropolitis sanctissimis hæc faciat manifesta vniuerso tẽpore cõtrahenda. [y] Scripta [z] exemplaria sanctissimo Archiepiscopo Alexãdriæ [Epiphanio]*: sanctissimo archiepiscopo Theopolitano:† [scripta exẽplaria] sanctissimo episcopo Hierosolymorũ: [scripta exẽplaria] Ioãni viro gloriosissimo præfecto sacrorũ prętoriorũ secundo excõsuli, & patricio: Dominico gloriosissimo põfecto põtoriorũ Illyrici: cui* etiã hoc adiectũ est: [a] Et tua quoq; celsitudo hæc sciens, vnà cũ semper susceptur is sedẽ tuã hæc seruare festinet: & si denuntiatum fuerit aliquod tale delictũ, phibeat, & maximè quęcũque in ordinationibus curialiũ vel officialiũ interdicta sunt. Nuntiet autẽ etiã nobis: vt decẽs super eis imponatur correctio. Vtatur quoq; prẽceptis ad clarissimos prouinciarũ iudices: vt & ipsi quę fiũt inspiciẽtes, nõ permittant aliquid extra hoc quod à nobis cõstitutum est, fieri. imminebit enim eis pœna quinque librarum auri, si quidẽ & ipsi prẽuaricari vidẽtes non denuntiauerint aut sedi tuæ, aut imperio: vt vndique decens ornatus ordinationis gradui conseruetur. Scripta cum adiectione dominica. [b] Data† Kalẽ. Aprilis Constantinopoli Bilisario. V.C. Conſ.

TITVLVS I.

DE NON ALIENANDIS AVT PERMVTandis rebus ecclesiasticis immobilibus, aut in specialẽ hypothecã dandis creditoribus, sed sufficere generales hypothecas.

Res immobiles ecclesiæ maioris vrbis Constantinopolitanæ & ecclesiarum suæ diœcesis alienari generaliter prohibentur: omni fraude & circumuentione remota. Bartolus.

a *Sub inopia.* i. quia nõ habent substantiam.
b *Sinimus.* sic. s. eo. §. sed neque ineruditus.
c *Non propter hoc.* s. q̃ retro sit factum.
d *Lege.* vt. s. vt determini. sit nu. cleri.
e *Foris sunt.* id est extra hanc vrbem.
f *Redigatur.* nam plures nũc forte reperiũt.
g *Non fecerit.* neque expensas cõstituit: neque numerum clericorum constituit.
h *Ecclesia.* s. maior.
i *Emolumenta.* scilicet necessaria.
k *Nõ promptum.* id est non prompte.
l *Compassiones.* puta clerico pauperi, cui est compatiendum.
m *Hæc pia.* hic sume prouerbium: non est eleemosyna vnum altare tegere, & alterũ detegere.
n *Scimus enim quanta.* id est quot.
o *Inopes.* sic. s. vt deter. sit nume. cle.
p *Quæ igitur.* pro, vt.
q *Ordine.* repete, sit alienus.
r *Vniuersis.* forte etiã seruis hoc casu. sic aliàs. C. de preci. impe. offl. l. j. & forte sine inscriptione & solennitate actionis, cum suam iniuriam quilibet prosequatur. nam quod in diuinã religionem &c. vt. C. de hæreti. & Mani. l. iiij.
s *Semper est.* sic infra vt præpo. no. impe. do. colla. v.
t *Sancita sunt.* scilicet in Græca consti. nec enim dicit de illa quæ est. j. de eccle. tit. §. sin autem. eol. ix. quia illa post istam est: sed forte idẽ dicebat Græca qđ dicit illa Latina.
u *Illorum.* scilicet episcoporum.
x *Tua.* Epiphani.
y *Contrahenda.* id est tenenda.
z *Scripta.* hæc constitutio istis personis fuit missa.
a *Adiectum est.* plus quàm aliis quibus fuit missa: & hæc est adiectio vsque in fi.
b *Adiectione dominica.* id est cum annis domini: [a] tamen non habemus eos. Accursius.

† *diœcesim vocat, vt & notitiã vtriusque imperii, nõ vnius episcopi locũ aut prouinciã, sed multarũ prouinciarũ collectionem: aliter atque hodie hoc verbo vtimur. hîc etiã colligere licet alios esse patriarchas, alios metropolitanos, alios episcopos: quam diuisionẽ plerique in Isidoro reprehendũt. Cõt.*
* *pro incluso in noua editione Græca est Aephremio.*
† *Petro additur in noua.*
* *sequentia verba desunt ĩ noua Græca editione: vnde liquet nõdũ ea esse perfectam, nec tam integrã sanè, quàm ea erat vnde hæc vulgaris tralatio sumpta est. Cont.*
† *sic in meo manu scripto, atq; rectius (vt puto) quàm qđ in noua Græca editione additur, xvii. Kalẽ. April. Cõt.*

Diuina ecursus. ficant ea ver imperatorem huic subscripsisse. Cont.

DE NON ALIENANDIS AVT PERmutandis rebus ecclesiasticis immobilibus &c.

Vt in specie repete,& de non &c.& expeditur hæc pars.j.eo.§.si vero creditor.&.§.si enim.

COLLATIO SECVNDA.

Imper.Iustinianus Aug.Epiphanio sanctissimo & beatissimo archiepiscopo felicis huius ciuitatis,& œcumenico patriarchæ,[& patriarchę Constantinopolitano.]

PRAEFATIO.

VNam intentionem hanc semper proponimus, [a] omne quicquid prius imperfectum aut confusum videbatur,hoc & expurgare,& perfectum ex imperfecto declarare.quod etiam in omni legislatione facientes,credimus oportere & in alienationib[9] quæ fiũt super sacris [b] rebus, vna cõplecti lege, [c] quæ priores omnes & renouet [d] & emendet: [e] & quod deest,adiiciat: [f] & quod superfluum est,abscindat. [g] A Leone siquidem bonæ memoriæ (qui post Constantinum pię memoriæ, Christianæ fidei inter imperatores principatum auxit, [h] & constituit sacrarum ecclesiarum honorem & disciplinam) scripta lex [i] est de alienationib[9] ecclesiasticis, concluſa † in sola huius felicissimæ ciuitatis sanctissima maiore ecclesia. Et laudamus plurima huius legis,cum omni vehementia & dei cultura posita: sed eo quòd non generaliter posita sit in omnib[9], [k] egere etiam eam quadam correctione [l] credimus. Ab Anastasio quoq; piæ memoriæ scripta quædam de talibus [m] lex est, [n] neque similis priori, [o] & omnino minus [p] habens. Effusa nanque, & per loca foris [q] posita,nihilo minus manſit imperfecta, eo quòd ad solum sacerdotium & diœcesim respiciat constitutam sub beatissimo patriarcha huius regiæ & felicissimæ ciuitatis: [r] aliàs autem non perscrutata [f] sedes: [t] cum vtique dignam correctione esse eam arbitrabatur: [u] propter quã occasionem alia quidem corrigebat,alia vero incõposita relinquebat. Quamobrẽ eam quoque vacare [x] decætero sancimus, vtpote imperfectam, & loco circunclusam, & non generalem inter leges existentem, neq; aliquid studiosum introducentem. Hæc ergo nos omnia emendãtes, vnam existimamus oportere legislationẽ imponere omnibus [y] sanctissimarum ecclesiarum, xenodochiorum, [z] & nosocomiorum, [a] † & monasteriorum, [b] & brephotrophiorum, [c] & gerõtocomiorum, [d] & totius sacrati [e] collegij rebus,& hanc legem Leonis pię memoriæ constitutioni adiicere: prius breuiter eius legislationem exponentes:sicque omne quod reliquum est,intexentes. Vult enim illa [f] neque deo amabilem archiepiscopũ & patriarcham huius felicissimæ ciuitatis, seu sanctissimæ maioris ecclesię, neque œconomũ vendere, aut donare,aut aliter alienare rem immobilem, domum forsan,aut agrũ,aut colonum, [g] aut mancipia rustica,aut ciuiles annonas [h] (nam [i] & hæc [k] inter immobilia sunt numeranda) [l] quæ competunt Constantinopolitanę sanctissimę maiori ecclesiæ:sed neque pro vlla compẽsatione aut alia qualibet circunuentione tale aliquid agi:& interminatur [m] emptori quidẽ rei restitutionem, vt reddat per tempora œconomo [n] rerũ sanctissimæ ecclesiæ rem quã ipse

a *Nam intentionem.Proponimus.* sic.ſ.de nõ elig.in prin.sic.j. tit.j.in prin.

b *Super sacris.* id est quasi sacris.

c *Lege.* scilicet ista. Accursius.

d *Renouet.* vt in lege Leonis quæ confirmatur:vt.j.e.§. vult enim.

e *Emendet.*vt.j.eo.§. Anastasius. & .§. sinimus.in fi.

f *Adiiciat.* vt.j. eo.§. ab Anastasio.&.§.quia vero Leonis.

g *Abscindat.*sunt autem aliæ, scilicet Leonis & Anastasij superfluę,ex quo ista scilicet Iustiniani generaliter omnia comprehendit.

h *Auxit.* hic not.argu.ad quæstionem quã diximus.ſ. tit.j.in prin.

i *Lex.*vt.C.de sa.san. eccle.l. iubemus. licet quidam dicãt quòd eã non habemus.

k *In omnibus.* scilicet terris, quia localis est: vnde fit generalis: vt.j. eo.§. nos igitur. Item in contractibus: quia non in pignore nec in contractu emphyteusis loquitur:sed per hãc suppletur: vt .j. eod.§. quia vero Leonis.

† περικεχλεισμένος. l *Correctione.* no.correctionem ex eo quod suppletur.sic.ff.ad le.Rho. de iact.l.fi.§.j.&.§.fi.

m *De talibus.* scilicet rebus ecclesiasticis immobilibus non alienãdis.

n *Lex est.* apud Græcos.

o *Priori.* scilicet legi Leonis. nam generalior est quàm illa: vt infra sequitur.

p *Minus.*in perfectione, plus tamen quàm lex Leonis.

q *Foris.* scilicet extra Cõstantinopolitanam ciuitatẽ, qđ nõ erat in lege Leonis: vt .C. de sa.san.eccle.l.iubemus. j.respon.

r *Ciuitatis.* Constantinopolis.

f *Perscrutata.*scilicet lege Anastasiana.

t *Sedes.*i.alia loca prętercquã in vrbe Cõstãtino.& eius diœcesi.

u *Arbitrabatur.* in hoc credidit Anastasius Leonem corrigere dicendo generalius,& non fecit,vt sequitur.sed Iustinianus hoc fecit per hanc constitutionem:vt infra eod.§. nos igitur & infra eodem.§.penul.

x *Vacare.* id est necessaria non esse hæc omnia, scilicet à Leone & ab Anastasio dicta,quod facimus addendo : vt.j.eo.§.in fi. sic & aliàs corrigit lex distinguendo:vt.ff.ad leg.Rhod.de iact.l. fi.j.respon.&.§.j.&.§.fi.

Xenodochium. y *Omnibus.*accipe rebus,quod est.j. Accursius.

z *Xenodochiorum.*locus est vbi peregrini suscipiuntur:vt hospitale sancti Ioannis.

Nosocomium. a *Nosocomiorum.*locus vbi ægroti curantur.

A b *Monasteriorum.* locus vbi monachi simul conuersantur: vt.ſ. de mona.§.hinc nos.

c *Brephotrophiorum.*locus vbi infantes aluntur.

d *Gerontocomiorum.* locus vbi pauperes & propter senectutem infirmi curantur.

B e *Et totius sacrati.* id rebus cuiuslibet alteri loci sacri, vt ptochotrophium : de quo habetur mentio.j. eo.§. nos igitur. & est locus in quo pauperes & infirmi homines pascuntur.Item Orphanotrophiũ, id est loc[9] in quo orphani vtroq; parente carentes pascuntur. Item asceteriũ loc[9] in quo fœminæ debilium fustẽtatrices habitãt.& probantur hæ expositiones in nouellis.eo. ti.Idẽ dicas in qualibet ecclesia seculari: vt.j. eo.§.nos igit.&.§.pe.

f *Vult enim illa.* scilicet lex Leonis.

g *Colonum.*sed que est differentia inter hũc.ſ. colonum,& mancipiũ Respõ. hic loquitur de adscriptitiis vel originariis vel similibus,& qui à solo non possunt separari, nec sine colienari:vt.C.de agric. cẽſi.l.ij.&.l.quẽadmodũ.&.ff.de le.j.l.ſi quis inquilinos.j. respon. at mãcipiũ dicitur seruus ab hostibus captus: vt instit. de iure perſo.§. serui.qui etiã super possessionibus ponitur & inscribit, & ab eis non poterit separari,cũ immobilis cẽſeatur: vt.ſ. de diuer.& tẽpo. prescrip.l.iij. Vel de adscriptitio ibi dici. & hæc est verior.

h *Ciuiles annonas.*ſ. ditus à fisco percipidos singulis annis: C.de sa.san.ec.l. priuilegia.vel ab alia ecclesia:vt.ſ. vt deter.sit nocle.vel à priuato: vt. tit.j.§. sed neq; effusa.

i *Nam.* interpositio. sic.j.eo.§.nos igitur.

k *Hæc.*ſ.hæc tria,colonus, & mãcipium,& ciuilis annona.

l *Numeranda.*licet nõ sint immobilia. Sed quãdo in actione cõpetẽti ecclesiæ p qualibet re nũquid poterit cedi vel alienari?Rñ.nõ: vt.ff.de in.deli.l. ait prætor.§.quid sit.licet posit distingui,vtrum pro mobili vel immobili re competeret:vt primo casu valeat:secundo non.

m *Interminatur.*id est interdicendo minatur.

m *Ad generalem.* sic dicẽdo: omnia bona ecclesiæ tibi obligo. Sed nũquid est plus quàm speciale? Respon. non: vt diximus. ś. eo. §. nos igitur. in fine.
n *Speciale.* sed hodie contra: vt infra de ali.

SI autem creditor in pignore corporali[a] elegerit accipere rẽ immobilem ecclesiasticam aut ptochicam, in domibus forsan, aut suburbanis,[b] aut agris, aut hortis, aut ciuilib⁹ panibus, aut rusticis mancipiis, & dederit aurum: [c] ab hoc [d] cadat creditor, & habeat lucrum [e] quæ mutuũ accepit sanctissima ecclesia, aut venerabilis domus, quod mutuatum est aurum: etiã hic contra celebrantẽ mutuũ œconomũ, aut xenodochum, aut brephotrophũ, aut præsulẽ monasterij[f] aut ascæterij, aut aliorum venerabiliũ collegiorũ, creditori actione manẽte: his omnibus etiã in abbatissis muliebrium ascæteriorũ aut monasteriorum valẽtibus. Si enim[g] omnino sanctissimis ecclesiis, aut aliis venerabilibus domibus crediti opus fiat, aut[h] in solam necessariã videlicet & ineuitabilem occasionem,[i] & præter quã nõ poterit quod imminet, adimpleri: aut in aliam causam vtilissimã sanctissimæ ecclesię consistentem:[k] licebit præpositis earum[l] vsq; ad generalem[m] hypothecam stare: & nullum speciale[n] pignus creditoribus præbere.

CAP. VII. Quib. pœnis subiaceant qui perpetuam emphyteusim contraxerint.

Suscipiens ab ecclesia in emphyteusim perpetuam vel temporalem contra huius legis dispositionem, cadit ab emphyteusi: & tenetur ad canonis præstationem ac si emphyteusis teneret, & datum per eũ remanet ecclesiæ. Ange.

SI verò in perpetuam quispiã emphyteusim accipere prę sumpserit quod nõ licet, aut tẽporalem quidem, nõ tamen secundum huius nostrę legis obseruationem: [o] etiam sic cadat quidẽ de emphyteusi: & quod datum est, maneat apud venerabilem domũ. Debet autem cõtinuo & post casũ emphyteumatis, quãtum futurus[p] erat soluere, si secundum legẽ subiisset emphyteusim: nihil apud eũ remanente ex rebus pauperum,[q] quę frustra ꝑ emphyteusim datę sunt. Hęc igitur omnia custodiantur ꝑdictis[r] subiecta pœnis: neque tabellionibus præsumẽtibus instrumentis talib⁹ ministrare, sed metuentibus vsque ad exiliũ, & vt nũquam reuertãtur, nec si sacra[f] hoc præbeat forma: neq; iudicibus[t] vel dictare talia instrumẽta præsumẽtibus, vel facta suscipere, & gestis monumẽtorum ea firmare: ne etiam ipsi & cinguli & dignitatis & substantiæ casum secũdum Leonis cõstitutionẽ sustineant.[u]

CAP. VIII. De non alienandis sacris vasis.

IISDEM pœnis † seruandis etiam aduersus eos[x] qui sacrata vasa cõtra nostrã legem[y] aut pignori dant, aut vendunt, aut cõflant[z] propter alienationem. nã & illos æqua aut[a] maiori pœna dignos esse sancimus, quãto etiã circa sacras[b] res & Deo dicatas ꝑsumpserũt impiè agere: nisi tamẽ aliquid tale fiat, qđ diximꝰ[c] circa redẽptionem captiuorũ, vbi animæ[d] hominum[e] liberãtur à mortib⁹ & vinculis inanimatorum venditione vasorum.

Simili quippe obseruatione & super alienatione ciuilium panum custodiẽda, sicut sæpe diximus: eo quòd tales panes nõ solùm in hac fœliciss ima ciuitate, sed etiã in magna Alexãdria & in Theopoli esse didicimus. forsitan autem tale quid & in aliis prouinciis quibusdam est. Si enim etiã alibi huiusmodi quædã sit possessio,[f] & in illa lex[g] seruetur, & suam obseruationẽ extendat.

CAP. IX. De eo qui per pragmaticam rem ecclesiæ comparauerit.

Regulariter res immobiles ecclesiarum alienari prohibentur omni priuilegio cessante: omni compulsione & violentia prohibitis. Item ecclesiarum & monasteriorum penitus alienatio interdicitur. Bartolus.

QVIA verò verisimile est quempiam etiã in circũuentionẽ huius legis tentare pragmaticas nostras formas[h] accipere tale aliquid[i] ei agere permittẽtes:[k] & hoc prohibemus[l] in omni persona maiore vel minore, siue in cingulo cõstituta, siue horũ qui circa nos sunt, siue aliorũ quispiã inter populos habitãtium: & sancimus nulli penitus licentiam esse, talem quẽpiam[m] pragmaticũ proferre[n]

A & emphy. §. hoc etiam. col. ix. sed dic vt. ś. eo. §. alienationis.
o *Obseruationem.* quam habuimus. ś. e. §. emphyteusim. &. §. quia vero. &. §. si vero.
p *Futurus.* etiam pro futuro tempore, quia contractus non valuit: quod dic vt. ś. eo. §. scire autem.
B
C
D
q *Pauperum.* id est ex rebus ipsius ecclesiæ. & not. res ecclesiarũ, pauperum esse. *Ecclesiæ res, pauperũ sunt.*
r *Prædictis.* vt. ś. eo. §. vult enim. cũ seq. vsque ad. §. hæc igitur. &. ś. e. §. quia vero. vsq; huc.
f *Sacra.* id est cõcessio facta à principe. sic j. §. qa vero verisimile.
t *Iudicibus.* sic. C. de decu. l. omnes.
u *Sustineant.* vt. ś. eo. §. ipsos.
x *Eos.* scilicet œconomos.
y *Legem.* vt. C. de sacrosan. eccl. l. sancim⁹. † *Cõcor. cũ toto. §. isto*
z *Conflant.* id est cõquassant & liquefaciũt. *c. 1. cũ suis gl. extra de*
a *Aut.* cum aspiratione haud, ponitur pro non. si autem est sine aspiratione, debet subiici maiori. *pigno.*
b *Sacras.* sic. j. de alie. & emphy. §. de sacris. &. §. sanctissimas.
c *Diximus.* ś. eo. &. C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. & legitur instit. de re. diui. §. nullius. & §. sacræ. Accursius.
d *Animæ.* id est animata corpora. & sic ponitur contentũ pro cõtinente.
e *Hominum.* sic. j. de eccle. ti. §. si autem pro redemptione. colla. ix.
f *Possessio.* i. ex qua ꝑstaretur ciuilis panis: vel dic ipsa possessio talis ꝑstationis annuæ.
g *Lex.* s. Leonis: vt. ś. eo. §. vult enim.
h *Pragmaticas formas.* id est nostrum rescriptum cũ consilio procerum factum. Ac. *Pragmatica forma.*
i *Aliquid.* id est emere rem ecclesiæ.
k *Permittentes.* pragmaticas formas.
l *Prohibemus.* s. tentare acquirere tale rescriptum & etiam si acquiratur, prohibemus vti eo, vt sequitur, & sancimus &c.
m *Quempiam.* id est talem aliquem.
n *Proferre.* Sed nunquid tenetur. l. Corne. de fal. ex eo capite, si quis scienter vtitur illicito instrumẽto: vt C. si reus vel accu. l. iij. &. ff. ad le. Corne. de fal. l. falsi. §. j? Rñ. non, duab⁹ rationibus: & qa pœnæ sunt minuendæ in dubiis: vnde sufficit pœna huius legis: vt *Pœnæ sunt minuẽdæ in dubiis.*

ff. de pœ.l. interpretatione. & quia non videtur falsum, quod veritatis primordio adiuuatur: vt.ff. de lega.ij.l. cum filius.§. hæres. vbi autem esset falsum rescriptum, locum haberet pœna legis Corn. argu. C. ad le. Corne. de fal.l. maiorem. &.ff. de fal.l.fina. quæ pœna est.ff. ad legem Corne. de fal.l.j.§.fina.

a *Typum*. id est rescriptum tale.

b *Compendium*. id est non poterit contrahere, etiam si habeat rescriptum.

c *Monasteriis*. ad omnes hos ablatiuos repete de, quod est supra.

d *Quæstori*. nam sine isto quæstore nullum rescriptum potest elici seu impetrari: vt infra vt diuinæ iussiones subscriptionem habeant glorios. quæstoris. in princip. colla. viij.

Dictãs illicite puniri debet.

e *Dictauerit*. No. puniri illicite dictantem: vt hic, &.ff. de iniu.l. lex Cornelia.§. si qs librum. & institu. de iniur.§.j.

f *Iudicibus*. aliis à quęstore. Sed est contra infra de manda. princ. §. deinde. in fin. colla. iij. Solu. ibi non suscepit prima vice: ideo nó punitur, sicut & hic nó puniretur: sed postquã imperator sibi secunda vice pręcepit secundum Al. vnde bene fecit si tertium non expectauit præceptũ:

a Cõcor. c. si quãdo. extra de rescrip.

quia tunc vt inobediés puniretur: vt.ff. de re iudi. l. contumacia. §. contumax.

g *Eandem*. id est similem: vt centum libras auri.

h *Constitutioni*. vt. C. de sacrosan. eccles. l. iubemus. §. ad hæc.

i *Periculo*. scilicet amissionis sacerdotij: vt sequitur.

k *Has leges*. quæ ita fiunt, scilicet vt prohibeãt alienationem rerum ecclesiasticarum: vt supra eo. §. nos. & vt C. de sacrosan. eccl. l. iubemus. §. ad hæc. & fa. ad hunc. §. infra in medio. li. non fie. sa. for. in princ. col. viij. &. C. de preci. impe. offe. l. rescripta. &. C. qui mili. non pos. l. eis. & C. de peti. bo. sub. l. j. &. ij. &. C. si nu. ex re. pe. l. j. &. C. si contra ius vel vti. pub. l. fi.

l *Vtilitatem*. nam communiter interest ecclesias esse, vt in eis petamus veniam peccatorum: vt. j. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero.

Cõmunis vtilitas priuatæ præponitur.

m *Valere*. Hic no. publicam & communem vtilitatem præferri priuatæ. fic. ff. pro socio. l. actione. §. Labeo. &. C. de cadu. tol. §. fina.

n *Aliquos*. œconomos.

o *Emphyteus*. aliàs emphyteusis: & tunc subaudi, nomine.

typum,[a] neq; ex hoc accipere aliquod de sanctissimis ecclesiis compendiũ,[b] aut monasteriis,[c] aut ptochiis, aut aliis venerabilibus collegiis, immobilium rerum. sed & glorioſissimo quæstori[d] pœnam imminere centũ librarum auri, si quid tale dictauerit:[e] simul & suscipientibus insinuationem talis cuiuspiã sacrę formę glorioſissimis iudicibus,[f] aut aliis quibusdã eandẽ[g] imminere pœnam: & tabelliones succũbere Leonis piæ memoriæ constitutioni[h] si egerint tale aliquod instrumentum: & Deo amabiles episcopos, aut venerabiles œconomos sine periculo refutare huiusmodi sacras pragmaticas formas, magis autẽ cum periculo[i] suscipere & agnoscere: quia circa ipsum sacerdotiũ periculum sustinebũt, si negligẽtes has leges[k], quæ ita fiunt pragmaticas sequãtur formas. Oportet enim ea quæ cõmuniter & generaliter in omnium vtilitatem[l] sanciuntur, potius valere,[m] quàm ea quæ circa aliquos[n] studẽtur agi ad corruptionem cõmuniũ legũ. His solis videlicet conducendis, & emphyteusi[o] dãdis reb', quascũque putãt tali aliquo egere.[p]

CAP. IO. De administratore qui rem ecclesiæ alienauit.

SI tamen voluerint quædã sub propria gubernatione habere Deo amabiles œconomi, aut aliorum pręsules collegiorũ: nulli eorum qui in potẽtatu[q] sunt, neque secundũ sacram pragmaticam formam licentiã esse cogere eos aut per conductionẽ, aut per emphyteusim hæc tradere ei q hoc agit: & sacrilegij subiacere pœnæ,[r] & omnibus mulctis[s] quæ hac nostra[t] lege sacra cõtinentur, & suppliciis.

CAP. XI. De monasteriis non alienandis.

QVIA verò cognouimus aliquod pessimũ delictũ factũ & apud Alexãdrinos, & apud Aegyptios, iam autem & in aliis quibusdam imperij locis quosdam[u] præsumere ipsa venerabilia monasteria[x] vendere, aut permutare, aut donare (in quibus & altare collocatum est, & sacrum exhibitum ministerium, quale moris est in sanctissimis ecclesiis celebrari, sacris quippe lectis scripturis, & sacrosancta & ineffabili cõmunione tradita, & monastica illic facta habitatione) ita vt hæc mutarẽtur ex sacro & Deo amabili schemate ad priuatam[y] mãsionẽ & statum: hæc omnino decætero fieri prohibemus,[z] nulli[a] hominũ permittẽtes hoc delinquere, sed etiam factum[b] infirmum omnibus declaramus modis, & pretiorum casum[c] imponimus accipientibus: venditorem[d] quoque dãnificamus & rei casu, & pretij amissione, sanctissimę ecclesiæ eius loci & venerabilib' monasteriis hoc tribuẽtes: quatenus ipsi prouideant vt quod male alienatum est,[e] rursus ad monasticam reuocẽt figurã: neq; hypotheca super his valẽte, sed etiã ipsa infirmãda,[f] & rursus sacro monasterio assignãda.

CAP. XII. Si sterilis ager ad ecclesiam pervenerit.

Sicut damnosa rei ecclesiasticæ immobilis alienatio prohibetur, ita & possessionis inutilis & damnosæ ecclesiæ inhibita est concessio. Ang.

SICVT autem damnosas alienationes prohibemus, sic & damnosas possessiones interdicimus.[g] multæ enim apud nos motæ sunt quæstiones, vbi quidam minus[h] idoneæ[i] prædia donauerunt sanctissimis ecclesiis, aut venerabilibus domibus, aut etiam vendiderunt tanquã idoneæ: cum vtique sterilia à principio essent, & ex hoc venerabilibus domibus nocuerũt.[k] Interdicim' igitur rectoribus venerabiliũ domorũ tale aliquid agere: aut certè cognoscere,[l]

p *Tali aliquo egere*. si est in litera, tali aliquo egere. s. vt detur in emphyteusin, plana est. si est tale aliquid agere: tunc dic, id est quas putant. s. prælati, id est agẽtes tale aliquid in emphyteusim.

q *In potentatu*. maxime. idé est enim in quolibet alio: vt. C. de actio. & obli. l. sicut. sed de his maior erat timor: cũ pares potẽtioribus esse nó possimus: vt.ff. de ali. iu. l. iij. & isti volebãt sine rescripto eogere ecclesiam: vt differat à superiori.

r *Pœna*. quæ quãdoque capitalis est pro qualitate sacrilegij: vt ff. ad. l. Iul. pec. l. sacrilegij. &. l. sacrilegi.

s *Mulctis*. i. pœnis. nã certæ sunt: sed mulcta dicitur ĩcerta pœna à motu iudicis: vt.ff. de verbo. signi. l. qua pœna.

t *Hac nostra*. vt. §. §. vult. &. §. seq. vsq; ad §. hoc igitur.

u *Quosdam*. subaudi, scilicet.

x *Monasteria*. i. ipsam ecclesiam, vt sequitur vt. j. de ali. & emphy. §. quoniam. colla. iij.

y *Ad priuatam*. i. ad formã nó sacram: vere tamen semper remanet sacra: vt.ff. de re. dini. l. in tantum. §. sacræ. & institu. de re. dini. §. cræ. nisi in casu: vt. ff. de relig. l. cum loca.

z *Prohibemus*. sic. ff. j. §. semel.

a *Nulli*. Sed nũquid ex cõtractus talium inter ignorãtes: vt.ff. de cõtrahen. emp. l. liberi. & l. Celsus? Rñ. sic, vt obligentur contrahentes, non vt dominium transferatur: vt.ff. de cõtrahẽ. emp. l. si in empti one. §. j. & insti. de inu. stip. §. j. &.ff. de verbo obli. l. inter stipulam §. sacram.

b *Factum*. i. quatenus de facto processit: non fieri non potest cũ effectu: vt diximus.

c *Casum*. i. amissioni.

d *Venditorem*. i. emptorẽ: vt.ff. de ac. empt. l. veteres. aliàs venditionem, & tunc planũ est.

e *Alienatum est*. de solo facto.

f *Infirmanda*. sic. C. de leg. & constitu. l. nó dubium.

g *Interdicimus*. scilicet ecclesiæ acquiri à principio.

h *Minus*. id est parum.

i *Idonea*. Quid si non sint idoneæ? Dic quòd non prodest donanti ecclesiæ: vt. ĩ. eo. l. quia vero Leonis. Accursius.

k *Nocuerunt*. propter onus fiscalium, vel publicas functiones vel angarias ipsis prædiis impositas secundum Al.

l *Cognoscere*. id est recipere à donatoribus, vel vendentibus, vel legantibus. vel dic, aut cognoscere, id est cognoscant, quia subibunt pœnas.

BIU Cujas

a *Fœnea.* id est sterilis: vt dicunt quidam. Vel dic quòd tantùm herbam fert, & illā malam: vt quidam agri faciunt: vt. ff. de ædil. edi. l. etiam. & C. de ædil. act. l. si prædium.

Fœnea possessio.

b *Dānosa.* scilicet nomine fiscalium.

c *De suo.* sed qualiter cum nihil habeat? Dic vt supra eo. §. si autem creditor.

d *Pro hoc.* id est pro hac sterili pos. quia forte nō fuit possessio data ecclesiæ, sed aurum, vt eam colerent.

e *Detur.* ecclesiæ ab eo qui dat sterilem possessionem: cum ecclesia aliàs nollet recipere. Vel dic quòd alius mā dato œconomi dedit illi qui dedit illā sterilē possessionē ecclesię.

f *Contra eum.* scilicet contra œconomum.

g *Prædiximus.* vt. s. c. si quis. & fa. ad hunc §. j. de alie. & emphy. §. si vero quædā. col. ix.

h *Et non aliud.* hoc dicit propter Anastasium qui hæc fecit: vt supra eo. §. j.

i *Gerontocomis.* hæc verba expone vt. s. eo. §. hæc ergo.

k *Denuntiare.* s. principi: vt in nouel. e. titu. vel ꝑsidi prouinciæ, vel episcopo: vt. C. de episc. & cleri. l. nulli.

l *Laudabilis.* No. laudabile & vtile accusare. sic. C. de episc. & cle. l. si quis in hoc. & l. nulli. in li. & C. loc. & cō. l. fin. & C. de male. & ma. l. iij. & C. ad. l. Iul. repe. l. iubem⁹. & C. de iis qui se deicce. l. j. li. x. ar. contra. ff. de iure fisci. l. ij. §. j. respon. j.

Accusare est laudabile.

m *Calumniatoris.* no. quem sine metu calūniatorem accusare. sic C. de adul. l. quāuis. sed generaliter contra: vt C. de accusa. l. fin. & §. quomodo opor. epi. §. si quis autem.

n *Seruabunt autem eā.* scilicet cōstitutionem istam.

o *Et.* pro etiam.

p *Medias.* hic nota de ordine magistratuum. quod dic vt. j. vt ab illust. & qui su. eos sunt, dicemus.

q *Prauaricatores.* i. q contra hoc faciunt.

r *Subdat.* scilicet ciuile auxilium.

s *Nisi tamen.* not. nil corrigi, nisi expresse inueniatur correctum.

quia si non cum omni subtilitate fecerint contractus, sed fœnea [a] quędam possessio aut damnosa [b] detur ecclesiis, aut monasteriis, aut xenodochiis, aut nosocomiis, aut aliis venerabilibus collegiis: contractus quidem pro non facto erit, & recipiet omnino qui dat, quod per circunuentionem & fallaciam datum est: œconomus autem qui tale aliquid egerit, aut abbas, aut xenodochus, aut nosocomus, aut ptochotroph⁹, aut orphanotrophus, aut gerontocomus, de suo [c], ei qui dedit, saluabit ex hoc damnum.

Si verò sic causa figuretur, vt etiam aliquod aurum pro hoc [d] detur: [e] & hoc lucrabitur quidē venerabilis domus quæ fœneū aliquod acceperit. qui verò aurum dedit, habebit contra eū [f] qui contractum celebrauit, ex hoc actionem: sicut prædiximus. [g]

EPILOGVS.

HAEC omnino à nobis super ecclesiasticarum, aut omnino ptochicarum rerum alienatione posita sit lex: Leonis quidem pię memoriæ sequens constitutionem, & non aliud [h] quidem curans, aliud autem incuratum relinquens: sed in omni terra quam Romanorum continet lex, & catholicæ ecclesiæ sanctio, hæc extendatur, & determinet quæ sua sunt, & valeat perpetua, & custodita, & à sanctissimis patriarchis vniuscuiusque diœcesis, & à Deo amabilibus metropolitis, & ab aliis episcopis, & clericis, & œconomis, & abbatibus, & xenodochis, & nosocomis, & brephotrophis, & gerontocomis, [i] & orphanotrophis, & omnibus similiter rectorib⁹ aliquorum sanctorum collegiorum: omnibus imponens proprium robur: & licentiam prębens volenti denūtiare [k] quæ delinquuntur. Laudabilis [l] enim huiusmodi est, & calumniatoris [m] effugiet nomē, qui causam cōtra leges factam redarguit, auctor pietatis & vtilitatis sacris domibus factus. Seruabunt autem eam [n] nihilo minus & [o] nostræ reipublicæ iudices maiores & minores, ciuiles & militares: & præcipuè per omnes diœceses constituti glorioſissimi præfecti sacrorum prætoriorum: & medias [p] habentes administrationes, quos spectabiles vocant: dicimus autem augustales, & proconsulares, & spectabiles comites, & alios Orientis, & qui post illos sunt magistratus, hoc est prouinciarum consules siue præsides cōstituti: atque defensores ciuitatum. & similiter omne ciuile & militare & publicum auxilium, hanc nostram legem, tanquam in communi vtilitate, & pro totius terræ pietate positam seruet: & præuaricatores [q] subdat [r] pœnis quas primitus diximus. Si quid autem de conductionibus ecclesiasticarum rerum aut in aliis capitulis sanciuimus, aut à prioribus nostris sancitum est: maneat hoc in propria firmitate: neque ex præsenti sacra nostra constitutione nouandum. alia enim omnia manere in ꝓpriis terminis sinimus: nisi tamen [s] aliquid de iis habeat quę hic constituimus: cum sufficiat pro omnibus hæc lex super id quod à Leone piæ memoriæ factum est, omnē aduersus ptochicas res auferre alienationis occasionem. Tua [t] igitur beatitudo, & qui post illam [u] in pontificalibus sedibus fuerint, quæ à nobis disposita sunt, operi effectuique tradere festinet. Diuinitas te seruet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. Da. XVIII.* kalend. Maij, Belisario. V. C. Cos.

TITVLVS II. Nouell. 8.

VT IVDICES [x] SINE QVOQVO suffragio [y] δόσεως † fiant.

Dignitates & administrationes gratis conferri debent, nihilo suffragiorum nomine dato: aliàs omnia mala sequuntur, cum à radice procedat auaritia, quæ mater est omnium malorum: antiquo iure penitus sublato. hoc dicit. Bartolus.

Imperator Iustinianus Augustus Ioanni præfe. præto. iterum exconsuli & patricio.

PRAEFATIO.

OMnes nobis dies ac noctes contingit cū omni lucubratione [z] & cogitatione degere, semper volentibus vt aliquid vtile, & placens deo à nobis collatoribus* præbeatur. & nō in vano vigilias ducimus: sed in huiusmodi [a] eas [b] expendimus consilia, pernoctantes, † & noctibus sub æqualitate dierum vtentes: [c] vt nostri subiecti sub omni quiete consistant, solicitudine liberati: nobis in nosmetipsos pro omnibus [d] cogitationem susципientibus. per omnem nanque curiositatem & inquisitionem subtilē discurrimus, illa agere quærentes, quæ vtilitatem nostris subiectis introducendo, omni eos onere liberent, & omni damno extrinsecus illato, citra publicum [e] censum, † & iustam legitimamque collationem. Inuenimus enim plurimam ingressam causis [f] iniustitiam: & hanc nō olim, sed ex quibusdā tēporibus violēter accessisse, & oēs nostros

x Vt iudices. *id est ꝓsides: aliàs proconsules, vel rectores prouinciarum.*

y Suffragio. *id est sine aliquo dato nomine suffragii: vt. j. §. hæc omnia.*

Suffragiū.

z *Omnes. Lucubratione.* i. nocturna vigilia. vnde dicitur q luna habet radios lugubres. simile verbū insti. de lega. §. ij.

a *Huiusmodi.* scilicet in vtilitatibus collatorum.

b *Eas.* scilicet vigilias nostras. Ac.

c *Vtentes.* mirabile hic colligitur, quòd quando magni dies sunt, nō debemus tantum vigilare de nocte quantum quādo sunt parui dies. quod ego male seruo.

Vigilare non debemus nocte in magnis diebus.

d *Pro omnibus.* scilicet subiectis. sic. j. eo. §. fina. in fine.

e *Citra publicum.* sic. j. de man. prin. §. ij.

f *Causis.* scilicet electionum iudicum.

* *Sic in omnibus meis manuscrip. at in nona editione est XVII. K. Maii. Cont.*

† δόσεως, *datione, sed pro suffragio. Cont.*

* ὑπακόοις, *ad verbū subiectis. sed nō male collatoribus.*

† *Concor. c. bonæ memoria. cū glos. sup verbo, generale. extra de postu. pla. & in glo. r. in proœ. decr. in me. ibi, & noctes ducit insomnes. & in proœ. libri 6. decret. ibi, & noctes quādoque trāsim⁹ insomnes. & in. c. ecclesia vestra. cū glo. sup verbo, vigiliis. extra de elec.*

† δημοσίαν ἀπογραφὴν. *publicā descriptionem vertit Haloander.*

BIU Cujas

nostros subiectos ad inopiam compulisse, vt ad nouissimam ipsi penuriã deuenire fluctuarentur, [a] & neque consueta & legitima tributa, & pro veritate pias [b] functiones secundum publicum censum possint sine maxima necessitate [c] persoluere. Quomodo [d] enim valerent collatores, [e] cum [ex aliquo tẽpore [f] imperatores]† semper aliquid lucrari ex prouentu iudicum cogitarent, [g] & meritò hos sequerentur etiam gloriosissimi præfecti: ex hac iniustitia, & damnis extrinsecus [h] illatis, solennibus [i] piis collationibus sufficere? [k] Cogitatio igitur nobis facta est, quòd agentes [l] omnia quæcunque in nostris prouinciis sunt, vno actu [m] communi ad meliora migraremus. [n] Hoc enim omnino euenturum credimus, [o] si præsides [p] gentium quicunque ciuiles administrationes prouinciarũ habent, puris procuremus vti manibus, [q] & ab omni abstinere acceptione pro illis, solis contentos eis quæ à fisco dantur. quod non aliter [r] fiet, nisi & ipsi cingula [f] sine mercede percipiant, nihil omnino dantes nec occasione suffragiorũ, [t] neque iis qui cingula habent, [u]† nec alij hominum vlli. Considerauimus enim, quia licet quæstus immodicus [x] imminuitur imperio, attamen nostri subiecti incremẽtum maximum percipient, si indemnes à iudicibus conseruentur: & imperium† & fiscus abũdabit vtens subiectis locupletibus: [y] & vno hoc introducto ordine, plurima rerum & innumera erit vbertas. An certè non omnibus manifestum est, quoniam qui aurum dat, & ita administrationem emit: non dat hoc solum [z] quantum occasione adinuentum [a] est suffragiorum, sed & aliud extrinsecus addit amplius occasione commodi administrationẽ aut dantibus, aut spondentibus? & sic vno principio illicito [b] dato, plurimas necesse est manus circumire eum qui donationẽ facit: & hoc nõ de suo fortè præbere, sed mutuatum, & vt mutuare [c] possit, damnificatum: [d]† & computare apud se, quia cõuenit eum tantum ex prouincia percipere, quantum libet quidẽ ei, debita sortis, & vsuras, & damna pro ipso mutuo: cõputabit autẽ & in medio expensas largiores: [e]† iam & iudicẽ, [f] vel qui circa ipsum sunt degẽtes: [g] & quendam etiã sibimet recondere quæstum in tẽpore sequẽti, in quo fortè non administrabit. Quapropter* eius quod ab eo datum est, triplum, magis autem si oportet verius dici, decuplum erit, quod à subiectis nostris exigitur: & ex hoc etiam fiscus imminuitur. nam ea quæ oportebat in fiscum inferri, eo quòd administrationem habet puris vtentem manibus: hoc ad propriam [h] vtilitatem redigens qui administrationem habet, & inopem faciens nobis collatorem, inopiam illius [i] quæ [k] per ipsum [l] agitur, nobis [m] reputat. [n] & quãta [o] impiè talia fiũt, ad horum furtorum meritò relata occasionẽ. Administrationes nãque habentes prouinciales, ad hãc acceptionem [p] respiciẽtes, multos quidem reorum dimittunt, vendentes eis delictum: [q] plurimos autẽ innoxiorum condẽnant, vt noxiis præstent. & hoc nõ solum in pecuniariis causis agitur, sed & in criminalibus, vbi de anima [r] est periculũ. fugiũt æquè [s] ex prouinciis & confluunt huc [t] omnes ingemiscentes, sacerdotes, [u] & curiales, & officiales, & possessores, & populi, & agricolæ, iudicũ furta merito & iniustitias accusantes. & hęc nõ fiunt sola, sed etiam ciuitatũ seditiones, [x]

Collatores.

†Inclusa sic interpretãda, ἐκ ἑνὸς χρόνου βεβασιλευκότες, qui quibusdam ab hinc annis imperauerunt. Intelligit autem Anastasiũ & Zenonẽ quem Sudas refert omnes magistratus vltimo licitatori per Sebastianũ præfectum suũ addixisse. Contius.

†τὰς ἀρχὰς ἔχοντας. iis qui magistratus habent. Cont.

† Hæc verba recitantur in gloss. vnica in c. cũ ecclesiastica. extra de excep. post prin. gl. ibi, & imperiũ & fiscus.

a *Fluctuarentur.* id est fluendo siue facile venire cogerentur.
b *Pias.* huius pietatis ratio est. j. eo. §. oportet.
c *Necessitate.* id est difficultate.
d *Quomodo.* hanc literam interrogatiuè lege vsque illuc, cogitatio &c. & ex hac admiratione vel interrogatione infertur sequés illatio, igitur &c.
e *Collatores.* illi dicuntur collatores, qui cõferunt annalia tributa: & ita in toto hoc titulo accipitur, &. j. de collato. col. ix.
f *Ex aliquo tempore.* quia scilicet nuper hoc fuit inchoatum: vt. ſ. in prin. huius. §.
g *Cogitarent.* hoc est dicere, quando imperatores aliquem iudicem prẽponebant in aliquo loco: aliquid ab eo sperabant & habebant: & idem faciebant pfecti: quod erat dãnũ subiectorum: licet videatur extrinsecus vel à remotis esse: vt sequitur: quia à collatoribus quod sic dabatur, postea extorquebatur: vt infra eod. §. an certe. Accursius.
h *Extrinsecus.* quæ habebit per iudicem recuperare volẽtem quæ dedit. Accursius.
i *Solennibus.* scilicet fiscalibus.
k *Sufficere.* nam nihil est adeo magnũ, quod si per plures diuidatur partes, nõ fiat quasi nihil: vt. j. de natu. in curiam depu. j. respon.
l *Agẽtes.* scilicet nos.
m *Vno actu.* i. hac. l. quæ erit communis.
n *Migraremus.* id est aliquid quod esset cõmuniter vtile, facere mus per. l. istam, cũ talibus maximè intendamus: vt supra de hæ. & Falc. §. j. &. C. de cad. tol. §. fin.
o *Credimus.* quòd hic actus communiter vtilis erit.
p *Præsides.* generaliter hic accipe: vt infra eo. §. hæc autẽ omnia. &. ff. de offic. præsi. l. j. Accursius.
q *Manibus.* scilicet q̃ nihil perperam vel per pecuniam faciãt. sic infra de manda. princip. §. j. col. iij.
r *Quod non aliter.* scilicet vt ipsi puris vtantur manibus.
f *Cingula.* id est dignitatem illam vel administrationem sic dictam, quia forte aliquid ei cingebatur cũ eligeretur. sic. ff. de mili. testa. l. vlti.
t *Suffragiorum.* & subaudi nihil debẽt dare neque his &c. Azo.
u *Habent.* id est debent dare dignitatem. Azo.
x *Immodicus.* id est non modicus, sed magnus propter depauperationem collectarum, nisi hæc lex fieret. vnde ob hoc ipsum facere debemus legem istam: attamen & alia vtilitas est: & sic

A duæ vtilitates proueniunt: quia & imperiũ abundabit & c. vt statim dicit: & collatores non vexabuntur. Vel dic, imminuuntur ex hac cõstitutione: quia nil dabunt amodo iudices imperatori pro administrationibus.
y *Locupletibus.* Not. hic quòd imperator studet vt subiecti sint locupletes: sicut & alias
B
C
D

locupletes: sicut & alias
intereſt reipubli. &c.
vt inſtit. de iis qui ſunt
ſui vel alie. iur. §. pe.
Item aliud not. quòd
iudex debet curare vt
ſit rerũ vbertas. ſic. ff.
de offi. præſe. vrb. l. j. §.
cura carnis. arg. contra
C. de Iudæ. l. nemo.
z *Solum.* id est tãtã
quantitatem. Accur.
a *Adinuentum.* de in
re: vt. j. tit. proxi.
b *Illicito.* Not. quòd
præcedente vno malo,
ſequuntur & alia. ſic. ff.
de rei vin. l. ex duer
ſo. §. j. Sic prouerbium,
cui aduenit vnum mal
aduenit ſolum. vnde &
canon: Quæ malo in
choata ſunt principio,
vix eſt vt bono per
gantur exitu: vt. j. o. j. c.
principatus.
c *Mutuare.* id est vt
poſsit habere mutuũ.
d *Damnificatum.* ſcil
in vſuris & expẽ
Accurſius.
e *Largiores.* nã largio
expendit, qui ſperat
bi aliquam dignitatem
euenire: vt hic, & ff. de
peti. hære. l. ſed & ſi. §.
ſi quis re ſua.
f *Iudicem.* id est aſſeſ
ſorem, quem ſecum ha
bet vt iudicet: vt hic,
&. j. de iudi. §. j. quem
precibus & precio de
bet allicere: vt hic, &
C. de aſſeſ. l. j.
g *Degentes.* vt pro
lite quem ſecum duc
vel alia familia.
h *Ad propriam.* q
non debet eſſe, vt p
uata vtilitas public
feratur: vt. ſ. tit. j. §. qu
vero veriſimile. Azo.
i *Illius.* ſcilicet colle
toris.
k *Quæ.* ſ. inopia.
l *Ipſum.* ſcilicet pra
ſidem.
m *Nobis.* eo quòd ac
cipimus pretiũ ab eis.
Accurſius.
n *Reputat.* præſes.
o *Et quanta.* q. di
numerari non poſſunt.
p *Acceptionem.* aliàs
exceptionem: aliàs ac
ceptionem.
q *Delictum.* id est pe
nam delicti.
r *De anima.* i. de animato corpore. ſic. ſ. ti. proxi. §. iiſdẽ pœnis.
ſ *Æquè.* id est æqualiter.
t *Huc.* ſcilicet Conſtantinopolin.
u *Sacerdotes.* aliàs presbyteros accipe. vel nomen dignitatis est: vt. C. de na. lib. l. j. vel vtrumque: quod est verius.
x *Seditiones.* quæ ſcilicet ſeditiones vt non fiant, iudices debẽt prouidere: vt. j. de mand. prin. §. deinde. colla. iij.

BIU Cujas

& publicæ [a] turbæ plerunque fiunt atque sedãtur. [b] & omnino vna quædam est hæc omnium occasio malorum: & accipere† suffragium à iudicibus, totius nequitiæ est principium, & terminus. est quoque hoc sacrorum eloquiorũ [c] * mirabile & verum, quòd auaritia omniũ sit mater malorũ, maximè quãdo non priuatorum, sed iudicum inhæret animabus. Quis enim sine periculo non furetur, quis nõ latrocinabitur sine reatu ad administratorem [d] respiciens? Illum nanque videns [e] omnia auro vẽdentem, [f] & præsumens [g] quia quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet. hinc [h] homicidium, & adulteriũ, & inuasiones, & vulnera, & raptus virginum, & cõmerciorum [i] confusio, & contẽptus legum & iudicum, omnibus [k] hæc venalia proposita esse putantibus, tanquam aliquod optimorum mancipiorũ. [l] Sed neque sufficimus considerare & exponere quanta ex furto prouincialiũ iudicum fiunt pessima: nullo eos [m] præsumente [n] cum fiducia redarguere, cum illi [o] repente [p] se emisse cingula [q] pronuntient. [r]

CAP. I. De magistratibus sine suffragij datione creandis.†

HAEC [s] autem omnia apud nos cogitantes, & hîc [t] quoque participem cõsilij sumentes eã quæ à deo data est nobis reuerendissimã coniugem, [u] & tuę [x] celsitudini causam communicantes, & quædam etiam à tuo sumentes consilio, [y] ad hanc sacram venimus legem: per quam sancimus, neque proconsulariam [z] vllam, neque hactenus vocatam vicariam, neque comitem Orientis, neque aliam quamlibet administrationẽ, neque procõsularem, neque præsidalẽ (quas consiliarias & correctiuas [a] vocant) quarum expressim meminit subiecta huic sacræ legi nostræ descriptio, [b] quásque [c] solas [d] sub hac lege dicimus, dare aliquod suffragium: † neque pro administratione quamlibet donationẽ, [e] neque iudici vlli, neque horũ qui circa administrationẽ sunt alicui, neque alteri per occasionem patrocinij: sed gratis quidem sumere administrationes: pauca verò præbere [f] occasione eorũ quæ pro cingulis dantur singulis codicillis [g] & chartis. [h] nam & subiecimus descriptionem huic sacræ nostræ legi declarantem quid competat vnamquamque administrationem nostram præbere in sacro nostro laterculo, [i] aut in foro tuæ [k] celsitudinis occasione codicillorum, aut præceptorum: vnde & illud abbreuiatum est, ne [l] præstet illi [m] maximum damnum.

CAP. II. De vicario Asianæ & præside Phrygiæ in comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen translatis.

Duabus prouinciis sub vno comite & vno districtu constitutis, idem salarium debetur pro vna, quod olim præstabatur pro vtraq; cum periculo functionum publicarum: vno tamen nomine comitis nuncupando. Barto.

ILLVD [n] tamen decernimus, oportere vicarium Asianæ, qui est quoque iudex Pacatianæ Phrygiæ, nõ vlterius quidẽ ita nuncupari, [o] sed decætero comitem Phrygiæ Pacatianæ nominari: & percipere de fisco, quæ etiam nunc occasione annonarum [p] & capitum [q] † pro vtraq; administratione percipiebat, nihil horum imminuto: non autem duobus officiis [r] vti: sed permixtum & iudicis & vicarij vnum esse, comitianum [s] existens: & nominando [t] periculo functionum publicarum, & ei & omnibus [u] similiter imminente: [x] vtpote vno officio constituto, non diuidendo penitus, sed per vnam cõtinuationẽ militãtibus vniuersis. quod [y] accipiet tantùm propter duplex periculum, [z] annonas, & capita: quę vtrunque pridem percipiebat officium: [a] non tamen in altera quadam administratione pridem quidem vicarium, nunc autem spectabilem comitem quem in Pacatiana [b] Phrygia, non habentem penitus vllum participium in aliis Asianæ prouinciæ diœcesibus: * sed habentem quidem spectabilis comitis Pacatianæ Phrygiæ cognominationem, cõtentũ verò in sola Pacatiana (sicut prædiximus) Phrygia.

a *Publicæ.* nõ q̃ publica fiãt auctoritate: sed quia publicè patẽt.
b *Sedantur.* id est ad concordiam reducuntur dictæ turbæ propter timorem mali iudicis.
c *Eloquiorum.* no. ar. quòd possunt diuinæ auctoritates in causis allegari tanquam leges. fic. ff. quomodo opor. epis. §. quanta. circa princip.
d *Administratorẽ.* scilicet malum. nã malus iudex absoluit omnes per pecuniam.
e *Videns.* id est delinquens. Accur.
f *Vendentem.* scilicet iudicem.
g *Præsumens.* scilicet delinquens.
h *Hinc.* id est occasione accepta ex istis.
i *Commerciorum.* id est contractuũ: vt insti. de inutj. stip. §. j. Accur.
k *Omnibus.* delinquẽtibus.
l *Mancipiorum.* q. d. sicut seruus vel alia res est vendibilis: sic pœnibilis. 6. næ delictorum.
m *Nullo eos.* præsides.
n *Præsumẽte.* scilicet vel priuato, vel præfecto, vel etiam imperatore: vt. j. eod. §. itaque. in fin.
o *Illi.* præsides
p *Repente.* id est redarguenter.
q *Cingula.* id est dignitates.
r *Pronũtient.* loco exceptionis.
s *Hæc.* scilicet maleficia. Accursius.
t *Hîc.* id est ad istãm faciendam legem.
u *Reuerendissimã cõiugem.* Theodoram nomine: vt infra iusiuran. quod præ. Et no. quòd consilium ab vxore sumendum est. vnde Cato dixit à seruis consilium exigendum.
x *Tuæ.* Ioanni præfecto prætorio loquitur, vt. §. in prin.
y *Consilio.* quia iam nobis circa hæc aliqua consuluisti.
z *Proconsulariã.* proconsules sunt qui longè à Roma aliquã prouinciam regunt. & erat de consulibus Romanis electus, quasi cõsul procul missus, vt patet ex significatione vocabuli, cui est seruiendũ: vt instit. de dona. §. est & aliud. Azo.
a *Correctiuas.* isti sunt in Italia: vt. ff. de offic. præsi. l. ex omnibus.
b *Descriptio.* vt infra proxima constit. scriptum est.
c *Quasque.* scilicet administrationes.
d *Solas.* id est eas solas comprehendimus quæ in proxi. §. connumerantur.
e *Donationem.* scilicet dare.
f *Præbere.* scilicet sancimus.
g *Codicillis.* quædam paruę expensæ sunt, quę tabellionibus pro scripturis & similibus dantur, & hę declarantur. j. titu. proxi. vt hic sequitur.
h *Chartis.* s. dantur.
i *Laterculo.* id est in camera vel scrinio.
k *Tuæ.* ô præfecte prætorio.
l *Ne.* dare dico, ne &c.
m *Illi.* scilicet administrationẽ suscipiẽti.
n *Illud.* hic. §. &. §. seq. hoc autem. & alius. §. hoc autem. qui postea sequitur, ad eandẽ sunt sentẽtiam, vt duæ prouinciæ habentes prius duas consulares, amodo vnam habeant: vt fecerunt Bononienses quando elegerunt potestates per villas.
o *Ita nuncupari.* scilicet vicariũ Asianæ prouinciæ.
p *Annonarum.* vt pro fundis collatorum.
q *Capitum.* vt pro bobus & aliis animalibus. ar. j. de man. prin. §. coges. coll. iij. Vel dic q̃ capitatio dicitur à capite militũ quibus datur: vt. C. de ero. mi. an. l. fin. li. xij. &. C. de exco. & transf. mi. an. l. fin. eo. lib.
r *Officiis.* scilicet vicarij & iudicis. aliàs sic C. de proxi. sacr. scri. l. hac parte. in fine li. xij. &. ff. de pac. l. si plures.
s *Comitianum.* à comite sic dictum.
t *Nominando.* hoc comite, id est eligendo: vt hic.
u *Omnibus.* qui secum sunt: vt. j. §. hoc autem. in fine.
x *Imminente.* sic infra proximo. §.
y *Quod.* pro sed.
z *Periculum.* forte & pro fiscalium exactione, & pro ciuili siue publica disciplina: vt. j. §. hoc autem ipsum. vel propter duas solicitudines, scilicet vtriusque prouinciæ: vt vbi est onus, ibi sit emolumẽtum: vt insti. de leg. pa. tu. §. fi.
a *Officium.* i. vterque officialium: alterũ eorum dico pridem.
b *In Pacatiana.* quãtum ad nomẽ: sed vtrũque simul geret officiũ. Vel certe possunt intelligi isti tres. §§. vt vnam tantùm de duobus debeãt habere administrationem:

tundarum Theodosius quidem prò adeptione magistratus omnem dationẽ prohibuit, sed idẽ suffragii non mine dari, imò & cõdici aliquid permisit. l. i. C. de suffragio. at hoc etiã iustinianus p̃hibet. Cont. † *κατάπων legit Haloander. quod rectius puto quàm lectionẽ nouæ editionis* Scrimgeria *næ κατεπώνων ἤτοι χαραλικάνων καὶ συνηλεάτων. & quàm vetus lectio, capitorum. Capita aũt appellãtur pecudum quæ magistratibus in prouincia dantur, quæ Gallica lingua forragia appellãtur. Cicero ad Att. cum li. 5. epist. 1. 16. & vlt. Scito inquit non modo nos fœnum aut qd̃ legi solet, nõ accipere, sed ne ligna quidẽ &c. Illam autẽ definitionẽ capitũ inuenimus apud Marcellinũ lib. 22. historiarũ. Cont.* * *legendum diœceseos prouinciis &c. erãt autem decẽ prouinciæ in diœcesi Asiana, vt liquet ex notitia vtriusque imperii. Contius.*

BIU Cujas

ministrationem: licet salarium suscipiant tãtum quãtum pro vtraque prius percipiebãt: licet aliter dixerim in prin. huius. §.

a *In alterutro*. id est altero vicario. nam. ff. proxi. §. dicit de vno: & hic vocabatur vicarius tantum: erat tamen & comes, vt sequitur. sic ponitur hoc verbum. ff. de pac. l. rescriptum. §. si pacto.

† *quæ est prouincia Poticæ diœceseos quæ sub est. P.P. orientis. Cõt.*

b *Loci seruatores*. id est vicarios: vt in nouel. eo. tit. & probatur generalius infra vt nulli iudi. in prin. Sed videtur cum absit, quòd possit delegare: vt. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdi. l. j. j. respon. & ij. respon. contra. sed solu. vt infra de man. princ. §. eos.

c *Hoc autem ipsum*. scilicet quod diximus in §. illud. &. §. hoc autẽ. & qui modo fuit præpositus, scilicet nulli, melius postea stetisset.

d *Comitiano*. à comite sic deriuatum. Accur.

e *Priuatos*. i. omnes priuatos homines. idẽ in militibus & aliis: vt infra. §. quod autem. & infra proxi. §. & facit ad hũc. §. C. in qui. cau. mi. fo. præ. vti nó possũt. l. j. &. C. vbi quis decu. vel co. l. j. &. C. vbi se. vel cla. l. j.

f *Præmiũ*. Nota præmium dignitatis, vt habeat subditos.

† *Vicarios vertit Iulianus, recte. sicẽ & Dionysius exiguus hoc vocabulum in cõciliis positũ semper interpretatus est. Cont.*

g *Occasionibus*. id est accusationibus.

h *Fiscalium*. causarũ. Accursius.

i *Criminalium*. causarum.

k *Eis*. scilicet iudicibus.

l *Hinc*. id est à nostra curia.

m *Foro*. cum multiplex sit ibi forum: vt. j. de man. prin. §. sed neque ex magistris. &. §. deinde competens.

n *Exequuntur*. id est ferunt.

o *Licet*. id est licitum est iudices prouinciæ nó sinere percipere eos qui hinc descendunt.

† *κυβερνητικῶν. sed puto legẽdum χωρητικῶν. vt & Iulianus vertit. est autẽ Cyrrhestica regio in Antiochiæ tractu, vt ait Pli. lib. 6. c. 8. Cont.*

p *Iudicibus*. delegantibus, vt subiicit à quibus &c.

q *Sacra*. scilicet Græca. nec enim dicit de illa infra de iudi. §. ne autem. licet forte cautum fuerit, vt ibi dicitur. Accursius.

r *Ipsi*. scilicet præsides, vel proconsules.

CAP. III. De vicario Ponticæ sublato, & in comitis Galatiæ primæ nomen translato.

HOC autem ipsum & in alterutro [a] pridem vicario definiuimus: dicimus autem eum qui est in Pontica diœcesi: vt non duo consistant decætero: sed vnus comes quidem Galatiæ primæ † nominandus, & habiturus etiam super milites potestatem, sicut habet & nunc, & vtriusque cinguli percepturum annonas, non tamen foris primam Galatiam. nullam etenim ei aliam penitus damus habere potestatem in vlla Pontica regione, sed in sola Galatia prima, officio quidem miscendo, & secundum vnam (sicut dictũ est) intelligendo & numerando coniunctionem, comitiano existente & nominando: nullóque penitus eorum ad alios habente aliquam differentiam: sed vnum esse officium sub vno iudice vnius prouinciæ præsule: omni simili officio vnà cum suo iudice circa fiscalia periculum sustinente.

CAP. IIII. Vt nulli iudicum liceat mittere vicarios.

Regulariter nulli iudici licet per prouincias loci seruatores mittere. Bartolus.

NVLLI quoque iudici penitus concedimus neque ciuili neque militari mittere per ciuitates prouinciæ quibus præsidet, eos qui vocantur loci seruatores: [b] † sciẽtib[o] quia si quid tale fecerint, ipsi cadent administratione, præsumentes alios in suum officium eleuare.

CAP. V. Vt comitis orientis & præsidis Antiochiæ officium misceatur.

HOC autem ipsum [c] dicimus & in clarissimo comite Orientis, & clarissimo iudice. & illic enim vnam administrationem vtranque facimus, habentẽ quidem & spectabilis comitis Orientis nomen: officio verò vno præsidente, comitiano [d] existẽte & nominando, & primæ folius Syriæ, & Cyrenensis † præsidẽte, & vtriusque administrationis annonas habente. æqualẽ nanque vicariis illum ponimus, vt & ipse cum subiecto sibi officio periculum habeat & pro fiscalium exactione, & pro ciuili & publica disciplina.

CAP. VI. Vt omnes priuati præsidibus subiaceant, & executores quoq; vrbis Cõstantinopolitanæ.

Iudices qui prouincias regunt, iurisdictionem à lege habent in priuatos in pecuniariis & in criminalibus causis omnibus, & in milites in fiscalibus & criminalibus causis: & etiam in officiales & iudices qui de principis curia emanant, & potestatem habent de eis ad principem referendi. Bartolus.

VOLVMVS autẽ omnibus iudicibus nostrarum prouinciarum omnes subdi: priuatos [e] quidem secundum quòd cinguli propriũ præmium [f] est in omnibus causis & vniuersis pecuniariis & criminalibus occasionibus. [g] Qui verò in militiis cõstituti sunt: etiam istos nihilo minus occasione fiscaliũ [h] & criminalium [i] subdi omnibus eis [k] modis. Sed etiam eos qui hinc [l] descendunt, & ex quolibet foro [m] qui quascũque exequuntur [n] sententias: licet [o] prouinciarum iudicibus [p] non sinere amplius aliquid quàm sacra [q] nostra cõstitutione dispositum est, percipere sportularũ: scientibus quia si hoc neglexerint, omne damnum ex hoc nostris collatoribus illatum, ipsi [r] persoluent. Damus autem licentiã eis [s] & referre de eo non solum ad iudices à quibus sunt missi, sed etiã ad nosmetipsos: [t] vt nos hanc agnoscentes causam competenter exequamur. Si autem ipsi aliquos [u] inuenerint propter dignitatis & cinguli superciliũ nostris collatoribus violentias irrogantes, licentiam eis damus etiam examinare [x] violentias, & reos inuentos priuare cingulo: & nostrum ordinẽ in prouinciis adimplere: hoc quod etiam veteribus dictũ est legibus. Sicut enim eos omni iniusto [y] lucro prohibemus: ita etiã purè cingulis vtentes, omni honore [z] & reuerentia & honestate frui sancimus.

CAP. VII. De iureiurando à præsidibus præstando quòd pecuniam nec nomine quidem suffragij dederint.

Administratores iusiurandum præstare debent vt in litera dicitur: & maximè iudices: & eorum officiales si deliquerint, pœna hac lege statuta punientur. Bartolus.

SIC igitur à nobis singulis discretis, cõuenit eum qui sic acceperit administrationẽ, cum dei [a] memoriã coram nobis, aut si non vacat, [b] corã tua [c] celsitudine, & qui tuam rexerint sedem, & qui semper fuerit gloriosissimo comite sacrarum nostrarum largitionum, & gloriosissimo quæstore sacri nostri palatij, & gloriosissimo comite vbique sacrarũ nostrarum priuatarum rerum, præsente quoque & per tempora magnificentissimo chartulario sacrorum nostrorum cubiculorũ, qui codicillis his apud nos ministrat, iusiurandum dare, [d] nihil penitus, nec quodlibet se præbere [e] neque occasione suffragij, neque patrocinij, & neque

f *Eis*. f. collatoribus.

t *Ad nosmetipsos*. hic not. speciale, quòd directo potest recurri ad principem. aliàs contra: vt. j. de man. princip. §. sit tibi. colla. iij. &. ff. de appel. l. imperator. j. respon.

u *Aliquos*. iudices scilicet hinc descendentes, vel alios habentes dignitatem aliquam.

x *Examinare*. Nota durante officio hi minores magistratus cõueniuntur: vt. ff. de iniur. l. nam magistratus. aliud in ordinariis: vt ff. de iudi. l. pars. & de in ius vocan. l. ij. Acc.

y *Iniusto*. id est turpibus exactionibus.

z *Honore*. sic. j. eod. §. illud.

a *Cum dei*. Not. per deum [a] debere iurari, [a] non aliàs: vt hic, &. j. o. iurisiuran. quod præ. col. ij. interdum tamen & aliter iuratur, si hoc placeat partibus: vt. ff. de iureiuran. l. iij. in fi. &. l. iiij. &. v.

b *Vacat*. scilicet nostra præsentia: quia liis occupatur: vt infra de appella. §. ij. colla. iiij. & supra de hæred. & Fal. j. respon.

c *Tua*. ô præfecte cui hæc constitutio dirigitur: vt infra tit. proxi. & repete hic, coram. Azo.

d *Dare*. id est iurare hæc quæ sequũtur latim, & alia quædam vt infra iusiurand. quæ præ. Accursius.

e *Præbere*. id est probuisse, vel præbuisse confusum enim tempus est, & vtrumque significat. sic & in eo de calum. iurat: vt infra vt lit. iurẽt. in principio. coll. ix.

BIU Cujas

neque promittere, & neque de prouincia ꝓfiteri dirigere, neque gloriosissimis præfectis, neque aliis cingula habentibus, neque eis qui circa eos constituti sunt, nec alteri cuilibet per occasionem patrocinij: sed sicut[a] sine suffragio accepit administrationem, à publico percepturus annonas: (has enim[b] solas accipere eum sinimus) sic eam puris custodire manibus[c] deo & nobis pro ea reddituru rationē. Sciat enim tua celsitudo, & qui post te easdem conscenderint sedes: [d]quia siue ipsi præsumpserint accipere quicquam ab iis qui ad prædictas administrationes accedūt, siue proceres ipsi, siue etiam officium tuum,† vltra ea quæ occasione consuetudinum[e] à nobis eis definita sunt: quæ scilicet sufficere sola putantes, darì decreuimus: [f]non in paruis[g] pœnam fieri: sed maximi quidem iudices accipere aliquid præsumentes ab iis qui ad administrationes accedūt, aut etiā permittentes suum officium tale aliquid agere, & nuntiatum non emendantes: [h]non solum quadruplū reddent totius quātum perceperunt, [i]sed etiam magnam indignationem sustinebunt, [k]& cinguli periculum formidabunt: & qui circa eos sunt, & obediens eis officium, si amplius aliquid quàm à nobis concessum est, [l]tentauerint accipere, ipsi quoque subiiciētur dānis quadruplæ redditionis, & cadent etiam substantia & cingulo: insuper & suppliciis subiacebunt quæ congruunt[m] delictis eorum.

CAP. VIII. Vt præsides tributorū exactioni diligenter incūbāt.

Administratores prouinciarum ipsi & eorum assessores, & qui circa eos sunt, iustitiam in publicis & priuatis causis debent seruare: & deuotos paternè tractare, & indeuotos punire. Bartolus.

EOS autē qui ita sine mercede sumunt administrationes, præ omnibus studium habere decet fiscalia vigilanter inspicere: & indeuotos quidem & egētes[n] necessitate, cum omni exigere fortitudine, in nullo flexos, neque pro hoc ipso lucrum aliquod omnino considerantes: deuotis autem paternè[o] se exhibere: deinde nostros subiectos reseruare vndique sine violentia: nihil ab vllo eorum percipientes: sed æqui sint in iudiciis: æqui verò in publicis disciplinis: exequentes quoque delicta, innoxios quidem vndique custodientes eos qui puri sunt: reis autē pœnam imponentes[p] secundum legem: & ita præsidentes collatoribus, tāquam patres filiis: † diligentes quidem eos qui sunt innocentes: qui verò rei monstrantur, castigantes ac punientes: omnémque iustitiam in publicis & priuatis documentis eis seruantes: & non ipsi soli hoc agentes, sed etiam semper consiliarium talem sumentes, & qui circa eos sunt omnes, vt non videantur illi[q] quidem velut innoxij esse, per alios autem delinquant atque furentur: hoc qđ magis[r] turpe est, vt & participes iniustitiarum sumant.[f] Ideoque[t] licebit tuæ celsitudini honestiorum quosdā ad administrationes dirigere, & sciētium tributa fiscalia: curialiū[u] quippe & aliarum personarum experimentum sui dantium bonum, & ad magistratus opportunorum. Quis enim non diligat eum, & honestate compleri magna putet, si nostro decreto iudicióque tui culminis ad cingulum veniat, testimonium quidem habens quia sit optimus, gratis verò eum suscipiēs: non vacans omnino per prouincias populi priuati, nec quē admodum quod dedit congreget, nec vnde colligat aurum: sed vt hoc solum habeat studiū deo nobísque semetipsum cōmendare, & gloria frui optima, & recompensationem sperare præcipuam?[x]

Administratores in officio vel actione eius delinquentes, etiam officio durante pœna à lege statuta puniendi sunt: licentia data prouincialibus eorum delicta episcopo vel archiepiscopo nuntiandi: vt per eos relatione ad principem facta, in locis vbi fecerunt iniustitiam, puniantur: vt eorum pœnæ sint aliis in exemplum. Bartolus.

SI quis autē præter hoc aliquid egerit, & donec in administratione est iudex, furti reus appareat, & probetur aut aurum dans vt accipiat administrationem, aut accipiens ex administratione (vtrunque enim similiter[y] noxium est) sciat quia & cōfiscationē & exilium sustinebit, & in corpus verbera atque suppliciū. Ipsum quoq; qui acceperit ab eo (sicut prędiximus[z]) malis subiiciemus maximis. puras enim exigimus esse prouincialibus iudicibus manus: vt collatores custodiamus. & istę quidem tam ex legib[9] quàm ex administrationibus[a] imminebunt pœnæ iis qui in prædictis administrationibus sunt, si tale aliquid egerint. Damus autem prouincialibus licentiam, si quid apud prouinciam iniustum, qui administrationem habet, egerit: vel si damnis aliquibus aut calumniis subdat nostros collatores: vt deo amabiles episcopi[b] & ꝓuinciæ primates preces ad nos dirigant, exponentes

cingulum

a *Sed sicut*. vnde illud: Quod gratis accepistis, gratis date. Matth.10.

b *Has enim*. interpositio est. Accursius.

c *Manibus*. facit ad hūc.§.C. ad legem Iul. repe. l. fin. sic.j. de mandā. princip. §.j.

d *Sedes*. id est qui fuerint postea in ea dignitate. Accursius.

e *Consuetudinem*. sic.j. de san. epis. §. pro consuetudinibus. coll. ix. Accursius.

f *Decreuimus*. vt.j. tit. proximo.

g *Non in paruis*. id est non imponetur parua pœna, sed magna. vel dic, non solum paruis hominibus erit pœna delinquentibus: vt infra eo.§. si quis autem. Sēd enim istis magnis pœnis tantum. quod est generale, vt semper minores amplius in simili delicto puniantur: vt ff. de incen. rui. naufra. l. Pedius. & hoc colligitur ex hoc.§. & præfato. §. si quis autē. infra eod. nisi in casu: vt ff. de pœ. l. quædam. Sed quidam dicunt ꝙ etiam isti verberantur, sicut & minores: vt.j. eod. §. si quis autem. & supplent hunc.§. per illum. quod non credo.

h *Non emēdantes*. sed quomodo potest pœnitere, cum iam ad ārctum peruenerit? Dic hoc speciale: aliàs communiter distinguere tur: aut peruenisset ad actum, aut non. in primo si fuit consummatum, non licet pœnitere. si non fuit, licet: vt ff. de fal. l. qui falsam. nisi in casu læsæ maiestatis: vt. C. ad leg. Iul. maie. l. quisquis. Si vero ad nullum actū peruenerit, tunc non punitur: vt. ff. de pœ. l. cogitationis.

i *Perceperūt*. præfecti.

k *Sustinebunt*. scilicet præfecti.

l *Concessum est*. vt infra titu. proxi.

m *Congruunt*. forte in exilium dantur: vt. C. si cer peta. l. quisquis. vel dic pro motu iudicis: vt hic dicitur.

n *Egentes* egēt enim vt eis necessitas imponatur, adeo sunt desides. & sic ponitur.j. tit. j. iusiur. quod præstatur.§.j.

o *Paternè*. facit ad hæc.j. eod.§. ex diuerso.&.j. de man. prin.§. quòd si delinquentes. in fin. col. iij. &.j. iusiur. quod præ.§. pen. col. ij.&.j. de defen. ci. §. si qua. col. iij.

p *Imponentes*. subaudi supplicium. Accur.

q *Illi*. iudices.

r *Quod magis*. Nota maius esse delictū delinquere in aliū quàm in se: vt hic, & colligitur ex duabus legibus ff. de iis qui not. infa. l. athletas. §. Póponius. &. l. imperator. & est verū: quia & ipse peccat, & alium facit delinquere. vnde versus:

Peccando peccare docens hic peccat & in se:
Qui reus est, & in hos quos facit esse reos.

Delictū est maius delinquere in alium quàm in se. † *extat hæc sententia apud Demosthenem & Xenophōtē & l. 4. C. de defenso. ciuita. &.j. in formula iurisiurādi. & in Nouella de mānda. princ. c. 9. Sic etiam Cassiodorus cum esset ꝑfectus ꝓtorio, edixit Vos ad omnia, inquit, iusta estote deuoti, vt me prouinciarum patrem faciatis esse quā iudicē. Cōt.*

s *Sumant*. in loco assessorum & sociorum.

t *Ideoque*. quia tot bona habet facere prędes.

u *Curialium*. q.d. isti & illi qui eliguntur, erunt de curia, & ideo magis experti.

x *Præcipuam?* interrogatiuè lege.

y *Similiter*. id est vtrunque simile est delictum: ergo pari pœna puniendum: vt. C. de episco. & cler. l. si quenquam. in fi.

z *Prædiximus*. sed nō tantis, vt diximus. §. §. sic igitur. in fin. §. & de illo sit mentio hic.

a *Ex administrationibus*. id est administratoribus superioribus.

b *Episcopi*. facit ad hoc infra vt dif. iudi. coll. ix.

BIU Cujas

cingulum habẽtis[a] delicta. nos enim hæc agnoscentes dirigemus[b] in prouinciam hoc examinaturum: quatenus ipse vbi iniustitiam fecit, illic[c] quoque pœnas subeat delictorũ: vt neque alter quispiam tale aliquid agere præsumat, ad exemplũ[d] respiciens.

CAP. IX. Vt præsides remaneãt in prouincia quinquaginta diebus.

Administrator in prouincia officio finito quinquaginta diebus debet commorari redditurus omnibus rationem. & si ante fugerit, ab omnibus capi potest, episcopo causas ex non scripto examinandi necessitate imminente. Bartolus.

NECESSITATEM habente eo qui administrationem rexit, secundũ priores cõstitutiones,[e] dum deposuerit fasces,[f] per dies quinquaginta in prouincia commorari, publicè se monstrantem, & ab omnibus suscipientem cõuentiones. si tamen antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur velut aliquod inhonestissimorum mancipiorum: damus licentiam collatoribus detinere[g] eum in prouincia: & omne quod dederunt ei occasione furti,[h] hoc exigere, præsente[i] tamen deo amabili episcopo, & causam ex non scripto[k] examinante, donec reddat omne quicquid furatus ostenditur.[l] sed etiã[m] ipsos ꝓuinciales, si senserint administratorum furtum, licentiam habere, magis autem necessitatem, hæc referre nobis: vt cognoscẽtes quia omnino auro vendidit iustitiam, prædictis eum subiiciamus pœnis. super quod etiã cœlestibus suppliciis reus erit, transcendens iusiurandum[n] in quo acceperit administrationẽ. Si autem voluerit ex quacunque causa non completis quinquaginta diebus ex prouincia fugere: tunc comprehensus vbicunque degere videtur, reuocabitur quidem in prouinciam in qua administrabat: omne vero quod inuẽtus fuerit accepisse, restituat in quadruplum.

CAP. X. Vt omnes prouinciales præsidibus suis debitum honorem & solitas acclamationes deferant.

Subditi, iudicibus nullam debent inferre iniuriam, sed fauorem: nisi in eorum deliquerint officio: pœna mortis imminente: & iudices iustitiam omnibus debent seruare: & superior inferioribus oppressionem inferre non debet. Bartolus.

ILLVD videlicet obseruandum, nullã esse nostris subiectis licentiam in alio quodam præter furtum[o] hoc circa iudices agere. Non enim si videatur vehementissimus indeuotis propter fiscalium exactionem, aut propter delictorum executionem, dabimus subiectis agere aliquid aduersus eum. Ex diuerso autem etiam pœnis eos omnium amarissimis[p] subiugamus, si eos qui puris vsi sunt manibus, & fiscalium exactionem cum omni detulerint subtilitate: postea[q] deponentes administrationem iniuriari præsumpserint, & non cum omni fauore post legitimum tempus prouincias relinquentes deduxerint. Oportet enim eos qui post hanc legem nostram faciendi sunt clarissimos subiectarũ ꝓuinciarum iudices, considerare quanta quidem perfruẽtur gloria tales apparentes:[r] quantis † autem sint incursuri difficultatibus, legem hanc soluere quantum ad se[f] præsumentes. Erit enim absurdum, si eos quidem qui in vilibus capiuntur furtis, ipsi[t] torquebunt, & nõ primitus quiescant donec reddant furta: ipsi autem innoxij[u] manserint in maximis cõstituti furtis, & neque apud subiectos erubescentes exemplum,[x] cum liceat eis honestis & liberis[y] &

a *Habentis.* ergo durante officio conuenitur hic ordinarius in his casibus: nec mirum, quia coram principe hoc fit: vnde non est contra. ff. de in ius voc. l. ij. &. ff. de iudi. l. pars. est & alia ratio: quia illę. ll. loquuntur quando ex alia causa conuenitur, non ratione officij. nam de eo etiam durante officio posset conueniri: vt. C. ad leg. Iul. repe. l. iubemus.

b *Dirigemus.* scilicet nuper.

Punitur quis vbi deliquit.

c *Illic.* vbi no. quem puniri vbi deliquit. sic infra vt omnes obe. iu. prouincia. §. si igitur. col. v. &. ff. de re mi. l. iij. j. respõ. &. ff. de acc. l. si cui. §. idem imperator. &. l. fina.

d *Exemplum.* sic. C. ad legem Iuliam repe. l. j. &. C. de fur. l. si qs.

e *Priores constitutiones.* C. vt omnes tam ci. quàm mil. iu. l. j. fa. ad hoc infra eo. §. oportebit. & infra de col. §. super hoc. col. ix. & infra de admi. §. j. j. respon. &. §. sancim⁹. col. vij.

f *Fasces.* id est dignitates.

g *Detinere.* hic colligè quòd licet alicui capere debitorem fugiẽtem.[a] facit ad hoc. C. vbi de cri. agi oportet. l. j. sic infra vt nulli iudi. §. si vero quis. col. ix. &. ff. quæ in fraudem. l. ait prętor. §. si debitorem. &. C. vt nemini li. sine iudi. l. ij. ar. contra. C. de Iudę. l. nullus.

a Vide abbatẽ in ca. cum non ab homine. extra de iudi.

h *Furti.* id est tãquam sit manifestus, in quadruplũ teneatur, & in quinquaginta lib. auri damnetur ipsi principi. item tempus augetur: quia per sex menses amodo stabit: vt hic, &. C. vt omnes tãci. quàm mil. l. j. §. ꝓ si quis. &. §. ipse autẽ. Item & alias tres patitur pœnas. supra eod. §. si quis autem. in princip. si autem durante administratione fugerit, crimine læsæ maiestatis tenetur præter supradicta: vt infra de admini. §. ij.

i *Præsente.* sed nunquid solus episcop⁹ hic cognoscit? Respond. quidam, non: sed princeps, vel ab eo delegatus: sed episcopus erit secum: vt supra proxi. §. vel melius dic quòd durante officio etiam possunt collatores querelam deferre de his tribus: de furto scilicet, de accepto, & dato occasione administrationis. & tunc solus princeps vel eius delegatus potest cognoscere ad instantiam episcopi, & collatorum: vt supra proxi. §. & sic intelligitur proxi. §. sed finito officio de omnibus delictis poterit cognoscere etiam episcopus:[b] vt in hoc. §. quod intelligo idem & si non fugerit. & hoc per constitutionem istam. per aliam vero etiam durante officio: & de omnibus cognoscit episcopus: vt infra vt diffe. iu. §. si tamen.

b Concor. c. 1. 2. & 3. & 4. extra de fo. compe.

A Et sic no. episcopum cognoscere: vt hic, & infra vt cle. apud pro. episc. §. j. nec mirum: quia ordinarius est: vt. C. de episco. aud. l. episcopale. interdum tamen vnà cum præside: vt si crimen canonicum laico inferatur: vt infra de mand. princi. §. oportet. col. iij. Item quando præses suspectus habetur: vt infra vt diffe. iu. §. si vero. col. ix.

k *Ex non scripto.* id est sine libello, secundum Alb. & sine actis. Item & sententia lata sine scriptis: quod est speciale: sicut furta & alij quatuor casus vt infra de man. princ. §. sit tibi. vbi sunt dicti quart⁹ est infra vt cle. apud pro. episco. circa princip. vt quando episcopus inter clericos cognoscit. Itẽ quando inter laicum conuenientem clericum, & ipsum clericum: vt infra vt cle. apud propri. episco. circa princ. col. vj. & quando est causa vilis & parua. Item quando vilium personarum: vt infra de mi. princ. §. sit tibi. sed in re communi libell⁹ est necessarius in scriptis: vt infra de exhi. §. iacimus. col. v. & sententia in scriptis dãda de vt. C. de senten. ex pri. reci. l. fina. Ac.

l *Ostenditur.* vel per testes, vel etiam per sigillum sacramentum agitis, secundum Al. vt infra de collato. §. super hoc. col. ix. Accursius.

m *Sed etiam.* non solum apud episcopum.

n *Iusiurandum.* facit ad hoc. C. de iurcan. l. ij.

o *Prater furtum.* & si terquam si aliquid accipiat vel det pro ministratione: vide pra eo. §. si quis aut & intellige hunc. §. rante officio: vt supra xi. §. dixim⁹, & manifestè ex ipsa litera colligitur.

p *Amarissimis.* mortis ergo. vel dic quòd pena parricidij: & quia in loco filiorum sunt collatores quos quasi occidit: vt supra eo. §. & quia illa est omni pœnarum maior: vt institu. de pub. iudi. §. item lex Pomp. &. §. alia denum.

q *Postea.* collige hunc. §. loqui durante officio.

r *Apparentes.* scilicet innocentes.

s *Ad se.* sic supra quomodo opor. episc. §. igitur. &. ff. de don. inter virum & vxo. l. si socer.

t *Ipsi.* iudices.

u *Innoxii.* id est sine pœna.

x *Exemplum.* Vnde Cato: Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. facit ad hoc infra de sanctis. episc. in princ. col. ix. & ff. de eden. l. si quis ex. §. fin.

y *Et liberis.* scilicet à furto.

BIU Cujas

vndique laudandis ostendi, [a] & à nobis habere testimonium & spem. [b] Non sinimus autem nec spectabilibus iudicibus, nec alteri alicui quanlibet eis oppressionem aut iniustitiam inferre, aut ciuilibus omnino causis [c] communicare: vt & non eis [d] honestatem seruemus, & illi [e] puritatem nobis deuotionemque restituant. Sciant enim omnes subiecti, quia propter eorum vtilitatem, & vndique eorum indemnitatem, & vt per omnem agantur quietem, & non cogantur prouincias relinquere, & in peregrinis affligi: propterea præsentem legem scripsimus, deo eã vouentes, & præsentibus venerabilibus [f] [maximè eius [g] communionis quæ [h] festiuis † diebus] [i] vt omnibus liceat patres [k] suscipere magis iudices, quàm fures & solicitatores, & eorum substantiis insidiantes. Oportet* quoque vos† nostros subiectos scientes quãtam vestri posuimus prouidentiam, cum omni deuotione, publica sine imminutione tributa persoluere: & neque administratorum egere necessitate, [l] sed ita deuotos vosmet ipsos pbere, vt nobismetipsis ostendatur operibus quia & ipsis [m] pro huiusmodi clementia [n] propriã nobis deuotionem restituetis: & meritò habebitis omnem à iudicibus occasionem deuotionis, fauorem & prouidentiam: illud sciẽtes, quia iudicibus imminet vndique fiscalium periculum: [o] & manifestum est, quia proprio suo periculo administrationes assumunt: & vos hęc agnoscentes, & omnimodo euitate indeuotionem, [p] & nolite vestras voluntates ita præbere inobediẽtes, quatenus eorum præsidum egeatis vehementia, quam necessarium est eos assumere propter ineuitabilem fiscaliũ exactionem: sciẽtibus vobis nostris subiectis, quia militares expensæ, & hostium incursiones multa egent diligentia, [q] & non possunt citra pecunias hæc agi, causa videlicet nullam recipiente dilationem, neque nobis concedẽtibus despici Romanorum terram deminutam, qui & Lybiã omnem reparauimus, [r] & Vandalos in seruitutem redegimus, & plurima adhuc, & maiora horum speramus à deo percipere & agere: pro quibus competens est fiscalia tributa sine imminutione & deuotè & secundum definita exigi tempora. Quapropter si vos quidem deuotè occurratis iudicibus, illi vero facilem & præparatam fiscalium illationem in vos exhibuerint: & iudicũ laudabimus studium, & vestrã approbabimus voluntatem, & vndique [s] vna quædam erit optima consonáque præsidentium, & quibus præsident, congruentia magna.

CAP. XI. Vt omnes deo gratias agant huius legis latæ gratia.

ITAQVE deo & saluatori nostro Iesu Christo omnes similiter offerant hymnos [t] pro hac lege quæ eis dabit & patrias habitare cautè, & proprias facultates habere firmissimè, & iudicum frui iustitia. Nam & nos propterea eam posuimus, vt & iustitiam quæ in lege est, valeamus domino deo vouere, & nosmetipsos & nostrum commendare imperium, & non videamur despicere homines oppressos quos nobis tradidit deus, vt eis per omnia parcamus, eius sequentes benignitatem. [u] Ideoque quantum ad nos [x] consecretur hæc lex deo: eo quòd nihil in mentem nostram veniens boni pro tuitione subiectorum relinquimus. Volentes enim inhonesta hæc & seruilia furta perimere, & nostros subiectos in quiete à prouincialibus iudicibus conseruare: propterea festinauimus gratis administrationes eis [y] dare: vt nec ipsis liceat delinquere, & abripere subiectis, quorum causa † omnem perferimus laborem, dedignantes [z] imitari eos qui ante nos imperauerunt,* qui [a] pecuniis ordinabant administrationes, sibimetipsis auferentes licentiam administratoribus nocentibus increpandi † iuste, [& * ipsi [b] ea quæ percipiebant, celando, iusti putati] & proprios collatores propter hoc [c] abripere à malis iudicibus non valentes: vnde nec ipsis iudicibus increpare poterant agere castè* occasione prædictæ causæ. Nos autem sufficientem imperio quẽstum [d] esse putamus, vt collatores sola fiscalia conferant tributa, & nihil aliud extrinsecus quæratur, quod subiectis omnem commoueat vitam.

CAP. XII. Vt omnimodam iurisdictionem præsides habeant.

Iudices iurisdictionem habent aduersus omnes: omni priuilegio cessante. Bartolus.

QVOD autem primitus à nobis dictum est: [e] adhuc maiori opere & subtiliori complecti existimauimus legislatione, [f] quatenus nostra intentio omnibus fiat aperta. Sancimus enim clarissimos subiectarum prouinciarum administratores citra [g] omne factos pecuniarum suffragium, & ab his dato iureiurando, memores habere & hanc à nobis licentiam, [h] vt nulla sit vlli apud eos [i] penitus fori præscriptio, [k] neque in iis quæ committũtur ab aliquibus violentiis, neque in criminibus, [l] & quæ

a *Ostendi.* apud episcopum, vel principem, vt sequitur. Vel dic, ipsis collatoribus finito officio: vt. ſ. §. necessitatem. Accursius.

b *Spem.* percipiẽdi aliquam dignitatem: vt insti. in procœ. in fin. secundum Azo.

c *Ciuilibus om. causis.* i. in aliqua ciuili causa contra eos indices agere durante administratione: vt. ſ. in prin. huius. §. Sed contra. j. vt dif. iudi. §. si vero. col. ix. Sol. vt ibi.

d *Eis.* ſ. iudicibus.

e *Illi.* iudices.

f *Venerabilibus.* scilicet episcopis, de quib⁹ est habita mentio. ſ. eo. §. necessitatem.

g *Eius.* scilicet dei.

h *Quę.* scilicet lex.

i *Festiuis diebus.* subaudi, poterit exerceri: quia contra pessimos latrones exercetur, vt modo dixi, &. C. de fer. l. puinciarum. vel quia celeritatem desiderat: vt. ff. de dã. infect. l. j.

k *Patres.* sic. ſ. eo. §. eos. sic. j. iusiur. quod præstia. col. ij.

l *Necessitate.* quasi dicat, sponte agatis quod tandem ex necessitate faceretis. sic. ſ. de fide iuſ. §. quod autẽ. col. j.

m *Ipsis.* scilicet operibus.

n *Clementia.* id est p hoc quòd fecimus. l. illam.

o *Periculum.* quia de hoc iuratoriam præstat cautionem, vt. j. e. §. tua quippe. & infra iusiuran. quod præsta. §. j.

p *Indeuotionem.* nolite præbere, vt subiicit.

q *Diligentia.* vt insti. in procœ. circa prin.

r *Reparauimus.* id est recuperauimus.

s *Vndique.* sic. ſ. quomodo opor. episco. j. respon.

t *Hymnos.* id est gratias. sic infra titu. proxi.

u *Benignitatem.* quia in sola clementia possum⁹ esse pares deo: vt C. de nup. l. imperiales.

x *Quantum ad nos.* nã vere consecrare nõ potest, cum non sit sacerdos: vt insti. de re. diui. §. sacræ. Accursius.

y *Eis.* aliàs eas.

z *Dedignantes.* scilicet in hoc. in aliis autem imitatur: vt. C. de legi. & con. l. digna. sic institu. de hære. quali. & dif. §. pe.

a *Qui.* ſ. imperatores.

b *Et ipsi.* scilicet imperatores.

c *Propter hoc.* quòd acceperint aliquid: vt ſ. e. §. cogitatio. in fi. & quia erãt participes in simili delicto: vt. ſ. e. §. siquis autem. vnde nil poterãt adinuicem opponere: vt. C. de libe. cau. l. si filium.

d *Quæstum.* quia sibi plura dẽdit deus: vt. ſ. de non. ali. §. sinimus.

e *Dictum est.* vt. ſ. eo. §. volumus.

f *Legislatione.* scilicet istius, vt subiicit.

g *Citra.* id est sine. aliàs esset mala grãmatica. aliàs est in litera, citra omne suffragiũ.

h *Licentiam.* scilicet quæ sequitur.

i *Eos.* magistros militum puta.

k *Præscriptio.* in sequentibus.

l *In criminibus.* sed nõ

† *Concor. tex. in cle. 2. in prine. de re iudi.*

* *Tacite accusat Zenonẽ & Anastasiũ &c. de quib⁹ di. xi. ſ. cap. 1. Contius.*

† ἐπιμαῶν, retinuit cõstructionem Græcã dati. *Contius.*

* *Pro inclusis vertit Haloãder, digni profectò quib. propter turpiter acceptã pecuniã capita obuoluerẽtur pallio. Sed quid hic de obuolutione pallii agitur? itaque sic mallem: & digni qui ob acceptã pecuniã pudore suffunderẽtur. Cons.*

* σωφρονεῖν temperãter se habere. *Contius.*

BIU Cujas

ne violentia est crimen publicum, siue sit publica siue priuata: vt.ff.de publi.iudi.l.j? Respon.est,sed crimen hic pro maiori crimine ponitur: vt.C.de cust.reo.l.ij.&.ff.de re mili.l.iij.j. respon.

a *Horum.* scilicet præsidum. præsidum dico non expectantium.

b *A iudicibus.* puta à magistro militum, si forte erant milites isti qui deliquerunt.

c *Subiecti.* scilicet illi qui delinquunt.

d *Ad eos.* magistros militum puta. Accur.

e *Per quam.* s. hanc.l. nostram, vt sequitur.

f *Præbemus.* ergo nó poterit alteri delegare: vt.ff. de offic. eius cui mand. est iur.l.j.j. respon. Accur.

g *Omnem.* nisi in casu: vt infra eo.§. interdicimus.

h *Habentes.* præsides.

i *Causis.* proxime nominatis.

k *Priuilegio.* scilicet à lege indulto: vt quia sit scholaris qui habet priuilegium magistri: vt in proœ. digestorũ in fin. vel clericus, qui habet episcopi: vt.C. de epi. & cle.l. omnes. vel militis qui coram magistro militum cõuenitur: vt.C. de iur. om. iu. l. magisteriæ. Sed nunquid à principe potest habere? Respon. sic, si dicatur, non obstante hac.l. vt.ff.de leg.iij.l.si quis.in prin. & non aliàs: vt.C. de preci. impe. offe.l. rescripta. &.ſ.de non ali. §.quia vero verisimile. in fi.& hic subiicit. Alij tamé intelligũt hũc §.in priuilegiis quæ iuris corpore non sunt clausa: vt in rescripto, & similibus. nam ſ est à lege indultũ, non tollitur secundum eos. Et est præceptor meus in hac sentẽtia. sed B. fuit in prima: quod plene diximus infra vt omnes obe.iu.§. si quis igitur.col.v.

l *Neque ex hoc.* scilicet priuilegio. si enim priuilegium sibi valeret, secure delinqueret, & inde nasceretur malũ vnde bona oriri deberent: quod esse non debet: vt.C. vnde vi.l. meminerint.& de indi. vidu.l.ij.

m *Non enim.* sic.C.de iuramen. calum.l.ij. in fi.§.sinautem reus.

n *Prouinciis.* aliàs in prouinciis. aliàs prouinciæ.

o *Cuiuspiam.* magistri militũ forte, vel alterius de quo videtur.

p *Et hanc.* scilicet legem.

q *Eis.* subiectis.

r *Ostendent.* scilicet præsides.

ſ *Auxilientur.* ſ.l-ista.ſic.j.de man.prin.§.patrocinia.col.iij.

t *Patientur.* ſic.ſ.eo.§.ſi quis autem.

quæ hinc oriuntur læsionibus, neque in seditionibus publicis, neque in publicorum tributorum exactionibus: sed omnes similiter subiacere horum[a] iurisdictioni, non expectantium neque præcepta suscipere à iudicibus[b] quibus subiecti[c] sunt, neque nuntiare ad eos: [d] sed cõtentos esse hac nostra lege, per quam[e] omnem eis potestatem præbemus,[f] & ipsi omnem[g] licentiam habentes[h] penitus in prædictis causis[i] neque priuilegio[k] vti quolibet, neque ex hoc[l] sibimet imperare vt delinquant innoxiè. Nõ enim[m] qui omni abstinent acceptione iudices, aliud quiddam dei & legis nostróque præponẽt timori: sed ad illum respicientes seruabunt subiectis iustitiam, omnia secundum nostras iudicantes & agentes leges. Quia enim milites & huiusmodi in prouinciis[n] constitutos eis subiicimus: neque in hoc egebũt præcepto cuiuspiã[o] proprio aut à nobis, aut à nostris iudicibus, sed præsenti lege vtentur, & hanc[p] eis[q] ostendent,[r] vt auxilientur[ſ] eis vtentibus iudiciali fiducia: sciẽtibus quia nisi hæc egerint, & emolumẽtorum & militiæ sustinebunt casum, & in corpus periculum patientur: [t] vt nobis[u] nullo alio penitus opus sit iudice: & aut[x] latronum insecutores, † aut appellatos violentiarum inhibitores, * magis autem fures, † aut violẽtos mittere, occasione quidem quasi rationabili vtentes, ipsos autem omniũ pessima facientes. Cum enim iudices prouinciarum vniuscuiusque maximorũ iudicum cõpleant officium,[y] & pro omni alio cingulo prouinciis sufficiãt, & ad ea quæ ex nostris legib[z] super eis decreta sunt: quis præsumat aut fori præscriptione, aut huiusmodi aliquo apud eos vti? [z]

† λεηλατούντας.
* βιοκωλύτας.
† λεηλατοῦντας, ἤ ἁρπαλίσας, *id est spoliatores vel exarmatores. Contius.*

CAP. XIII. De latrunculatoribus & viocolytis & aphoplistis. †

Nemini licet loci seruatores vel similes in prouinciam destinare, vel ob hoc habere. & iudices iusiurandum & cautionem debent præstare. Bartolus.

INTERDICIMVS autem & glorioſissimo magistro militum Orientis, & omnibus nostris iudicibus, aut latronum insectatores,[a] aut violentiarum inhibitores,[b] aut armatos, † aut aliquos tales[c] destinare in prouincias. Sciant enim qui ad hoc instituti post hanc nostram legem præsumpserint,[d] quoniam capti[e] ab his nostris iudicibus prouinciarum, & in vincula redigentur, & ad nos causa nuntiata,[f] à nobis summum periculum sustinebunt: & qui huiusmodi eis præcepta tradiderint, triginta librarum auri sustinebunt pœnam: & maiorem insuper ac vehementiorem nostram indignationem experientur. Oportebit igitur iudices prouinciarum tãquam promeritos[g] à nobis potestatem, sic causis vti, vt iuste & legitime sint omnibus metuendi:[h] scientes, quia si data à nobis administratione,[i] male & indigne abutantur[k] à nobis concessa sibi licentia: subiacebunt suppliciis quæ primitus[l] diximus, & donec administrationes habent, hæc[m] perferentes,[n] & dum eas deposuerint, maiori[o] adhuc experientur[p] periculo. Nõ enim[q] eis damus licentiam antequam legitimum quinquaginta dierum compleatur tempus, à prouinciis in quibus administrauerint, discedere, aut per occasionem reuocatoriæ,[r] aut per occasionem fugæ,[ſ] aut per aliam quamlibet causam: [t] scientibus (sicut prædiximus) siue ad hanc veniant felicissimam ciuitatem, siue in quamcunque regionem, ad prouinciam denuo reuocati cui præfuerunt, pœnas sustinebunt omnes quas prius diximus. [u]

u *Vt nobis.* bene dico vt vtiliter ibi maneãt: vt per hæc nõ egeamus dare eis aliqué adiutorem, qui non iuuaret, immo impediret eum, iuuando malos homines: vt dum haberent nomẽ adiutoris, ipsi magis essent fures & mali: vt.j.§.proxi.&.§.interdicimus.

x *Et aut.* & repete, opus sit: & accipe verbum mittere, quod est infra.

y *Officium.* id est omnia potest ipses phãcl. quæ possunt varij magistratus Romæ: vt.ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. & l.ex omnibus. &.l. sed licet.

z *Vti.* q.d. nullus.

a *Insectatores.* qui ita nominarẽtur: magis autem essent fures: vt supra dixi.

b *Inhibitores.* quia & ipsi forte pecuniam acciperẽt pro sceleribus occultandis.

c *Tales.* qui bona præsumptione mitterẽtur.

d *Præsumpserint.* scilicet illuc ire vel mittere.

e *Capti.* id est missi.

f *Nuntiata.* permittitur ergo relatio iustis missis à magistro militum vel alio: alias contra: vt infra vt iudi. non expect. ſa. iuſ. col. ix.

g *Promeritos.* qui meruerunt hanc dignitatem habere.

h *Metuendi.* sic.ff. de offic. procon. l. obseruare.

i *Administratione.* ablatiui absoluti.

k *Abutantur.* No. priuilegium debet perdere qui abutitur eo. hic, &.C. de Iudd. Idæos.

l *Primitus.* vt.ſ.eo.§. si quis autem.

m *Hæc.* i. has pœnas.

n *Perferentes.* licet in tribus casibus vt diximus. ſ. eo.§. necessitatem.

o *Maiori.* infra de omni. §. ij. col. vj. contra Sol. ibi in fuga loquitur, vbi magis punitur durante administratione, quàm si postea fugiat. hic autem ex delicto prius cõmisso punitur: & postea plus poterit puniri, cum sit dignitate exutus: vt.ff. de incẽ. rui. nau. l. Pedius. & de pœ. l. in seruorũ.

p *Experientur.* id est experiri poterũt, si accusentur. sic.ff. de statulib. l. Labeo. &.ff. ad le. Iul. repe. l. antepe.

q *Non enim.* bene dico eum posse puniri postea, non enim &c.

r *Reuocatoria.* id est reuocationis: & ita adiectiuum resoluitur in substantiuum. Azo. quia dicit se reuocatum à suis.

ſ *Fugæ.* quam non exprimit, licet in corde gerat.

t *Causam.* vt occasione rei familiaris.

u *Diximus.* vt.ſ.eo.§. necessitatem.

BIU Cujas

CAP. XIIII. Quomodo aut apud quem iurare debent Magistratus, & de exigenda ab his cautione.

IVSIVRANDVM vero dabunt hoc quidē quod superius diximus.[a] Si vero aliquibus in prouinciis[b] existentibus mittantur singuli codicilli,[c] & coram deo amabili episcopo metropolitano, & qui in eis primates sunt, iusiurandum subibunt, & ita singuli suscipient actiones,[d] tua quippe celsitudine prouidente, siue in hac maxima ciuitate perceperit aliquis administrationem, siue in prouincia, ei codicilli[e] eius transmittantur à tua[f] celsitudine: vt ipse[g] qui accepit,[h] cautionem[i] faciat fisco de tributorum inculpabili exactione, sicut ipse pure probaueris. Posita sit autem lex hæc à nobis in omnibus administrationibus à nobis nominandis,[k] & ex presenti tēpore sine suffragio percipiendis. nam quæ præcesserunt, pridem positis subiaceant legibus: nulla pœna horum quæ in hac nostra lege determinata sunt, imminente hactenus administrationes habentibus: nisi tamen & ipsi post insinuationem huius legis nostræ furari[l] capiantur. Hæc igitur tua celsitudo vniuersa cognoscens, in omnibus gentibus sub se constitutis fieri manifesta procuret, solenniter præceptis vtens apud omnes prouinciarum præsides: vt ipsi cognoscentes nostrum circa subiectos studium, & quantam habemus circa ordinationem iudicum voluntatem, cōsiderent quanta eis bona participantur, neque imperij medelæ pro eorum[m] felicitate parcentes. Dat.† Belisario præfecto sextodecimo kalendas Maij.

Notitiam horum quæ ab vnaquaque administratione debēt præberi, demōstrat hæc lex, pœnam cōtra facientibus statuēs. Bart.

SCriptum[n] est exemplar edicti Cōstantinopolitanis, habens ita:

QVantam[o]* subiectorum† posuimus prouidentiam, ostēdit à nobis nuper posita lex quam ad gloriosissimos nostros præfectos scripsimus. Sed cōpetens est & vosipsos scire nostram prouidentiam, quam circa omnes homines habemus, & propterea legem ipsam & in edictis proposuimus figuratam, vt & vos domino deo ac saluatori nostro Iesu Christo iustè referatis hymnos, & nostro imperio, quia omnem pro vestra vtilitate perferimus laborem.

Notitia eorum quæ ab vnaquaque subditarum administrationum debent præberi circa cōsuetudinem quantitatis ab iis qui administrationes habent: nullo præsumente extra ea quæ subscripta sunt, nequaquam requirere amplius aliquid.

A spectabili comite Orientis sic. in sacro cubiculo solidos. lxiij. primicerio clarissimorū tribunorū notariorū cum quatuor scriniariis sacri laterculi solidos numero. l. eius adiutori solidos. iij. officio gloriosissimorum præfectorū prætoriorū soli. lxxx. A proconsule Asię ita in sacro nostro cubiculo soli. nume. xiij. primicerio clarissimorū tribunorum notariorū cum quatuor scriniariis sacri laterculi soli. nume. xl. eius adiutori soli. nu. iij. officio gloriosissimorū prefectorum prætoriorum soli. nume. lxxx. A spectabili comite Phrygiæ Pacatianæ chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nume. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum soli. nu. xxiiij. eius adiutori soli. nume. iij. officio gloriosissimorū præfectorū prætoriorum soli. nume. l. A spectabili comite Galatię primæ spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nume. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorū soli. nume. xxiij. eius adiutori soli. num. iij. officio gloriosissimorum præfectorum prætoriorum soli. num. l. A vicario Longimuri† chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nume. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum soli. nume. xxiiij. eius adiutori soli. nume. iij. officio gloriosissimorū præfectorum prætoriorum soli. nume. xl. & quæcūque administrationes consularéve sunt. ix. A iudice* Palæstinæ spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. ix. primicerio clarissimorū tribunorū notariorum soli. xxiiij. eius adiutori soli. iij. officio gloriosissimorum præfectorū prætoriorum soli. nume. xl. A præside Palestinæ secundæ vt supra. A pręside Phœnices maritimæ sic vt supra. A iudice secundæ Syriæ spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. num. ix. primicerio clarissimorū tribunorū notariorum soli. nume. xxiiij. eius adiutori soli. nume. iij. officio gloriosissimorū præfectorum prætoriorū soli. nume. xl. A præside Theodoriadis &c. vt supra. A præside Osroënæ &c. vt supra. A pręside Ciliciæ primæ &c. vt supra. A iudice Cypri spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nume. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum soli. nume. xxiiij. eius adiutori soli. nume. iij. officio gloriosissimorum præfectorum prætoriorum soli. xl. A iudice Pamphylię spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. nume. ix. primicerio clarissimorum tribunorum notariorū soli. nume. xxiiij. eius adiutori soli. nume. iij. officio gloriosissimorum præfectorū prætoriorū soli. nume. xl. A præside Bithyniæ sic vt supra. A præside Helenoponti sic vt supra. A præside Lydiæ sic vt supra. A præside Phrygiæ salutaris. A præside Pisidiæ. A præside Lycaoniæ &c. A præside nouæ Iustinianæ &c. A iudice Armeniæ secūdæ spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. num. ix. primicerio clarissimorū tribunorum notariorum soli. nume. xxiiij. eius adiutori soli. nume. iij. officio gloriosissimorum præfectorū prætoriorū soli. num. xl. A iudice Armeniæ maioris, ita vt supra. A iudice Cappadociæ primæ, ita vt supra. A iudice Cappadociæ secundæ, ita vt supra. A iudice Hellesponti, ita vt supra. A iudice Thraciæ, ita vt supra. A iudice Europæ, ita

a *Diximus.* vt. s. eo. §. sic igitur. quod iuramentum dabitur Romæ vel Constantinopoli, si ibi fuerit electus: aliàs iurabit in prouincia in qua est. & hæc sunt vera secundū id tempus quādo princeps eligebat huiusmodi potestates. Sed nunquid cum iurent hodie in suis ciuitatibus, id est in his vnde debent esse potestates, habebit locum hæc constitutio? Respon. sic: vt argu. ff. de pub. iudi. l. ordo. & ff. de neg. gest. l. actio.

b *In prouinciis.* aliquibus.

c *Codicilli.* id est literæ continentes præsidatus illius prouinciæ.

d *Actiones.* id est actū. sic ff. de non ali. §. finitus. in fi.

e *Codicilli.* expone vt supra proxi.

f *Tua.* ō præfecte.

g *Ipse.* tu, subaudi.

h *Accepit.* scilicet administrationem.

i *Cautionem.* nunquid sine fideiussore? videtur quòd sic: vt. C. de verbo. sig. l. sancimus. sed tamen contradicimus. nam dari debet fideiussor de fideli exactione tributorū: vt. j. tit. iusiur. quod præ. & ff. ad municip. l. quoties. §. penul. & l. libertus. §. fin. & C. de bo. vacan. l. fi. & de cano. largi. l. fin. lib. x. & supra eod. §. oportet.

k *Nominandis.* vt infra titu. proxi. & supra eod. §. hæc autem omnia. Vel dic, nominandis, id est eligendis. sic accipitur verbū. C. de decu. l. nominationū.

l *Furari.* sic infra de incest. nup. §. ij. &. iij.

m *Eorū.* scilicet subditorum.

n *Scriptum.* Inutilis constitutio. hac constitutione declaratur quid debeat dare ex consuetudine quilibet electus, sicut & promiserat dicere supra titu. j. §. hæc omnia. nec est legenda.

o *Quantam.* verba edicti sunt ista.

videre quāta fuerit potentia Iustiniani imperatoris, qui tot & tā nobiles prouincias sub imperio suo gubernabat.

† *μακρῆ τείχος. erat lōgus murus dividens Persas ab imperio Romano. Contius.*

* *ἀρχόντος præside. & sic in sequētib. Cont.*

pæ,ita vt supra. A præside Rhodopæ &c. A præsidе Aimimõti &c. A iudice Carię,ita vt supra. A iudice Lyciæ, ita vt supra. A iudice Augustianæ,* ita vt supra: & quæcũq; administrationes præsidales, siue correctiuæ sunt. A iudice Libyæ superioris spectabilibus chartulariis tribus sacri cubiculi soli. num.ix. primicerio clarissimorũ tribunorum notariorum soli. nume. xxxvj. A iudice Aegypti primæ, ita vt supra. A iudice Aegypti secũdę,ita vt supra. A iudice[Niceæ]†secundę,ita vt supra. A iudice Palęstinæ tertiæ, ita vt supra. A iudice Arabię,ita vt supra. A iudice Euphratesię, ita vt supra. A iudice Mesopotamiæ,ita vt supra. A iudice Ciliciæ secundę,ita vt supra. A iudice Armeniæ primæ, ita vt supra. A iudice Galatiæ secundæ, ita vt sup. A iudice Onoriadis, ita vt supra. A iudice insularũ, ita vt supra. A iudice Mysię secũdæ,ita vt supra. A iudice Scythiæ, ita vt supra. Pro vniuscuiusq; ciuitatis defensore, si quidem sit metropolis,pro metropoli[a] à prętore glorioſissimorũ præfectorum prętoriorũ dandi sunt solidi nume.iiij. si vero alterius ciuitatis, solidi.iij. & vltra hæc nihil. Nec enim defensores vel dare iudicibus,nec alteri cuiquam, nec accipere volumus: nisi quædam sint, cũ ab eis volo:[b] præsideant cõsuetudines:sciẽtibus eis,quia quia si nuntietur nostræ potestati de aliquo eorum quia præuaricatur quæ à nobis sancita sunt:& quod receperint,quadruplũ reddent:& officio soluto, exilium habitabunt continuum:cum etiam prouinciarũ iudices si hoc neglexerint,& defensores sinant rapere:non modicã & ipsi sustinebunt pœnã. D. XVII. Kal. Maij, Constantinop. Belisario. V. C. Consule.

Iudices & ciuitatum defensores pro administratione nec dare nec recipere licet à subditis ex administratione: nisi in defectum sui salarii, inueiurando ab eis præstando, pœna contra facientibus imminente. Barto.

Hæc verba desunt in omnib. Græcis editionibus. Cont.

SCriptum[c] est exemplar huius Dominico glorioſissimo præfecto apud Illyricum prætoriorũ. Sed ita quidem adiectionibus iusiurandũ subeant,secundum proprium de hoc facto inditum sacramentum, cuius exemplar etiam directum est tuæ celsitudini. Qui verò administrationes suscipiunt à tua celsitudine, directos hinc eis à nobis codicillos suscipiãt præsente deo amabili ciuitatis in qua degũt, episcopo,& aliis qui in ciuitate sunt, in iudicio tuæ celsitudinis congregatis,& officio omni tuo:coram quibus etiam codicillos accipiant, & iurent prædictum iusiurandum. & maxime hoc præcipimus coram curialibus agi, quos competens est magna frui & à tua celsitudine,& qui idem ferẽt cingulum. Optima autem erit prouidentia & studium, vt & nihil ab eis tu lucreris omnino, neque permittas eos ab vllo lædi. eos enim qui hanc nituntur iniquitatem, quatenus & felicissimo nostro vtãtur exercitu,& reliquas curiales adimpleant functiones: quia nõ oportet talia attentari solatia,vt possit referri ad tãtam tarditatem. nihil enim nobis tam commẽdat tuam celsitudinem, quomodo circa curiales vniuscuiusq; ciuitatis prouidentia, quã præberi volumus istis & à tua celsitudine,& à cinguli semper sueceſſoribus. Quapropter dũ codicillos dederis administrationes accipientibus à te,aut præsente,hoc eis tuam denuntiare volumus sedem,vt curialibus omnem ferant fauorem, nihil penitus ab eis accipientes. Prohibeatur autẽ & ab aliis eis afferri dãna & agnoscãt per te,quia si præter hoc aliquid egerint, pœnis subiacebũt grauissimis. Sicut enim curialibus parcere te volumus,ita & defensorũ castigare & retinere auaritiã[d] sancimus,& ab eis præsumere accipere à nostris subiectis,nisi secũdum quod eis administrat respublica: aut si non est aliquod eis publicũ solatiũ, quãtũ inculpabilis antiquitas definiuit: vt à spõtaneis ipsis magis q̃ ab inuitis accipiãt,& hoc parũ,& quãtũ eis ad mediocrẽ sufficit vitæ gubernationem. Sciant enim,quia si citra hæc aliquid acceperint: non solum quadrupli subiacebũt pœnæ, sed etiã exilium habitabunt cõtinuum:prius eis plagis corporeis infligẽdis.

Edictum scriptum in omni terra deo amabilibus archiepiscopis & sanctissimis patriarchis.

TRaditæ † nobis à deo reipublicæ curam habentes, & in omni iustitia viuere nostros subiectos studentes, subiectam legem conscripsimus: quam & tuæ sanctitati, & per eam omnibus qui tuæ prouinciæ sunt,facere manifestam, bene habere putauimus. Tuæ igitur sit reuerentiæ & cæterorum hæc custodire:& si quid transcẽdatur à iudicibus, ad nos referre: vt nihil contemnatur horum quæ sanctè & iustè à nobis sancita sunt. Sic enim nos quidem nostrorum subiectorum miserati, quoniam supra fiscalium functionum exactionem etiã maximas sustinent ex furto iudicum violentias, propter factas prouinciarum venditiones, hæc auferre per subiectam studuimus legem. * Vos autem si negligentes non referatis à nobis quidem consecratam domino deo:rationem reddetis apud eum pro aliorum iniustitia, si quod non agnoscentibus nobis damnum apud vos hominibus inferatur. sed oportet præsentes vos prouinciis, pro eis ac reliquis detestantes,manifestos nobis facere & rectos iudices,& transcendẽtes hanc legem nostram:quatenus vtrosque cognoscentes, hos quidem puniamus,illis autem repensemus. Cúmque lex publicè proposita fuerit,& omnibus manifesta:tunc intus recõdatur in sanctissima ecclesia cum sacris vasis: vtpote & ipsa dedicata deo,& ad salutẽ ab eo factorũ hominum scripta. Facietis autem melius,& illic habitantibus vniuersis hominibus vtilius, si eã insculpentes aut tabulis, aut lapidibus, in porticibus sanctissimæ ecclesiæ describatis,plenam[f] prębentes omnibus horum quæ sancita sunt, lectionẽ atque possessionẽ.

CAP. II. De defensoribus ciuitatum.

SI vero pro iudicum puritate hanc habuimus prouidentiam:palam est quia multo magis defensoribus non permisimus nec quicquã accipere,nec dare. Dabunt enim cõcessis sibi præceptis in foro glorioſissimorum præfectorum(si quidẽ maiores sint ciuitates) solidos.iiij. si vero minores sint, solidos. iij. & vltra hæc nihil. Accipient autem nihil ab vllo,si aliquis ex fisco solẽnis eis quæstus erit.aut si nihil ex fisco percipiunt

---

a *Pro metropoli.* potestas archiepiscopalis ciuitatis,vt est ciuitas Berytus & Tyrus: vt. C. de metropo. Beryto. l. j. lib. xj. argu. contra. j. de defen. ciui. §. denuo. colla. iij.

* *Augustianica.*

b *Volo.* id est quando volam,dabitur mihi.

c *Criptum.* constitutio inutilis. hæc constitutio exemplum quoddam est continẽs quæ fuerunt in illa, vt iudi. sine quoquo suffr. & quædã cõtinet plus de admonitionib. quas facere debent episcopi,& præfecti, & præsides postquam iurauerunt: vt. j. c. sicut enim si quis mitteret epistolam secretam,& quandam apertam: ita hæc est aperta respectu superioris.

†*pro inclus. leg. Augustanicæ. Cõt.*

d *Auaritiam.* quæ est radix omnium malorũ: vt. ŝ. vt iudi. sine quoquo suffra. §. an certe. & potest hic notari, vt hic lex sit correcta: vt ff. de offic. procõ. l. solent. §. fin. nam hic non permittitur aliquo modo accipere esculentũ, dummodo habeat salarium ex quo sibi satisfieri potest, vt statim sequitur. idem dico de illa. ff. de offic. præto. l. plebiscito.

e *Studuimus legem.* vt supra vt iudi. sine quoquo suffr.

f *Plenam.* aliàs pœnã.

IVSIVRANDVM QVOD PRAESTATVR ab his qui administrationem accipiunt.

Hæc constitutio adiicit, & diligenter comprehendit sacramentū quod debet facere quilibet administrator: vt.ſ.vt iudi.ſi.quo.ſuffr.§.ſic igitur.

a Administrationem. *quamlibet: vt ſupra vt iudi.ſi.quoquo ſuffr.§. hæc autem omnia.*

b *Ivro ego.* Hic not. prius ſubſtantiam ſacramenti vſq; illuc, puram cōſcientiā &c. ibi autē incipiunt capitula quæ durant vſque ad.§.ĩ. poſtea autē pœnas dicit quas vult ſubire ſi contra fecerit: & ſic tria cōtinent in hac conſtitutione. Accur.

c *Chriſtū.* per hoc verbum, & ſequens ſacramentum quod dicit de virgine, excludit Iudæos ab his adminiſtrationibus vel poteſtatiis. arg. C. de ſum. tri. l.j. Nā Chriſtus, vt dicitur in decre. propter tria fuit baptizatus. propter exemplum, vt nos faceremus idem. Item propter commēdationem ſuæ humanitatis. Item propter vim regenerationem conferēdam aquis, quam non habent Iudæi in ſe: vt in decre. dicitur de cō. ſe. diſ.iiij. ſi baptizata. &c. nunquam. in hoc enim nomine Chriſtus, tria continentur. ſ. qui, & à quo, & de quo, id eſt tres perſonæ: pater vngens, filius vnctus, ſpiritusſanctus vnctio: vt in decre. de conſe. di.iiij.c. à quodam.

Chriſtus propter tria fuit baptizatus.

In noua editione Chriſti tria continentur.

Trinitas eſt hic cōſtituta, aut declarata à patribus.

d *Quatuor.* id eſt à quatuor euangeliſtis facta & compoſita, ſcilicet Matthæo, Marco, Luca, & Ioanne: qui ſuis figuris pinguntur: vt hoc verſu continetur: Eſt homo Matthæus, Marcúſque Leo, vitulus Lucas, pingitur aquila Ioannes. hi enim quatuor omnia euangelia fecerunt, & non ſunt plura, licet diuiſim legātur in eccleſia. Sed quid ſi ſuper vnum librū tantum, vel quid ſi ſuper alium? Videtur non valere, vt hic. ſed contra eſt: quia habetur reſpectus ad vera euangelia. Item mens deferentis eſt conſideranda, vbi iurans vellet malignari: vt in decret. xxij.q.v. quacunque arte. & facit ad hoc verſus: Fallit iurantem iuratio facta per artem. & repete ſemper, per, ad omnes hos accuſatiuos. Item conſuetudo ſic interpretatur vt iuramentum factum ſuper quolibet libro valeat: vt.ff. de legi. & ſenatuſcon. l. ſi de interpretatione.

Euangeliſta quibus figuris pingitur.

Iurans malignare non potest.

e *Teneo.* No. quòd tangere debet, & eſt verum, niſi in caſibus: vt in iudice iudicante: vt. C. de iudi. rem nō nouam. Item in epiſcopo teſtificante: vt infra de ſan. epiſ. §. nulli. col. ix. Item in alienante rem eccleſiaſticam, vel dando eam in emphyteuſim: vt.ſ. de non ali. §. quod autem à nobis dictum. ibi, & vt neque.

f *Germanum.* Germanus frater, germana ſoror dicitur, quaſi ex eodem germine natus vel nata. & ſic facit ſe parem: quod eſt verum quo ad quid: cum vterque ad ſtatum imperij ſtudeat: vt ſupra vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. oportet. ſed ſubiicit ſeruitium per quod reddit ſe ſubiicibilem.

g *Dominis.* Hic no. quòd genus maſculinum concipit fœminum. ſic. ff. de leg. iij. l. qui duos. &. ff. de pact. l. tres fratres. ſed nō econtra: vt. ff. de leg. ij. l. ſi ita ſcriptum. de quo plene dic vt. ff. de verb. ſig. l.j.

cipiunt: nihil vltra quàm ſacra noſtra ſtatutum eſt conſtitutione, percipiant: alioqui ſi quid accipere capiantur aut ipſi, aut qui vocātur eorum chartularij, aut alter quiſpiam qui circa eos ſunt: illi quadruplum reſtituent quod acceperunt, & hac ſolicitudine repellentur: inſuper exilio perpetuo mulctabūtur: & in corpore caſtigati, reddent prouinciā viris bonis pro malis defendēdam. Mentiri autem & in hoc cuſtodes nos inhibentes, & qui preces hic agunt, & inſinuātes: vt neque lateat aliquid horum quæ delinquuntur, neque latendo ſit impunitū: ſed omnis æquitas atq; iuſtitia noſtris ſubiectis floreat. Si vero etiā hactenus iudices non poſt inſinuationem huius legis omni abſtineant furto: ſciant & ipſi huius legis pœnæ ſe eſſe ſubiectos.

TITVLVS III.†

IVSIVRANDVM QVOD

præſtatur ab his qui adminiſtrationem [a] accipiunt.

Sacramenti ſubſtantiam docet, iuríſque iurandi formam demonſtrat, & pœnam oſtēdit hæc conſtitutio. Bartolus.

Ivro ego [b] per deū omnipotentem, & filium eius vnigenitum dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, [c] & ſpiritum ſanctum, & per ſanctam glorioſam dei genitricē, & ſemper virginem Mariam, & per quatuor [d] euangelia quę in manibus meis teneo, [e] & per ſanctos archāgelos Michaëlem & Gabrielem, puram cōſcientiam germanúmque [f] ſeruitiū me ſeruaturū ſacratiſſimis noſtris dominis [g] Iuſtiniano & Theodoræ coniugi eius, occaſione traditæ mihi ab eorum pietate adminiſtrationis: & omnem [h] laborem ac ſudorem cum fauore ſine dolo & ſine arte [i] quacunque ſuſcipio in commiſſa mihi ab eis adminiſtratione de eorum imperio atque republica: & communicator ſum ſanctiſſimæ dei catholicæ [k] & apoſtolicæ [l] eccleſiæ: & nullo modo vel tempore aduerſabor ei: nec alium quemcūque permitto, [m] quantum poſsibilitatem habeo. Iuro quoque idem iuſiurandum, [n] quia nulli penitus neque dedi neque dabo [o] occaſione dati mihi cinguli, [p] neque occaſione patrocinij, neq; promiſi, neq; profeſſus ſum de prouincia mittere, neque mittam, neque occaſione dominici ſuffragij, [q] neq; famoſiſsimis [r] præfectis adminiſtrationem habētibus, neque iis qui circa eos ſunt, neque alij hominum vlli: ſed ſicut ſine ſuffragio percepi [ſ] cingulum, ſic etiam purè me exhibebo circa ſubiectos piiſſimorum noſtrorum dominorum: [t] contentus iis quæ ſtatutę ſunt mihi de fiſco annonis. [u] Et primum omne habebo ſtudiū, vt fiſcalia [x] vigilāter inſpiciam: & indeuotos quidē & indigentes [y] neceſsitate, cū omni exigā vehemētia, nequaquā ſubinclinatus, [z] neque ob hoc lucrum ipſum cōſiderās, aut per gratiā [a] vel odium exigēs aliquem citra quàm [b] competit, aut cōcedam alicui. deuotos autem paternè tractabo, & ſubiectos piiſſimorū noſtrorū dominorū illæſos vndique quātum poſsibilitatē [c] habeo, cuſtodiam. Et æquus in cauſis vtriq; parti, & in publicis diſciplinis ero: nullíq; parti citra quàm iuſtum eſt, præſtabo:

h *Et omnem.* ſcilicet iuro me præſtaturum, repete.

i *Arte.* id eſt deceptione. vnde Cato: Sic ars deluditur arte.

k *Catholicæ.* id eſt vniuerſalis.

l *Apoſtolicæ.* i. Romanæ, quæ fuit ab apoſtolo Petro fundata: vt infra titu. proxi. §. fi.

m *Permitto.* id eſt permittā. ſic enim eſt modus loquēdi Theutonicorum: vnde extunc patet q̄ ex eis Theutonicis erat imperator vſque ad hoc tempus: quod tamē dicemus. j. vt præpo. no. impera. coll. v. No. tamen hic quòd poteſtates terrarum debent expellere hæreticos de ſuis locis per. l. iſtā. &. C. de ſum. tri. l.j. in fi. & in cōſti. Frid. ad decorem. §. ij. quæ eſt. C. de hæret. l. Gazaros. Accur.

Poteſtates terrarū debent expellere hæreticos.

n *Idem iuſiurandū.* repete, per.

o *Dabo.* facit. j. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. ſic igitur. &. C. ad. l. Iul. repe. l. ſancimus. Acc.

p *Cinguli.* i. dignitatis.

q *Suffragii.* id eſt pro ſuffragio præſtādo coram domino imperatore pro dignitate habenda. Accurſius.

r *Famoſiſſimis.* hic in bona parte accipitur. aliàs in mala: vt cū dicitur famoſus latro: vt ff. de pœ. l. capitaliū. §. famoſos. &. §. fi.

ſ *Percepi.* quodcūq;: vt ſupra vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. hæc autem omnia.

t *Dominorum.* ſcilicet imperatoris & vxoris: & concipit hic maſculinum fœmininum: vt ſupra dixi.

u *Annonis.* vt tamen eſculentum & poculētum poſsit accipere: vt. ff. de offi. procon. l. ſolent. §. fin. & de offi. præfi. l. plebiſcito. Sed illæ poſſunt dici correctę, quando habet ſufficiens ſalarium, vt diximus. ſ. titu. proxi. circa prin.

x *Fiſcalia.* ſcilicet tributa.

y *Indigentes.* id eſt quibus ex neceſsitate imponitur neceſsitas: vt ſupra vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. eos.

z *Subinclinatus.* id eſt flexus in aliquo.

a *Per gratiam.* ſic. j. de ſan. epiſ. in prin. col. ix. &. C. de bo. auct. iud. poſ. l. fi. &. j. de alie. & emphy. §. ſi quis autem. col. ix.

b *Citra quàm.* id eſt aliter quàm deceat. aliàs vltra quàm: & tūc idem ſonat.

c *Poſsibilitatem.* ſed nunquid bene poteſt: vt. ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. quod autem. circa fi. §. &. j. de mā. prin. §. patrocinia. Quare ergo reddit ſe ſuſpectum? Reſpō. loquitur hic de potētia tributa à natura, id eſt à iure: vt. ſ. quomodo opor. epiſ. §. igitur.

a *Visum.* excepto defensore qui iurat omnia se acturum secundum legem: vt. j. de defen. ci. §. iusiurandum. col. iij. secũdum Hu. Vel quod est verius, idem in quolibet, vt secũdum legem iudicare debeat: vt. j. de iudi. §. omnis autem. col. vj. nec ob. quod hic dicitur: quia & postea subdit, secundũ. l. omnem. & facit ad. l. istã. j. vt iudi. nõ expe. sa. iusſ. §. j. col. ix. &. C. de iud. l. rem non nouam. &. j. vt dif. iudi. §. si tamen. col. ea. &. C. de iudi. l. placuit.

†*Cõtrarium habetur. c. 1. extra de cõsti. sed vide ibi glo. vlt. hoc declarãt. vide gl. ſ. c. 1. ſuper verbo, canones. extra de offi. iudi. ordi. ad quã communiter canonistæ de hac materia recurrunt. †aliàs agã, vt non ſit opus Accurſii ſcholio.*

b *Ago.* id est agam: scilicet omnẽ iustitiã.

c *Aſſidentem.* sic infra vt nulli iudi. §. quoniã vero. col. ix. Azo.

d *Et circa me.* ſ. ſunt.

e *Delinquãt.* quia turpius est: vt. ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuffr. §. eos.

f *Me ſanare.* ſ. iuro.

g *Hic.* scilicet talionem in hoc seculo propter cupiditatem.

h *Cum Iuda.* scilicet in inferno: vt sicut ille ꝓpter cupiditatẽ. xxx. argẽteorum fuit dãnatus: sic & iste.

i *Et lepra Giezi.* Giezi seruus fuit Elisei ꝓphetæ. Naamã leprosus quidam accesſit ad prophetã vt liberaret eũ à lepra: quod fecit gratis. in receſſu illius liberati ſeruus prophetæ cõtra voluntatẽ domini cucurrit poſt eũ vt referret ex. xl. oneribus camelorũ quæ habebat, domino ſuo duo mutatoria veſtimentorum. quod cum dominus sciuit, lepram liberati conuertit in seruũ Giezi toto tẽpore vitæ ſuæ propter cupiditatem: sic erit de hoc iudice. Accurſius.

†*Habetur de Iuda Matt. 27. c. & in Actibus apoſtolorum. ca. 1. in litera. c. * 4. Reg. 5. †Gene. 4.*

k *Tremore Cain.* vt sicut ille semper tremuit & timuit poſtquam interfecerat fratrẽ ſuum: sic iſte.

l *Eorum.* ſ. domini imperatoris & ſuę vxoris.

ſed exequar vniuerſa delicta, & omnem æquitatem ſeruabo ſecundũ quod mihi viſum[a] †fuerit iuſtum: & eos quidẽ qui innoxij ſunt, vndiq; innoxios illæſóſque cõſeruabo, noxiis autem imponam ſupplicium ſecũdum legem, & omnem iuſtitiam (ſicut iam dictũ est) in publicis & priuatis contractibus eis ſeruabo: & ſi cõperero fiſcũ iniuſtitiam pati, non ego ſolum hoc ago, [b] †ſed etiam mihi ſemper aſſidentem[c] talem ſtudebo aſſumere, & circa me[d] omnes, vt non ego purus quidem ſim: qui vero circa me ſunt, furẽtur & delinquant.[e] Si quis autẽ inueniatur circa me talis: quod ſit ab eo, me ſanare,[f] & eũ expellere. Si vero non hæc omnia ita ſeruauero: recipiã hic[g] & in futuro ſeculo in terribili iudicio magni dei domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: & habeam partẽ cũ Iuda, †[h] & lepra Giezi,[i] *& tremore Cain:[k] †ſi ſuper & pœnis quæ lege eorũ[l] pietatis continentur, ero ſubiectus. Scriptum eſt exẽplar huius Dominico glorioſiſsimo per Illyricum prætoriorum præfecto.

TITVLVS IIII.

VT ECCLESIA ROMANA centum annorum gaudeat præſcriptione.

Eccleſia Romana cum eccleſiis ſibi ſubiectis centenaria gaudet præſcriptione in cõtractibus, cauſis, rebus, & actionibus omnibus. Bartolus.

VT ECCLESIA ROMANA CENTVM annorum gaudeat præſcriptione.

m *VT legum originem.* verum est apud Latinos, ſed non apud Græcos: immo Roma ab eis habuit: vt. ff. de orig. iur. l. ij. §. j. & inſtit. de iure natu. §. & non ineleganter. Accur.

Roma quot nominibus appellatur.

n *Anterior.* Roma multa ſortitur nomina: vt dominus Al. hic notauit. nã dicitur anterior, vt hic. Vetus: vt. C. de vete. iur. enuc. l. ij. §. pe. Splendidiſsima: vt. C. de vete. iur. enu. l. ij. §. quæ omnia. Aeterna: vt. C. de priui. corpo. vr. Ro. lib. xj. & de ſuar. l. j. eo. lib. Regia, vt inſtit. de ſatiſd. §. fi. Antiqua, inclyta, alma: vt. C. de tẽp. in integ. reſti. l. ſin. &. C. vbi ſe. vel cla. l. ij. &. iij. Sacratiſsima: vt C. de dona. l. in hac. Feliciſsima: vt infra de leno. col. iij. in princ. &. j. de tab. &. j. de eccl. re. immo. ali. §. fi. coll. iiij. Senior: vt. C. de adop. l. arrogationes. Florẽtiſsima, maxima: vt. j. de ex. & intro. §. ſi vero magna. col. v. Regia: vt. j. qui. mo. na. eff. ſui. §. ſi quis igitur. col. vij. & est hoc nomen anterior reſpectiuum, nam est ſecũda Roma, vt Conſtantinopolis, quæ videtur habere eadem priuilegia omnia quæ vetus habet: vt. C. de priui. vr. Con. l. j. lib. xj. niſi in quibuſdam. nam vetus habet primam ſedem eccleſiarum: ſecunda habet ſecundam: vt. j. de ec. tit. §. j. col. ix. Item originem legum habet vetus, & non noua, vt hic. Item fontem ſacerdotij habet vetus, & non noua: vt hic. Item vetus Roma caput est orbis terrarum, & imperator ibi creatur, non in noua: vt. C. de cõ-

A ſuli. & non ſpar. l. nemini. §. quoniã. lib. xij. &. C. de vete. iur. enu. l. j. §. pe. Item priuilegium quod habet vetus Roma in præſcripcentum annorum, non habet noua: vt patet hic in rubrica.

o *Nemo.* qui talibus intendat.

p *Patriam.* ſcilicet ipſam Romam.

Impe. Iuſtinianus. A. Ioanni beatiſſi. ac ſanctiſsimo archiepiſcopo & patriarchæ veteris Romæ. †

VT legum originẽ[m] anterior[n] Roma ſortita est, ita & ſummi põtificatus apicem apud eam eſſe nemo[o] est qui dubitet. Vnde & nos neceſſarium duximus patriam[p] B legum, fontem ſacerdotij, ſpeciali noſtri numinis lege illuſtrare: vt ex hac[q] in vniuerſas eccleſias catholicas quæ vſque ad Oceanũ[r] poſitæ ſunt, ſaluberrimæ legis vigor extendatur: & ſit totius Occidentis, necnon & Orientis vbi poſſeſsiones ſitæ inueniũtur ad eccleſias noſtras[s] ſiue nunc pertinẽtes, ſeu poſtea eis acquirendæ, lex propria ad honorem dei cõſecrata.[t] Cum enim antiqua[u] iura. xxx. annorum metis tẽporales exceptiones cõcludebãt, & ſi hypotheca fuerat, paulo longiora[x] eis ſpacia cõdonabãt: nos ſacroſanctas eccleſias huiuſmodi quidẽ C curriculis temporũ nullatenus excludi concedimus, maxime[y] in his rebus in quibus vel leſionem[z] ſuſtinuerint, vel quicquã debeatur: [a] ſed centũ †tantũmodo annorũ [b] lapſu tẽporalẽ [c] exceptionẽ eis opponi ſancimus: vt maneant per totum prędictũ tempus integra iura eccleſiaſtica, & non poſsit eis alia præter centum annorũ obuiare exceptio: cum hoc tempus vitæ lonD ſuum est: & hic ſpecialiter dicit læſionẽ: vel quod ei debetur perſonali actione: vt hic dicit, vel quicquam &c. Reſpon. immo vt quam rem immobilẽ alienet eccleſia, non datur vindicatio contra nomo: ſed hoc vſq; ad. c. annos. & ideo dixit maxime: vt hic, &c. de non alie. §. vult enim illa.

q *Ex hac.* ſcilicet Roma, id est eccleſia Romana.

r *Ad Oceanum.* id est Occidentem.

ſ *Noſtras.* id est in noſtra protectione poſitas: ſicut omnia ſunt vt C. de quadri. præ. l. fi. in prin. Accur.

t *Conſecrata.* ſic ſupra vt iudi. ſine quo. ſuſ. itaque.

u *Antiqua.* ſcilicet ut dicis, quæ ſunt antiqua reſpectu iſtarum legũ vt. C. de præſcrip. xxx. annorũ. l. ſicut. &. l. omnes. &. l. cũ nouiſſimi. nam iure Digeſtorum non inuenitur de hac præſcriptione. xxx. vel xl. an. ſed prædicta l. ſicut. primo dicit de ista materia. nec ob. C. de conſtit. pe. l. ij. quia ibi fit mentio de his præſcriptionibus, quia nouior est quàm illa, ſicut in rem: cũ ſit Iuſtiniani. Accurſius.

x *Longiora.* ſcilicet an. ſi contra principalẽ debitorem intendit. ſi contra alium ſine titulo poſsidentem, xx. annis: vt. C. de præſcrip. xxx. an. l. cũ notiſſimi. & de anna. excep. l. j. Sed & ſi titulo quis tranеus poſsidet: cum mobilis est, per tres annũ: immobilis per decem vel viginti annos præſcribitur: vt. C. aduer. credi. l. j. &. ſic patet quòd hypothecaria habet quas vias. Accurſius.

y *Maxime.* quare dixit, maxime: cum nihil habet aliud niſi quod

z *Læſionem.* id est propriæ rei amiſsionem.

a *Debeatur.* ſcilicet actione perſonali.

b *Annorum.* ſed hodie videtur quòd. xl. an. vt. j. de ec. tit. §. pro temporalibus. &. j. hæc conſtit. interpre. §. j. col. vj. quæ ſunt contra. Sol. dicũt quidam ꝙ hic generaliter loquitur in omni eccleſia poſita ſub Roma. eccleſia: & prout generaliter dicit, & generaliter in omnibus dignoſcitur corrigi per illas. & in hac ſententia est Placen. Io. & Azo. ſed Al. dicit ꝙ hæc generaliter loquitur: & in vna ſpecie aliarum tantum derogatur. ſ. in rebus eccleſiarum aliarum quàm Romanæ. & Ir. dicit idẽ. quæ ſententia nobis placet. nam & iure canonico comprobatur: vt extra de præſcrip. c. cum nobis. quod imitari debemus: vt. j. de ec. tit. §. j. colla. ix. &. ſ. quomodo opor. epiſco. §. fi. Verum per nouiſſimas decre. Innocentij omnis præſcriptio tollitur; quod ſcilicet ius canonicum iure naturali firmatur: vt. ff. de reg. iur. l. iure naturæ.

c *Temporalem.* aliàs ſpiritualem: nam aliàs non habet locum talis præſcriptio, niſi quibuſdam priuilegij loco ſit conceſſum; vt eccleſiæ Nouantulanæ conceſſum est hodie.

Plerumque.

BIU Cujas

gæui hominis plerunque [a] finis esse dignoscatur. Habeat itaque sanctitas tua hanc legem catholicis totius Occidentis ecclesiis profuturã, & in Orientales partes propagandam, in quibus aliquid sacrosanctæ possident ecclesiæ: vt sit deo omnipotenti dignum donariũ, [b] diuinarum rerum tuitio: nec iniquis [c] hominibus impium remaneat præsidium, [d] & tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur: sed ille seruetur innocens, qui reuera innoxius [e] sit: nec improba [f] temporis allegatione B sese tueatur, tempus pro puritate [g] prætendens. Quod igitur nostra æternitas ad omnipotentis dei honorem, venerandæ [h] sedi summi apostoli Petri [i] dedicauit: hoc habeant omnes terræ, omnes insulæ totius Occidentis quæ vsque ad ipsos Oceani recessus extenduntur, nostri imperij [k] prouidentiam per hoc in æternum. Reminiscentes, [l] †huius legis prærogatiuam (sicut supra dictum est) non solum in Occidentalibus partibus Romanæ ecclesiæ condonamus, sed etiam in Orientalibus partibus, in quibus ecclesiasticæ vrbis Romæ possessiones sunt, vel postea fuerint, scilicet omnibus iudicibus maioribus & minoribus, qui Christiani & orthodoxi sunt, vel postea fuerint, hanc nostram constitutionem seruantibus: nihilo minus huiusmodi legis temeratoribus, post cœlestes pœnas etiã legitimum semper vigorem pertimescẽtibus, & pœnam quinquaginta librarũ auri formidantibus: hac lege non solum in postea emergentibus causis suum tenorem exercente, sed etiam in iis quæ iam sunt D deductæ in iudicium. Sanctitas itaque tua præsentem nostræ mansuetudinis legem piissimam, siue sacrosanctam oblationem, quam deo dedicamus, accipiẽs, intra † sacratissima vasa reponat: & à nobis seruandã, & omnes ecclesiasticas possessiones seruaturam. Dat. Cõstantinop. VI. *kal. Maij, Belisario. V.C. Cos.

TITVLVS V.

DE REFERENDARIIS sacri palatij.

Numerus referendariorum in octonario numero debet terminari: aliis vltra hunc numerum iam constitutis in suo statu manentibus. Bartolus.

Imper. Iustinianus Augustus Hermogeni gloriosissi. sacrorum officiorum magistro, exconsuli & patricio.

CVm aliis [m] omnibus quæ in ordinẽ perduximus cõpetẽtem, neque ea quę de spectabilibus nostris referendariis [n] sunt, foras relinquere existimauimus à nostra prouidẽtia: & tanto magis, quãto nobis vtiliores [o] constituti sunt. primum [p] quidem eos non in multitudine constitutos, nos vtpote multos per eos audiuimus singulorum facilè petitiones dicentes plures esse [q] quàm dudum fecimus, sed apparuerũt quidam nostram largitatem in immensum vocãtes, & multos [r] quidem nobis supplicantes introducentes, multis autem petitionibus vsi, ita semper adiectiones in immensum [s] incõpetens, causam sic perduxerũt honestam. nil enim petentibus factum est finitũ, donec [t] in quatuor & decem eorum numerus exiret. Propterea igitur, vtpote causa forsan à nobis honorata, [u] deinde in multitudinem effusa, ne propria imminuatur honestate, præuidimus certa eorũ C numerum comprehendere mẽsura: non vt quæ sunt, auferamus eis concessa (nec enim hoc imperialis est maiestatis proprium [x]) sed vt omnium placẽtiũ nobis & honeste ministrantium, foras aliquos ex his constituamus à nostro ministerio, nullo omnino cõcedimus modo: sed manere quidem eos sancimus secundum figuram quã sunt: neminem tamen omnino adiici, donec in octo viros perueniat numerus: vt hi perpetuè sint octo cõstituti: [y] numero quidem hoc per nullũ modum aut tempus aucto, festinãtibus autem ipsis perpetuè inuicem transcendere [z] circa nos & imperiũ cura & deuotione: nemine licentiam habente neque petere aliquid deinceps tale, sed sciente quòd neque [a] impetrabit petita: pro eadem autẽ petitione non solum obligatus erit pœnæ auri librarum decẽ, sed etiam propria spoliabitur militia. Volumus enim eos in mensura quidẽ vsque ad dictũ numerum contineri: iustitia [b] vero † & aliis virtutibus augedo opor. episcopos. §. sed neque.

n *Referẽdariis.* b sunt autem referendarij qui sunt aduocati in curia principis, dicti ex eo quòd referũt vices hominum coram principe: vt supra quomodo opor. episc. §. non aliter. in fin. §. & .j. statim subiicit. & infra vt liti. iu. §. pe. col. ix.

o *Vtiliores.* sed in quo? Respon. vt cum honestate & curialiter proponant: vt. ff. de postulan. l. j. j. respõ. & supra quomodo opor. episc. §. non aliter. in fi.

p *Primũ.* id est à principio: & breuiter tria no. tempora. primo erant octo tantũ: sed imperator ad quorundam supplicationẽ duos vel tres constituit: & sic dicit infra quòd didicit esse plures quàm prius constituerit. Tertium est, quòd res iam in infinitũ procedebat, quãdo vsq; ad. xiij. vel plures erant. & hæc sequuntur.

q *Plures esse.* subaudi, etiã. & tamen quia non erãt infiniti, audiuimus eos, vt per multos & melius etiam &c.

r *Multos.* subaudi, per. Accursius.

s *Immensum.* nã omne immensum incompetẽs est: c vt. ŝ. vt deter. sit nu. cle. in prin.

t *Donec.* id est nõ cessauerunt instare donec &c. & facit ad huius. modi pces. ŝ. vt deter. sit nume. cleri. §. j. in fi. & C. de pe. bo. sub. l. j.

u *Honorata.* puta in dũos vel tres. Azo.

x *Proprium.* quinimo vt illæsa beneficia cõseruentur: vt. j. cõ. quæ de dig. §. illud. & facit ad hoc. C. de aduoca. di. iudi. l. iubemus. & .j. de mensura or. cle. col. iij. & C. de sa. san. eccle. l. non plures. & ŝ. vt deter. sit nu. cle. & C. qui mili non pos. l. eis quidem.

y *Constituti.* scilicet sint.

z *Transcendere.* q. d. circa qualitates augmẽtum recipiant, hoc est bonitatem, vt dicit, nõ circa numerum. Azo.

a *Neque.* Not. interdici aliquid peti. sic. ŝ. de non ali. §. quia vero verisimile. & C. vt lite pen. l. fin. & C. de pe. bo. sub. l. j. & .ij. lib. x.

b *Iustitia.* q̃ est maior iustitia.

---

a *Plerũque.* quia quãdoque vnus aliquis vltra, vt Noë & Zosimus Abb. vt. ŝ. de mona. §. hinc nobis. ver. si vero. & facit ad hoc C. de sacrosan. eccle. l. fin. & .ff. de vsufru. l. an vsufructu. & infra hæc constit. inter. consti. §. fin. col. vj.

b *Donariũ.* i. donum.

c *Iniquis.* aliàs iniquis. aliàs impiis.

d *Præsidium.* id est auxilium: scilicet præscriptionis. & not. præscriptionem esse odiosam.

e *Innoxius.* facit supra titu. j. §. & æquus. & .ŝ. vt iudi. sine quo. sup. §. eos. & C. de pœ. l. sancimus. & infra de incest. nup. in princip. col. iij.

f *Improba.* iure naturali inspecto: vt. ff. de condic. inde. l. nã hoc natura. sed iure ciuili comprobatur: licet nõ hoc casu amodo: vt. ff. de vsucap. l. j. & .ff. pro socio. l. fina.

g *Tempus pro puritate.* No. hic arg. pro M. vt præscriptione [a] dominium directum quæratur. nam sit, non est hic pro veritate & est speciale: aliàs ergo est sic pro eo. C. de præscrip. xxx. an. l. siquis emptionis in prin. & .ff. de vsucap. l. eũ qui. Sed nos contra: vt. C. de pact. l. traditionibus. & not. insti. de vsucap. §. j.

h *Venerandæ.* scilicet etiam ad honorẽ. Azo.

i *Petri.* per hoc dicunt quidam quòd hęc lex non est generalis: quod falsum est: vt. ŝ. diximus eo. tit. Sed possent ipsi respondere, vt quod dicit hic statim de aliis terris: vt habeat locum si sint specialiter sub Roma. eccle. & de suo horto, vt est Ferraria & Marchia, & aliæ similes. nam remotarũ ecclesiarum quãdoque maior ecclesia procurationem sumit: vt. ŝ. vt deter. sit nume. cleri. & infra de ali. & emph. §. j. col. ix. qua tamen ratione non moueor.

k *Imperii.* i. legis huius.

l *Reminiscentes.* id est ob. ser. & epilogantes.

DE REFERendariis sacri palatii.

m *CVm aliis.* Sed vbi sunt hęc quæ in ordinem competẽtẽ perduximus? Respõ. vt. ŝ. vt deter. sit nume. cler. & supra quomo-

n *Referẽdarii.* b *Referẽdarii qui sint, vide in spe. de supplica. §. 1. in med.*

o *Vtiliores.* sed in quo? Respon. vt cum honestate & curialiter proponant: vt. ff. de postulan. l. j. j. respõ. & supra quomodo opor. episc. §. non aliter. in fi.

p *Primũ.* id est à principio: & breuiter tria no. tempora. primo erant octo tantũ: sed imperator ad quorundam supplicationẽ duos vel tres constituit: & sic dicit infra quòd didicit esse plures quàm prius constituerit. Tertium est, quòd res iam in infinitũ procedebat, quãdo vsq; ad. xiij. vel plures erant. & hæc sequuntur.

q *Plures esse.* subaudi, etiã. & tamen quia non erãt infiniti, audiuimus eos, vt per multos & melius etiam &c.

r *Multos.* subaudi, per. Accursius.

s *Immensum.* nã omne immensum incompetẽs est: c vt. ŝ. vt deter. sit nu. cle. in prin.

t *Donec.* id est nõ cessauerunt instare donec &c. & facit ad huius. modi pces. ŝ. vt deter. sit nume. cleri. §. j. in fi. & C. de pe. bo. sub. l. j.

u *Honorata.* puta in dũos vel tres. Azo.

x *Proprium.* quinimo vt illæsa beneficia cõseruentur: vt. j. cõ. quæ de dig. §. illud. & facit ad hoc. C. de aduoca. di. iudi. l. iubemus. & .j. de mensura or. cle. col. iij. & C. de sa. san. eccle. l. non plures. & ŝ. vt deter. sit nu. cle. & C. qui mili non pos. l. eis quidem.

y *Constituti.* scilicet sint.

z *Transcendere.* q. d. circa qualitates augmẽtum recipiant, hoc est bonitatem, vt dicit, nõ circa numerum. Azo.

a *Neque.* Not. interdici aliquid peti. sic. ŝ. de non ali. §. quia vero verisimile. & C. vt lite pen. l. fin. & C. de pe. bo. sub. l. j. & .ij. lib. x.

b *Iustitia.* q̃ est maior iustitia.

c Concor. text. in c. ve nerabilis. extra de do. & con. & in Clemen. dispendio. sam. tit. de iudi.

† Concor. cũ hoc text. in proœ. decr. cum glo. super verbo, iustitia.

BIU Cujas

inter cæteras virtutes: vt.j.vt omnes obed.iudi.in prin. colla.v.

a *Apparere*. neutraliter. q. d. ad maioritatem honoris volumus apparere.

Multitudo cõfusionem parit.

b *Honestum*. vnde dicitur: Vbi est multitudo, ibi est confusio.

c *In paucis*. q.d. nolite confidere in multitudine. nã pauci sunt. s. referendarij etiã inter multos per quos vita saluatur. i. hominũ substantiæ, ex quibus vi-

† *Concor. c. 2. cũ glo. super verbo, multis. in fi. de rescriptis. lib. 6.*

uunt & ipsæ personæ: vt.j. quibus mo. na. effi. legi. §. quisquis. &. C. de aduo. di. iudic. l. aduocati. & hoc secundũ virtutem. nam clamãdo quilibet esse posset bonus. vnde Cato: Sermo datur cunctis, animi sapiẽtia paucis. quæ verba licet ad referendarios aptauerimus, ad ad quodlibet factũ bonum possent aptari. Illud non placet dicere vt hæc litera secũdum animam intelligatur: licet etiam tũc esset verum. vnde illud, Multi sunt vocati, pauci vero electi. nam secundum hoc nõ sic bene referretur ad supradicta. & facit ad hũc. §. ẽ. vt deter. sit nu. cler. in prin. &. ff. de condi. inst. l. filius &. ff. de verb. obli. l. continuus. §. item qui insulã. & in decre. dist. xxiij. c. tales.

Matt. 20. & 22.

d *Promisimus*. id est imposuimus.

† *xviii. Kal. Maii. In meo manu scripto & in noua edi tione Græca xvii. Kalẽ. Maii. Cons.*

e *Ex patribus*. No. filius præsumitur bonus propter patrem. quid miri? immo & ratione nationis pſumitur bonus vel malus: vt. ff. de ædil. edic. l. quòd si nolit. §. qui mancipia.

f *In eos*. scilicet indigentes.

g *Auxilium*. scilicet implorandũ pro indigẽtibus. Et no. hic esse laudabile pauperes adiuuare: vt. C. quãdo imper. iter pupil. & vidu. l. j. &. C. de epis. & cle. l. Orphanotrophos.

ri, & ad maius apparere. [a] Multitudo enim numerosa nihil habet honestũ: † [b] quoniam in paucis [c] ex multis quæ secundũ virtutem est vita saluatur. Maneãt igitur secundum quod prædiximus, nũc in eadẽ figura. Hæc autem tua eminentia cognoscens custodiat, vt nullo tempore transgrediatur aliquid eorum quæ à nobis sancita sunt: sed eos qui præter hoc aliquid agunt, interminatam exigi pœnam, quam eis promisimus: [d] quã nec repeti licet, neque reddi possibile est. sitque & hæc lex nostra multitudinem quidem expellens: introducens vero virtutem, quæ non in multis apparet: & præcipuè in viris, ꝓcedat ex patribus [e] quidem bonis, suam autem vitam constituentes tam in petitionibus indigentium, quàm ad nostrum in eos [f] auxilium. [g] Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram legem manifestata sunt: tua eminẽtia operi effectuíque tradere festinet. D. idib. Maij † Constantinopo. Belisario. V. C. Cos.

Deest hîc Nouell. XI. vt & in omnibus Græcis editionibus. titulus eius in Scrimgeriana editione tantùm superest in hanc sententiam:

Vt quæ circa Viminacium sunt ecclesiæ, sub proprio archiepiscopo sint, nõ autem amplius sint sub archiepiscopo Thessalonicæ.

At illã integrã reperi in veteri quodã libro manu scripto, vbi inscribitur:

De priuilegiis archiepiscopi Iustinianæ primæ.

DE INCESTIS ET NEFARIIS &c.

h PRo *incestis. Leges*. vt. C. de incest. nup. l. si quis incesti.

i *Quæ*. scilicet leges.

k *Priuant*. quod cõtingit ex eo, quia cum omnia bona patri auferebantur, magis filio auferri videbantur, cuius quasi iam erant: vt insti. de hære. quali. & diffe. §. sui. s. propter votum patris: vt. ff. de lib. & posthu. l. in suis. &. ff. vnde liberi. l. scripto. in fi.

Filio quasi spectare videtur bona paterna.

l *Reatu*. id est sine pœna reatus.

m *Puniri*. quod non debet esse: vt. C. de pœ. l. sancimus. & vt. ẽ. vt iudi. sine quoquo suffr. §. eos. &. ẽ. iusiur. §. & æquus. & infra de manda. prin. §. oportet. in fin.

Nuptiæ incestæ & nefariæ differunt.

n *Illicitas*. hoc generale nomẽ est, quocũque modo sint nuptiæ contra legem: licet non sint contrariæ naturæ, sed iuri. nefariæ vero inter ascendentes & descendentes, incestæ autem inter collaterales & affines: vt insti. de nup. §. ergo. &. ff. de ri. nup. l. quinetiam. &. ff. de adulte. l. si adulterium. j. respõ. licet lex quandoque promiscuè vtatur. & secundum hoc reprobo hic opinionẽ Mar. qui dicit tit. istum habere locum tantũ quando erant nefariæ vel incestæ: sed hæc litera dicit plus. s. quocũque modo illicitas. nec ob. rubrica huius tit. quam pro se inducit. nam plerũque generalior est textus quàm rub. vt. ẽ. vt eccle. Ro. &c. nã de aliis ibi loquitur. & ecõtra rubri. generalior est textu: vt patet. C. de reli. & sump. fu. nam licet in rub. dicat de lusu: in tex. tamen non dicit. vnde non est bona sua argumentatio: licet noster fuerit conclusit scilicet Florentinus. pro nobis autem hæc est litera. scilicitas: vt instit. de nup. §. si aduersus. &. ff. de adul. l. si adulterium. §. stuprũ in fin. §. quocũque igitur modo matrimoniũ illicitũ est, qđ est. xiiij. modis, vt diximus inst. e. §. sunt & aliæ. semper locum habet hic titu.

Hanc autem (vt promisi) in decima collatione adscribam.

TITVLVS VI. Nouell. 12.

DE INCESTIS † ET nefariis nuptiis.

Masculi & mulieres illicitas contrahentes nuptias, pœna hic statuta sunt puniẽdi: substantia eorum liberis extantibus applicanda vel fisco. Bartolus.

Imp. Iustinianus Augu. Floro glorioſisi. comiti [vbicumque positarum] sacrarum rerum priuatarum.

PRo incestis dudum nuptiis scriptas ab imperatoribus leges [h] nõ perfecte se habere iudicam [o]: quæ [i] eos quidem qui incestis copulãtur nuptiis, impunitos sinũt: ex his autem procedentem sobolem, vtique inculpabilem existentem, priuant [k] rebus patris: vt necessitas sit eos quidem qui peccãt, sine reatu [l] esse: eos autem qui innoxij sunt, tanquam peccantes puniri. [m]

CAP. I. De incestis & nefariis nuptiis.

SANCIMVS igitur decætero, si quis illicitas [n] & contrarias naturæ (quas lex incestas & nefandas & damnatas vocat) cõ traxerit [o] nuptias: si quidem nõ habuerit filios ex prioribus legitimis & inculpabilibus sibi contractis nuptiis, mox ei suarum rerum casum imminere: [p] simul autem & eis quæ nomine dotis [q] data sunt ei, in nullo potiri: [r] sed omnia ęrario [s] afsignari: eo quòd dum licuerit [t] nuptias facere legitimas, contra

o *Contraxerit*. de sa- to sic. C. ad leg. Iul. de adul. l. eum. Aceur.

p *Imminere*. Sed nun- quid ipso iure, vel per sententiam? Respõ- tis credo ipso iure: q dicit, mox. sentẽtia vero non posset ita mox dari, sed tractim & cũ deliberatiõe fertur: vt C. de sen. ex breu. recu. l. ij. & ideo statim cum erit tale matrimonium contractum à scientibus, ipso iure dominii perditur rerum. & sicit pro hoc. j. de rap. muli. quæ propri. rap. nub. §. sancim. col. iii. &. C. ad. l. Iul. maie. l. fi. &. ff. de pub. l. commissa. &. C. loca. l. fi. &. j. de liti. §. si vero pud. in fin. col. viij. Sed quidam dicunt sententiam necessariam, & legitimè rẽ probari debere antequam dominium rerum perdatur. & est pro eis. ff. de iure fis. l. eius qui. j. respon. &. C. de hæret. & ma. l. quicũque. §. quòd si cerit. &. ff. ad Syl. necessarios. C. de apo. l. &. j. vt liti. iurent. §. lo. col. ix. Sed respõderi potest his. ll. quia est in eis tã horrẽda delictũ: vt hic, &. ẽ. & j. proxime dicit. ad quid hoc ꝑderet bona non auferantur nisi lata sententia? Rõ quo ad fructus medij tẽporis: vt. ff. de iis quæ vt indig. l. eũ qui. Acc.

q *Nomine dotis*. vere autem non est dos, cum nec sit matrimonium, vt instit. eo. §. si aduersus.

r *Potiri*. id est vti.

s *Aerario*. id est in camera fisci. sed videtur etiam ꝙ filiis non extantibus non sint danda fisco, sed cõsanguineis eius: vt infra de man. prin. §. oportet. &. j. vt nul. iudi. §. fi. col. ix. contra. Sol. quidam dicunt corrigi per illam de mand. princ. & illam per alii, vt nulli iudi. Alij dicunt hoc speciale, sicut in crimine læsæ maiestatis dicit illa, vt nulli iudi. Alij dicunt hoc esse intelligendum cum nec filij sunt, nec alij consanguinei: & ita secundum illas. vel dic quod est verius, vt ibi diximus. s. vt nulli iudicum.

t *Licuerit*. ex hoc verbo colligo quòd hæc auth. loquitur de eo qui sciens tale fecit matrimoniũ, ex eo quod postea dicit de pœna exilij, quæ tantum dolo delinquenti imponitur: & ex eo quod postea dicit, mulierem quoque & si sciens [a] &c. Et vt omnia sint tibi clara, distingue: Aut ille qui dicitur puniendus, sciuit factũ, scilicet consanguineam: & ius, scilicet non licere sibi de iure talem habere: aut ignorauit vtrũque: aut sciuit ius, sed ignorauit factum: aut ecõtra. primo casu constat eum puniendum: vt hic. Ité secundo constat ꝙ non: vt hic. Item in tertio constat similiter ꝙ nõ, nisi sit paruus error: vt. C. e. l. qui cõtra. &. C. de in integ. resti. mi. l.

BIU Cujas

mi.l.tutela.sed in quarto dico quasi idem quantum ad pœnam ex hoc titu. cum non sit in dolo etiam qui in iure errat: vt.ff.de peti. hære.l.sed & si.§.scire.& in damno vitando iuris error non nocet: vt.ff. de iur.& fac. igno.l.error. &.l. iuris ignorantia. quasi ideo dixi: quia si in iure ciuili errauit, vt quia adoptiuã sororem accepit, prorsus excusetur. nec ob. C.de interdi. matri.l.j. quia ibi clã accepit, quare præsumitur sciens: vt.ff.de ri.nup.l. fi. Si vero iure gentium, ratione ætatis iiuatur. vel si dimisit eam antequã accusetur: & tunc in totum. Si vero non dimisit, punitur: licet parũ: vt.ff.ad leg. Iuliam de adul.l. si adulterium.§. stuprum.&.§.nonnunquam. & .§. fratres. & §.iidem Pollioni. & .§. incestum autem. Et hęc in masculo: sed fœminæ semper à pœna huius tituli excusantur quacunque iuris ignorãtia, vt hic. Sed in pœna adulterij non excusantur quacunque iuris ignorãtia masculus vel fœmina: vt.ff. de adulte.l. si adulteriũ.§. fratres. in fi.

a *Sobolem.* scilicet natam ex huiusmodi nup. illicitis. nam nec filius dicitur, nec alendus est à patre, & omni beneficio excluditur: vt infra qui.mo.natu.effi.sui.§. fi. Accursius.

b *Cruor.* id est consanguineis suis. nã aliquem esse malum, dedecus est parentum: vt hic, &.ff. de lib.cau.l.j. §.fin. &.l.ij. &.l.iij. & ff. de appel.l.nõ tantũ.

c *Alimenta.* id est sustentatio. Amovent.

d *Cingulo.* id est dignitatis si quã habet. Ac.

e *Exilium.* id est relegatio in insulam, vt puto: licet alia duo genera sint exilij: vt.ff. de interdi.& re.l.exilium. Sed tũc quomodo possit caste viuere, vt sequitur? Respon. quia vxorem primam potest retinere, vel nouam accipere: vt.ff.de bo.dam.l.iiij.

f *Vilis.* no. magis puniri vilem quàm nobilem: vt.ff. de incen. rui.nau.l. Pedius. &.ff. de pœ.l. capitaliũ.§. venenarij. &.l. si quis aliquid.§. quod vero. quod plene diximus. ŝ. vt iudi. sine quoquo suffr.§. sic igitur. in fi. Et facit etiam ad hoc.ff. de iniu.l.fi.&.C. quæ res ven. non pos.l.fi.&.C.de plag.l.fi.

g *Castigatio.* alias verberatio.

h *Legem.* scilicet tale matrimonium prohibentem.

i *Sciens.* semper tamen præsumo quòd ignoret, nisi contra probetur. In viro econtra. ff. de iuris & facti ignoran. l. regula. quod potest vir probare ratione ætatis, vel ratione rusticitatis: vt in prædicta. l. dicitur, &. C. de testa. l. fi. Accursius.

k *Pœna.* congruente tamen mulieri. Accursius.

l *Mox.* id est statim.

m *Supplicio.* id est in pœnam patris, quæ magna est: vt hic, &.ff. de leg.j.l. filiusfamilias.§. secundum vulgarem.

n *Pascentes.* scilicet filij.

o *Eum.* scilicet patrem.

p *Alia necessaria.* ad vestitum. Et facit ad hoc.ĵ. qui.mo.na.effi. sui.§.pe.&.ff. ad Trebel. l. ex facto.§. si quis rogatus. &.l. imperator. in fi. &. C. de alen. li. l. j. Sed quomodo pascent eum in exilio positum? Respon. bene, mittẽdo sibi necessaria. nã etiam eo capto ab hostibus, illuc sunt sibi necessaria mittenda: vt.ĵ. vt cum de appel. cog.§. si vnum de prædictis.

q *Transactum.* scilicet ante legem istam.

r *Innoxium.* id est sine pœna. Et facit ad hoc. ŝ. vt iudi. sine quoquo suffra. in fi. &. ŝ. tit. proxi.

s *Dissolui.* scilicet ante legem istam.

t *Reatu.* id est sine pœna reat⁹. quid enim peccauit antiquitas &c. vt .C. de testa. l. iubemus.§. penul.

u *Post tales.* id est post se.

x *Nuptias.* scilicet secundas.

y *Insinuata est.* id est ex quo in notitiã peruenit. Sed nũquid à tẽpore duorum mẽsium hic biennium computatur: vt infra vt fact. no. con? Respon. non, vt hic. &. ĵ. eo.§. si autẽ.

z *Figuraliter.* nam nõ debet fingere se dimittere, & pro veritate tenere.

a *Prioribus.* scilicet nuptiis vel delictis. Ac.

b *Quarta.* hoc quod de quarta dicit, credo correctum: vt infra de mand. princip.§. oportet. & infra vt nul. iudi. §. fi. col. ix. & sic dicas vbicunque scilicet in hac cõstitutione fit de ea mentio, scilicet residuam totam partem: & hoc secundum vtrũque casum, sed solue vt. ĵ.§. j.

c *Ad filios.* sed de quibus filiis hic loquitur? Respon. de iis qui nati sunt ex hoc incesto cõiugio, ante tẽpora tamẽ huius. l. vel post intra duos annos. vel potest intelligi de legitimis ex priori legitimo matrimonio. & hoc vsque ad illum ver. etiam &c. & secundum vtrunque casum potes literam concordare, vt statim not.

d *Eis.* ſ. incestuosis secũdũ primũ. vel legitimis secũdũ alium.

e *Concedimus.* hic accipe, & ipsi legitimi sint, quod est. ĵ. si quidem soli. & non cum aliis, subaudi natis ex nuptiis existentibus inculpabilibus. & hic accipe, vt prætermissum non priuetur &c. & quod dicit in sequenti casu, si vero &c. loquitur quando non sunt soli huiusmodi filij. & hoc secundum primã positionem casus. secundũ aliam planus est hic casus, & differt à sequenti: *quia hic sunt soli legitimi sine huiusmodi filiis incestuosis: sed in sequenti sunt cum illis, scilicet incestuosis. Accursius. *præsenti.

f *Soli.* scilicet incestuosi, & non cum aliis, scilicet legitimis, secundum primum. Vel dic soli, scilicet legitimi, & non cum aliis, scilicet incestuosis secundum secundum casum. & quod dicit non cum aliis, subaudi sint, vt ipsi pro legitimis habeantur secundum primum. vel proprie secundum alium.

g *Iuste.* ex causis determinatis. ĵ. vt cum de appel. cog.§. causas. colla. viij. Accursius.

h *Iniuriam.* id est damnum à nobis qui eos cum aliis nõ admittimus æqualiter.

leges amauerit: & confuderit quidẽ sobolem, a † nocuerit autem & generi: b egerit vero quę impia sunt & sceleſta, & talia concupierit, qualia plurima etiã irrationabilia admonent c † animalia. sitque ei pœna non cõfiscatio solum, sed etiam cinguli d priuatio, & exilium: e & si vilis f fuerit, etiam corporis castigatio, g quatenus discat caste viuere, & intra naturam se continere: non autem delectari & amare vltra terminum traditum nobis à natura, etiã his legibus repugnare. Muliere quoque, si legem h sciens i hãc quidem neglexerit, incestis autem semetipsam tradiderit nuptiis: sub eadem constituenda pœna. k Si vero cõtigerit ex prioribus nuptiis inculpabilibus filios esse ei, aut nepotes fortè, aut vlteri⁹: paternam mox l illi accipiãt successionem, suæ quidem potestatis patris supplicio m facti: pascẽtes n autem eum, o & alia necessaria p præbẽtes. Nam licet legum contemptor & impius sit, tamen pater est.

CAP. II. Intra quod tẽpus huic constitutioni locus sit, & quid incestuosi filij iuris habeant in bonis patris.

Pœna legis huius in nuptiis futuris obtinet: & non in præteritis ante hanc legem dissolutis, nec etiam in postea dissolutis intra biennium. In nuptiis vero vltra biennium durantibus sub eadem æqualitate & pœna per omnia locum habet. Bartolus.

ET HOC quidem sequẽs tempus habeat post præsentem nostram constitutionẽ currens: nullo contristando si caste vixerit. licebit enim nihil peccantes sub hac lege non subdi. Quod vero iam transactũ q est, nec omnino relinquimus innoxium: r nec omnibus modis sub acerbã indignationem submittimus: sed si quæ incestæ factæ sunt nuptiæ, si quidem cõtigerit eas quolibet modo dissolui, s sine reatu t sint. Si vero hæc nostra lex inuenerit aliquẽ post tales u nuptias, x licentiam ille habeat, ex quo omnibus insinuata est, y intra duos annos sic sibi copulatã dimittere coniugem, non reuersuram vlterius ad eum: neque separatam quidem figuraliter, z pro veritate vero coniunctam. forsan enim sic prioribus a satisfaciat, sola quarta b eius substantiæ parte ad fiscũ deferenda, & ad filios c omni alia substantia: quam eis d tanquã innoxiis concedimus: e vt si quidem soli, f & non cum aliis & ipsi legitimi sint, & ex aliis nuptiis inculpabilibus existentibus: non priuentur paterna successione: nisi iuste g eos odio habens pater propter aliã quandam legitimam offensionẽ, à sua excludat successione.

Si vero etiam nuptiæ sint aliæ prius factæ, & non offendentes legem, & filij inde oriantur: tres quidem partes hæreditatis vndiq; inculpabilibus & innoxiis relinqui filiis: nisi aliquid offendãt aliud quod eos indignos patris secundum legem successione demõstret. quartam vero filiis iniuriam h quidem pasis,

innoxiis tamen, relinquere liceat,[a] & ipsis inculpabilib' per omnia alia circa patrem visis, scilicet & percepta ex paterna substantia quarta parte, quam fisco dari præcipimus.[b] Damus autem eis[c] non ex testamento solo, sed etiam ab intestato genitorum secundum prius à nobis dictum modum fieri hæredes: hoc eodem[d] valēte, si etiam postquam prius dimiserit coniugem incestè sibi commissam vel copulatam, alteram duxerit secundum legem vxorem, filiis ei & ex priore[e] existentibus, & postea ex legitima procreatis. sic enim prius tempus[f] clementię[g] vincimus, dote quippe præcedenti[h] mulieri danda. Si autem vxorem non dimiserit intra duos annos ex quo lex[i] fuerit publicè insinuata, & ipse cadat sua substantia, & mulier dote, & supradicta fiat pœna. tales quoque filij nihil ex paterna[k] substātia habebunt, neque ex materna dote. Sed si qui fuerint ex prioribus nuptiis innoxij filij ei procreati: illi res accipiant (post quartam quippe partem quę ad fiscum defertur) suæ potestatis effecti, & patrem alentes, & aliam ei præbētes sufficientem sanationem, sicut prædiximus:[l] dote etiam hīc incestæ coniugis sub fisco facienda. Si vero filij non sint ex priorib' inculpabilibus nuptiis hoc agenti procreati: tunc totius eius substantiæ dominus erit fiscus. hæc enim etiam in postea nubentibus incestè, sancimus,[m] sub æqualitate per omnia ponentes eum qui non dimittit intra prædictum à nobis tempus incestam coniugem, cū eo qui post hāc nostram legem incestas & odibiles quasdā nuptias eliget.

CAP. III. De naturalibus liberis ante dotalia instrumēta natis.

Liberi naturales per matrimonium legitimātur in omni casu, & quo ad omnia. Bar.

Dubitatum[n] itaque in quibusdam gentibus etiam aliquid de legitimis filiis ex nostra cōstitutione factis, existimauimus[o] rectè se habere nos tanquam legis patres[p] & adiicere ei, & soluere dubitationem. etenim cum tali intellectu ab initio legem[q] posuimus. nam & si legitimorum quisquam sit pater, & abeunte eius vxore ex hominibus,[r] aut etiam legitimè transigente,[s] habuerit quādam consuetudinem ad aliam mulierem, quam licebat etiam legitimè[t] ducere vxorem,[u] & fuerint ei filij ante dotalia documenta, si tamen ea[x] fecit, aut etiam postea, vel etiam soli maneant ante dotalia filij, secundis[y] autem non procreatis, aut etiam postquam nati sunt, morientibus: existimauerunt quidam non posse secundos[z] esse legitimos: quoniam præexistant ex priori coniuge alij legitimi & proprij filij. quod nullam rectam & cōsequentem habet consonantiam. Si enim huiusmodi filios nos legitimos & proprios demonstrauimus,[a] dotalium documentorum cōtenti confectione:[b] legitimi vero etiam primi[c] constituti sunt in omnibus: legitimus etiam pater moritur & iis qui ex prima fuerūt, & qui de secunda,[d] licet ante dotalia documēta procreati sunt, & nullus post eos post documentum dotis natus est, aut etiam natus & mortuus: & licentiam lex ei[e] præstat quo vult testari modo in suam sobolem, vt tamen nō offendat in aliquo leges,[f] quæ mēsura certa successionis omnes filios vocant. Venient igitur etiā ab intestato & ex testamento (sicut & pater & lex permittit) proprij existentes atque legitimi: alterutrisque succedent. Quid enim[g] aliud decernimus, cum sufficiat legitima & suorum appellatio sub potestate eos ostēdere, & dare etiam contra testamentum quæ[h] leges præbēt, & omnia habere quæcunque huiusmodi appellationē decent?[i]

Tua igitur eminētia quæ placuerunt nobis, & per hāc legem declarata sunt, agnoscens, operi effectuiq; tradere festinet, præcepto vtens apud gentium præsides, vt & qui foris[k] sunt homines, agnoscant quia sobolis innoxiæ & puræ curam habuerimus, & alienigenas[l] atque nostris odibiles legibus auersamur copulationes. Datum. VI. Idus Octobris Constantinop. Belisario viro clarissimo consule, indictione. XIIII.

**Deest hic Nouell. XIII. de prætoribus populi, siue noctium præfectis: quam post omnes vulgatas authenticas reperies coll. 10. Contius.*

TITVLVS I.

DE LENONIBVS.*

Lenones mulierum hac lege esse prohibentur: pœna contra facientibus imminente. Bartolus.

Imper.

a *Liceat.* scilicet patri.
b *Præcipimus.* quod est correctum: vt proxi. diximus.
c *Eis.* id est tam filiis legitimis quàm incestuosis.
d *Eodem.* scilicet qđ dictum est ex naturalibus, id est incestuosis existentibus, & legitimis primis. hoc idē fit si postea sint legitimi, & prius huiusmodi naturales. Vel secūdo potest intelligi hic. §. qđ dictum est naturalibus existentibus & legitimis prius: hoc idem & quādo prius & postea essent legitimi: & secundum vtrumque apta literam. Accursius.
e *Ex priore.* scilicet incesta secundum primum casum: vel legitima secundum aliū. Ac.
f *Prius tempus.* id est naturales cum legitimis: vel legitimos primos cum vltimis, secūdum aliam expositionem. Accursius.
g *Clementiæ.* id est clementer. Accursius.
h *Præcedenti.* prædicta: vt. ī. eo. §.
i *Lex.* scilicet ista.
k *Ex paterna.* vt. j. quibus mo. natu. effi. leg. §. fin. col. vj.
l *Prædiximus.* vt supra eo. §. ij.
m *Sancimus.* vt supra eo. §. j. hæc paritas fallit in quarta quam habet fiscus: quam nō habet si post hanc legem quis talem contrahit incestum. Et est ratio, quia hic videtur in alio releuari, id est biēnio quod datur ei: quare econtra grauetur in hoc: vt arg. ff. de iure iur. l. eum qui. in prin.
n *Dubitatum.* est subaudi. vel dic, dubitatum poni neutraliter.
o *Existimauimus.* subaudi, & ideo existimauimus &c.
p *Patres.* No. imperatorem vocari patrem legis: vnde & leges sūt ei subiectæ: vt infra de cōsulibus. in fi. & infra vt hi qui obli. se habe. per hi. §. finā.
q *Legem.* scilicet ex qua oritur dicta dubitatio: vt. C. de natu. lib. l. cum quis.
r *Ex hominibus.* similis oratio est. ī. de non eli. §. j. Accursius.
s *Transigente.* id est separante: scilicet matrimonium per diuortiū.
t *Legitimè.* scilicet vt lex concedit. j. de nup. §. si igitur. & C. de diuor. l. consensu.
u *Vxorem.* facit ad hoc. j. de trien. & semis. §. fin. & j. vt lib. decæ. §. si quis autem.
x *Ea.* scilicet documenta dotalia. q. d. & eam postea accipit in vxorem.
y *Secundis.* id est post matrimonium. Ac.
z *Secundos.* id est natos ex concubina.
a *Demonstrauimus.* scilicet si eā acceperit in vxorem.
b *Confectione.* quod est necesse quantum ad legitimationem filiorum: non quo ad matrimonium: vt. ff. de reg. iur. l. nuptias, sed P. etiam ad matrimonium dicebat hæc dos necessaria: scilicet dotem constitui, & fieri instrumentum. arg. pro eo institu. de hære. quę ab intesta. §. j. & fi.
c *Primi.* id est naturi concubina quā postea duxit in vxorem, tanquam primi: & expone vero pro certè. Acc.
d *De secunda.* sic. j. de filiis ante do. instrumentis. Accursius.
e *Ei.* patri tales inbenti filios.
f *Leges vocant.* scilicet in quarta: vt. C. de inofficioso testamento. ō. cum quæritur. & l. parentibus. & institu. de inoffic. testa. §. finali.
g *Quid enim.* fit hic mentio de eo quod est infra de trien. & semis. §. fina.
h *Quæ.* ea subaud.
i *Decent.* vt quælam inoffi. testa. & no. poss. contra tab. secundum Al. vt infra de exhæreda. libe. § nostra.
k *Foris.* id est extra Cōstantinopolitanam ciuitatem. Accursius.
l *Alienigenas.* id est alienas à iure. Accur.

DE LENONIbus.

Imperator est pater legis.

BIU Cujas

Imper. Iustinianus Augu. Constantinopolitanis.

COLLATIO TERTIA.

ET antiquis [a] legibus, [b] & dudũ [c] imperantibus [d] satis odibile visum est esse lenonũ causam [e] & nomen, in tantum vt etiam plurimę cõtra talia delinquentes scriberẽtur leges. [f] Nos autem dudum posita contra eos qui sic impiè agunt, supplicia auximus: [g] & si quid relictũ est à nostris prædecessoribus, etiam hoc per alias correximus leges: [h] & nuper interpellatione nobis facta rerum impiarum pro talibus negotiis in hac maxima ciuitate commisis, causam nõ despeximus. Agnouimus enim quosdam viuere quidem illicitè: ex causis autem crudelibus & odiosis occasionem sibimet nefandorum inuenire lucrorum, & circumire prouincias & loca plurima, & iuuenculas miserandas decipere, promittentes calceamenta & vestimenta quædã: & his [i] venari [k] eas, & deducere ad hanc felicissimã ciuitatem: [l] & habere constitutas in suis habitationibus: & cibum eis miserãdum [m] dare, & vestes, & deinceps tradere ad luxuriã eas volentibus: & omnem quæstũ miserabilem ex corpore earũ accedentem ipsos accipere, & celebrare conscriptiones, [n] quia ipsæ vsque ad tempus quod eis placuerit, obseruabunt impiam & sceleſtam hanc functionem implentes. Quasdam [o] verò earum etiam fideiussores expetere: & in tantum procedere illicitã actionem, vt in omni penè, & in hac regia ciuitate, & in transmarinis eius locis, & (quod deterius est) iuxta sacratissima loca & venerabiles domos sint tales habitationes: & causæ sic impiæ & iniquæ sub nostris tẽporibus præsumantur: ita vt etiam quosdam miserantes earũ, & abducere à tali operatione crebrò volentes, & ad legitimũ deducere matrimonium, nõ sinerẽt. [p] Aliquos autem sic sceleſtos existere, vt puellas nec decimum [q] agentes annum ad periculosam deponerẽt corruptionem: & quosdam [r] aurũ dãtes non paruum, vix inde redemisse miseras, & nuptiis copulasse castis. Esse etiam decies [f] mille modos, [t] quos nullus prẽualeret sermonibus comprehẽdere: cum ad infinitam crudelitatem deductũ sit tale malum: ita vt primum quidem in vltimis partib⁹ ciuitatis esset [u], nũc autẽ & ipsa, [x] & quę circa eam sunt, omnia [y] plena talium sint malorum. Hoc igitur dudum quidem aliquis nobis secretè denuntiauit: deinde etiam nuper magnificentissimi prætores à nobis talia inquirere præcepti, hæc eadem ad nos retulerunt: moxque audiuimus & iudicauimus oportere deo huiusmodi commendare causam, & velociter liberare tali scelere ciuitatem. Sancimus igitur omnes quidem, secundum quod possunt, castitatem agere: quæ etiam sola deo cum fiducia potis est hominum animas præsentare. † Quia vero plurima sũt humana: [z] cum arte & dolo & necessitate [a] quaslibet taliũ ad luxuriam deduci omnibus prohibem⁹ modis, [b] & nulli fiduciã esse pascere meretricẽ, & in domo habere mulieres aut publice prostituere ad luxuriam, & pro alio quodam negocio [c] talia mercari: neque conscriptiones [d] super hoc percipere, neque fideiussores exigere: [e] nec tale aliquid agere, quod cogat miseras & inuitas suam castitatem cõfundere: neque sperare [f] quia licebit decætero eis vestiũ datione aut ornamentorũ forsan aut alimenti decipere vt etiã inuitæ sustineãt. [g] Non enim permittimus quicquã fieri tale: [h] sed etiam nunc omnia talia breuiter cõpetenti cura disponimus, statuẽtes etiã reddi eis omnẽ quam contigerit cautionẽ occasione sceleris huius exponi: & neque permittimus sceleſtos lenones si quid dederũt eis, hoc ab eis auferre: [i] sed etiã ipsos lenones iubem⁹ extra hãc fieri felicissimã ciuitatẽ, tãquã pestiferos, & cõmunes castitatis vastatores factos, & liberas ancillasq; requirentes & deducẽtes ad huiusmodi necessitatẽ, & decipiẽtes, & habẽtes educatas ad vniuersam cõfusionem. Præconizamus [k] itaq; quia si quis decætero præsumpserit inuitã [l] puellã assumere, & habere ad necessitatẽ nutritã, & fornicationis sibi deferentẽ quæstum: hunc necesse esse à spectabilibus prætoribus populi huius felicissimæ ciuitatis cõprehensum, omnia nouissima [m] sustinere supplicia. Si enim pecuniariorũ eos [n] furtorũ & latrociniorũ emẽdatores, [o] elegim⁹: [p] quomodo nõ multo magis castitatis furtũ & latrociniũ eos coërcere permittimus? Si quis autẽ patiatur in sua domo quẽdã lenonẽ & huiusmodi præpositũ operationis habere, & hæc denũtiata cognoscẽs, nõ ex domo sua expulerit: sciat se & decem librarum auri sustinere pœnã, & citra † ipsam perditurũ habitationem. [q] Si quis autẽ cõscriptionẽ [r] decætero in talibus præsumpserit, [s] aut fideiussorem acceperit:

[a] *Et antiquis.* vt. ff. de in ſa. l. j. §. qui lenocinij. & l. athletas. §. qui lenocinij. & ff. de adult. l. j. §. lenocinij. & §. qui hæc.
[b] *Legibus.* ſcilicet digeſtorum.
[c] *Dudum.* in. C.
[d] *Imperantibus.* vt. C. de adul. l. de crimine. §. fi. & l. ita nobis pudor.
[e] *Cauſam.* ſcilicet odibilem.
[f] *Leges.* cilicet quas modo diximus. Ac.
[g] *Auximus.* ſcilicet in Græco.
[h] *Leges.* quas non habemus.
[i] *His.* ſcilicet veſtimentis, & ſimilibus.
[k] *Venari.* id eſt decipere: ſicut venatores eſca oſtenſa decipiunt aues.
[l] *Ciuitatẽ.* ſcilicet Cõſtantinopolitanam.
[m] *Miſerandum.* id eſt miſerum.
[n] *Conſcriptiones.* id eſt cautionẽ quę ſequitur.
[o] *Quaſdam.* id eſt à quibuſdam.
[p] *Non ſinerent.* ſcilicet lenones.
[q] *Decimum.* qui etiam lege Iul. de adul. tenẽtur: vt. ff. de adul. l. inter liberas.
[r] *Et quoſdam.* ſcilicet alios bonos homines.
[f] *Decies.* ſic. ſ. de here. & Falci. §. & hæc omnia quidem. col. j.
[t] *Modos.* ſcilicet agnoſcimus: quod eſt ſupra.
[u] *Eſſet.* ſcilicet iſtud malum.
[x] *Ipſa.* ſcilicet ciuitas. Al.
[y] *Omnia.* loca.
[z] *Humana.* id eſt labilia & prona.
[a] *Neceſſitate.* ſcilicet quando deſunt eis neceſſaria: vel neceſſitate adulationũ. nam vt dicunt, pecuniã voluit homo, nedum cor mulieris.
[b] *Prohibemus.* facit. ſ. de mona. §. ſi quis igit.
[c] *Negotio.* vt quia eã cameratiã dicit: vt. C. ad legem Iul. de adul. l. quæ adulterium.
[d] *Conſcriptiones.* id eſt cautiones quas dabant iſtæ fœminæ ne recederent.
[e] *Exigere.* nec etiam iuſiurandum: vt. j. ſcenicas &c.
[f] *Sperare.* ſcilicet lenones.
[g] *Suſtineant.* q. d. non damus repetitionem: quia cum illæ reddere non poſſent, ſuſtinerent potius ſe proſtitui.
[g] *Suſtineant.* ſcilicet proſtitui per huiuſmodi ſuaſiones. Azo.
[h] *Tale.* id eſt huiuſmodi ſuaſiones.
[i] *Auferre.* ſic. ff. de condic. ob tur. cau. l. idem. §. ſed quod meretrici. Accurſius.
[k] *Præconizamus.* id eſt præconia & alta & publica voce præcipimus.
[l] *Inuitam.* maximè: nam idem ſi vult, ſecũdum Ala. vt arg. C. de epiſco. & cleri. l. raptores. in fine. & C. de rap. virgi. l. j. in fi.
[m] *Nouiſſima.* vt occidatur: vt. ff. de pœ. l. vltimum.
[n] *Eos.* prætores.
[o] *Emendatores.* id eſt correctores, puniendo eos melius. Accurſius.
[p] *Elegimus.* nõ quòd de hoc habeamus legẽ.
[q] *Habitationem.* ff. de petit. hæredi. l. ancillarum. §. fi. contra. Solu. illa corrigitur. vel verius: licet veniat in hæreditatis petitionẽ talis penſio, tamen punitur qui ſic exigit & locat. & facit ad hoc. C. de fal. mo. l. j.
[r] *Conſcriptionem.* id eſt cautionem.
[f] *Præſumpſerit.* ſcilicet accipere. Aceurſius.

† *Cõcor. glo. in proœ. decre. ſuper verbo, pudicos. in prin. & gl. in. c. cũ cauſam. ſuper verbo, priuilegio. in prin. extra de ꝓbatio.*

† *In vetuſtis exem. circa ipſam periclitaturũ habitat. &c.*

BIU Cujas

a *Fideiussor.* qui promittat se curaturũ ꝙ illa patietur se prostitui:aliàs si promitteret eam passuram,nec iure cõmuni valeret:vt instit.ut.de inuti. stipu.§. versa vice.

b *Non erit.* cum effectu.

c *Conscriptio.* i.cautio. Azo.

d *Prædiximus.* scilicet modo proxi.

e *Expelletur.* ponendo in bannum si non inueniatur.nam inuentus punitur ad mortẽ: vt.ſ.

f *Volumus.* sic.ſ.de nõ eli.§.cum igitur.

g *Oramus.* id est deprecamur vt caste viuant.

h *Omnibus.* ergo & in Bononia:sed tamen nõ videmus eam ibi seruari. Accursius.

i *Vos primi.* loquitur Constantinopolitanis quibus primum præcepit eam seruari.

k *Oblata.* Græcũ est, Latinè Constantinopolitanis.& hoc etiam aliàs est in litera.

DE DEFENSORibus ciuitatum.

l *Nisi velociter.* sicut aliàs propter imminẽs damnum exigitur velocitas:ita hic,vt homines liberentur à malis cito:vt.ff. de dã. infec.l.j.

Velocitas propter imminẽs periculum exigitur.

m *Reuocemus.* nam cũ fuerint olim ad opprobrium,ponem⁹ eos ad honorem.

n *Officium.* scilicet eis assignandum:quod iunget.ï.eo.§.nulla.vsque ad.§.fi.

o *Habebimus.* i. non seruabim⁹ significationem huius nominis antiqui defensor:quod facere debemus:vt instit. de don.§. est & alius. &.C. de episco. & cle.l.decernimus.

†*Proposita, in manus scripto. hæc autẽ verba desunt in nouaeditione Græca. Contius.*

p *Ab antiquitate.* id est ab antiquis sapientibus.

q *Rerum.* vt est hoc nomẽ defensor: vt sequitur,& similia:vt Petrus:quia firmus vt petra.

r *Eas.* res. Accursius.

s *Liberas.* scilicet res.

t *Paterna.* id est Græca:quam linguã secuti sunt nostri prædecessores.sic.ſ. de non alie. §.alienãtur.&.j.vt fac. no.cõst.§.j.insi.col.ix.

u *Patientes.* scilicet homines.

x *Multis.* subaudi in.

** Ecdicarũ vocabulum Græcũ retinere potuit,quo vsus est Cicero.13. epist. Eodem fere sensu accipiuntur syndici.l. vlt. ff. de munerib. Alcia.l.1. parerg.c.5.*

acceperit:sciat nullam quidem se vtilitatem huiusmodi fideiussionis aut conscriptionis habere.etenim fideiussor[a] quidẽ obligatus non erit,[b] conscriptio[c] vero omnino inualida manebit:& ipse(sicut prædiximus[d]) in corpore supplicium sustinebit:& à magna hac lõgissimè ciuitate expelletur.[e] Mulieres itaque caste quidem viuere volumus[f] & oramus:[g] non autem inuitas ad luxuriosam vitã deduci:nec impie agere cogi.omnino enim lenocinium & fieri prohibemus, & factum punimus, præcipuè quidem in hac felicissima ciuitate,& in ei⁹ circumitu:nihilo minus autẽ & in locis foris positis omnibus,[h] & quæ ab initio nostræ sunt reipublicæ:& quę nunc à domino deo donata sunt nobis:& maximè in illis:eo ꝙ dei dona quæ circa nostram fecit rempublicã, volumus conseruari pura ab omni tali necessitate: & domini dei circa nos munera esse & ꝑmanere digna. Credimus enim in domino deo etiã ex hoc nostro circa castitatem studio,magnum fieri nostræ reipublicæ incrementum:deo nobis omnia prospera per talia opera conferente. Quatenus ergo vos primi[i] nostri ciues casta hac nostra fruamini dispositione: propterea hac sacratissima prædicatione vtimur,vt sciatis nostrũ circa vos studium,circa castitatem atque pietatem labores nostros, per quos in omnibus bonis custodiri nostram rempublicam speramus.

Scriptum exemplar glorioſissimo magistro,in quo adiectum est.

VT ergo omnibus hæc manifesta fiant in nostra habitantibus republica,tua sublimitas hanc nostram suscipiens sacrã legem,in omni ditione prẽceptis propriis eã vniuersis ciuitatibus nostris insinuet:& nõ solum in hac felicissima ciuitate,sed etiam in prouinciarũ custodiatur locis:domino omniũ deo pro alio quodammodo in odorem suauitatis oblata.[k] Lata † Constantinopolitanis ciuibus nostris.Da.kalen.Decemb. Constantinopoli,Belisario. V. C.Cos.

TITVLVS II.

DE DEFENSORIBVS ciuitatum.*

Defensores ciuitatum debent eligi honesti viri, fide digni,& ciuitatum nobiliores, & per circulum:præstito iuramento ab electoribus,antiqua solẽnitate seruata. Bar.

Imper.Iustinianus Augu.Ioãni glorioſissi. præfecto prætoriorũ,iterum exconsuli & Patricio.

NIsi[l] velociter reuocemus[m] curã defensorum per cõpetens officium:[n] nec iplam vlterius antiquorum nominum habebimus[o] veritatem.aliis siquidẽ alia data sunt ab antiquitate[p] nomina significatiua à parte rerum:[q] hoc autẽ defensorum nomen purè demonstrat antiquitatem aliquos præposuisse rebus,quatenus ex omni eas[r] iniustitia vindicarẽt, liberas[s] quidem:& proprer hoc paterna[t] voce defensores eos vocamus,quatenus eripiãt à malis iniustitiam patientes.[u] Nũc autem hoc defensorum nomen valde cõculcatum est multis[x] nostræ reipublicæ partibus: & ita cõtẽptũ,[y] vt in iniuria quidem poti⁹ quàm in qualibet iaceat[z] honestate.[a] siquidem fiunt[b] viri[c] quidã obscuri,[d] † decreta[e] vero super eis misericordia[f] magis quàm electione[g] cõficiuntur.quibus enim non est victus & vita sufficiens,isti defensorũ emendicantes ordinationem,ad hanc accedunt curã: & pro alio quodam lusu,[h] iudicum subiacent voluntatibus. Denique remouent[i] eos quando voluerint, aut nihil aut paruissimum[k] delinquentes: & alios in illorum prouehunt officium,quasi[l] loci seruatores eos defensorum facientes:& hoc in anno frequẽter in pluribus hominibus agentes,vt & officiales, & ciuitatum iudices,& harum habitatores, in nouissimo contemptu defensores habeãt. Quæ verò aguntur ab eis,ad instar non actorum[m] sunt. si enim imperauerint[n] prouinciarum iudices:nequaquã præsumunt quædam gesta monumentorum conficere apud semetipsos per omnia seruientes eis defensores,& illorum nutibus intẽdentes solis. Si verò quædam conficiantur, primùm quidem etiam hæc venũdant:[o] deinde cum nullum habeant archiuum,† [p] in quo gesta apud se reponant,deperit quod conficitur:& nequaquam inuenies apud eos plurium tẽporũ

y *Contemptum.* scilicet nomen defensoris.i. ipse defensor.

z *Iaceat.* ſ.hoc nomẽ defensor.

a *Honestate.* vt capitanei, id est ꝓceres, & pauperes quasi capti dicantur.

b *Fiunt.* ſ.defensores.

c *Viri.* aliàs virii.

d *Obscuri.* i.viles & infimi & imperiti: vt.j. quib.mo.na.effi.legi.§. quisque.col.vj.

e *Decreta.* id est confirmationes.Nam vt electus prælatus confirmatur à maiori: sic & defensor eligebatur à præside, & confirmabatur à prefecto:vt sequitur.

f *Misericordia.* scilicet propter paupertatem electorum magis confirmabatur eorum electio,vt sequitur:ꝙ proptr bonitatẽ. Azo.

g *Electione.* tunc enim fit electione,id est bonitate, cum ex bonis eligitur præcipuus:quod hic non erat.

h *Lusu.* non enim expresse petebat:sed alii applaudebant præsidibus vt defensores crearentur,qui iudices dicuntur:vt.j.eo.§.nos autem.

i *Remouent.* scilicet præsides. Accursius.

k *Paruissimum.* accipiunt enim occasionẽ, vt fecit lupus agno de turbatione aquæ.

l *Quasi.* hoc est dicere,loco defensorũ faciunt loci seruatores quod est prohibitum vt supra vt iudi. quoquo suffra.§. nul &.j.vt nulli iudi.j. spon. col.ix. aliàs de loci & defensores, tunc est plana.

m *Non actorum.* cum enim eis parua habeatur dignitas,per consequens nulla eorũ seruatur est fides habenda:vt.ff.de edendo.l. quis.§.j. Accursius.

n *Imperauerint.* scilicet ne fiant monumenta.

o *Venundant.* quasi dicat,per pecuniam aliquid scribunt & tenent,vt habeant quod dent præsidi,vt nõ remoueat eos:vt.ſ.vt iudices sine quoquo suffra.§.an certe.

p *Archiuum.* locus est vbi acta publica reponuntur:vt hic,&.ff. de pœnis.l.moris.§.solet. &.j.eo.§.præceptor.

BIU Cujas

&.j.de iis qui ingre.ad ap.§.penul.col.v.Sed aliàs dicitur locus vbi vasa sacra reponuntur: vt infra qui.mo.natu.effici.legi.§. istud.in fi.colla.vj.

a *Poni.* id est positum.

b *Ad hæredes.* id est ab hæredibus quærunt qui indigent, vel ab aliis successoribus. Vel dic quòd hoc verbum quærunt, regit duos diuersos accusatiuos.

c *Digna.* propter rationem quam diximus supra eo.§.j.

d *Dissimus.* vt.ſ.vt iudi.sine quoquo suffra.§.illud videlicet.

e *Potestates.* id est dignitates.

f *Eorum.* præsidum.

g *Procul.* nam maioribus habent intendere.ſ.tori prouinciæ:& ideo non possunt vni ciuitati tantùm prospicere.sic.ſ. de hære. & Falcid.j.respon.

h *De defensoribus.* superior ergo illa cõstitutio de præsidibus tãtum dicit, hæc autem de defensoribus ciuitatum: sed illa, scriptũ exemplar, cõmunis est: vt patet in fi.

i *Congruentia.* sic supra quomodo oportet.epi.j.respon.

k *Sumant.* ex hoc videtur q̃ olim non poterant iudicare: sed quę dicit ad tit.§.c. de voluntaria iurisdictione erant, faciebãt, & scribebantur coram eis acta, vt dicunt quidam. Sed certe & ante hanc legem istam poterant iudicare: vt.C.eo.l.j. quare dic, sumant officium iudicis, & honorem & statum iudicis quę perdiderãt: & q̃ inuito alio possint iudicare, vt patet.i.e.§.nulla. quod prius non poterant inuito præside: vt supra proxi.§. quod etiam est proprium iudicis in inuitum dare iudicium: vt.ff. de verbo. obliga.l.inter stipulantem.§.j.

l *Præcedentium.* scilicet ante tempora huius legis.

m *Quanto.* si ergo, vt hic dicitur, alius propter meã discretionem apparet maior: multo magis ego: vt.C. de postulã.l. prouidendũ.

n *Honestior.* nõ loquitur de honestate ad animam: sed ad honorem seculi: sic institu. de publi.iudi.§.item lex.

o *Interim.* id est antequam ad eius officium perueniamus. quod dicet.j.eo.§.nulla.vsq; ad.§.si prius. dicit de electiõe eius interi.

p *Declinare.* id est, ille qui eligitur, non potest recusare, vt hodie fit Bonoñ. in officialibus: aliàs punitur in quinque libras auri, & nihilo minus compellitur: vt.j.eo.§.si qua vero. Azo.

q *Nobiliores.* Nota nobiliores debere eligi.sic.j.eo.§. finali. & supra de referen.§.fina.

r *Eis.* ſ. ciuitatibus: vt rependãt pmiũ habitationis: vt.j.e.§.pen.

s *Adimpleant.* nisi appellarent: vt diximus.j.§.pen.

t *Priuilegium.* scilicet vt nõ cõpellatur esse defensor: quòd priuilegium habeat in secreto: vt differat à casu sequenti.

u *Sint collati.* scilicet codicilli, id est priuilegiũ aliquod q̃ non cõpellatur esse defensor: quod habuit cũ consilio procerũ: vt.C. de legi.& consti.l.ij.&.ſ.de non ali.§.quia verò verisimile.col.j.

x *Circulum.* fiebat enim quidam circulus hominũ: & ex his duo quærebant cæteros conferendo bonitatem singulorum, vt meliorem eligerent: quod habebat locũ cũ pauci homines erant per ciuitates. hodie autẽ non sic: quia difficile est cõuocare sic omnes bonos homines de ciuitate, sed quidã eliguntur quorum factum omnes alij tenent: vt instit. de iure natu.§. senatusconsultum.&.ff. de reg.iur. l.aliud.§.j.&.ff. ad municip.l.quod maior. Item ex cõsuetudine etiam ad octo est reducta electio: vt fit Bononiæ.

y *Hac splentibus.* subaudi, aliquib⁹: puta duobus. Azo.

z *Expletur.* vt quia totum circulũ illi duo quæsierunt.

a *Reuertentibus.* adinuicem.

b *Iudex.* velut pater enim esse debet: vt.C. eo.l.iiij.&.ſ.vt iudi.sine quoquo suffra.§.eos autẽ.&.ſ.iusiu.§.deuotos autem &c.

c *Defensor.* qualis antea erat: vt.ſ.eo.j.rñ.

d *Decreto.* id est electione. aliàs electione.

e *Possessorum.* omnes enim qui possidebãt in illa ciuitate, debebant interesse electioni: & iurare, vt dicit, dũmodo & ibi habitẽt: vt sequitur. Et sic est arg. ad electionem canonicorum quam faciunt irrequisitis absentibus.

f *Vrbe.* idem credo & si aliàs habitent.

g *Præbens.* scilicet ipse defensor futurus.

h *Legem.* ad hoc sol⁹ defensor adstringitur, secundum quosdã. Alij vero vt eis videtur iurant: vt.ſ.iusiur.§.& æquus. Sed contra est, vt ibi diximus.

i *Sicut nunc.* nã & ante hãc.l. confirmabantur à præfecto: vt.ſ.eo. in prin.&.C.eo.l.j.

k *In biennio.* olim vsque ad quinquennium: vt.C.eo.l.iiij.

l *Remouendus.* post biennũ, nisi in casu: vt.j.eo.§.fi.in fi.Ac.

m *Remouendi.* præfectus maior est præside: præses maior est defensore. cum ergo defensor creatur à præfecto per confirmationem, non poterit eum remouere præses: vt arg.ff. de diuer. & tẽpo. præscrip.l. de accessionibus.

n *Datur.* ex confirmatione: quod dic vt.j.qui.mo.na.effi.legi.§. liceat.col.vj.sic & aliàs.ff. de ver.sig.l.lege.

o *Administratori.* id est præsidi.

p *Vices agentes* id est vicarios. Al.

q *Modis.* hoc interdictũ nõ obseruãt quidã potestates Bononię, qui duas simul & plures recipiunt potestarias vicario posito. Ac.

r *Insinuationes.* Romæ verò apud magistrum census: vt.C. de testa.l.consulta.

poni[a] monumentum vllum penitus: sed ad hæredes[b] eorum, aut alias successiones his monumentis egẽtes, gesta quærunt: & horum quæ quidem inueniuntur, nulla fide sunt digna:[c] alia verò etiam pereunt, & intãtum cadunt, vt in similitudine nõ actorum sint. Nos igitur quoniam de iudicibus bene disposuim⁹,[d] & maiores potestates[e] eorum[f] in gentibus fecimus: & procul[g] ab eis est inspectio ciuitatum: propterea credim⁹ oportere etiã de defensoribus[h] cõstituere. fit enim sic cõgruẽtia[i] vtilis, si iudicum sumant[k] officium, ciuitatum defensores: & quinciæ præses videbitur quidem iudex iudicum potius esse, & ex hoc honestior præcedentium[l] apparere. quanto[m] enim quilibet præest melioribus, tãto maior ipse & honestior[n] est.

CAP. I. Vt nulli incolarum liceat defensoris officium respuere.

INTERIM†[o] illud sciendum* est prius, vt nulli hominũ sit licentia defensoris ordinationem declinare:[p] sed inuicem vniuersi nobiliores[q] ciuitatum habitatores † hoc ministerium eis[r] adimpleant.[s] hoc enim & in prioribus temporibus valuisse, & in republica gestum didicimus. Nulli, nec si honoratus sit magnificentissimorum illustrium dignitate, hoc declinare concedimus: nec si militiam habeat honestam: neque si proferat priuilegium[t] suum ex diuinis formis: vel si pragmatici sint collati:[u] sed secundũ circulũ[x] habitatorib⁹ ciuitatis, quorũ aliqua ratio est, hoc implẽtib⁹:[y] & dum circulus expletur,[z] rursus reuertentibus[a] ad solicitudinem, & ciuitati per prædictã curam ministrãtibus, vt in vnaquaque ciuitate defensor iudex[b] † potius quàm defensor[c] esse videatur: decreto[d] quidem cum iureiurando facto omniũ possessorum[e] in illa ciuitate cõsistentium, sed non in hac vrbe[f] degentium.

CAP. II. Vt iurent defensores secundum formam in anterioribus legibus definitam.

Defensor ciuitatis iusiurandum præstare debet, biennio solum administraturus: confirmandus à præfecto & remouendus, voluntariam exercens iurisdictionem, & non causas meri vel mixti imperii, præside non valente iurisdictionem eius impedire. Bart.

IVSIVRANDVM verò præbens,[g] quòd omnia secundum legem[h] † ac ius agat, & omnium cõmuniter: confirmãdus autem sicut nunc[i] ex præcepto glorioſiſimorũ nostrorum præfectorum: in biennio[k] verò administrans solo, & remouẽdus[l] à cura: non habente licentiam clarissimo prouinciæ iudice remouendi[m] eum: sed si quid videatur agere non rectè, nuntiare ad gloriosissimos nostros præfectos, vt inde ei fiat curæ priuatio, vnde etiam datur.[n] Nulla existente licentia administratori,[o] aut ipsis defensoribus vices agentes[p] defensorum facere: sed etiã hoc omnibus eis interdicimus modis.[q] Sed neque proprias vices agentes per ciuitates clarissimos iudices destinare, nisi ipsos defensores, quos iudicum officiũ cõplere in ciuitatib⁹ volumus: ipsos quoq; in omnibus diligẽtiã adhibere ciuitatib⁹ in quib⁹ fũt.

CAP. III. Vt omnia monumenta apud defensores insinuentur.

ET agi apud defensores testamentorum insinuationes,[r] &

† *Sic etiam quilibet plebeus ecclesiæ collegiatæ est iudex ordinarius in plebe sua: vt extra de offi. ordi.c. cum ab ecclesiarũ.cum gl. in fi.*

† *Et sic ista hic arg. q̃ index debet iudicare secundũ allegata & probata, & non secundum conscientiã. de hoc vide m.c.i.i gl. sup verbo, canones. extra de offi. ordi.vbi de hoc melior glossa canonici.*

BIU Cujas

donationum,[a] & quidquid[b] aliud est monumentorum priuiū:non valente clarissimo ꝓuinciæ iudice prohibere quod agẽdum est,aut præcipere quia non velit aliquid agi,aut actum non edi.non enim huiusmodi alicuius ei omnino potestatem damus:absurdissimū existimantes,necessariis rebus cedere homines propter iudicum[c] fortè irrationabiles motus[d] atq; præceptiones,sed etiam agere quecunque voluerit[e] & edere:& licet quod agitur,tangat[f] prouinciæ præsidẽ,aut quemlibet potentum,[g] neq; hoc prohibere. Oportet etenim sic agere eos qui in administrationib'[h] sunt, aut in qualibet potestate,nō vt prohibeant quædā fieri cōtra se gesta:sed ita inculpabilem suum præbeant modum, vt nulli detur tempus querimoniarum aduersus eos:& siue affuerit[i] ciuitatibus iudex,siue non,nequaquā prohibeatur quispiā[k] agere apud defensores quædā monumēta in quibuscunq; voluerit,[l] præter illa sola quæ iurisdictione[m] egent,† & ex ipsa iudicum auctoritate pendent.[n]

CAP.IIII. Vt defensores exactores tributorum adiuuent,& exceptorem vnum, duosque cohortales habeant.

Defensor publica exigere debet tributa, & inordinatè agentes videre,& publicum remouere tumultum:& officiales prouinciæ debent ei auxilium impartiri, & ex prouinciali curia vnum exceptorem & duos officiales habere. Bartolus.

DEINDE eos qui publicas exactiones habent,ciuitatū defensoribus omnibus auxiliari modis,& si opus fuerit occasione contemptus contumaciæ tributariorū,[o] monumenta cōficere:& hæc fieri velociter iubemus,& interesse,vt inordinatè agentes[p] videāt,[q] & his ipsis testimonium perhibere,vel publicū remouere tumultum,[r] & absolutè iudicum obtinere ordinem, & maximè quando absunt:[s] & officiales ꝓuincię quicunque in ciuitate sunt illa in qua defensor est,obedire illi,& adiuuare:vt absentibus præsidibus gentium,nihil videatur deesse ciuitatibus sub illorū præsentia.[t] Ex prouinciali[u] autem officio habere & exceptorē[x] eis administrantem,& duos officiales,[y] qui ea quæ ab eis decernuntur,adimpleant.

CAP. V. Vt intra summam 300. aureorum iudicent.

Defensores iudicare debent in pecuniariis causis vsque ad aureos trecentos:conuentione in vetito examine prohibita:appellatione ad præsidem permissa:& in curia circa personam defensoris ab officialibus vetita, successoribus electione mandata. Bartolus.

ET iudicare[z] * in causis omnibus pecuniariis vsque ad aureos trecentos:[a] non valentib' nostris subiectis trahere[b] sibimet obligatos ad clarissimos prouinciarum iudices,si vsque ad prædictam trecentorum solidorum quantitatem lis consistat. Sed neque pro hoc ipso actores amplius æstimare litē,vt conterant reos,& non ciuitatis defensori, sed prouinciæ deferant iudici.Sed si quid tale egerint,& sententia[c] manifestet minorem esse litē trecentorū aureorum,& studio auctam,vt apud[d] prouincialē iudicem,& non ciuitatis defensorem examinaretur:solū actorem omni litis[e] subdi dispendio: & à defensoribus[f] appellationes ad ipsos fieri iudices.[g] Si verò egerit aliquid iniuriosum circa defensores officiales:tūc ꝓuinciarū præsides vleisci & castigare

Merum & mixtū imperium magnis tātum magistratibus cōpetit. † Hinc colligūt eos nō habere iurisdictionē:quæ quēadmodū intelligēdum sit,ex cōmētariis meis ad has Nouellas deo faūēte repeti poterit. nā hæc subsecina interualla vix paruulas notas capiant.Cōr.

a De iurisdictione vide multa p abbatem in c.quod sed. apo. extra de offic. ordina.

An defensor ciuitatis possit in integrum restituere.

a *Donationum*.vt.C.de dona.l.in hac.& hoc si erat vltra quingentos solidos,non aliàs:vt instit.de dona.§.aliæ.

b *Et quidquid aliud*. quod tamen pertineat ad voluntariam iurisdictionem,aliàs non:vt in fine huius.§.sicut sunt manumissiones,emancipationes, & adoptiones: vt.ff. de offi. procon.l.ij.j. respon.

c *Iudicum*.id est præsidum.

d *Motus*. aliàs nutus.

e *Voluerit*.scilicet aliquis coram defensore: aliàs voluerint,scilicet defensores.

f *Tangat*.dico ad pecuniarium quæstū,non quòd tangat eum potentem ratione iurisdictionis:vt sunt causę de mero vel mixto imperio:vt in fi. huius.§.

g *Potentum*.id est qui habet merum imperiū.

h *Administrationibus*. scilicet maioribus,qui habent merum imperium.

i *Affuerit*. id est præsens fuerit:scilicet præses. scribitur enim per df. vel per ff.non p bf.

k *Quispiam*. scilicet priuatus.

l *Voluerit*. hoc generale dictum statim restringitur.

m *Iurisdictione*. scilicet maiori,vt merū imperium vel mixtū,qđ maioribus tantum cōpetit:vt.ff.de offi. præsi.l.illicitas.§.qui vniuersas.& de iurisdi. omniū iudi.l. magistratibus.&.C.eo.l. defensores nihil. & hoc idē statim innuit,& ex ipsa iu. &c. est enim quasi expositio. Hoc enim nomen iurisdictio,[a] quādoque ponitur (vt hic)pro mero vel mixto imperio:vt.ff.de offi.eius cui man. est iurisd.l.j.ibi,iurisdictionem suam &c.nam nisi sic ibi accipiatur, non errarent qui sic dicūt vt ibi dicitur. quandoque pro eo quod iure magistratus competit: vt.ff. de iurisdi. omniū iudi.l. imperium. &. ff. de officio eius cui mā. est iur.l.j.§.fi.& secundum hoc potest delegari.hic autem secundum primum modum accipitur, & definitur: Iurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi,& æquitatis statuendæ.& dicitur à iure,& ditione, quasi dicat,de iure potestas. Diuiditur autem sic:aliàs merum imperium,aliàs mixtum,aliàs stat in suo nomine.sic.ff. de ado.l.j. Sed nunquid in integrum restitutionem dare potest?Respon.iure veteri non:vt.ff.ad municip.l.ea quæ.§.j.Sed hodie contra: cum enim possit delegare specialiter & generaliter:vt.C.vbi & apud quem.l.fin.in fi.ergo competit iure magistratus:vt.ff.de offic.eius cui manda.est iurisdi.l.j.§.quæ vero.alia vero,quæ sunt de mero vel mixto imperio,non potest facere:vt hic dicitur.Sed cōtra seruatur:tum ex cōsuetudine:tū quia quibusdā ciuitatibus hoc cōcessum est à principib' qnque,vt à Friderisho Lōbardis.

n *Pendent*. puta causa liberali. Al. vt.C. de pedane. iudi.l.ij. Accursius.

o *Tributariorum*. id est eorum qui soluerunt tributa. Al.

p *Agentes*.id est eos qui inordinate agunt.

q *Videant*.scilicet defensores.

r *Tumultum*. sic.j. titij.§.deinde.

s *Absunt*..scilicet præsides,vt subiicit.

t *Præsentia*. id est ex quo defensores sunt præsentes.

u *Ex prouinciali*. id est ex curia præsidis prouinciæ.

x *Exceptorem*. id est notarium † vel scriptorem:sic dictus,quia diminū dicta excipit, id est recipit. Sed hodie videtur quòd duos debeat habere:vt infra de iudi.§. nullo. Vel dic quòd hūc habet à præside: alium habet de suo.

y *Officiales*. qui vicē executorum tenent,vt sequitur. Accursius.

z *Et iudicare*. subaudi, volum⁹, quod & ad superiora verba multa subauditur.

a *Ad aureos trecentos*. olim vsq; ad quinquaginta tantū.vnde corrigitur.C. eo.l.j. hāc autem summa.ccc.posteā extendi vsque ad cc. & quinquaginta libras : cum. lxxij. aurei faciant libram auri, prosito quòd libra auri valeat.lx.libr. Bonon. C. de fusce. & arc.l. quotienscunque. libra quod ergo vltra est pōcōpetit iure magistratus. præses ergo delegare non potest istam,nisi contingat abesse: vt. ff. de offi. eius cui man. est l.ij.§.j.vel propter titudinem causarum C.de peda.iu.l.ij.

b *Trahere*. ergo non potest recusari: quod est mirum,cum sit ordinarius:[b] sed opus potest adiungi: vt infra vt diff.iu.§.si vero contigerit. col.ij. licet.M. contradicat, scilicet quòd ordinarius posit recusari. sigu.pro eo.C.de iurisdi.omniū iudi.l.nemo.

c *Sententia*.scilicet præsidis.

d *Apud*.quia maior summa petebatur cum est agitata: vt.ff. de iurisdi.om.iudi.l.cum quædam.in fi.

e *Omnis litis*. no. hic specialissimum, quòd victor victo damnatur in expensis. sed regulariter est contra: vt. C. de iudi. properandum.§. sin autem. & infra de iudi.§.oportet. col.vij. Sed nunquid & hic perdit litem : vt.C.de plus pe.l.j? Respō. non : quia deliquit tantum in plus petendo:non autem cauē exegit:vt ibi.

f *A defensoribus*.scilicet iudicantibus de summa eis permissa, scilicet.ccc.sol.vt.s.proxi.

g *Iudices*.id est præsides.& subaudi.volumus:nā cum maior sit eo

BIU Cujas

officiales possint. Licentiá enim damus defensoribus, si hoc neglexerint præsides, sedis tuæ [a] eminentiæ huc nunciare, vt inde detur auxilium eis, & vindicta competẽs: & re vera defensores eos [b] esse contra delinquẽtes, habentes iudiciariæ claritatis & honestatis imitationem.

CAP. VI. Quo ordine & tempore creentur.

ET si cadere [c] contigerit ciuitatis defensorem: mox ad alium deferri decretum, [d] qui ex circulo vocatur, cum dudum dicto [e] iureiurando, & suscipere quidem mox curam: decretum verò nunciari & confirmari à tuo culmine: & nequaquam defensoribus vices agentes (sicut p̃diximus [f]) dari: ne rursus priori cõfusioni demus quasi rationabilem [g] occasionem. Præcepta [h] verò faciat tua eminentia per vnãquamque prouinciam, vt in ciuitatibus habitatio quẽdã publica distribuatur, in qua conueniens est defensores monumenta [i] recondere, eligendo quẽdàm [k] in prouincia qui horum habeat custodiam: quatenus incorrupta maneant hæc, & velociter inueniantur [l] à requirentibus, & sit apud eos archiuum: [m] & quod hactenus prætermissum est in ciuitatibus, emendetur. Quia verò etiam [n] defensores ciuitatum extra omne cõmodum fiunt: [o] & pro decretis eorũ, si quidem ciuitates maiores [p] sunt, quatuor solummodo dabuntur aurei foro tuæ sublimitatis: si verò minores, [q] tres: sicut iamdudũ nostris constitutum [r] est legibus. si verò quædam salaria habent publica, etiam hæc secundum cõsuetudinem percipient. [s]

CAP. VII. Qualem aut quantam coercionem habeant.

Defensore leuia crimina audient, & castigationi competenti tradent: & vltra biennium defensoris officium minime durat: nisi tota ciuitas nullo reluctante elegerit eum. Bartolus.

AVDIENT quoq; leuiora crimina, & castigatiõi cõpetenti cõtradent: & eos qui in maioribus criminibus capiuntur, detrudent in carcerẽ, & mittent [t] ad prouinciæ præsidem. sic enim fruetur ciuitas vnaquæq; [u] cura iudiciali: & omnis gens sub maiori constituta iudice, [x] maiorem sentiet prouidentiam: & rescindentur [y] plurimæ iudicum curæ, cum ciuitatum defensores in semetipsis eas imponunt, & leuigant præsidum quas pro omnibus hominibus habẽt solicitudines, ipsi [z] particulariter remouẽtes [a] ea quæ vim patientibus inferuntur, aut dubitationes soluentes, & honestos (sicut sæpe dictũ est [b]) eos qui in administrationibus [c] sunt demonstrantes. Si verò etiam detineantur [d] ab aliquibus publicæ functiones: gẽtium præsides defensoribus imperabunt contra detentores exactiones: vt & secundum hoc eos adiuuent.

Si qua verò [e] defensoris præter hæc fiat ordinatio, aut renuerit aliquis defensoris officiũ in semetipsum veniens, siue dignitatis siue militiæ siue priuilegij siue alterius cuiuspiã occasione: iste quinque librarum auri subiectus pœnæ, etiam sic post eius exactionẽ ad opera [f] ciuitatis proficiẽtem cogatur [g] defensoris implere solicitudinẽ. Conuenit enim vnũquemque nobilium semper functionem agere ciuitatum quas inhabitat, & hanc eis [h] cõferre habitationis repensationem.

EPILOGVS.

QVAE igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram insinuata sunt legem, tua sublimitas in prouinciis quibus præest, facere manifesta per programmata propria studeat: quatenus cognoscant omnes quia & maximorum [i] & mediocriũ & paruulorum nobis cura est: & nihil est tale [k] quod à nostra solicitudine [l] remoueamus. Partem verò faciat tua eminentia suorum [m] præceptorum: vt ex hoc iam gentium præsides præparent secũdum vnamquãque ciuitatem eos qui bonæ opinionis [n] sunt, nominari defensores secundum circulum (sicut iam dictũ est [o]) & decreta fieri cõmunia [p] cum iureiurando in eis habito, [q] & describere prædictum circulum: & ita per biẽnium subintrare curam eos qui subsequuntur: [r] † & si exciderit quispiam ex eis, alium introduci: semper quidem decreto cum iureiurãdo faciẽdo: ipsóque dum futurus fuerit curam suscipere, definitum iusiurandum subeunte, & electione eius facienda à Deo amabili episcopo, & venerabili clero, & aliis in ciuitate bonæ opinioni studentibus: quod etiam nunc mox fieri conuenit, omnibus (sicut dictum est) secundum hanc nostram generalem procedentibus legem. Nũc autem [s] defensores existentes, si quidem placiti videantur,

---

eo: vt supra. §. nos igitur. & infra eo. §. si vero. etiam appellatio recte dirigitur: vt. j. de appel. & intra quæ tẽp. §. fi. col. viij.

a *Tuæ.* ó præfecte.

b *Eos.* scilicet psides.

c *Cadere.* vel morte: vel quia fititũ sit biẽnium.

d *Decretum.* de suscipiẽdo hoc munere. Al.

e *Dicto.* vt. s. eo. §. interim. & §. iussu.

f *Prædiximus.* vt. s. e. §. nulla.

g *Rationabilem.* aliàs est qualibet rationabilem. & aliàs quasi rationabilem.

h *Præcepta.* publica, vt in palatio cõmunitatis, & camera massariæ.

i *Monumenta.* id est publicas scripturas.

k *Quẽdam.* qui vulgo Massarius vocatur Bononiæ, aliàs Camerlingus. sed in iure ædiles vocantur: vt. ff. de orig. iur. l. ij. §. ité quod ait.

l *Inueniantur.* s. monumenta prædicta.

m *Archiuum.* hoc expone vt. s. e. §. j.

n *Quia vero etiã.* q. d. nó solum præsides maiores: vt. s. vt iudi. sine quoquo suffra. §. hæc autem omnia.

o *Fiunt.* quantum est à subiectis: sed à principe vel cõmuni ciuitatis potest habere, vt subiicit.

p *Maiores.* vt Florẽtia.

q *Minores.* vt Pistorium.

r *Constitutum.* vt. s. scriptum est exemplar.

s *Percipient.* not. consuetudo facit licitum, quod aliàs est illicitũ, vt hic, & de sanc. epis. §. pro consuetudinib⁹. col. ix. arg. contra. j. vt nul. iu. §. j.

Consuetudo facit licitum, aliàs illicitum.

t *Mittent.* facit ad hoc C. de defen. ciui. l. nihil. & l. defensores ciuitatum. & ff. de offic. procon. l. si quid.

u *Vnaquæque.* aliàs vnaquaque.

x *Iudice.* vt præside: & sic no. ar. pro doctoribus antiquis contra nouos. sed contra eos est manifeste, si bene intelligatur: nam non sunt maiores in solertia: vt. C. de offi. recto. prouin. l. potioris

y *Rescindentur.* i. decidẽtur minima maleficia. s. per defensorem.

z *Ipsi.* defensores.

a *Remouentes.* s. decidendo lites istas.

b *Dictum est.* vt. s. eo. §. nos igitur.

c *In administrationib⁹.* s. maioribus: nã quanto &c. vt. s. e. §. nos igitur.

d *Detineantur.* ab aliquibus tributariis.

e *Si qua vero.* dignitatis occasiõe: vt subiicit.

f *Ad opera.* id est ad administrationem.

g *Cogatur.* captis pignoribus ad instar tutoris: vt. ff. de mune. & hono. l. si quis. & insti. de satisda. tuto. §. fin. nisi appellet: vt. C. de appella. l. hi qui. & facit ad hoc. C. de decu. l. nulli.

h *Eis.* scilicet ciuitatibus. nam vbi emolumentum &c. vt institu. de legi. pa. tu. §. j. &. C. de cadu. tollen. §. pro secundo.

Emolumẽtum esse debet vbi est onus.

i *Maximorum.* no. in concionando præponi maiores minoribus, vt diximus institu. de bo. pos. §. aliam.

k *Tale.* scilicet impedimentum.

l *Solicitudine.* i. à legis huius cõpositione.

m *Suorum.* nam & alia multa mandabis eis p̃ nobis.

n *Bonæ opinionis.* idẽ in testibus: vt infra de testi. §. sancimus autẽ. & facit ad hoc infra de armis. §. hanc igitur. col. vj.

o *Dictum est.* vt. s. e. §. interim. & no. q̃ hic repetit breuiter quasi omnia supradicta. sic facere debent aduocati in fine sui dicti. sic supra vt eccles. Roma. ibi, hoc in æternũ reminiscentes.

p *Communia.* ab omnibus nobilibus.

q *Habito.* tam ab eligentibus, q̃ ab electo.

r *Subsequuntur.* i. qui post hãc legẽ eligẽtur.

s *Nunc autẽ.* id est tẽpore huius factæ constitutionis.

† *Ex Accursii scholio legendũ videtur, subsequentur.*

BIU Cujas

a *Modis.* etiam si omnes cõsentirent in cõtrarium.
b *Rursus.* quasi dicat, tunc permittitur supradicta electio, quando bona fide fecit circulum, & non instructe, vt iterum eligeretur.
c *Frequentia.* [a] Not. frequẽter fieri quod fit bis. sic. C. de epi. aud. l. nemo. in fi. &. ſ. de non ali. §. neque. & .C. de dona. l. ſi quis.
DE MENSVRA ordinandorũ clericorũ.
d *Legem. Scripſimus.* vt. ſ. vt determi. ſit numerus clericorũ.
e *Ciuitatis.* aliàs vr- bis.
f *Aliis.* ſcilicet ſibi adiacentibus: vt. ſ. vt deter. ſit nume. cle. Idem tamen facit & de aliis eccleſiis, licet hic de illis non dicat: vt. ſ. quo. opor. epiſ. §. ſed neque.
g *Suam.* nõ aliàs. Ac.
h *Priore.* id eſt nõ habente aliquid quod ſit contra priorem.
i *Eius.* ſcilicet priori- ris.
k *Adhuc.* ſed in quo hæc prodeſt ad quod illa non proſit? Reſpõ. in eo quod hic dicit quando deficit numerus in vna, quòd debet ſumi ex alia vbi numerus ſuperabundat: vt. j. §. j. ibi, ſi vero deminuta. quod non dicitur in ſuperiori cõſtitutione.
l *Superius.* vt. ſ. vt deter. ſit nume. cle. Ac.
m *Statutus.* ſcilicet modus.
n *Reſtituatur.* facit ad hoc. ſ. de referen. §. j. & C. de ſacroſan. eccle. l. non plures. & .ſ. quo- modo opor. epiſco. §. ſed neque.
o *Si vero.* nunc incipit adiicere ſuperiori conſtit. illi ſcilicet, vt deter. ſit nume. cle.
p *Plus eſt.* in alia eccleſia.
q *Defuit.* alibi. Acc.
DE MANDATIS principum.
r *Ex libris.* quos non habemus.
ſ *Tua ſublimitas.* loquit Triboniano quæſtori, cui mittitur & datur hæc conſtitutio: vt j. §. j. ibi, illuſtris.
t *Mandatis principum.* Eſt autem mandatum principis [b] conſtitutio quædã continens præcepta de laudabiliter prouincia gubernanda. ſed P. dicebat quòd non erat conſtitutio:

a de hoc verbo frequenter, vide gl. ſ ver. frequenter. quæ eſt glo. 2. in. c. monaſteria. extra de vi. & hoc. cle. vbi vult quòd frequentia cauſatur ex duabus vicibus.

†In mea editione habetur. xvi. K. Aug. Ego autem exiſtimo legendũ, poſtea poſt conſulatũ Beliſarii. V. C. Conſulis. quod illa verba deprauata, aut. conſulari, præpoſita id ſignificare videã tur, & id ordo ſuperiorum Nouellarũ exigat, ne hæc ſit illis tempore prior. hoc etiã indicat ſequẽs Nouella ad Anthemiũ ſcripta, qui Epiphanio poſt conſulatum Beliſarii ſucceſſit. Con tius.

**Hic à Trapezũte trãſlatus fuit in ſedem Conſtantinopolitanã. Niceph. li. 17. c. 7. Cõtius.*

Mandatum principis quid ſit.

b Mandatum papæ quãdo habeat vim ſententiæ,

videantur, etiam ipſos inſcribi circulo, & biennio cõplere curam: & ſi quidem iam biennium in ea cura habent, remoueri defenſoris ſolicitudine: niſi tamen voluerint communi decreto teneri eos biennio in eodem officio. Si verò nondum biennium impleuerint, digni verò videãtur communicare circulo, impleant reliquum tempus, vltra quod nullus ciuitatẽ defendat: ſed vſque ad hoc ſolum ſtet tẽpus: niſi cuncta ciuitas reluctãte nullo elegerit eum: & hoc facto, alio biennio ſuſcipiat ſolicitudinem: & modis [a] omnibus deponatur: & tunc rurſus [b] fiat, quando ipſe eũ circulus ad hũc adduxerit ordinem: ne frequentia [c] ordinationis, & continuatione curæ, & per quandã machinationẽ illud ſemper renouãdo, fiat aliquib⁹ infinita prædicta gubernatio. His omnibus valituris in omne tempus: quoniã cum toto hoc ſtudio & vigilantia & domini Dei intuitu adinuenimus: & noſtris ſubiectis contulimus. Datũ Ro. Idibus † Auguſt. aut. conſulari. Bel. vicecon.

TITVLVS III.

DE MENSVRA ORDInandorum clericorum.

Numerus clericorum antiquus debet ſeruari, & nullo caſu augeri: & in defunctorũ loco nullus debet ſubſtitui donec ad antiquum numerum perueniatur, manentibus antea ordinatis in eo in quo ſunt ſchemate. Sed ſi in vna eccleſia in qua clericus moritur, deminuta eſt clericorum multitudo, & in alia eccleſia ſuperabundat, debet eligi & aſſumi clericus ex ea eccleſia, & ad aliam transferri: & non noua ordinatione creari. Bartolus.

Idem Impera. Anthemio * ſanctiſsi. & beatiſsi. archiepiſcopo Conſtantinopolitano, & vniuerſi eus tractus patriarchæ.

IEgem nuper ſcripſimus [d] de menſura ordinationũ, & vt non competeret effuſas eas eſſe, neque in ſanctiſsima maiore eccleſia huius fœliciſsimæ ciuitatis, [e] neq; in aliis: [f] quam etiam firmam eſſe, & valere ſecundum omnem ſuam [g] volumus virtutẽ. Quia verò intentio nobis eſt abbreuiare quidẽ ordinationes, huic autẽ ſanctiſsimæ maiori eccleſiæ excellentem expenſam ad mediocrem quandã atque portabilem ſtatum quærere quantitatem, quatenus multitudo ei expenſarum minuatur: propter hoc omnem circumeuntes viã, ad præſentem venimus legem: nihil quidem aliud exiſtentem à priore, [h] ſed ex eius [i] ꝓcedẽtẽ voluntate, adhuc [k] autẽ amplius ſanctiſsimæ maiori eccleſiæ ꝓdeſſe valentẽ. Sancimus enim, ſi in quibuſdã ſanctiſsimarum eccleſiarum (quarum ipſa ſanctiſsima maior eccleſia gubernationem & expenſas ſuſcepit) contigerit aut presbyterum, aut diaconum, aut lectorem, aut cãtorem mori, nõ alium mox extrinſecus introduci, ſed cõſiderare quanta tunc eſt mẽſura ibidem miniſtrantium reuerendiſſimorum clericorum. Et ſi quidem nondum clericorũ minuta menſura eſt, ſed adhuc abundãt quantum ad id quod ſuperius [l] definiuimus, & eum qui vocatur ſtatutus, [m] nullã fieri pro eo ordinationem, donec numerus in remedio ipſo reſtituatur. [n]

Si verò [o] deminuta multitudo eſt, vt neceſsitas ſit, ne deſit ſtatutus numerus, alium pro moriente introduci clericum: conſiderare beatitudinem tuam, ſi quis eſt in aliis eccleſiis citra ſanctiſsimam maiorem eccleſiam, ex abundanti eiuſdem ordinis clericus: & exinde reſtituere alium, & non nouam facere ordinationem. Sic enim dum ex eo quod plus eſt, [p] ſemper hoc quod defuit, [q] impletur: bona & Deo amabilis imponitur cauſę menſura: & ſic ſãctiſsima maior eccleſia paulatim debitis liberabitur. Alioqui ſi quid defuerit quidem, cõpleatur introductionibus extraneis: quod verò plus eſt, non minuatur: plurimum indefinitum tranſiet tempus, donec omne quod plus eſt, minuatur. Tua igitur beatitudo, ea quæ propter ſanctiſsimarum eccleſiarũ vtilitatẽ rectè nobis procuerunt, operi effectuiq; contradere feſtinet. Etenim ſi quid fiat præter hoc: ſcire neceſſe eſt eum qui contra hãc noſtram legem ſuſcipere ordinationem præſumpſerit, nihil hinc vtilitatis habiturum: neque reputabitur à reuerendiſsimis œconomis in hac parte facta ſanctiſsimæ maiori eccleſiæ expenſa: ſed ipſi ex hoc cognoſcent damnum, à ſemetipſis hunc ſuæ negligentiæ recipientes fructum. Da. idibus † Aug. Cõſtantinop. poſt conſulatum Beliſarij. V. C.

TITVLVS IIII.

DE MANDATIS PRINCIPVM. †

Adminiſtratores mundas debent ſeruare manus: & fiſcalia tributa vigilanter inſpicere & exigere: & pacem ciuitatibus dare, & ſeditiones prohibere. Bartolus.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Triboniano quæſtori ſacri noſtri palatij exconſuli.

EX libris [r] antiquis qui iura Romani nominis continebant, non ignorat tua [ſ] ſublimitas quãta de mãdatis principũ [t] legũlatores in ſuo quoque volumine cõſcripſerũt. [u]

Quia

cum tanquam oppoſita mandato quãdoque inueniatur cõſtitutio: vt. ff. de colle. illicit. l. iij. j. reſpõ. & .C. de inceſt. nup. l. qui contra legum. ſed certe conſtitutio genus eſt: mandatum ſpecies eſt continens huiuſmodi præcepta tantùm quæ diximus: & ita in hoc tit. accipitur. Aliàs dicitur mandatum quodlibet principis præceptũ, per excellentiam. & ſic accipitur. C. eo. tit. aliàs dicitur rogatus quãdo & ita accipitur. ff. mãda. l. j. & per totum.

u Volumine conſcripſerunt. tranſportando & eliciẽdo de antiquis libris. Et ſic not. legem laudabilem eſſe, & licitũ hoc facere. nec mirum: quia qui non inſubtiliter factum emẽdat &c. laudabilior eſt eo qui prius inuenit. vt C. de ve. iur. enu. l. j. §. omnia enim. & ſa. ad hoc inſti. in procemio. §. igitur. *ADDITIO. Volumine conſcripſerunt.* Veluti in. l. ix. de offic. præ. Mãdatis adiicitur, ne præſides prouinciarum in vlteriorem ſi-

BIU Cujas

miliaritatem prouinciales admittant. & l.j. de off. præ. Aug. Mandatis præfecti Aegypti continetur, vt non prius deponat imperium, quàm Alexandriam ingressus sit successor eius. & l. xxxv. de pœnis: Mandatis principalibus quæ præsidibus dantur, cauetur, ne quis perpetuis vinculis damnetur. Item l.ij. de his quæ vt indig. Mandatis continetur, ne quis ducat vxorem in ea prouincia in qua officium gerit. Item l. aliud. de verb. sig. Magistrat° solos & præsides prouinciarum posse multâ dicere mãdatis permissũ est. Ité l.xxxv. de pœnis. & .v. de requirẽdis reis. l.iiij. §.j. & §. nõ fit. ad l. Iuliã pecula. l.iij. de off. præsi. l.vj. de offic. proconsi. l.j. de testamento mili. & aliis locis. Item Tertullian° ad Scapulam præsidem Karthaginis qui tum sæuiebat in Christianos, scribit mandatis principũ cõtineri, ne quis sine accusatore damnetur, & vt iudices cõfessos dãnent negantes ad tormenta reuocent. Cõtius.

a *Quig.* quoniam alij scripserunt de mandatis principum, igitur &c.

b *Placuit nobis.*

c *Nostris.* scilicet cõdicillos præstare, & mãdata dare accipe, quod est. j.

d *Medias.* sunt autem quinque genera magistratuum: vt dicem°. j. vt ab illustribus, & qui supra &c.

e *Correctores.* scilicet de Italia, sed præsides in prouincia.

f *Codicillos.* id est literas dignitatis.

g *Subter.* id est infra est scriptum per linguã Latinam & Græcam. sed tantum Latinam habem°: vt. j. eo. §. proxi. vsque in fi. huius constitutionis: quia nec Græca est necessaria nobis, sed tamẽ illa idem dicit: & habent eam Græci, vt subiicit Stamatus tim.

h *Auctoritas tua.* ô Triboniane.

i *Transcribi.* scilicet vt hæc constitutio sit de corpore iuris.

k *Laterculo.* locus vbi leges & cõstitutiones reponuntur, dictus sacer, quia leges sacræ sunt: vt C. de leg. & constitu. l. leges sacratissimæ.

l *Codicillis.* id est cum dignitate, quæ per codicillos demonstratur.

m *Lege.* vt. §. vt iudices sine quoquo suffra. §. fina.

n *Memorantes.* scilicet in eadem. l. §. sic igitur. & supra iusiuran. quod præstatur &c.

o *Tibi.* Triboniano. Accursius. *ADDITIO.* Fallitur Accursius. nam generaliter alloquitur Iustinianus vnumquenque cui ad magistratum venienti dabitur huius libelli exemplar. Contius.

p *Administrationem.* quæstoriam scilicet: vt. §. dictum est, & dicitur institu. in procœ. §. cumque hoc deo. Accursius.

q *Genitoribus.* q. d. & nostri priores faciebant: vt supra eod. j. respon.

r *Directis.* id est missis.

s *Dabant.* vt ne quis munus vel talia sumeret, nisi esculentum & poculentum: vt. ff. de offic. proconsu. l. solent. §. fin. & ff. de offic. præsi. l. plebiscito. & hoc ipsum hodie aliter est: vt supra, scriptũ exemplar. Accursius.

t *Oportet.* hic incipit liber mandatorum in lingua Latina.

u *Et.* pro id est.

x *Suffragio.* id est sine aliquo dato nomine suffragij: vt supra vt iudi. sine quo. suffra. §. hæc omnia.

y *Mundas.* ab omni munere, secundũ Alb.

z *Lucrum.* infra de iu. §. ne autẽ. contra. sed ibi in iudice delegato loquitur, at hic in ordinariis. & facit ad hoc finis illius. §. & supra vt iudices sine quoquo suffragio. §. illud. & supra iusiuran. quod præsta. §. & primum.

a *Negociatione.* id est per aliquem modum negociandi: vt. C. de contra. iudi. l.j. & ff. de contrahen. empt. l. non licet.

b *Ministratis.* scilicet annonis vel salariis. Accursius.

c *Seruare.* repete, oportet te. & facit ad hoc supra iusiurand. quod præsta. §. penul. & supra vt iudi. sine quoquo suffra. §. eos autem.

d *Festinare.* repete, oportet. & est hic aliud capitulum, licet infra §. sit tibi. hoc innuat. & primum pro vno: quod est verum: quia & sub vno. §. sunt: & quia vtrumque pecuniarium commodum respicit.

e *Saluare.* scilicet oportet te.

f *Alia.* ergo videtur quòd exactio tributorum est calumniosa: quod falsum est: sed certe non implicat. sic & aliàs Crucifixus est Christus, & alij duo nequam. quod dic vt not. infra vt defun. seu fu. §. j. col. v. Accursius.

g *Prius dantes.* id est illi qui ante legem istam suo tempore non soluebant tributa: immo in futuro tempore remanebant ad soluendum: hodie suo tempore soluent.

h *Deinde.* scilicet in secundo præcepto.

i *Alterutris.* id est adinuicem.

k *Pacem.* Not. potestates terrarum teneri ad faciendum pacem fieri, vt dicit. & est ad hoc. ff. de officio præsi. l. congruit. & C. de his qui ad eccle. confu. l. denunciamus. & ff. de vsufru. l. si cui. §. ij. & infra de pace tenenda, quasi per totum titu. qui est in vsibus feudorum.

Quia [a] igitur nobis reparantibus omnẽ vetustatem iam deperditã ac deminutã, placuit [b] etiam omnibus iudicibus nostris, [c] qui minores vel medias [d] administrationes gerũt, siue inter correctores, [e] siue inter cõsulares, siue inter spectabiles ordinentur, non solum codicillos [f] præstare, sed etiam mandata dare, quibus inspectis omnia gubernare laudabiliter possint: ideo librum mandatorum composuimus, qui subter [g] per vtramque linguam annexus est: vt detur administratoribus nostris secundum locorum qualitatem, in quibus Romana vel Græca lingua frequentatur, scire eorum sanctionem: vt nihil ex his audeant præterire, sed saluberrimas dispositiones nostras obseruantes, in perpetuum nostras prouincias, nostroque imperio subiectos gubernare festinent.

Illustris igitur auctoritas [h] tua, ad quam quæstoria pertinet censura, eadem mandata & in libris legum transcribi, [i] & in sacro laterculo [k] deponi præcipiat: quatenus ex his vnà cum codicillis [l] suscipiendis, administratores, quemadmodum possint reipublicę subuenire, non ignorent. Da. XVI. Kal. Maij post consulatum Bilisarij. V.C. Consulis.

†

IAM quidem in generali nostrę pietatis lege [m] omnia declarata sunt, in quibus conueniens est administrationes accipientes, eas gubernare, memorantes [n] iusiurandum quod super his præstatur. Necessarium tamen existimauimus etiã nunc percipienti tibi [o] administrationem, [p] designare quod à genitoribus [q] reipublicæ nostræ adinuentum est: qui ad administrationes directis [r] certa præcepta dabant, [s] mandata principum ea vocantes, secundum quæ oporteret eos gubernare administrationes.

CAP. I. Vt gratis creati magistratus, gratuitas quoque manus seruent erga deum, Imperatorem, & legem. Contius.

OPORTET [t] igitur te purè sumẽtem administrationẽ, & [u] sine omni suffragio, [x] præ omnibus aliis mũdas [y] seruare Deo nobisque & legi manus, & nullum contingere lucrum, [z] neque maius, neque minus, neque captiosum quiddam contra subiectos facere negociatione: [a] sed contentum esse solis à fisco tibi ministratis, [b] & tã per te, quàm per eos qui circa te sunt, purum eis vndique seruare [c] ius: & festinare, [d] Primum quidẽ fiscalia tributa exigi vigilanter, nihil deminuens circa publicam curam requirere, ne fortè fiscus inde minuatur, & saluare [e] ei vndique quæ propria sunt. Sicut enim priuatos iniustitiam passos adiuuamus, sic & publicum illæsum manere volumus. Collatores namque omni alia [f] calumnia liberi conseruati, facilè & in promptu soluent tributa: & qui infinita prius [g] dantes manebant debentes adhuc fiscalia, ex nunc ipsis fiscalibus exsoluentes, liberabunt facilè se tributis.

CAP. II. mandatorum. Vt caueant magistratus ne quæ seditiones excitentur, & quieti publicæ omniũ ordinum inuigilent.

DEINDE [h] conueniens est te prouidere, vt nulli populi ciuitatum alterutris [i] seditiones faciant, sed omnem pacem [k]

BIU Cujas

Hinc

esse Dei ciuitatibus, dum æquitas etiam hinc [a] nostris subiectis seruatur, [b] & neque lucri neque passionis [c] † alicuius causa ad aliquam partium declinatur. [d]

CAP. III. Vt breuiores & viliores causæ sine scripto decidantur, & sportularum modus seruetur.

Iudices lites cum omni æquitate audire debent, & breues lites & vilium personarum ex non scripto cognoscere & iudicare, & prouidere ne occasione iudicialium expensarum damnificentur subditi: & ne subditi propter ipsorum negligentiam ad principis accedant curiam. Bartolus.

SIT tibi quoque tertiũ [e] studium, lites cum omni æquitate [f] audire, & omnes quidem breuiores, [g] & quæcunque maximè vilium [h] sunt, ex non scripto [i] decidere, & iudicare, & liberare omnes * alterna contentione, † & non permittere [k] nihil [l] vltra quàm continetur sacra [m] nostra constitutione, occasione causalium [n] expensarũ damnificari, [o] si tamẽ sufficiẽtes in datione consistant, alioqui etiã gratis [p] lites audire, & non permittere [q] ex negligentia de puincia alicuius præsidis quẽquam ad hanc currere fœlicissimam ciuitatem, & nobis molestum esse. Scito namque quia si quis veniat, & aditionem nobis faciat, [r] & à nobis interrogatus si [f] prius te adiit, deinde te dicat adiisse, & quod iustum est non impetrasse, & hoc verũ inueniamus: in te indignationẽ conuertemus [t]. Si verò cum te non adierit, venire ad hanc regiam præsumpserit ciuitatem, & remittemus eum cum omni correctione, & responsum non dabimus. [u]

CAP. IIII. Ne præsides permittant executores aut magisterianos aliquid formarum & portuum causa exigere.

Administratores prouidere debent, ne iudices & officiales de principis curia veniẽtes lædant subiectos, & eos punire debent, & præcepta contra ius vel vtilitatem publicã non suscipere, nisi secunda iussio emanauerit, & pro vbertate necessariorum & operum ciuitatum diligentiam omnem adhibere, & delinquentes castigare competenti vel decenti pœna: omni priuilegio cessante: & prouidere ne officiales subiectos iniuriis afficiant. & malos expellere. Baldus.

DEINDE competens est te etiam hinc [x] veniẽtes, siue ex magisteriano, [y] siue ex quolibet foro, non permittere lædere, nec superexigere [z] subiectos nostros. Sed si quis [a] adierit [b] tale aliquid questus: [c] hoc & exequi, & indemnitatem ei procurari, † [d] & neque permittere alicui proferenti præcepta cuiuscunque [e] fori, hæc videlicet quę solenniter diriguntur, [f] formarum aquæ causa, [g] & portuũ, & itinerum sternendorum, & imaginũ, & murorum, & domuũ [h] destructionis tanquam in publico factæ, & aliorum talium, dãnificare nostros subiectos. [i] Non enim volumus, nec [p] talem [k] causam vllum eis inferri damnum. Ipse [l] verò omniũ horum [m] prouidebis sine damno omni [n] gestum. [o] Si quis aũt cui tale aliquid iussum est, [p] veniat:

a *Hinc.* id est ex hac. l. vel, vt puto, ex pace.
b *Seruatur.* & æquitas inter homines, ad quam æquitatem tenetur præses: vt. ẽ. iusiuran. quod præsta. §. & primũ. &. §. & æquus.
c *Passionis.* id est damni imminentis. & non debet compati iniquis hominibus quin eos puniat.
d *Declinatur.* scilicet æquitas: vt. ẽ. iusiuran. quod præsta. §. & primum.
e *Tertium.* melius dixisset quartum, cũ tria iam dixit. sed dic vt diximus. ẽ. §. oportet.
† *aliàs captionis.*
Iudicare an debeat iudex secũdũ cõscientiã.
f *Æquitate.* hoc facit pro M. qui dicebat secundum æquitatem & conscientiam iudicandum. & est pro eo. C. de iudi. l. placuit. &. ff. fi. regũ. l. si irruptióe. in fi. &. ff. de fe. l. ij. in fin. Sed Io. contra. nam secundum allegata dixit, & dicimus iudicandũ: vt. ff. de offi. præsidis. l. illicitas. §. veritas. ibi, & ideo &c. & qđ suis legibus dicitur secundũ Mar. est verũ quãdo vt iudex habet cõscientiã: quia suam cõscientiam vel æquitatẽ non habet vt priuatus. sed quãdo habet vt priuatus, tunc non debet ius dicere: vt. C. de leg. & constitu. l. j. & infra de rap. virgi. j. respon. col. ix.
* *homines.*
† *Concor. c. cõquerente. cũ gl. l. post prin. extra de offi. iud. ordi. & cle. dispẽdiosã. de iudi. & ca. finẽ litibus. extra de dolo & contu.*
g *Breuiores.* quidam dicunt, breuiores siue breues quĩquaginta aureorũ: vt. C. de defen. ciui. l. j. alij duorũ aureorũ. vt. ff. de dolo. l. si oleum. §. fina. &. l. sequen. alij quinque aureorum: vt. ff. de bo. dã. l. diuus. vel verius centum aureorum: vt infra de iud. §. ne auté. & infra proxi. sequitur.
h *Vilium.* scilicet psonarum, & pauperum hominum. & quod dicit maxime, abundat, sicut & aliàs. ff. de leg. iij. l. cum quis decedens. §. nuptura. in fine. §. & ita diligenter nota duo capitula, & quando causa breuis, & quando vilium personarum licet causa non sit breuis. & sic sufficit alterum. Sed alij ponunt pro vno casu: & quod dicit vilium, exponunt scilicet rerum: vt de fœno vel palea: & tunc maxime non abundat.
i *Ex non scripto.* id est sine libello: & licet sententia non detur in scriptis, valet tamen. aliàs contra: vt. C. de senten. ex breuic. l. fin. sunt & alij casus, quos dic vt supra vt iudi. sine quoquo suffra. §. necessitatem. & facit ad hoc. C. de priui. scho. l. iij. §. fina.
k *Et non permittere.* caute accedit ad aliud cap.
l *Nihil.* aliàs non est in litera nihil, & tunc plana. si autem habeas: dic quòd negatio quæ includitur, sit superflua: & positum quod inest, remanet. nam tantum valet, nihil quantum non aliquid. sic aliàs abundat: vt. ẽ. de hære. & Fal. §. inordinatum.
m *Sacra.* quam non habemus: sed plerũque fit eius memoria: vt supra vt iudices sine quoquo suffra. §. volumus. & infra vt litigã. iur. §. & hoc. colla. ix. &. j. vt diff. iudi. §. fin. & forte erat eius sententia talis, vt duos aureos in principio, & duos in fine acciperet iudex pro causa: vt. j. de iudi. §. ne autem.
repudio soluto, habuerit filios ex aliqua ad quam nuptiæ non interdicuntur: postquam vero hi nati sunt, dotalia confecerit in eam documenta: legitimos etiam ita ei natos filios existere. Sed quia in ipsa nostra constitutione[a] non adiecimus aperte valere huiusmodi legislationē etiam in illis quorū patres adhuc supersunt, aut defuncti quidem sunt, contentio autem neque iudiciali sententia, neque amicabili interuentione decisa est: hinc quidam arbitrati sunt nos nullatenus velle ea quæ in memoratis continentur legislationibus de filiis qui ante celebrationē dotium nati sunt, valere etiam in illis qui ante huiusmodi legislationem nati sunt, & maximè eo quòd huius[b] pars in prima & secūda constitutione posita, ablata sit à nobis in Codicis cōpositione. Quod absurde arbitrati sunt. Iustissimè nanq; & primæ & secundæ hoc[c] subtraximus cōstitutioni, & tertiæ non adiecim⁹. in particularibus nanq; positis legislationibus necessarium erat forte hanc accipere in præterito legislationis relationem: in omni vero coaceruatione legū Codicis cognominis nostri rectè abscīdere talia proposuimus: quatenus nō multitudo superflua[d] in Codice scriberetur. Tertia vero cōstitutione non adiecimus aliquid de temporibus: cū omnibus manifestum sit oportere ea quæ adiecta sunt, per interpretationem in illis valere in quibus interpretatis legibus sit locus.[e] Quia vero† omnino emerserūt quidam & de sic manifestis se dubitare contendētes, vel errantes: hanc adiecimus legem, sancientes in prædictis tribus cōstitutionibus factam à nobis legislationem valere, in quibus etiam expressim primæ positæ à nobis legi adscripsimus: hoc est, siue superesse contigerit talium filiorum patres, siue mori: nondū vero huiusmodi negotio aut decreto aut transactione finis acceptus est: secundum hæc tales causæ ad leges à nobis positas deducātur: exceptis illis negotiis quę cōtigit ante leges à nobis positas aut decreto iudicū aut trāsactione determinari. Quæ igitur nobis placuerūt, & præsente sacra declarata sunt lege, tua sublimitas manifesta omnibus facere studeat. Dat. xv. †kalē. Aug. *Constantinop. post consulatū Belisarij. V.C.

a *Constitutione.* quam modò vltimò nominauimus. Accursius.
b *Quod huius.* scilicet tertiæ & secundæ. Ac.
c *Hoc.* scilicet de præterito tempore. Ac.
d *Superflua.* facit. C. de vete. iure enu. l. j. ibi, melius est pauca &c. & instit. in procœ. ibi, & cum sacratissimas &c. & ibi de referē. ibi, multitudo enim.
e *Sit locus.* nota mirabile verbum.
f *DE ADMINIstrantibus officia in sacris appellationibus.*
Hanc non lego.
g *Iam quidem. Legem.* vt. C. de temp. app. l. finali.

TITVLVS VII.

DE ADMINISTRANTIBVS OFFICIA* in sacris appellationibus.[f]

Iudices appellationum & eorum officiales in causis appellationum in quibus officium est commune: in iudicio simul examinationem facere debent, & gestis participare. Bartolus.

Imper. Iustinianus Aug. Ioanni gloriosissi. sacrorum prætorioium præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRAEFATIO.

IAm quidem† sacram fecimus legem[g] de appellationibus, eloquentem quē oportet seruari modum super eis, & vnde ad quos fieri appellationes quasq; deceat, quam tam ad tuam celsitudinem quàm ad glorioſissimum misimus quæstorem. Quia vero plurima facta est dubitatio de administrantibus eis officiis: cū ij qui ex sacro quidem epistolarū scrinio sunt spectabiliū iudicū, vindicarent sibi appellationis ministeriū: qui vero ex sede tuæ sunt celsitudinis, maximè dicerēt se lædi, si mutato schemate, nequaquam soli appellationibus ministrarent iis quę à clarissimis prouinciarum iudicibus veniūt ad solū tuum iudicium, (sicut prius erat dum in diuino quidem ipse audires consistorio, ministraret vero officium tuum) sed propter spectabilium schema, in ordine sacri auditorij negotio moto, & pariter audiente tua celsitudine cū glorioſissimo nostro quæstore, vtriusque partis totum sibimet applicarent: congregatis apud tuā celsitudinē & glorioſissimum nostrum quæstorem sæpius, & iis qui ex sacris scriniis appellationibus ministrāt, & qui ex tuæ sedis celsitudine & officio: nouissimè ad quandā formam causa perducta est, quam ex non scripto ad nos deduxistis. Causa vero nobis non incōgrua visa placuit: & interim quoniā Paphlagonia & Honoria diuisæ prius in iudices duos, in vnū eundēque reductæ sunt prætoris nomen suscipientē: hoc indubitate placuit schema tuo competere cingulo. Hoc idem & in duobus aliquando positis, hoc est, Hellespōto & pōto Polemoniaco. nam & illic duobus cōstitutis prius iudicibus, nunc autem vno moderatore facto, & decorato etiam ipso spectabilium dignitate, rursus hoc proueniebat: & ad tuum solummodo iudicium ferri appellationum lites oportebat, secūdum terminū tamen constitutionis de appellationibus.

CAP. I. Vt sola cohors P. P. ministret ī eius appellationib.

Complacuit igitur simul iis quidē officiis vtriusq; administrationis, simul autem vobis ambobus, insuper & nobis rectè se habere visum est, solum officiū tuæ celsitudinis talib⁹ ministrare appellationibus, sicut & prius fuit, & in schemate sacri auditorij dicantur, & adsit glorioſissim⁹ noster quæstor, & particeps sit gestorū. *CAP. II.* Sed etiam quoniam primæ Cappadociæ præses prius ad tuum cingulū respiciebat solum, & tibi appellationes ferebantur: nunc autē in spectabilis procōsulis figuram mutatus est: nihilo minus competens est & illam administrationē appellationem suscipientem & mittentē, hic litē secūdum nostrā sacrā constitutionē in ordine sacri nostri auditorij eam examinari: præsente quoq; glorioſissimo nostro quæstore, & pariter audiēte negotiū, solo officio ministrante tuo: quoniā & prius hoc solitū erat. nā etsi spectabilis comes domuū permixtus est, tamē neq; pridē multæ quædam mouebantur causæ apud eum: neq; ex iudicio eius ferebatur aliqua pœnæ appellatio hic. Nunc autem quę circa ærarij dispēsationem sunt, & aliis hæc quibusdam tradidimus: & non oportet ob hoc minui sedē tuā: sed similiter tuū ministrare officiū solū hic delatis negotiis. *CAP. III.*

Hoc ipsum etiā in Armeniæ proconsule: quoniā prius administrationem eā ordinariā facientes, & nūc nihil ei addētes, in procōsulis figurā mutauimus. Eteni inde veniētibus litib⁹ tuæ celsitudinis ministrabit officiū: lite quidē in ordine sacri auditorij (sicut prędixim⁹) mouēda apud eos: apud autē ābosvos exa mināda: nihilo minus aūt officio tuo ministrāte causę, sicut prius fuit dū solū administrationis ordinarię haberet schema, maiore ordine nō susceptō. *CAP. IIII.*

Quoniā Lyconiā, & Pysidiā, & Isauriā sub iudicib⁹ primit⁹ cōstitutas, & appellationes destinātes ad sedē tuā, nūc decorari prętorū cīgulo cōtingit: licet videat quodāmodo permixtū quoddā ei etiā militare officiū: quoniā prius & dux in vtraq; harū prouinciarum fuit:

BIU Cujas

a *Et in vnius.* vt.ſ. vt iudi.ſine quoquo ſuffr. §.illud. &.§. hoc quoque.in fine.Accur.

b *Quoniam dum nihil.* Nota vbi legẽ correctam nõ inuenimus expreſſe,antiquę dimittimus figuræ. ſic. C. de teſta.l.ſancimus. &.C. de appel.l.præcipimus.

DE NVPTIIS.

c *PLurimæ leges à nobis.* quas fecimus ſcilicet ꝑ hoc volumẽ.

d *Dantes.* Leges dico dãtes viam iis quæ nos vidimus ſe non recte habere.

Leges ſunt ſcietia moralis.

e *Degere.* Nota legem eſſe moralem ſciẽtiam. ſic & inſti. quibus mo. teſta.infir.§.fin.

f *A nobis.* id eſt hæc conſti.

g *Omnibus.* ſcilicet hominibus.

h *Honeſtum.* & vtile.

i *Immortalitatẽ.* i.indiuiduitatẽ ex artificio iuris ciuilis.nã cõtinet matrimonium indiuiduã conſuetudinẽ vitę: vt inſti. de pa.po.j. rũ. ſecundũ quoſdam. Vel dic melius vt puto,immortalitatem.i. infinitatem:vt ſcilicet occaſio matrimoniorũ genus humanũ perſeueret liberis ciuitatẽ ſemper replentibus:vt ſubiicit hic, &.ff. ſol. matri.l.j. &.ff.de bo.dam.l. cum ratio. §. pe. & ex hoc idẽ genus humanũ eſt hodie quod retro fuit à mille annis: vt.ff.de iudi. l. proponebatur. &.ff.de leg.j.l.ſi grege. j.reſpon. &.l. ſi ita legatum.§.ſi domus.

k *Noſtra immortalitatẽ.* hic ſupponit pro genere omniũ,& nõ pro ſe tantum.i.propter noſtrã mortalitatẽ vitandam,ne moriatur.ſ.genus humanũ ſecũdum Azo. Vel dic quod dicit de ſe,qui eſt immortalis quo ad imperium: vt.ſ. quomodo oporteat epiſco.§.penul.

l *Sancita ſunt.* q.d.alię leges à nobis, vel ab aliis factæ non ita prouident generaliter humano generi ſicut hæc de nup.& ideo ampliori ſolicitudine de his dicit,vt ſubiicit.

m *Ex quo.* ſ.ſtudio.

n *Renouatur.* ſcilicet genus humanum.

o *Solo.* ſcilicet ſtudio nuptiarum. Accur.

Matrimonium fuit à deo inſtitutum.

p *Ampliori.* tum quia à deo fuit matrimoniũ factum inter Adam & Euam: tũ quia principiũ eſt & fundamẽtum humani generis:vt hic, vel humani ſtatus:vt.ff. de ori. iu.l.j. tum quia homo eſt digniſſima creaturarum: vt. ff. de ædil. edic.l. iuſtiſſime. tũ quia omnia alia ſunt hominum gratiã parata:vt.ff. de vſur.l.in pecudum.& inſti. de iure natu.§.fina.

q *Maioris.* ſ.primi.nã duo fuerũt.primus qui fecit illã.l.C. de ſecun. nup. l. generaliter. de qua hic loquitur.& qui ſequitur, per cæteros imperatores, id eſt per ſecundum Theodoſiũ vt.C. de ſecun. nup. l. cum aliis.quòd autẽ ſit fuerit, probatur.ſ.ex nec illud.& forte de liis legibus illius tẽ licet ſint primo poſite in ordine quàm ſupra dictæ,loquitur hic. interdũ quod prius eſt compoſitum, vltimum eſt poſitum in ordine vt patet. C. de indi.l. properandum. in prin. &.C. vt intra certum tempus.l.ſi.

r *Huius rei.* id eſt ſecundarum nuptiarum.

ſ *Virum.* vt.C. de ſecun.nup.l. hac edictali. Et nota quòd non conſequens eſt rei ſubiicit, & inſti. de §.eſt & aliud. nam leo fortiſsimus eſt beſtiarum. Accur.

t *Decreuimus.* vt.C. de ſecũ.nup.l. antepenul. &.l.ſi.

fuit:neceſſario nobis ſe habere placuit propter nouitatem ſoli, ſedi tuæ & glorioſiſsimo quæſtori tradere appellationũ examinationẽ:cedere quoque clementius tuo officio, vt iis quæ ſuper hoc aguntur, miniſtrent. vnde ſiue aliquid factũ eſt tale prius,ſiue etiã poſtea fiat:eundẽ ordinẽ cauſę imponi ſancimus.

CAP. V. Quia vero duę fuerunt miniſtrationes puræ & comitis Orientis,& iudicis primæ Syrię:& ciuiles quidẽ huius adminiſtrationis appellationes ad tuã referebãtur ſedẽ,officio adminiſtrante ſolũmodo tuo: comitis autẽ Orientis, vtpote ſpectabilis, in ſacrarũ auditionum figura, ad ſedẽ tuã & glorioſiſſimi quæſtoris veniebat, ſolis qui ex ſacris ſunt ſcriniis miniſtrãtibus. *CAP. VI.* Sed hoc in hac parte nobis bene ſe habere viſum eſt, in hac videlicet adminiſtratione cõmune dare miniſteriũ & iis qui ex ſacrarũ epiſtolarũ ſcrinio ſunt,&qui ex officio tuę celſitudinis.qđ enim prius duorũ vicariorũ fuit Põtica & Aſia,& omnino innouatum eſt, & in vnius[a] adminiſtratione ſolius prouinciæ mutatũ (dicimus autẽ aliud Galatiæ, aliud autẽ Phrygiæ Pacatianæ) veniat quidẽ tam ad tuã celſitudinem,q̃ ad glorioſiſsimũ quæſtorem:ſolũ autẽ modo miniſterium ſuſcipiat officiũ ſedis tuæ.

CAP. VII. Illud tamẽ ſancimus, vt ex adminiſtrationibus nũc à nobis adinuẽtis, & mutãtibus antiquũ ſchema, ſiue hoc ipſum ſecundũ naturã propriæ iudicetur adminiſtrationis, ſiue etiã ex delegatione noſtra: idẽ ſeruetur ſchema: & ibi ſolũ adminiſtrare officiũ tuę celſitudinis ſancimus.

CAP. VIII. Similiter ſiue ex delegatione,ſiue ex cinguli natura appellatio veniat,officiũ tuæ celſitudinis miniſtrare appellationibus ſancimus: ſiue etiam ex delegatione noſtra,ſimiliter officij erit tui.

CAP. IX. In quibus autẽ cõmune (dicim° & tuorũ officiorum, & ſacri ſcrinij) miniſteriũ ſimiliter cõmune ſeruamus,ſiue ex delegatione,ſiue (ſecundum quod diſpoſitum eſt)in iudicio fiat examinatio. Super illis tamẽ litibus quas non ſpectabiles iudices iudicãt,ſed aduocati ſolũ: referatur negotiũ tam ad ſedem tuam,q̃ ad glorioſiſsimũ quæſtorẽ, deuotiſsimis libellẽſibus miniſtrãtibus eis: quoniã dũ nihil[b] omnino ſuper iſtis innouatũ ſit,antiquã ſeruamus figurã, ſicut etiam in aliis omnibus nõ innouatis antiqua miniſteria manere in ſemetipſis diſpoſuimus, nulla nouitate faciẽda, accedẽs nanque nouatio aliter quodam modo oportere fieri etiam miniſtrantium oſtendit figuram.

CAP. X. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem: tua celſitudo omnibus faciat manifeſta edictis deſtinatis à ſe:vt omnes cognoſcãt quæ nobis ſunt placita. Dat. Idib. Maij † Conſtantinop. Beliſario. V.C. Cos.

Hîc deſideratur Nouella conſtitutio de Armeniis, quam nos in vetere manu ſcripto repertã, in collationẽ decimam ſuo ordine reiecimus. Cont.

TITVLVS I.

DE NVPTIIS.*

Conſtitutio ad futura trahitur: in præteritis autem vetera iura ſeruantur. Item diſpoſitio vltimæ voluntatis quæ legibus non repugnat, pro lege ſeruatur: & nuptias conſenſus facit, dotalium inſtrumentorum augmento non egens. Bartolus.

Idem Imper. Ioanni glorioſiſsi. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterũ exconſuli & patricio.

COLLATIO QVARTA.

PRAEFATIO.

PLurimæ quidẽ iã varięq; poſitę ſunt leges à nobis[c] vnicuique parti prius à nobis ſancitorum,aut diſpoſitorum quidẽ, viſorum autẽ nobis habere nõ rectè meliora dãtes[d] viã,& exponẽtes ſubiectis quo cõ tat degere[e] modo.hoc autẽ quod nũc à nobis[f] ſanc quædam eſt cõmunis omnibus[g] & propria, rebus petentem ordinẽ ponens. Si enim matrimoniũ ſic honeſtũ,[h] vt humano generi videatur immortalitatẽ[i] artificioſè introducere, & ex filiorũ procreation renouata genera manẽt: iugiter dei clemẽtia,quãtum eſt poſsibile,noſtræ immortalitatẽ[k] donante natura, rectè nobis ſtudiũ eſt de nuptiis. Alia nanque omnia quæ ſancita[l] ſunt à nobis, nõ omnibus cõpetunt nec hominibus nec rebus nec tẽporibus: ſtudiũ vero nuptiarum totius eſt(vt ita dicatur) humanæ ſobolis:ex quo[m] etiã renouatur[n] ſolo:[o] & ampliori[p] q̃ alia ſolicitudine dignũ eſt. Antiquitas equidẽ non ſatis aliquid de priorib° aut ſecũdis perſcrutabatur nuptiis, ſed licebat & patrib° & matribus & ad plures venire nuptias,& lucro nullo priuari:& cauſa erat in ſimplicitate cõfuſa. Maioris[q] aũt Theodoſij tẽporibus amplior ſolicitudo facta eſt circa huius rei[r] tractatũ,donec circũueniens per cæteros imperatores, in Leonẽ piæ memorię peruenit,virũ[ſ] fortiter atq; viriliter etiã de iſtis plerũque ſentientẽ. Nos aũt in conſtitutionũ cõpoſitione multa quidẽ & alia de iſtis decreuim°: exiſti-

BIU Cujas

existimauimus autem oportere nũc cõsiliis perfectioribus causam considerantes etiam quædam corrigere non aliorum solummodo, sed etiam quæ à nobisipsis sancita sunt. Non enim erubescim[9] [a] siquid melius etiã horũ quæ ipsi [b] prius diximus, adinueniamus, hoc sancire, † & cõpetentẽ prioribus imponere correctionẽ, nec ab aliis expectare † corrigi legem. Duo igitur [c] hæc præmittantur huic legi: & primum [d] illud, vt omnia quidem quęcũque in prioribus sancita sunt, siue à nobis, siue à prioribus [e] nostris, hæc valeant singula secũdum propria tempora, [f] non habẽtia vllã ex præsenti lege [g] nouitatem: sed & in suis casibus valitura atque tractanda: & suos cuẽtus ex iis quę iam positæ sunt legibus expectantia: & nihil communicantia præsenti legi. Præsentẽ vero legem exnunc valere volumus in omnibus futuris casibus, & in omnibus postea nuptiis, siue prioribus, [h] siue deinceps, & in posteris [i] aut [k] futuris [l] siue nuptialibus lucris [m] † siue successionibus quæ ex filiis sunt. etenim quod quidem omne iam præcesit, conscriptis relinquimus legibus: quod vero futurũ est, per præsentem munimus legem. Vnde siue secundæ proue nerint [n] nuptiæ, siue parentibus successiones ex prioris matrimonij filiis, siue lucra ex dotibus, aut antenuptialibus donationibus, aut ex alia causa: siue existentibus ex secundo matrimonio filiis, siue etiam non: in prioribus temporibus hæc seruentur secũdum sua singula tẽpora: & fruantur tam viri quàm mulieres prioris legis latione, siue ad alias venerint nuptias, siue etiam vsque ad priores steterint: [o] siue successerint filiis, siue aliquid omnium † egerint priores sequentes leges. Illis enim [p] credẽtes, & ita contrahẽtes nullus culpabit quare non futurum sciuerunt: & hoc quod videbatur quidem & tractabatur omnibus modis, crediderũt: quod vero nondum factũ erat, non formidauerunt. [q] Vnde illa quidem omnia maneãt suum seruantia ordinem: deinceps [r] vero tempus in posterioribus pariendis casibus in vna ad hæc omnia hac lege posita atque collecta respiciat quæcunque de futuris (sicut dictum est) nuptiis competunt valere. Vnum itaque hoc [f] præmittatur legi: secundum vero illud, vt omnia B quæcunque ex hodierna die testator disposuerit de talibus, siue vir [t] siue mulier consistat, hæc valeant. Disponat † itaque [u] vnusquisque [x] in suis [y] vt dignum est: [z] & sit lex, eius voluntas: sicut & antiquissima nobis lex & prima penè [a] reipublicæ Romanorum disponens ait, (dicimus autem duodecim tabularum) secũdum antiquam & patriam linguam [b] ita dicẽs: [c] Vti legassit quisque de sua re, ita ius esto. nullo valente [d] citra illius [e] voluntatem, nec si sacram impetret formam: [f] nec si quispiam [g] aliud [h] omC nium [i] aliquid [k] aliter disponere mãlit. [l] Si vero nihil [m] testator dixerit aut disposuerit [n] quod non iam positis & valentibus præoccupatum sit legibus, nec aliquid contra vniuersales leges ordinauerit: tunc hęc nobis lex posita sit omnia quãtum est homini possibile comprehendens, & transiens in breui [o] quæ in prioribus erant corrigens nuptiis, & quæ in secundis nuptiis, & in successionibus, & in solutionibus nuptiarum siue ex morte, siue ex separatione: & quæ ante luctuosum tempus sunt, & post illud: & D vnam quandam cõtinuationem faciens totius huius cõscriptionis atq; legislationis: olim quidem inchoatã, ex quinque vero præcipuè & quinquaginta & centum annis frequentius motam, † & particulariter collectã simul, & paulatim colligatam ad semetipsam & cohærentem, confusam in plurimis, & quadam semper egẽtem correctione, purámque & consonam sibi omnino declaratam.

CAP. I. Quæres constituat nuptias, quæ dissoluat.

NVPTIAS itaque affectus [p] Et hoc si interueniant verba de

---

a *Erubescimus.* Nota, sapientis est in melius mutare consilium: vt dicit Salomon: vt hic, &. j. vt fra. filij. j. respon. colla. ix.

b *Quæ ipsi.* scilicet nos.

c *Duo igitur.* s. quæ sequũtur: quia cõsiliis prouectioribꝰ causam considerãtes æstimauimus quædã oportere corrigere: igitur &c.

d *Primum.* secũdũ erit longe. j. hac col. ibi, secũdum vero illud &c.

e *Prioribus.* scilicet temporibus.

f *Propria tẽpora.* s. antea. istam: vt subiicit.

g *Ex præsenti lege.* a- liàs præsenti legi.

h *Siue prioribus.* id est primo contractis post hanc. l. vel, id est priobus post primas. sic ponitur. ff. de hære. & fal. §. inordinatum.

i *Et in posteris.* i. prinmo nascituris post hãc l. vel futuris. i. deinceps post primos. nec enim in iis qui tunc erãt, habet locum: vt subiicit.

k *Aut.* pro &.

l *Futuris.* scilicet volumus valere.

m *Lucris.* vel aliunde: vt. j. cod. §. & quoniã.

n *Prouenerint.* scilicet ante hanc. l.

o *Steterint.* quod est beatũ: vt. j. c. § soluto.

p *Illis enim.* scilicet antiquis legibus.

q *Formidauerunt.* nec enĩ peccauit antiquitas si non diuinauit: vt. C. de test. l. iubemus. in fi. & ff. mã. l. si fideiussor.

r *Deinceps.* i. futurum tẽpus conſideret in hac l. vt subiicit, quæ est generalis: vt. j. eo. §. fi.

s *Itaque hoc.* q. d. diximus de primo in prin. huius. §. & nũc dicit de secundo quod huic legi præmittitur. Accur.

t *Siue vir.* vt si dicat vir, nolo q̃ vxor mea amittat, ꝓprietatẽ eorũ quę lucratur à me, licet cõuolet ad secũdas nuptias. Idẽ econtra dicat vxor de marito: aliàs perderet quilibet nisi hæc dicãtur: vt. j. eo. §. si vero expectet.

u *Disponat itaque.* quia dixi valere quod testator disponit de his: itaque &c. Accur.

x *Vnusquisq.* qui aliàs potest testari: impediẽ autẽ. xij. modis: de quo die vt diximus instituqui testa. face. pos §. fi.

y *In suis.* qui largitur: vt. j. eo. §. sed hęc. Azo.

z *Vt dignum est.* id est secundum leges & bonos mores: aliàs nõ valeret: vt probauimus instit. de leg. §. ij. Accur.

a *Penè.* ideo dicit pene, quia aliæ leges fuerant ante. l. xij. tabularum: vt. ff. de orig. iur. l. ij. j. respon. &. §. j.

b *Patriam linguam.* sic. s. de non ali. §. alienationes.

c *Dicens.* s. lex. xij. tab. vt. ff. ad. l. Falci. l. j. in princi. & in insti. ad. l. Fal. in prin. & facit. C. de sacrosan. eccl. l. j. & supra de hære. & Fal. §. exhæredatos. Accur.

d *Valẽte.* scilicet disponere.

e *Illius.* s. testatoris.

f *Formam.* i. principis rescriptũ. volũtas enim &c. vt. C. de testa. l. omnium.

g *Quispiam.* repete, impetret aliud. Accur.

h *Aliud.* scilicet priuilegiũ inquã pragmaticũ à principe vel ab alio impetret.

i *Omniũ.* id est aliquid quod sit in mũdo: quispiam dico &c.

k *Aliquid.* i. grauatũ.

l *Malit.* id est magis velit disponere aliquid aliter quàm defunctus præceperit. Sed à quo alio potest fieri impetratio quàm à principe? Respon. à senatoribus qui similem habent potestatẽ: vt. ff. de legi. & senatusc. l. non ambigitur. & ff. de postulan. l. j. §. de qua. Item à præfecto prætorio qui & legem facit: vt. C. de offic. præfecti prætorio. l. formam.

m *Si vero nihil.* Not. tres casus: & in duobus locũ habet hæc cõstitutio: & in tertio non. Primus, quãdo nil dixit: vt quia intestatus mortuus est. Secundus est quãdo aliquid dixit præter legẽ, nõ cõtra: sed illud dictũ nõ tangit constitutionẽ hãc: sed est aliud: vt de instituendo hærede, vel alio facto quod nõ est cõtra hanc legẽ, & hic & in superiori casu locum habet lex ista. Itẽ & illa voluntas seruatur, nisi contra alias vniuersales & speciales etiam sit leges: vt subii cit. Aut dixit aliquid quod est cõtra substãtiam huius cõstitutionis: & tunc cessat hæc constitutio, & seruatur voluntas: vt. j. eo. §. j.

n *Disposuerit.* aliquid quod &c.

o *In breui.* Not. de quo die intendit tractare hæc constitutio.

p *Affectus.* facit. ff. de re. iuran. l. nuptias.

† *Concor. c. tua nos. iuncta glo. ij. circa prin. extra de testa.*

remedia cum, in rebus alienis.

† *Intelligit tẽpus quod interceſsit inter. l. fœminæ. C. de secũd. nupt. eit. datam Syagrio & Eutiam huius cõstitutionis cherio Coſſ. anno Christi. 381. & hanc legem datã post cõsulatũ Bilisarii anno Christi. 536. quod quidẽ tẽpus exactè est annoꝝ 155. Cont.*

BIU Cujas

verba de præsenti, vt hæc: vis esse vxor mea? respondeat, volo. & econtra illa interroget. secus si de futuro, voles esse vxor mea? nam erit vxor tunc demũ quando ducetur ad domũ mariti: vt. ff. de rit. nup. l. mulierẽ. &. l. j. Quid si vadat sponsus ad domũ spõsæ cum per verba futuri tẽporis fuit celebratũ matrimoniũ? Respõ. non ideo fit matrimonium: vt. ff. de ri. nu. l. mulierẽ. quia hoc raro fit: vnde non curatur à legislatoribus: vt. j. vt matres debi. §. j. &. ff. de legi. & senatusconsul. nãd ea. Item domus mariti est domiciliũ vxoris: sed non econtra: vt ff. ad muni. l. fi. §. ij. &. ff. de iudi. l. exigere. In casu tamẽ illo & quãdoq; hoc fit vt maritus ducatur ab vxore: vt. C. so. matri. l. si ignorans. & hoc secundũ Io. Sed P. semper exigebat ductionem in domũ mariti: licet sint verba de præsenti: & ad hanc. l. sic respondet solo cõsensu, id est etiã sine festiuitate & solennitate instrumentorũ, & annulorum datione, & aliis põpis, matrimoniũ potest fieri: vt. C. eo. l. si donationũ. Itẽ an inter absentes? videtur q̃ non: quia est actus legitimus. Sed contra est etiam quod aliàs dicitur de contractu quòd consensu fit, vt vẽditio & similes, qui etiam inter absentes fiunt: vt. ff. de act. & obli. l. cõsensu. quod die vt. ff. de spon. l. sufficit. Accur.

a *Alternus.* id est amborũ viri & mulieris.

b *Dotalium.* s. instrumẽtorũ: vt nec dos, nec dotale instrumentũ sit necessariũ. Idẽ dico & de do. propter nup. vt hic, &. ṡ. de trien. & semis. §. neq; illo. hoc tamẽ fallit vt diximus. j. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero dudum. col. viij.

†conuersionem.

c *Enim.* id est certe.

d *Sub puro.* id est sine dote & propter nup. donatione.

e *Causam.* hoc est matrimonium.

f *Solutionem.* Sed nunquid dicitur res indiuidua: vt instit. de pa. po. in prin? Respon. verum est quantum ad affectũ. nam huius debent esse propositi vt nunquã diuidantur. sic & aliàs dicitur Augustus, & iustitia constans: vt insti. de. iustit. & iure. j. respon.

g *Innoxiam.* id est sine pœna. Accursius.

h *Subsequuntur.* id est contrahuntur & aguntur.

i *Solubile est.* nec mirum, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat: vt. ṡ. de non alie. §. vt autem lex. Accursius.

k *Distractione.* id est diuortio. Accursius.

l *Adinuenimus.* vt. C. de repu. l. fi. vsque ad illum. §. inter culpas. & eius tenorem habebimus. j. eo. §. sic itaque.

m *Distrahuntur itaque.* quia oportet sequi causam omnino & solutionem innoxiam, aut cum pœna secundum Al. itaque &c. Et nota quatuor esse modos disiungendi: licet vnus sit modus contrahendi, scilicet consensu: vt. ṡ. proxi. §.

n *In vita.* nã quãdo morte alteri[a] dirimit, dicet. j. eo. §. deinceps.

o *Nihil hic.* nec alibi quod modo proponat: sed tamẽ alibi hoc dicitur, vbi corrigitur quod hic dicitur, in hoc tit. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero ex consensu.

p *Gubernantibus.* id est ex quo disponunt de principali, id est de diuortio consensu faciendo: verisimile est quòd de dote disponant, & dona. propter nu. Sed quid si nihil direrunt? Respon. si dixerunt in contrahendo matrimonio aliquid in hũc casum, idẽ erit. aliàs dos ad mulierem, donatio propter nup. ad maritũ redibit: vt. j. eo §. per occasionem.

q *Per occasionem.* de hoc capite dicitur. j. proxi. vsque ad. §. mitiores.

r *Quæ etiam.* vt casũ iura seruentur quando bona gratia dicitur dirimi: vt. ṡ. proxi. titu. & C. de repu. l. si conslite. Accursius.

f *Citra omnem causam.* de quibus dicitur. j. eo. §. si vero altera. Ac.

t *Cum causa.* alia. j. dicta ibi, alia vero &c. Accursius.

u *Rationabili.* de quibus dicitur. j. eo. §. mitiores.

x *Secundũ inculpabilem.* scilicet distrahitur matrimonia.

y *Conuersationem.* vt monachalem, vel quia sit conuersus: ita quòd seculo renuncíet: vt. de mona. §. illud. & autem. col. j.

z *Alia.* Græca, de qua habetur mentio. C. de episco. & cleri. l. fin. in fine. j. respon. Ac.

a *Licentiã.* hoc de iure ciuili: sed iure canonum distinguitur: vt cognouerunt se camaliter, nõ possit vnus alterũ dimittere nisi velit castitatem qui in seculo remanet. si autem non cognouerint, tunc seruatur quod hic dicitur: vt extra qui roma. contra. pos.

b *Breui.* id est libello repudij secundum Al. sed hodie etiã sine vt. C. de san. episcis. vero cõstãte. & in uel. eo. titu.

c *Lucrum.* Notãdum si paciscor de aliquo casu mortis: siue ciuiliter mortuus habeatur, siue naturalis mors aduenerit, locũ habet pactum: vt hic, & de episc. & cle. l. fi. in fi. j. respõ. &. j. de san. episc. §. spõsalibus. col. Sed cõtra. ff. de verb. obl. l. ex ea parte. §. ij. Solu. ibi de deportato hic de monacho. Itẽ cõtra. ff. de do. inter vir. & vxo. l. cũ hic tus. §. si donator. sed ibi seruus fuit: hic monach⁹, vel cõuersus. Et hoc est verũ, quòd ciuiliter mortuus habeatur, p mortuo quãd ad matrimonia: sed quãtũ ad alia nõ. sed hoc nõ valet: quia & deportatus potest habere vxorem: de quo dicitur in. d. l. ex parte. & ff. de bo. dam. l. iiij. Sed tamen hoc est verũ: quia quo ad quædam hic non est mortuus: vnde potest esse testis, cum nõ sit prohibetum: vt. ff. de testi. l. j. & diximus, ṡ. de mona. §. cogitandum.

d *Per occasionem.* q. d. non solum in superiori proximo casu, sed etiam in isto & sequenti: sed & capti &c.

e *Scriptam.* vt. C. de repu. l. in causis.

f *Ex nuptiarum.* id est ex quo incepit habere vsum ad eam.

g *Ostendat.* id est, viri potentiam non exercet: in veritate tamen vir est. nam & pupillus est vir, & senex: vt. ff. de le. iij. l. certus. Sed quidam dicunt pupillum non esse virum, nec nimium senem, sed contra est: vt. l. prædicta.

h *Repudium.* sed in nouellis eo. tit. dicitur quòd sine repudio potest eam dimittere: sed intelligo, id est sine pœna repudij.

i *Vel.* pro etiam. sed quid econtra si mulier fuit impotens? Respon. idem, cum sit eadem ratio: vt. ff. ad legem Aquil. l. illud. & facit. j. vt li. ma. & auiæ. §. prædictas.

k *Nanque sumus.* aliàs fuimus.

BIU Cujas

a *Sed etiam.* non solum prædicti duo.
b *Est bona.* vt subiicit, sicut ibi nihil perditur nec dos nec donatio propter nup. ita nec hic.
c *In republica.* id est in ciuitate.
d *Subtilis ratio.* quæ ratio statim sequitur, seruitute &c.
e *Transigit.* id est dissoluitur.
f *Personæ.* viri vel vxoris.
g *Inæqualitas.* quia alter horum seruus, scilicet qui est captus: vel liber, scilicet qui remanserit.
h *Non sinit.* C. de nu. l. fi. in prin. &.j. eo.§. si vero ab initio. Acc.
i *Vxorem.* scilicet in captiuitate.
k *Tunc quinquennium.* scilicet ex eo tempore computandum ex quo cœpit esse incertũ. nã hic articulus tunc, extremitatem signat: vt ff. de vul. substi. l. in substitutione. &. ff. de cõdit. & demon. l. iiij. §. fi. & sic puto corrigi qđ dicit. ff. de diuor. & rep. l. vxores. in eo qđ dicitur computandũ quinquennium ex tempore captiuitatis. Vel dic hanc intelligi secundũ illi, vt ex tempore captiuitatis computetur: vt. ff. de legi. & senatusco. l. sed & posteriores. Item hodie videtur quòd perpetuo debeant expectare: vt j. vt lic. ma. & auiæ. §. quod autem. sed ibi loquitur in eo qui est in militia, hic de capto, qui etiam seruus est: vt instit. de iure perso. §. penam & hæc constitutio inter hos duos, scilicet militem & captiuum differentiã facit: vt hic, &.j. eo. §. nouimus autem.
l *Hoc enim.* scilicet diuortij genus.
m *A precedentibus.* sapientibus: vt. ff. de diuor. l. vxores. &. ff. solu. matri. l. si ab hostibus.
n *Hic.* id est hoc casu. Accursius.
o *Ex hoc.* scilicet diuortio.
p *Cessione.* id est decisione.
q *Ex decreto.* id est sententia iudicis. qui autem sententiam dare possint, sunt quatuor tantũ qui hoc possunt: vt diximus instit. qui. mo. ius pa. po. sol. §. cũ autem. Accursius.
r *In compromisso.* aliàs in proprie misso.
s *Gypso.* loca erant sic dicta.
t *Seruitus.* scilicet pœnæ.
u *Legislatoribus.* vt. C. de bo. pro. l. in metallum. &. ff. de interdi. & rele. l. iiij. & instit. qui. mo. ius pa. po. sol. §. cum autem.
x *Ex supplicio.* id est ex pœna.

Authentica.

ca potentes ostensos ministrare filiorum procreationi.

Matrimonium captiuitate alterutrius nõ dissoluitur, nisi incertũ sit viuere personam quæ ab hostibus capta est: quia tunc persona quæ in ciuitate remansit, libere post quinquennium nubere poterit: dote & donatione ad vnumquenque redeunte. Bartolus.

Sed etiam [a] captiuitatis casus talis est, quale est bona [b] gratia distrahere matrimonium. siue enim contingat tale infortuniũ B viro, muliere in republica [c] manẽte, siue rursus mulier quidem in captiuitatẽ ducatur, maneat autem vir in republica: scrupulosa quidem & subtilis ratio [d] transigit [e] nuptias: (seruitute nãque semel superueniente alteri personæ, [f] fortunę inęqualitas [g] æqualitatem ex nuptiis manere non sinit [h]) attamen humanius talia cõtemplantes, donec quidem est manifestũ supereſſe aut virũ, aut vxorem, [i] manere insoluta matrimonia sinimus: & nõ venient ad secũdas nuptias neque mulieres, neque viri, nisi C voluerint videri ausu temerario hoc egisse, & pœnis succũbere: illum quidẽ ante nuptias donationis dicimus exactioni, illã vero dotis. Si vero incertum sit vtrum supereſt, an non quæ ad hostes persona deuenit: tũc quinquennium [k] †expectãdũ est siue à viro, siue à muliere: post quod (siue manifestum de morte fiat, siue incertum maneat) nubere licebit sine periculo. hoc enim [l] & in nuncupatis bona gratia transactionibus, à præcedentibus [m] connumeratum est. nos quoque in hoc cõsentimus, vt hic [n] neq; repudio D fiat opus, ita personis distãtibus ab alterutris, & nullus ex hoc [o] lucrabitur, neque vir dotẽ, neque mulier antenuptialem donationem: sed vnusquisque in suis manebit.

Matrimonium non dissoluitur alterutro in metallum damnato: quia nemo bene natus ex supplicio fit seruus. Bartolus.

Quod † autem prius ex legum

A y *Sibique.* scilicet supplicio. non autem est seruus fisci: vt. ff. de iis quæ pro non scrip. l. iij. j. responso.
z *Bene natorum.* id est ingenuorum.
a *Festinauimus.* Vbi festinauit? Respon. vt instit. de liberti. §. fi. &. C. de la. lib. tol. l. j. per totum. &. ſ. de mona. §. hinc. sed &.j. festinauit: vt.j. quib. mo. na. effi. leg. §. ij. col. vj.
b *Liberas.* cũ sint ingenui, non sunt facti serui pœnæ per metallum. Accursius. †*sanctione.*
c *Libertum.* qui vxorẽ habebat.
d *Libertam.* quæ virũ habebat. †*Procõnesso legẽdum. est autẽ insula Propõtidis ante Cyxicũ, quæ & Elaphõnesus dicebatur. Pli. li. 5. c. vlti. Contius.*
e *Filios.* qui vxores habebant. Sed cum filius liberti sit ingenuus, vt instit. de inge. in prin. quare hic ponitur inter libertos? Respõ. hic fuit seruus filius, & pater manumissus: aliàs esset cõtra. ſ. eo. §. Vel dic occasione patris & filio licet ingenuo hęc macula irrogatur: vt. j. vt omnes obe. iudi. §. j. col. v. †*Ex hoc loco sumitur authẽ. quæ est super. l. vxoris. C. de repu. & incipit, sed hodie nemo.*
f *Superuenientem.* occasione iudiciarij supplicij: vt dictum est, vel quia reuocetur in seruitutem ex ingratitudine: vt. C. de lib. & eo. lib. l. ij. Et facit ad hoc ff. de regu. iur. l. seruitus. &. ff. de dona. inter virum & vxo. l. cũ hic status. §. si donator. & ff. de condit. & demõstra. l. intercidit. in fi. & ff. de ritu nup. l. in eo iure. in fi. Sed hic. §. hodie correctus est secũdum Io. cum eiusdem sint hodie iuris liberti vt ingenui: vt in auth. vt liber. decæ. §. illud. vel æquiparãtur ibi liberti ingenuis in dignitatibus ad quas prius non perueniebant olim liberti propter. l. Visellium: vt. C. ad legem Visell. l. j. sed hodie sic, vt dictum est.
g *Seruitutem.* scilicet pœnæ.
h *Vnusquisque.* scilicet in ciuitate manens, id est liber: vt si est mulier quæ in ciuitate remanet, dotem habeat. si † *Cõcor. cũ hoc. §. c. 2. extra de cõsing. ser. ad quẽ ti. est p materia huius. §. recurrendũ: quia in matrimoniis cõtrahẽdis præualet ius canonicũ cũ agitur de periculo animarum.* vir qui in ciuitate remanet, & ille donationem propter nup. recipiat: quia sua est, vt dicit. Item & plus habet qui in ciuitate remanet, scilicet pactum ex morte: quia liber remanet, vt sequitur: licet reliqua substãtia ad fiscum veniat, vel principem: vt subiicit. sed hodie domino reseruatur: vt. j. vt nulli iudi. §. fi. Item ad eum qui in seruitutem reuocatur ex ingratitudine: vt. ff. de interdi. & releg. l. nõ solũ. in fi.
i *Famula.* id est serua.
k *Dictam causam.* hanc scilicet, propter inæqualit. &c. vt supra eod. §. sed etiam. &. C. solu. matrimo. l. si ignorans. &. ff. de testa.

tute.l.si quis tutorem.

a *Puram.* id est simplicem redditionem sine lucro.

b *Per congruas actiones.* id est per cõdictionem ob causam: quia ob causam, id est ob matrimonium datum, & nõ est secuta: vt. C. de condi. ob cau. da. l. j. & ff. de condic. si. causa. l. fi.

c *Incertus.* id est quãdo ignorãs accepit, & dominus nesciebat qd̃ ageretur. aut enim ita est: aut dominus manifeste tradit: aut tacite ex studio: & his duobus vltimis casibus fit libera: vt hic, & j. proxi. subiicit.

d *Consensu.* expresso: vt j. proxi. respõ. Acc.

e *Malignitate.* id est taciturnitate ex studio: vt. j. ij. respon. Accur.

f *Negligẽtia.* s. domini. vel dic accipientis eã in vxorem. nam tũc non debuit certiorari: vt. C. de act. emp. l. j.

g *Credens.* hanc esse liberam, aliàs non esset deceptus.

h *Eius autem.* scilicet domini.

i *Virum.* s. seruum.

k *Mulierem.* ancillam. sed contra. j. eod. §. adscriptitio. Sed aliud in adscriptitio: quia per eum terra desereretur, vt. j. de man. prin. §. sed neque.

l *Alterius.* scilicet ancillæ, vel serui sui.

m *Ex studio.* scilicet dolo malo. Al.

n *Sarciat.* id est litem inferat.

o *Huiusmodi.* scilicet talia.

p *Hoc etiam.* non solũ superiori casu vbi dominus expresse dedit.

q *Consensit.* expresse.

r *Malignatus est.* s. tacendo. & sic nota tacẽtem affirmare. sic & aliàs. ff. de dolo. l. j. §. dolum autem. & C. si alieres pig. da. sit. l. ij.

Tacẽs affirmat.

s *Hæc valeant.* scilicet vt sit matrimonium, & liberi ingenui: vt supra. §. proxi. in fi.

t *Dereliquisse.* deiiciẽdo extra domum.

u *Cõtempsisse.* nõ præbendo curam eis. super hoc triplex est opinio. quidã enim distinguũt, vt Al. inter languentes & non languentes. primo casu liberi efficiũtur: vt. C. de La. li. tol. §. sed scimus. & hic in secundo possunt occupari, cum pro derelicto sint habiti: vt. ff. p derelic. l. j. in fine. Alij dicunt indistincte seruari hoc authenticum quicquid leges veteres dicant, vt sit liber, siue sit languens, siue non: litatis fortunam: vnde neq; lucrum ex matrimonio contemplandum esse, neque aliquid tale, sed puram [a] rerum competẽtiũ per congruas actiones [b] redditionem. Hoc autem decernimus: & tale non esse dicimus matrimoniũ, si causam animus incertus [c] disponat solum, neque consensu [d] domini, neque malignitate [e] eius, neque aliqua negligentia [f] coniuncta. Nam si tradiderit tanquam liberam suã ancillam dominus: ille autem liber existens, & credens [g] tradẽti hanc accipit, forsan etiam dotalibus celebratis documentis, aut neque celebratis quidem, eius autem [h] volũtate causam gubernante: non erit iustum, tale non cõstare matrimonium: sed tacitam libertatem sequi, siue virum, [i] siue mulierem. [k] Cum tale aliquid à domino fit: sancimus & rapi talem virum aut fœminam ad ingenuitatem, & causam tãquam super liberis & ingenuis iudicari. Si verò ipse quidem non celebrauerit nuptias, alterius [l] personæ dominus, sciat autem quod agitur, & ex studio [m] taceat, vt postea causam sarciat [n] alteri coniunctorum: vlciscimur huiusmodi, [o] si aperta probetur nequitia: & priuamus dominũ ita malignè cogitantẽ: sitq́ue rursus hoc etiã [p] matrimonium, tanquam si consensisset domin' ab initio: & ille quidẽ cadat dominio, ad ingenuitatem verò seruilis persona rapiatur: hoc ipso eueniente effectu, siue consensit, [q] siue malignatus [r] est dominus. Palã itaque est, quia etiam filij ex talibus nuptiis, liberi & ingenui secundum hanc nostram erũt legem. Et multo potius hęc valeant, [s] si contigerit dudũ seruũ aut ancillam seu languentes dereliquisse, [t] seu etiam contempsisse [u] eos, aut etiã amisisse super dominio aduersus eos volũtatem. Illi nanq; vtpote iam constituti liberi, & secũdũ pro derelicto titulũ sui, [x] & non aliorũ existentes, non in posterũ inquietabuntur ab iis qui possidere eos olim odio habuerũt.

Deportatio non soluit matrimoniũ. Bar.

A vt hic, & C. de infa. l. j. lib. x. Tertij distinguunt, an ipse gerit se pro libero: quo casu serua qd̃ dicitur hic, & C. de infa. l. j. aut nõ gerit: & tũc serua quod dicitur. ff. pro dereli. l. fi. & facit. ff. de fi. ser. l. qui seruus. quod verius videtur. Accursius.

x *Sui.* scilicet iuris. No. aliquem esse suiipsius. sed contra. ff. ad. l. Aquil. liber homo. sed hic dic hoc abnegatiue dici, id est nõ alieni. sic. ff. de dona. l. non debet. in fi. l. Vel dic secundum illũ titu. qui dicitur pro suo, quem habemus ff. pro suo.

Deportatio [y] tamen in quam migrauit vir vel vxor, & antiqua ignis & aquæ interdictio [quã aquæ & ignis interdictionem vocant nostrę leges [z]] non soluit [a] matrimonia. hæc enim & sacratissimo pridem placuit Constantino [b] clemẽs quædam causa, & à nobis quidem probata est, [c] præsenti [d] verò non copulata legi. vnde neque effectus B causæ dicendi sunt, cum in suo maneat [e] ordine.

Milite ad militiam accedẽte, vxor si literas sospitatis eius nõ acceperit: & eum pro veritate à duce belli mortuum esse audierit, & per decem annos expectauerit, & à principe gratiam impetrauerit: licite cum alio nuptias contrahere poterit. Bartolus.

Nouimus autem & huius nostræ fœliciss imæ [f] ciuitatis conditorẽ diuæ memoriæ (dicimus Cõstantinum) † scripsisse legẽ [g] secũdum quam si quis impeditus [h] fuerit, & tacuerit ad vxorẽ per quadriennium, & nullũ ei fiat ab illo signũ eius [i] circa eã [k] affectus: tunc licentia sit mulieri ad secũdas nuptias veniendi, C offerenti prius libellum militiæ principi, [l] & hoc ipsum testificanti. & si hoc fiat, inculpabiliter mulier ad virum alterum transiet, & non damnificabitur quidẽ dote: non tamen antenuptialem donationẽ lucrabitur. Hoc itaq; sacratissimus Cõstãtinus. [m] Vehementer autẽ nobis immaturè habere illa cõstitutio videtur. actib' enim bellicis occupato marito, vxoris priuationem inferre nõ minor est pœna, q̃ ab hostib' capi. [n] Ideoque nõ prius veniat ad virũ secundũ huiusmodi mulier quã [o] D legislator iste ꝓposuit, q̃ decẽnij [p] transeat tẽpus: & hæc [q] importuna quidẽ sit viro mittens literas, aut p aliquos verbis vtẽs ad eum: ille verò aut apertè renuat nuptias eius, aut absolutè cõticeat: tũc quoq; libellũ offerat aut glorioss imo magistro militum: aut spectabili duci, aut clariss imo tribuno, sub q̃bus ipse est miles. tũc enim licẽtiã dam' & preces porrigere imperatori, & inde hoc ꝓmereri. Sciat autem quia si citra hoc aliquid egerit: tanquã temerariè nubẽs legitimis pœnis [r] subiacebit.

y *Deportatio.* est enim aliud deportatio, & aliud interdictio: vt infra titu. de cap. demi. media.

z *Nostræ leges.* vt. ff. de pœ. l. ij. & C. de rep. j. & insti, de cap. demi. §. media.

a *Non soluit.* cum libertatem retineat, quius ciuitatem amittit. & hoc est quod lex dicit, minima capitis deminutio: vt hic, & ff. de bo. dam. l. iiij.

b *Constantino.* vt. C. de dona. inter vi. & vxo. res vxoris. non autem dicit de. l. j. C. de rep. quia illa est Alexandri.

c *Probata est.* scilicet hic, & eoipso quòd C. eam posuimus.

d *Præsenti.* s. huic. licet enim tenorem aliarum legum tractãtium de dissolutione matrimonij hac constitutione posuerit. s. & j. eam tamen non posuit, qua non soluitur matrimonium: & quia nõ soluitur, nec effectus causæ est dicendus, cum nulla sit causa. Accursius.

e *Maneat.* scilicet matrimonium. aliàs neãt, scilicet cõ.

f *Fœliciss imæ.* scil. Constantinopoleos.

g *Legem.* vt. C. de rep. l. vxor. Accursius.

h *Impeditus.* s. militia.

i *Eius.* scilicet viri.

k *Eam.* s. vxorem.

l *Principi.* quòd qui sic facere velit. Ac.

m *Constantinus.* scilicet statuit. Azo.

n *Capi.* s. maritum.

o *Quam.* s. mulierem. aliàs qualem.

p *Decennii.* sed hoc corrigitur, cum tenentur expectare quamdiu ipse steterit: vt. j. vt. li. matri & auiæ. §. quod autem. colla. ix.

q *Et hæc.* s. licẽtia maritãdi, licet sciat maritũ viuere: sed hoc corrigitur: vt not. j.

r *Legitimis pœnis.* quibus subiacent quæ male dirimunt primum matrimo-

BIU Cujas

Viro atque vxori ex causis hic enumeratis matrimonium dissoluere permittitur, ei tantummodo pœna imminente, qui dissolutioni causam præbuit. Bartolus.

Mitiores [a] itaque nuptiarum solutiones, tanquam generali quadam ratione sub bona gratia factis disiunctionibus, sciendum est tales esse quodammodo, [b] cæteræ [c] verò causam quę- A runt inspicere, [d] aut à viro, aut ab vxore factam: vt damnificent temerarium [e] in casu [f] eorum quæ ab eo data sunt: dotis dicim[g], aut propter nuptias donationis. Sed harum causarum antiquiores quidem faciebant B plurimos diuersosque tractatus: Theodosius autem iunior alias quidem causas deinde sumens, alias [g] autem & ipse adinueniens, de repudiis scripsit cõstitutionem: [h] à nobis autem & aliæ quædam adinuẽtæ [i] sunt causæ, quas rectè habere perspeximus ad culpam referri eius qui succubuerit. Si igitur secundum Theodosij piæ memoriæ constitutionem valuerit mulier ostendere maritum aut adulterio delinquẽtem, aut reũ homicidij, aut veneficij, aut seditionibus occupatũ, aut (quod C pessimum omniũ peccatorum est) communicantem delicto, (dicimus autem machinatum aliquid cõtra ipsum imperium) aut condemnatum falsitatis, aut sepulchra effodientem, aut ex aliqua sacrarum domuũ aliquid rapuisse, aut latrocinij sectantem vitam, aut latrocinantes suscipientem, [k] aut vnum eorum qui appellãtur abigei, [l] (quibus est cura alienis insidiari animalibus aut iumentis, & ea transponere alibi) aut probet plagiarium esse, aut ita luxuriosè viuentem, vt inspiciente vxore cum aliis corrumpatur (quod D maximè mulieres nuptas, vtpote circa cubile stimulatas exasperat, & præcipuè castas) aut si insidias se passam à viro probet circa ipsam salutem aut venenis, aut gladio, aut per alium aliquem talem modum (multæ namque [m] hominibus ad malitiam viæ sunt) aut etiam si flagellis [n] super ea [o] vtatur: Si igitur mulier tale aliquid ostendere potuerit, licentiam ei dat lex [p] repudio vti, & nuptiis abstinere, dotemque percipere, & antenuptialem donationem totam, nõ solum si omnes simul probauerit causas, sed etiam si secundam seu vnam. Et rursus [q] licentiam dat viro mulierem abiicere si adulteram inueniat, aut veneficam, aut delinquentem homicidium, aut plagiariam, aut sepulchrorum violatricẽ, aut sacrilegam [r] existentem, aut fauentem latronibus, aut viro nesciente vel etiã prohibente gaudentem conuiuiis aliorum nihil sibi competentium: [s] vel etiam inuito viro citra rationabilem causam foris pernoctãtem, aut extra eius voluntatem Circensibus congaudentem, & spectaculis inhærentem, aut theatris aduenientem (dicimus autem vbi scena & talia sunt, aut etiã vbi bestiis aduersus homines pugna [t] est) aut insidias sibi [u] facientem ex venenis, aut gladio, aut alio factas modo, ex quibus circa vitam periculum est, aut etiam consciam [x] tyrannidem [y] meditantibus, [z] aut falsitatis ream constitutam, aut audaces eius manus inferentem sibi: [a] scilicet tali aliquo facto dat lex [b] hæc viro abiicere mulierem, si vel vnam horum [c] & solam probauerit causam: & lucrari quidem dotem, antenuptialem verò habere donationem.

Vxor si diuortium sine causa fecerit, vel diuortii causam præbuerit, pœnas legitimas patietur: & ante quinquennium nuptias contrahere non poterit. alias autem ante annum tantum non licet propter sobolis confusionem. viro autem in omni casu quandocunque nuptias contrahere permittitur. Bartolus.

Si verò [d] altera harum personarum irrationabiliter repudiũ miserit, & hoc ipsum [e] soluendi matrimonium, sine ratione: subdita [f] erit dudum à nobis dictis pœnis. [g] Insuper [h] etiã vxor rea omnino ex memoratis causis, p irrationabilis repudij missione facta, & in quinquennium totum ad secundum venire prohibetur matrimonium, & ante quinquennium nuptias non esse sine reatu, neque legitimas vocari: sed omnis volens adeat [i] & accusẽt factum tanquam contra legem [k] præsumptum. Si verò etiam rationabiliter mulier repudium miserit, [l] & in certaminibus [m] vicerit, aut vir irrationabiliter eã abiiciens subiacuerit [n] pœnis: lucretur [o] quidẽ lucra primitus dicta: [p] erubescat autem ante annũ cõpletũ ad secunda vota venire. Quod non obseruãdum nobis est in

matrimonium: vt.j.eo. §. si vero altera.

a *Mitiores.* hucusque de vno genere solutionis dixit: nunc de alio incipit. Et dic mitiores quàm aliæ duæ quæ sequuntur. nam supradictæ duæ fuerũt sine pœna: hæ quæ sequuntur, cũ pœna, & sine pœna.

b *Quodammodo.* quales diximus.

c *Cæteræ.* dissolutiones.

d *Quærunt inspicere.* antequam fiant licitæ, id est sine pœna.

e *Temerarium.* temerariũ vocat virum, qui repudiat vxorem sine causa, vel qui repudiatur ab vxore cum causa, & idem econtra in vxore: deinde vt amittat dotem vel donationem propter nuptias.

f *In casu.* id est amissione.

g *Alias.* s. causas.

h *Constitutionem.* vt. C. de repu. l. consensu.

i *Adinuentæ.* vt. C. de repu. l. penul. & fina.

k *Suscipientẽ.* sine quibus suscipientibus latro diutius latere non potest: vt. ff. de offic. præsi. l. congruit.

l *Abigei.* no. quis sit abigeus, melius quàm in alia lege inueniatur.

m *Multæ namque.* interpositio est. sic. j. vt hi qui ob. in prin. col. vj. & facit. ff. de rei vin. l. in fundo.

n *Flagellis.* hoc quod de flagellis dicitur, hodie specialiter est correctum: vt. j. vt lic. ma. & auiæ. §. si quis autem proprium. col. ix. nam verberabat ipsam maritus.

o *Ea.* scilicet vxore. Accursius.

p *Dat lex.* s. Theodosij, & hæc. sed hodie quædam ex his causis remanent, aliæ remotæ sunt & correctæ. Idem dicas econtra si maritus vxorem velit repellere: vt. j. proxi. nam quædam ex illis causis correctæ sunt, & remanent aliæ: vt. j. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero plurimas.

q *Etrursus.* id est econtra.

r *Sacrilegã.* sacrilegus dicitur ille qui rem sacram de loco sacro aufert: vt no. ff. ad. l. Iul. pecu. l. diuus.

s *Competentium.* id est nulla affinitate vel necessitate coniunctorũ.

t *Pugnã.* sic. C. de repu. l. consensu. sic. ff. de pœn. l. aut facta. §. fi.

u *Sibi.* scilicet viro.

x *Consciam.* vxorem.

y *Tyrannidem.* id est contra legem imperialem.

z *Meditantibus.* id est cogitantibus.

a *Sibi.* scilicet marito.

b *Dat lex.* id est concedit lex Theodosij: vt. C. de repu. l. consensu.

c *Horum.* aliàs harũ.

d *Si vero.* hucusque dixit quando cum causa dimittit vnus alterum, nunc autem quãdo sine causa.

e *Et hoc ipsum.* scilicet repudium miserit causa subaudi soluendi &c. Accursius.

f *Subdita.* scilicet dicta persona. Accursius.

g *Dictis pœnis.* scilicet amissionis dotis & ante nup. donationis: & in hac pœna æquales sunt ambo.

h *Insuper.* nunc aliam pœnam imponit fœminæ repudianti quãtum ad alia quàm viro, scilicet vt matrimonium intra quinquennium contractum ipso iure non valeat. Item & infamis sit: vt. C. de repu. l. consensu. §. hæc verba.

i *Volens adeat.* scilicet iudicem. nã hæc actio est popularis: vt hic dicit. & fa. s. de non alie. §. fi. col. ij. & C. de epi. & cleri. l. si quis in hoc.

k *Tanquam contra legem.* id est sicut accusaret aliquid quod esset contra. l. sed hæc pœna expectationis quinquennij hodie mutatur: vt infra vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero econtra. colla. viij.

l *Miserit.* scilicet mulier, si non habes. sed ego non habeo.

m *In certaminibus.* id est in iudicio contra maritum.

n *Subiacuerit.* iuste eũ repulsum probans per aliquas de illis causis quas habuimus. s. §. mitiores. &. §. rursus.

o *Lucretur.* s. mulier.

p *Primitus dicta.* s. donationem propter nuptias: vt. s. §. mitiores. in fi.

BIU Cujas

r *Partiantur.* inter filios suos. Sed nōne suo arbitrio, vt vnus horū filiorū, qui vt nepotes sunt admittendi, possit habere plusquā alter? Respō. sic: vt. C. de secun. nu. l. in quibus. in fi. sed cōtra videtur qđ est in hoc eo. §. quod. ſ. proxi. nam ius eligēdi sublatū est. Sed rñ. non potest eligere: sed qui perdit per secundū matrimoniū. Sed isti filij qui lucrātur, quare nō possunt vnū filiorum plusquā alios honorare? certè possunt: vt. j. eo. §. illud quoque. in fi. §. Alij ostendunt q̄ nec perdens nec lucrās potest eligere: arg. huius. §. qui dicit cessare ius eligendi. quod falsum videtur, cū nō inueniatur correctum in eo casu: vt argu. C. de appell. l. i præcipimus. in fin.

s *Ipsi.* scilicet nepotes.

t *Secundum mensuram.* id est pro hæreditaria portione, secundū quā suo patri succesſerāt. & potest ita esse, q̄ vnus haberet plus q̄ alter, si in maiori parte fuit in aliis institut'. & ita non corrigitur. C. de secun. nu. l. in quibus. in fine, vt modo diximus.

u *Non tamen.* facit instit. de hære. quę ab intesta. §. cum filius.

x *Declaranimus.* vt. ſ. eo. §. si vero soboles. ibi, interminatur autem &c. & de non eligendo. §. hoc quoque. in fi.

y *Talibus.* scilicet lucris. & scias quòd hic. §. in dote & in donatione nuptiali loqui videtur, secundum Io. & est ratio: quia supra de non eligen. §. hoc autem. de his duobus tantum loquitur, & super eo, & ad eius interpretationem hoc fit: ergo locum habet in eo in quo & ille supra de filiis ante do. instru. na. in fi.

z *Dictum est.* vt supra eo. §. si vero sit soboles. & de non eligen. §. hoc quoque.

a *Ratum erit.* scilicet in totum, vt sequitur.

b *Vtrorumque.* tres enim sunt casus: & quando omnes moriuntur: & quando nullus: item tertius qui medius dicitur, quando alij moriuntur, alij viuunt, vt subiicit.

c *Existentibus.* quasi dicat nullis. Accursius.

d *Eis ex lucratis.* scilicet contrahentibus: videlicet patri & emptori. Accursius.

e *In eos.* scilicet contrahentes.

Diximus.

BIU Cujas

illos ferri hæreditatẽ: hoc quod ſæpe diximus. [a] Si verò non habeat filios: [b] non omnino ad fratres totum venire: ſed quantum ex pacto non exiſtentium filiorum acquirebatur generanti, hoc eũ lucrari: reliquum verò cõcedere in filij venire ſucceſſores, ſiue fratres ſint, ſiue extranei fortè (quod maximè [c] in matre contingit) ſiue diſponant [d] ſuas ſubſtãtias, ſiue etiam B inteſtati moriantur. [e] & hoc nos ſcripſimus [f] in noſtra lege, cogitantes illud & inueniẽtes primi, & clemẽter ſancientes. Quapropter etiam ſi hoc alienauerit parens antequam ad ſecundas veniat nuptias, deinde moriatur vnus filiorum: intantum valet ſolummodo quod alienatum eſt, quantum ad alienantem ex pacto non exiſtentium filiorum peruenit: alioqui ſecundum alias partes quæcunque ad filij hæredes veniunt, omnino infirma erunt: vnde alienatione facta manet cauſa in ſuſpenſo, [g] ſequentibus committenda fortunis, & aut perfectè ab initio [h] infirmanda alienatione, aut perfectè valente, [i] aut particulatim quidem infirmanda alienatione, particulatim [k] verò conſtante.

CAP. VII. Vt donationes ad eos etiam filios trãſmittãtur qui non agnoſcunt hæreditatem patris.

Lucra quæ ad filios primi matrimonii deuoluuntur propter tranſitum parẽtum ad ſecunda vota, lucrantur filii: ſiue parentibus hæredes exiſtant, ſiue alteri, ſiue neutri: niſi filii ſint ingrati erga vltimò morientem: & ingratitudo aperiè probetur. Ange.

ET ſuper iis [l] quoque lucris quæcunque ad ſecunda veniẽtibus vota parentibus percipiunt, [m] non perſcrutamur vtrum hæredes exiſtant aut præmorientis [n] parentis, aut ſecundi moriẽtis, [o] nec ſi alij quidem hæredes exiſtant, alij [p] verò nõ: ſed ſicut ſuperius diximus, [q] præmium eis damus hoc, ſiue hæredes fiant, ſiue etiam non: & hoc ex æquo percipiant ipſi quidem ſuperſtites: cum eis [r] autem & defuncti [f] filij genitoris accipientes partem: vbique tamen ingratitudine (ſicut prædiximus) impedimenta ad tale lucrum faciente huiuſmodi filio. Contra ingratos enim poſitas non tranſcendimus leges, taliter & parentes honorãtes, [t] & filios ad pietatem [u] deducentes. Sicut enim [x] electionem [y] prohibemus, & denuo [z] omnibus ſimiliter damus talia præmia: [a] ſic ea quæ de ingratitudine ſunt, non interimimus. [b] Palam verò eſt, quia ingratum intelligi eum oportet, qui circa ambos parentes, aut omnino circa poſterius [c] morientem factus apertè monſtratur. C

CAP. VIII. De non alienanda niſi portione vnius.

Tranſiens ad ſecunda vota non poteſt relinquere coniugi plus quàm relinquat vni filiorum primi matrimonii, cui minus relinquit: ſiue ſint poſiti in poteſtate, ſiue emãcipati: dum tamen filio relinquatur legitima, quæ hodie eſt tertia. & ſi vltra parens reliquerit: quod eſt vltra, diuiditur inter filios primi matrimonii. Ange.

OPTIME [d] verò nobis Leo diuæ memorię videtur cogitaſſe de oblationibus quas in ſecunda faciũt matrimonia, qui ea contrahunt. Ait enim, quia ſi ex priori matrimonio filios habeant parentes, deinde ad ſecundum, aut deinceps veniant matrimonium: nõ poſſunt neq; in nouercam patres, neque in D

---

a *Diximus.* vt ſupra eod. §. ſoluto. in fine. & §. j. & §. primæ. in fi. & §. & ſupra. §. venient. in fin.

b *Habeat filios.* ſcilicet filius mortuus.

c *Maximè.* vt habeant talia lucra à viro: nõ ſic facile vir ab ea, cum ſit auara. Accurſius.

Mulier auara dicitur.

d *Diſponant.* ſcilicet filij.

e *Moriantur.* hic incipit nouus caſus, qui non erat in: l. alia ſupra de non elig. §. hac autem. vnde illa in hoc caſu per iſtam ſupplẽtur & corrigitur. & eſt talis hic caſus, vt colligit in nouellis eo. ti. & hic pacta eſt mulier de donatione ꝓpter nnp. lucranda tota, ſi liberos habuerit ex eo viro. & hoc dicitur pactum in caſu liberorũ exiſtentium. ſi autem nõ habuerit: debet tũc mulier lucrari tantùm tertiam. & hoc dicitur pactum in caſu liberorum non exiſtentium. poſtea habuit tres. vnde lucrifecit totam, & ſua eſt: interim hæc nupſit ſecundo marito, quare amiſit totam ratione proprietatis: vt ſupra eod. §. ſi vero ſit ſoboles. poſtea vero moritur vnus de trib⁹. certè licet perdiderit quo ad proprietatẽ lucrum quod habuit ex pacto filiorum exiſtẽtium, tamen hoc habet ex alio pacto, ſcilicet ſi liorum non exiſtentiũ, vt habeat tertiam tertiæ. nam ſi omnes moriantur, haberet integram tertiam. nunc autem cum vnus de tribus moritur, tertiã tertię debet habere. Idem dico & ſi duo moriantur: quia tunc duas tertias tertiæ haberet. ita hæc duo ſunt paria, nullum natum eſſe: vel eſſe, ſed mortuos eſſe omnes. vel etiã pro parte quo ad partem. in aliis autẽ partibus quas non recuperat, habet vſumfructum tantùm: vt ſupra eod. §. ſi vero ſit ſoboles. in aliis autem bonis defuncti filij habet virilem: vt infra eod. §. hinc. ibi, ſi autẽ mater &c. & pro hac parte quæ ad eam redit occaſione ſecundi pacti, valet alienatio quam fecit: vt ſequitur. idem econtra per omnia ponas in dote lucrata à marito: quia quod iuris eſt in dona. hoc & in dote debet eſſe: vt. j. eod. §. nec illud. ibi, ex rerum vero &c. & infra de æqua. dotis. §. j. col. vij. & ſupra eod. §. ſi vero ſit ſoboles. ibi, & hæc communis &c. Sed quid ſi pactum non apponitur? dic vt ſupra de non eli. ſec. nub. §. cum igitur. diximus, ibi, & hanc habet firmè. Sed videtur quòd hoc pactum amodo nunquam ſit admittendum etiam ſi omnes moriantur: & multo magis ſi non omnes. nam duo diuerſa pacta & contraria fuerunt: ergo vno habente effectum, aliud non poterit ſuum vigorem fortiri: vt. ff. de verb. obli. l. ſi ita quis. &. ff. de condi. inſtitu. l. ſi plures. &. ff. de manu. teſta. l. ſi ita fuerit. Item & tunc quando non omnes mortui ſunt, etiam alia ratione videtur non habere locum: quia quomodo habet locum pactum liberorum nõ exiſtentium, cum exiſtant? nam ſi aliquid eſt in pluribus faciendum, nõ ſufficit fieri in vno: vt. ff. de condit. & demon. l. pater Seuerinam. &. C. de condi. inſer. l. j. &. C. ad Treb. l. iubemus. §. ſinautem. ergo & hic non debet ſufficere vnum mori, cum ſecundum verba pacti ſecundi oporteat quòd nullus remaneat. Sed reſpon. poteſt dici hæc iura magis eſſe volũtaria quàm rationabilia: quia ſic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. ſicut ipleraque iura imperatorum ſunt.

Mortuum eſſe, & natũ non eſſe, paria ſunt.

f *Scripſimus in noſtra lege.* vt. ſ. de non eligẽ. §. hoc autem. nam iuxta veteri de hoc pacto non erat mentio. aliàs non ſcripſimus: & tunc eſt de hoc caſu nouo quidam omnes moriuntur.

g *In ſuſpenſo.* No. quod dam eſſe in pẽdentia & aliàs inſtit. qui. mo. ius. pa. po. ſol. §. ſi hoſtibus. & ſ. de non eligen. §. hoc autẽ in fi.

h *Perfectè ab initio.* id eſt in totum non valeat. ſ. quando omnes ſuperſunt.

i *Valente.* quãdo omnes moriuntur.

k *Particulatim.* quando ipſi filij particulariter, & non omnes moriuntur. Accurſius.

l *Et ſuper iis.* de quibus dixit. ſ. eo. §. ſi vero expecter. Accurſius.

m *Percipiunt.* ſ. filij.

n *Præmorientis.* a quo non venerunt lucra.

o *Morientis.* ad quem peruenerunt: ſed poſtea contrahendo amittit proprietatem, quę peruenit ad filios: vt hic dicitur.

p *Alij.* ſ. parenti. vt dic filiorum.

q *Diximus.* vt. ſ. eo. §. ſoluto. ibi, & debetur &c.

r *Cum eis.* ſcilicet ſuperſtitibus.

f *Defuncti.* q. d. filij defuncti genitoris. vt hęc dictio, filij, ſit nominatiui caſus: aliàs duæ ſunt genitiui caſus. & ſ. eo. §. venient. in fi.

t *Honorantes.* ſ. nos.

u *Ad pietatem.* ſcilicet parentibus exhibendam.

x *Sicut enim.* nunc breuiter rememorat quę dixit. ſ. ab illo. §. ſoluto. & poſtea non omnia, ſed aliqua.

y *Electionem.* vt. ſ. eo. §. venient.

z *Denuo.* id eſt iterum.

a *Præmia.* vt. j. eo. §. venient. continetur.

b *Non interimimus.* vt. ſ. eo. §. ſoluto. circa fi.

c *Poſterius.* id eſt vltimo morienti. & ideo ſufficit ſi eſt ingratus poſterius morienti, quia ab eo lucrum percipit, licet propter delictum ſuum, ſiue pater, ſiue mater ſit. & facit ad hoc infra vt cum de appel. cog. §. cauſas. col. viij. &. C. de ſecun. nup. l. fin. in princip. & infra de immen. do. in fi. col. vij. &. ſ. de hære. & fal. §. exhæredatos. col. j.

d *Optimè.* vt. C. de ſecun. nupt. l. hac edictali. vſque ad §. his illud.

BIU Cujas

vitricum matres secundum vitę tẽpus quãlibet[a] facere largitatẽ, aut in morte relinquere, nisi tantum quantũ[b] vnus filius aut filia solus existens ex generante habeat. Si verò multi filij sunt, & vnusquisque æqualem habet portionẽ: nõ amplius quàm ad singulos venit, aut vitricus aut nouerca percipiat. Si verò inæqualia quæ relinquuntur, fuerint: tãtum necesse est solum ad nouercam aut vitricum venire ex quacũque largitate parentis, in quantum qui minus habet filius, ex illius substãtia percepit, aut ex nouissima voluntate dimissum, aut in vita datum: quippe[c] dudum quarta, [d] nunc autem tertia, [e] aut media secũdum nostram legem portione omnino filio relinquenda, aut danda, nisi rursus[f] ingratitudinis ratio contradicat. Hoc idem obseruando & in auo, [g] & in auia, & proauo, & proauia, & nepotibus masculis, aut fœminis, & pronepotibus similiter: siue sub potestate forsan, siue emancipati consistant, ex paterna vel materna linea descendẽtes. Et hoc decernens[h] rectè intulit: [i] quia quod plus est[k] in eo quod relictum aut datum est omnino aut nouercæ aut vitrico, ac si neque scriptum, neque relictum, aut datum, vel donatum, competit filiis: [l] & inter eos solos ex æquo diuiditur, vt oportet. Namque ex secundis nuptiis filios participari etiam horum, [m] scriptum quidẽ in quadam constitutione est: non tamen etiam nunc nobis placet: sed ex priori matrimonio filiis, propter quos & obseruatum est, detur solis: nulla machinatione neque per suppositas[n] personas, neque per aliquam aliam causam[o] interponi valente. Hoc autem quod plus est, diuident adinuicem grati filij præsentibus parentibus: non ingrati filij circa hos approbati, per ingratitudinẽ[p] huiusmodi obnoxij constituti qualem leges quærunt. [q] tales nanque etiam hac vtilitate priuamus, ne fortè propter spem huius possessionis contra parentes accedant, & proterui sint, & naturæ iniurientur leges. [r] Palam quoque est, quoniam & hic, [f] si quis horum moriatur: ad quos, quod plus est, deducebatur, filiis existentibus: defuncti filij hoc accipient secundũ propriam quidem multitudinem, [t] ad defuncti vero partem.

An vitricus vel nouerca habeat plus quam vnus ex filiis primi matrimonii, inspicitur tempus mortis binubi. Ange.

QVIA verò hactenus legibus indiscretum[u] est, quando conueniat quod plus est[x] inspicere, vtrum secundũ oblationis[y] tempus, an secundum matrimonij solutionem: optimum[z] nobis visum est esse, mortis binubi[a] parentis obseruari tempus. Scribunt itaque homines, [b] & horum quæ habẽt, amplius: scribunt autem & minus, euenientes autem fortunę, contrarios euentus sæpius operantur. Vnde vt non circa hoc erremus, tempus illud considerandum est, secũdum quod binubus moritur, & portionem inde sumendam: & secundum eam id quod plus est contemplantes, auferre quod transcendit[c] oportet, & filiis applicare: in omnibus talibus non ab initio[d] donatione, aut scriptura[e] respicienda, sed qui vocatur euentus, [f] † considerandus est.

a *Quamlibet.* scilicet donationem inter viuos.

b *Nisi tantum quantum.* hinc contradicit. C. de dona. ante nup. l. Nisi liberis. Sol. non tenetur dotem suam seruare filiis primi matrimonij, vt ibi: sed tenetur tantum dare, quantum dat secundo viro vndecunque habeat vel inueniat: vt hic dicitur.

c *Quippe.* hic manifestè colligitur, secundũ Al. ęp debitũ naturale & hoc beneficiũ potest habere: nec vnũ perdit per reliquum, sed vtrũque per ingratitudinẽ: vt subiicit. & est ratio, quia vnum habet iure naturæ: aliud delicto transeũntis ad secundas vota. vnde quasi vnum pœnale, alterũ rei persecutorium se non impediunt: vt & aliàs. ff. de condic. fur. l. si pro fure. §. furti. &. ff. de fur. l. si pignore. §. cum furi. Accursius.

d *Quarta.* vt. C. de inoffi. testa. l. cũ quæritur. &. l. parentibus.

e *Nunc autem tertia.* vt. ẽ. de trien. & semis. §. &. ij. col. iij.

f *Nisi rursus.* q.d. nisi ingratitudo repellat ab hoc beneficio, quod habet delicto alterius, sicut repellit à debito naturæ: vt prox. §. in fin.

g *Et in auo.* cum pater vel mater non sunt in medio, & auus vel auia magnam nouercã vel magnum vitricum mihi introducant.

h *Decernens.* s. Leo.

i *Intulit.* i. adiecit in ea. l. hac edictali.

k *Quia quod plus est.* scilicet quod datur marito secundo vel vxori, quàm sit illud quod filio primi matrimonij datur.

l *Filiis.* scilicet primi matrimonij, licet aliud esset per aliam constitutionem, vt sequitur.

m *Horum.* hoc est dicere, quædam lex dicit quòd ea quæ auferuntur vitrico vel nouercę, quia plus habeat q̃ filij primi matrimonij: debeat dari & distribui inter omnes filios primi matrimonij & secũdi. d. lex quędã: vt. C. de sec. nupt. l. quoniam præteritæ. quæ est Iustiniani. sed tãtummodo prædicta. l. corrigitur hic. & redimus ad. l. illam, hac edictali. quæ corrigebatur per illam, quoniã in hoc capitulo. & ita tãtum filij primi matrimonij hic ablata vitrico vel nouercę percipient.

n *Per suppositas.* cum alij det, vt ad istum perueniat.

o *Aliam causam.* vt si fingat se vendere cum donet: nam plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur: vt. C. plus valet quod agi. per totum.

p *Per ingratitudinem.* scilicet talem.

q *Quærunt.* antiquæ leges vario modo circa hæc loquebantur. hodie autem sunt hæ causæ specificatæ: vt infra vt cum de appel. eo. §. causas. col. viij.

r *Leges.* nõ enim debet causa mali oriri, vnde iura nascuntur: vt

A hic. &. C. vnde vi. l. meminerint. &. C. de indic. vidui. l. ij. in fi. Ac.

s *Et hic.* id est hoc casu.

t *Multitudinem.* ad hunc. §. facit. s. eo. §. venient. in fi. &. §. & super. in fi. & hæc omnia sunt in. l. Leonis. sed quod statim in prox. §. sequitur, non est in ea: sed nouum inducitur.

u *Indiscretum.* id est hæc quæstio determinata non est.

x *Quod plus est.* scilicet datum vitrico vel nouercæ quàm filius ipse habet qui minorẽ portionem habuit. R.

y *Oblationis.* id est donationis.

z *Optimum.* quia tertia via melior est duabus superioribus. Accur.

a *Binubi.* i. eius qui suo delicto ad hoc est adstrictus. delicto dico: quia ad secundum transiuit matrimoniũ.

b *Homines.* secũdo nubentes. q.d. potest esse ęp secundo nubẽs plus dedit secundo marito nomine legati, vel fideicõ. vel donationis causa mortis. sed certè hoc potest reuocare vs que ad vltimũ spiritum vitæ: vt. ff. de adi. le. l. iij in fi. & de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic status. §. oratio. vnde filius non debet cõqueri adhuc. Ité & si nomine dotis dedit secũdo marito: vel si nomine dona. propter nu. dedit secundæ vxori: rehabebit eam solu. matri. vt infra de equalita. do. §. j. col. vij. & sic filio poterit dare quod sibi debebitur. Accur.

c *Transcendit.* scilicet de eo quod plus est datũ vitrico vel nouercæ quàm filio cuilibet primi matrimonij.

d *Non ab initio.* sed certè imò & tẽpus donationis consideratur: vt. C. de don. ante nup. l. si constante. in fi. cõtra. j. eo. §. de augmentis. in fi. §. Sol. in ea deminutione quam quis potest facere sua libera voluntate, vt in legato & fideicommisso spectatur tẽpus mortis binubi: vt hic, & h. d. scribũt itaque ho. &c. nam sua sola voluntate † potest fieri reuocatio. sed in ea donatione in qua exigitur voluntas, non solũ dantis, sed etiam eius cui datum est, tempus donationis considero: vt in dictis. ll. contrariis. nam ibi non solum dans solus reuocare nõ potest, sed etiam si ille consentiat cui datum est, adhuc reuocare nõ &c. scilicet talem. de sec. nup. hac edictali. in princ. Quidam tamen volunt dicere q̃. d. l. si constante. per hanc corrigitur. quod nihil est: cum & sic contradicat dicto. §. j. e. de augmentis. qui est post istum.

e *Scriptura.* vt. s. de pupil. sub. l. ij §. fina.

f *Euentus.* Not. finem, siue euentum considerari. sic. C. de neg. ge. l. si quis aliena. &. l. si pupilli in prin. argu. contra. vt sufficiat considerari initium, vt eo. tit. l. sed an vltro. &. ff. de ori. iur. l. j.

Tempus donationis inspicitur.

† *Facit glo. in. c. dudũ. super verbo, tẽpore. extra de elec. tes. in gl. 2. extra de cõsibus.*

Finis inspicitur.

Nobis.

BIU Cujas

a *Nobis.* subaudi,à,vt nobis sit casus ablatiui.
b *Constituit.* vt.C.de secun.nup.l.cum aliis.
c *Exinde.* id est ex secundis nuptiis.
d *Moriatur.* duos enim habuit viros,& postea ipsa decessit.
e *Eius.* scilicet matris.
f *Proprias res.* not.eâ habere bona triplicis generis. propria. & in his fit æqualis successio. Item donationes duas antenup. & hæ dantur filiis eius matrimonij cuius causa datæ fuerunt, vt subiicit. Tertia vt legata & fideicó.à coniuge prę-moriente: vt.j. proxi. reliqua vero &c.
g *Ex æqua.*s.pro numero liberorum.
h *Illius.* scilicet matrimonij primi.
i *Seminibus.*id est secundis nuptiis.R.
k *Ab illo.* scilicet suo patre.
l *Munificentia.* id est do.ante nup.i. quando pacta erant facta de lucranda dona. præmoriẽte marito, & lucrãda dote præmoriente vxore.Accur.
m *Venerit.*quod faciebat dubitationem.nam quia primi lucrabãtur (vt subiicit) suam donationem propter iniuriam quam passi erãt secundis nuptiis: secũdi autem non sunt iniuriam passi ex tertiis: ergo non debent lucrari: sed debet remanere in arbitrio descẽdentis. nam causa cessante & effectus cessare videtur. sed tamen non est ita: vt subiicit, &. C. de secun. nup.l. cum aliis.Accur.
Effect⁹ debet cessare cessãte causa
n *Hoc.* scilicet q̃ nõ trãsiuit ad tertia vota.
o *Prioribus.*filiis.s.primi matrimonij.
p *Largitatem.*i.donationé propter nup.impropriè enim ponitur. sic & impropriè sumitur.j. vt spon. lar.j.respon.col.ix.tamẽ idem est si propriè ponatur: vt.C.de secũ. nup.l.iij. &.l.cum aliis.
q *Accipientibus.*scilicet sponsalitiam largitatem sui patris.
r *Eam.* scilicet munificentiam quam eorum pater fecit.
s *Hoc ipsum.* in matre dictum.Accursius.
t *Lucrata dos.* scilicet filij eius.Accursius.
u *Secundis.* id est filiis natis ex secundis nuptiis seruetur dos eorum matris:sed in eo quod hic dicit seruandam sic dotem: vt supra eo.modo dixit,& de dona. propter nup. ibi,ante nuptias vero &c.est contra supra eod.§. soluto. circa princip. & in fin. vbi dicitur cedere luero superstitis:& vt ibi dicitur:potest tamen facere quod vult superstes.hic autem cogitur seruare. Solu.dicunt quidam quòd hic transiuit superstes ad secũdum matrimonium: ibi non.quod verum est. sed hæc solutio est insufficiens. nam nõ valet ad dotem, vel donationem secundi matrimonij. Nam hic

CAP. IX. *Vt primi matrimonij filij cum aliis filiis capiant lucra.*

Si vxor superstitibus filiis primi matrimonii ad secunda vota conuolauerit,& ex secundo liberos susceperit: ea in secundo matrimonio moriente, filii primi ad lucra à primo viro venientia vocantur: secundi ad secunda lucra: in aliis suis bonis succedunt æqualiter:& idem est si vir ad secunda vota conuolauerit. Ange.

NEC illud quoque nobis[a] relinquendum est, quod rectè habendũ Theodosius piæ memorię iunior constituit,[b] dicẽs, quia si mulier filiis procreatis ad secundas veniat nuptias, & exinde[c] ei nascantur filij: deinde etiam secundus vir moriatur:[d] eius[e] quidẽ proprias res[f] ex ambobus matrimoniis percipient filij intestata matre moriente, ex æqua[g] & simili diuisione: antenuptiales verò donationes vtraque soboles proprij accipiet patris: & ex solido quidem prioris matrimonij filij illius[h] lucrabuntur donationem:ex solido quoque ex secundis nati seminibus,[i] ab illo[k] facta fruentur munificentia,[l] licet non ad tertium illa mulier matrimoniũ venerit.[m] Quid enim hoc[n] prioribus[o] prosit? quid autem inuideant priores filij secundis, si non & illi tertiis iniuriam passi sunt nuptiis? Et absolutè vnaquæque soboles proprij parentis accipiat sponsalitiam largitatem:[p] & omnino prioribus filiis propter secundas nuptias accipientibus,[q] & secundi liberi modis omnibus eam[r] habeãt: quanuis quæ secundas contraxit nuptias, ad tertia minime migrauerit vota. Ex rerum verò consequentia hoc ipsum[s] & in patribus sit secundas nuptias faciẽtibus:& seruetur quidem ex priori matrimonio filiis propter secunda vota lucrata dos[t]: secundis[u] quoque licet non ad tertia pater peruenerit vota. Reliqua verò quæcunque in talibus lucratus est pater aut mater ex secundis nuptiis,[x] aut per legatum forsan, siue fideicommissum:non tamẽ ad tertias venerunt nuptias:hęc commixta eorum substantiæ,& à tertiis non mutilata matrimoniis, maneant apud eos immota: & ad eorum velut propria successiones perueniãt, aut etiã à superstitibus quo volunt disponantur modo.

CAP. X. *Vt quoquo modo per diuortium solutum sit matrimoniũ, lucra omnia primi matrimonij seruentur filiis illius matrimonij.*

Qualitercunque matrimonium sit dissolutum:ad secunda vota transiens, omnia lucra quæ à prima coniuge consecutus est,debet filiis primi matrimonii reseruare. Ang.

QVIA verò lucra vbique secũdum rationis frequentiam in disiunctiones ex morte sanciuimus:[y] breui quodam sermone & illud adiicimus, quia quæcunque lucrati fuerint parentes repudio soluto matrimonio, siue bona gratia misso, siue etiam aliter,[z] siue per dotis siue per sponsalitiæ largitatis occasionem: hæc ad instar ex morte lucrorum, omnia seruentur filiis: hoc idem custodiendo etiam super indotatis vxoribus, vbi à nobis posita constitutio[a] procacitatem[b] punit. Et non discernimus ex cuius culpa matrimonium repudio sit solutum. Quocunque enim modo se habeat causa,[c] seruatur etiam super illis[d] quod lucratum est ex illis nuptiis, filiis ex quibus processerunt filij: siue prima soluta sint matrimonia repudio,siue etiam secunda: licet tertiæ non secutæ sint nuptiæ.

A transiuit ad tertium,quare non est generalis solutio.Dic ergo secundum Azo. quòd in dote & dona. propter nup. siue conuoleret ad secundum matrimonium,siue non: hoc seruetur, vt filiis eius matrimonij seruetur:vt hic: & plene diximus in illa notula, hæc dicta differentia &c. Sed certe hæc solutio videtur contra mentem illius.§.scilicet soluto. Dic ergo vt puto verius, per hanc constitutionẽ bene lucrabatur dotem, si transire volebat ad secundum matrimonium: vt hic dicitur. nec obst. quod dicitur hic de donatione & de dote secũdi matrimonij: quia hic euenit vt non fiat primi matrimonij tantum lucrentur, & ei reseruentur scilicet lucra,sed etiam secundi, scilicet ratione vitandę inæqualitatis.& hoc innuit lex illa, cũ alias C.de sec.nup. & est ar. ad hanc sol.C. de coll.a.l.pe. Itẽ propter euidiam tollendam,quę maximè orit inter fratres:vt.C.de bo.li.coi. oportet.§. sinauté res. & &.ff.de leg.ij.l. cum pater.§.cuictis. & secundum hunc intellectum corrigitur ille.§. soluto.in hoc tit.per auth. neque virum quod dot. coll. vij. & secundum hęc plana est intra illius.§. hæc autẽ tio inæqualitatis non habet locum in legitis vel fideicó, vt hoc §. dicitur, ibi, reliqua vero &c.quia nũc tantum lex curauit de æqualitate legati vtrũ vel fideicom. quantum de vna dote vel donatione propter nup. & illa commixta substantię,vt sequitur

B

C

D

y *Sanciuimus.* scilicet ab illo.§.deinceps. huc usque. & hoc propter rationem frequentię, vt dicit. nam frequentius morte quàm aliàs soluitur matrimonium, & ideo ei solutioni matrimonij omnes supradictos casus coarctauimus ab illo.§. deinceps. postea facit infra vt sine prohibitio. matres de. & cre.§.j.col.vij.&.ff. de legi.& senatusc on.l.nam ad ea.

x *Ex secundis nup.* nam lucra ex prima misit etiam per secundum matrimonium supra eo.§. si vero expectet. & sic etiam lucra ex secundo amitteret, si ad tertium transiret matrimoniũ, vt statim innuit.

z *Aliter.* vt cum quatuor generalibus modis matrimonia soluantur: vt supra eod.§. distrahuntur. quomodocunque eorum fiat solutio,locum habent omnia supradicta quæ habuimus in.§. deinceps.

a *Constitutio.*vt.C.de repu.l.fin.in prin.& in prima parte.
b *Procacitatem.*s.eius cuius causa matrimonium soluitur.R.
c *Causa.* diuortij scilicet,siue culpa viri,siue vxoris.
d *Super illis.* mulieribus indotatis diuertentibus.

BIU Cujas

a *Legibus.* vt in. C. de dona. ante nup. per totum vsque ad. l. si constante.

b *Præcipimus.* id est concessimus vt initium accipiant etiã constante matrimonio: vt. C. de donat. ante nup. l. si constante.

c *Concessimus.* vt infra eod. & si contrario.

d *Non pepercimus.* id etnó permisimus. vel de hoc, id est huic nó pepercimus quin muremus. & subaudi ideo, vt ideo &c.

e *Constitutionem.* quæ est. C. de secun. nupt. l. hac edictali. in prin.

f *Iumẽsam.* i. magnã.

g *Dote.* secúdo viro.

h *Largiatur.* s. in secundo matrimonio.

i *Ferat.* id est æqualiter sustineat hæc lex Leonis. nã vult vt cuilibet filiorũ primi matrimonij tantum detur, cui etiam minus datur: vt dicta. l. hac edictali. & ẽ. eo. §. optime. Acc.

k *Abbreuiet.* i. abbreuiare permittatur. qđ non concedimus. Acc.

l *Donationem.* vt sic fraudet filios, cum tantundem quantum viro dat, eis dare teneatur ad minus: vt. s. eod. §. optime. Azo.

m *Datum est.* i. concessam à cõstitutione Leonis. sed hæc deminutio conceditur. vel dic qđ datum est. s. in secundo matrimonio: quod eũ sit magnum datũ, sperabãt filij primi matrimonij se feciſſe magnũ lucrum, cum tãtum eis debeatur, quantum in secundum matrimoniũ confertur: quod forte nullum lucrum erit, si hæc deminutio sic fieri concedatur.

n *Vitricum.* quod nó debet esse. Sed quomodo lucratur, cum deminuatur? Respon. fit in fraudem, vt tanto detur minus filiis, postea autem ex abscõdito sibi reddet. Sed nunquid hæc fraus debet probari à filiis? Respon. non quia præsumitur. Item nunquid contrarium licebit probari à filiis? Respon. non, quia de iure est præsumptio: vt hic, &. C. de dona. ante nup. l. penul. in fi. Item ad hoc respon. est contra. s. eod. §. quia vero hactenus. Solu. vt ibi.

o *Voluntatem.* vt per legatum, vel donationẽ causa mortis, vel fideicommissum.

p *Lex.* vt. C. si secun. nup. mulier. l. j. Accursius.

q *Vsu.* id est vsufructu. idem est & de vsu si ipse esset relictus. Accursius.

r *Prius.* id est per leges etiam prius factas circa amissionẽ proprietatis talium rerum: vt. C. de secun. nup. l. fœminæ. in prin.

s *Extepente.* id est statim postquam nupsit secundo.

t *Illum.* scilicet vsumfructum.

u *Fructibus.* computatis ex die qua ad secũdas iuit nuptias, subaudi, debeat eis reddi.

x *Legi.* scilicet supradictæ. C. quæ est Valentini.

y *Etiam donari.* quandoque enim conceditur: vt. ff. de dona. inter virum & vxo. l. si sponsus. §. concessa. & l. si quis. &. l. quòd

CAP. XI. *Vt liceat augere vel deminuere dotem vel donationem propter nuptias primi matrimonij: secundi vero, si non supersint liberi ex primo.*

Dos & donatio propter nuptias etiam constante matrimonio potest augeri & minui de partium voluntate: nisi deminuere volens filios habeat ex primo matrimonio. Angelus.

DE augmentis autem & deminutionibus dotium aut antenuptialium donationum dictũ est quidẽ aliquid prioribus legibus: [z] à nobis autẽ perfectius perscrutatum est: qui etiam cõsistẽtibus matrimoniis propter nuptias donationes non augeri solum, sed etiam à principio dari præcipimus, [b] & sicut augeri permisimus, ita quoque minui contrahentibus volentibus cõcessimus. [c] Sed hoc quod de deminutione dictum est, si secundæ fiant nuptiæ, non pepercimus: [d] vt non aliquo modo Leonis piæ memoriæ offendamus constitutionem, [e] cum filij ex prioribus fuerint nuptiis. Si enim immensam [f] obtulerit dotem, [g] aut antenuptialem donationem parens, aut aliquid largiatur [h] aliud: deinde sentiens quò ferat [i] lex, abbreuiet [k] quod factum est, & deminuat dotem aut antenuptialem donationẽ, [l] nequaquã lucrũ erit filiis quod datum est, [m] sed licebit lucrari aut vitricum [n] aut nouercam, filiis secundum hæc læsis.

CAP. XII. *De vsufructu vxori à marito relicto vel donatione ante contractum matrimonium.*

Si vsusfructus hodie viro per vxorem, vel econtra vxori per virum relinquitur, aut causa mortis donatur: non reconsolidatur proprietate, licet donatarius ad secunda vota transeat, nisi donans vel relinquens hoc expresserit. Ange.

SI verò solum vsumfructũ rerum aut vir vxori, aut cõiunx marito per nouissimam dederit voluntatem: [o] ante nos quidem dicebat lex, [†p] si ad secũdas veniret nuptias aut pater, aut mater, statim relicto vsu [q] cadere, sicut prius [r] cadebat proprietate, & repente [s] illum [t] filiis restitui: si verò impuberes forsan filij fuissent, etiam cum medij tẽporis fructibus. [u] hoc enim videbatur legi. [x] Nobis autem nõ satis hoc placuit: sed volumus, vel si vsusfructus detur per largitatem, aut mortis causa donationem factam inter viuos, in quibus licet etiã donari: [y] si relinquatur, & accipiens ad secundas veniat nuptias, manere [z] sic quoque [a] vsum, donec supersit qui hunc habet vsumfructum: nisi expressim ille qui donationem [b] (sicut dictũ est) fecit, aut hũc reliquit, [c] siue masculus, siue fœmina, dixerit velle ad secundas veniente nuptias eo qui vsumfructum accepit, solui [d] eum, & ad suam reuerti proprietatem.

CAP. XIII. *Si vsusfructus dotis nomine vel propter nuptias donationis constituatur, vt ille semper maneat.*

Qui lucratur vsumfructum ex dote, ipsum non perdit: licet transeat ad secunda vota, etiã si dans in vltima voluntate dispoſuerit quòd eum perdere debeat transeundo. Ang.

SED hæc [e] quidẽ de iis quæ per largitatem dantur, diximus. si autem in dotem aut in sponsalitiam [f] largitatem rerũ vsusfructus detur, nil penitus innouetum de ea lucranda, & propter secundum matrimonium amissa proprietas est. nam vsumfru. lex seruat, & est legalis vsusfru. vt. s. eo. §. si vero sit soboles. Idem tamen potest dici etiam in supradicti casus positione: vt in neutro horum casuum possit perire vsusfru. per voluntatẽ testatoris. Sed nunquid & in vsufru. aliorũ lucrorum & proprietatis erit idem, vt nó possit interdicere quo minus habeat vsumfructũ quem dat lex: vt. s. e. §. si vero sit soboles? Respõ. quidam, vt Azo, qꝑ non, immo semper potest interdicere. Alij dicunt idẽ, nisi in ipsa donatione proprietatis hoc dixisset: vt probant ex fi. huius. §. vbi generaliter dicit, quod enim &c. Ego puto posse distingui. aut enim est tali modo data ꝓprietas, qꝑ potest reuocari, vt per legatũ & donationẽ inter viuos & inter coniuges: quo casu potest interdicere ne lucrentur si ad secundum matrimoniũ transeant: vt. s. proxi. §. & quia est ambulatoria voluntas vsq; ad supremum vitæ exitum: vt. ff. de adi. lega. l. iij. §. fi. si aũt ab initio tenuisset, quod est quãdoq;, vt diximus. s. proxi. §. vnde non potest reuocari: tunc non potest interdicere, vt & in dote hic dicitur, & do. propter nupt. vt hic, nisi in ipsa donatione

A si vir. licet communi iure impediatur: vt. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. j. ij. &. iij.

z *Manere.* sed quare secus in proprietate, quę perditur: vt supra eo. §. si vero sit soboles? Respõ. quia adeo parum in vsufructu durat, vt lex de eo non curaret. parua enim esset pœna eum amittere: cum & aliis modis facilè possit amitti vel capitis deminutione, vel morte, & sic nec quæsitus videtur, cum parũ sit duratur[9]: vt. C. communia de lega. l. fina. §. sed quia.

a *Sic quoq;.* id est sicut si non fuisset contractum secundum matrimonium. †Theodosii. Cont.

b *Donationẽ fecit.* scilicet inter viuos.

c *Reliquit.* in vltima voluntate: vt. ff. de tab. exhi. l. j. ĩ fi. Sed quid si donauit inter viuos: ita quòd tunc non valeat, sed morte cõfirmetur? Respon. idem, quia donationi ab initio validę comparatur: vt. C. de dona. inter vi. & vxo. l. donationes.

d *Solui.* id est dissolui vel finiri: vnde dicitur, iste soluit templum: vt ĩ passione Christi. Ac.

e *Sed hæc.* quæ proxi. §. diximus.

f *Sponsalitiam.* i. donationẽ propter nup. sic improprie ponit. j. vt spõ. lar. in prin. col. ix. & no. hunc. §. posse intelligi quando vsusfru. datur in dotem vel donationẽ ꝓpter nup. inito pacto: vt secundum pactũ debeat lucrari: & non perdat licet ad secundum vadat matrimonium: vt colligitur ex nouel. e. titu. sed secundum hæc nõ ex lege lucratur hunc vsumfructũ, sed ex pacto magis: nisi dicas qꝑ lex defendat talem vsumfructum: licet aliàs iure communi perdat propter secundum matrimonium. Vel dic vt puto, hũc. §. loqui quãdo ꝓprietas plena data fuit in dotem, & pa-

BIU Cujas

donatione hoc fuisset expressum: vt. C. de pact. l. traditionibus. & C. de re. permu. l. rebus.

a *Sancita.* & ab aliis: vt. C. de secun. nup. l. iij. & à nobis: vt. ẽ. eo. §. si vero sit soboles.

b *Decies.* sic. ẽ. de hære. & Fal. & hic quidem. &. ẽ. de leno. §. j.

c *Ex lege.* Hic not. arg. q̃ iuri communi renũciari nõ potest: quod plene dic vt diximus. j. vt sine prohi. ma. cre. & deb. §. propterea. col. vij.

d *Legum.* id est legum tractantium de vsufru. vel dic vsusfr. legitimi. nã alius cõstituitur pactionibus, id est stipulationibus: & in testaméto: vt insti. de vsufr. §. j. alius lege cõstituitur, qui legitimus dicitur: qué habet pater in bonis filij, vt subiicit. & superstes cõiunx in lucris ex priore matrimonio: vt supra eo. §. si vero sit soboles.

e *Cõstitutionibus.* Tres sunt quæ tractãt de acquisitis ex linea materna: vt. C. de bo. ma. l. j. &. ij. &. l. fin. Item duæ quæ tractant de acquisitis ex nuptiali lucro: vt. C. de bo. quæ lib. l. j. &. l. quæcunque. Item duæ quæ tractãt de acquisitis aliunde: vt. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. &. l. fi.

f *Veniat.* f pater.

g *Casu.* i. amissione.

h *Leges.* quas modo nominauimus. nã eoipso quòd non dicit perdi, nõ perditur licet ad secundũ transeat matrimonium pater: imò etiam expresse dicunt aliquæ earum legum q̃ nõ perdat: vt. C. de bo. ma. l. fi.

i *Castrensium.* hæc enim & veteri & nouo iure in solidum & plene filiis acquiruntur: vt ff. de col. bo. l. j. §. nec castrense. &. C. de bo. quæ. lib. cũ oportet. §. exceptis castrẽsibus. & §. eadem obseruando. nec mirum: quia paterfamilias est quo ad hęc: vt. ff. ad Macedo. l. ij.

† *Et sic p̃pter ingratitudinẽ reuocatur donatio i casibus exp̃ssis. & cõcor. c. p̃pter eius. & i. c. vlt. in glo. i. in fi. extra de dona.*

k *Reuocare.* Hic est vna pœna secundo nubentis inter cæteras.

l *Nisi tamen.* No. tribus ex causis tantũ fieri reuocationé donationis, cũ aliis multis modis possit fieri: & per multas ingratitudines: vt. C. de reuocã. do. l. fi. & ẽ. vt liber. decæ. §. j. colla. vj. & facit ad hunc. § C. de reuocan. do. l. his solis. Nũquid idem in patre accipiẽte secundam vxorem? Rñ. non: quia non inuenitur. nec ergo & nos à iure cõmuni recedimus: vt. C. de ap. l. præcipimus. §. fin. & quia non est verisimile quòd mutet voluntatem propter vxorẽ, sicut vxor propter virum, vt dicitur hoc. §. & argu. instit. de iniur. §. patitur. &. C. de interdic. ma. l. curatorem. &. l. antepe. & pe-

a Concor. c. si diligenti. extra de foro compe.

† Cõcor. 28. di. c. de liis.

uamus: sed dudum sancita [a] teneant, & maneant apud accipiẽtes donec viuunt, licet decies [b] milies contrarium aliquid velint morientes. Quod enim † ex lege [c] datũ est lucrũ: priuatus auferre modis omnib' nõ valebit.

CAP. XIIII. De reb. maternis vel nuptialibus lucris vt in his pater non amittat vsumfructum.

Pater vsumfructum sibi per filiũ acquisitũ, per transitum ad secũda vota nõ amittit: in castrẽsi & quasi nihil inouatur. Bar.

QVONIAM omnino ad memoriam de vsufructu legũ [d] venimus: illud quoque misceri legi bonũ est, quod tribus pridem dictũ est cõstitutionib' [e]: quòd omnium pater horũ quæ ad filios veniunt, siue ex materna linea, siue ex nuptiali filiorũ causa, siue aliunde, vsumfructũ habeat, licet ad secundas veniat [f] nuptias. Vsum nãque eorum donec viuunt manere sine casu [g] etiam ante nos omnes volunt leges, [h] & in maternis, & in aliis omnibus: & nos similiter dicimus. Castrensium [i] verò & quasi castrensium iam peculiorum excipiatur ratio.

CAP. XV. Si mulier res quas filiis donauerit, quasi ab ingratis post secundas nuptias reuocare voluerit.

Transiens ad secundas nuptias, donationem antè collatam in filium, ex causa ingratitudinis non reuocat, nisi ex tribus casibus pro omnibus liquidatis in promptu existentibus. Ange.

MATER tamen donans aliquid filio de suo, si ad secundas venerit nuptias, non poterit per occasionem ingratitudinis reuocare [k] quod datum est. Nõ enim ex pura videtur voluntate ingratitudinem introducere, sed secundas nuptias considerans, ad hanc venisse cogitationem putabitur: nisi tamen [l] † aperte filius aut circa vitam ipsam insidians matri, aut manus inferens impias, aut circa substãtiæ totius ablationem agens aduersus eam aliquid declaretur.

CAP. XVI. Vt secundo marito copulata mulier, prioris viri dignitatib. vel priuilegiis non vtatur.

Mulier ad secundas nuptias veniens, prioris viri dignitatẽ & priuilegia amittit: secundi acquirit & retinet. Bartolus.

NON tamẽ permittim' [m] mulieribus ad secundas venientibus nuptias, adhuc velle priorum maritorũ dignitatibus aut priuilegiis vti: sed ad quale post priorem venerint matrimoniũ, illius amplectãtur fortunam. [m] quæ enim priorũ [n] oblita [o] est: non rursus ex prioribus adiuuabitur.

CAP. XVII. De libertinis mulierib. quæ patronis suis cõiũctæ sunt. B

Si manumissor ancillam quam manumiserit, ducat in vxorem, & postea diuertat, non poterit illa nubere alii, inuito primo marito: & si contrà fecerit, non erit matrimonium, sed fornicatio. Ange.

IVCVNDVM quoq; illud, & non extra pietatem, à diuæ memoriæ Alexandro [p] super alios plurimos antiquorum legislatorum determinatũ est, vt si quis manumiserit ancillã, deinde eam ducat vxorem: at illa (vt videtur) elata & epulata [q] soluerit circa manumissorẽ matrimonium: non sinit lex ad secundas nuptias venire inuito C priore marito: sed deinceps nuptias, fornicationem iudicat & corruptionem, sed non nuptias, nec matrimonium, ex quo iniuriæ non decentes ei qui libertatem imposuit, fiunt.

CAP. XVIII. Vt pupilli apud matrem educentur, si vitricum eis non induxerit.

Filius debet educari apud matrem, nisi ad secundas nuptias conuelauerit. Ange.

EIVSDEM * quoq; principis [r] illud inuenientes, dignum putauimus partem nostræ facere sanctionis. quoniam omniũ [s] mater fide dignior ad filiorum educationem videbatur, dat ei D etiam hoc hæc lex, [t] nisi ad secundas accesserit nuptias.

CAP. XIX. Si adhuc constante matrimonio dotem maritus vxori suæ persoluerit.

Dotes constante matrimonio restitui non debent. aliàs donationis instar obtinent: & maxime si ad secundas peruenerit nuptias. Angel.

DOTES autem quas acceperint contrahentes, [u] nõ dabunt [x] facilè mulieribus constãtibus adhuc matrimoniis, nisi tantũ ex causis quas lex [y] enumerauit. alioqui si quid tale gessit

m *Fortunam.* vt dicatur vel consularis mulier, vel in alia dignitate, ex statu præteriti mariti, & non præteriti: licet si secundum nõ accepisset, dignitatem primi retineret, licet obiisset mortu': vt. ff. de senatu. l. j. &. l. fœminæ nuptæ. &. ẽ. §. soluto. in prin. & sunt hæc verba nisi quando per priuilegium habet hæc mulier: vt. ff. de senatu. fil. fac. ad hunc. §. j. de insti. §. sinautem etiam. C. de nup. l. cũ te. & ad munici. l. filij. §. j.

n *Priorum.* dignitatibus quas habebat per primum virum. Ac.

o *Oblita.* nubendo secundo.

p *Alexandro.* vt. C. de incest. nup. l. ij. & facit ad hunc. §. C. de ædif. priu. liber. l. libertæ. &. ff. de repu. l. fina.

q *Epulata.* no. saturã nõ sic discerneres vitiosum. & facit insti. de succes. sub. §. fi. &c.

r *Principis.* f. Alexandri præceptum: vt. C. vbi pupil. edu. l. j. de.

s *Omnium.* tutorum, gnatorum, & similiũ.

t *Dat ei etiam hæc lex.* non solum Alex. vt. apud matrem alatur & facit. ff. vbi pupil. educ. de. l. j. Sed quæritur quare si contrahat secundas nuptias, non permittitur educatio matri, cum apud vitricum possit esse tutela pupilli: vt. C. de contra iu. tu. l. fin? Respõdeo aliud in educatione, quia posset vitæ eius periculosa esse, quæ tutela. Vel quòd non permittitur, verum est si à testatore, non à lege vel lege. Item et contra hunc. §. j. vt lucra. & auie. §. illud. colla. viij. Solu. vt ibi Accu u *Contrahentes.* licet matrimonium non Accursius

x *Dabunt.* id est restituent.

y *Ex causis quæ.* immobiliter siue in genere hæc dictio ponitur. recipitur. sunt autẽ causæ vt se & suos alat, vel vt fundum idoneũ emat, vel relegato patri expensam det, vel egentem virum & patrem vel matrem alat: vt. ff. de iure do. l. mutus. §. manẽte. Item vt supra dictas personas ab hostibus redimat: vt. ff. solu. matri. l. quamuis

Item

BIU Cujas

serint:instar donationis,[a] quod agitur,hoc ipso esse videtur. Et si moriatur mulier:recipiēt dotes qui dederunt[b] eas immaturè[c] mulieribus mariti,ab hæredibus mulierum,cum medij tēporis fructibus,[d] ipsi & hæredes eorum, & habebunt in lucrum secundum pactum. Et si ad secūdas venerint nuptias viri,seruabūt sine alienatione hęc filiis:hoc videlicet quod generaliter constitutum est.[e] Si verò non contigerit accipere cōtrahentes dotes,adhuc constante matrimonio:etiam post mortem vxorum secundum legem ab illarum percipient[f] hæredibus,sicut scriptura vult dotis.

CAP. XX. Si mulier filiorū suorum tutelam administrauerit,& ad secundas migrauerit nuptias.

Mater deserta filiorum legitimorum vel naturalium tutela contra sacramentum, si ante rationes redditas ad secundas nuptias cōuolauerit: easdē pœnas patitur,quas mulier intra tēpus luctus nubēs:& dissolutionē pœnarum eisdem modis consequitur. Ange.

SI autem tutelam gerat mulier[g] filiorum,(palam est,quia impuberum existētium)iurās[h] non ad secundas venire se nuptias,deinde contēnens & prius connubium & iusiurandum, ad maritum veniat secundum,non prius tutorem[i] petens, & rationem reddens,& exoluens omne quicquid hinc[k] debet: nō solū quæ eius sunt,[l] in hypothecam habere lex[m] permittit filiis:sed etiam mariti[n]† substantiam trahit[o] cum hypothecis: ipsi[p] quoque interdicit[q] filij successionem[r] impuberis morientis:licet ex substitutione[s] pater eam venire ad filij dixerit successionem. Sed hoc quidem priores nostri.†[t] Nos autem miramur quòd mulierē sic impiam cōstitutam,vt etiā hoc ipso iusiurandum negligeret,& sic ad immaturas nuptias deueniret,tribus maximis neglectis, Deo,& defuncti memoria,& charitate filiorū:ita paruis subdiderunt pœnis:& illam quidē quę ante luctuosum nubit tempus,& nec omnino mater filiorum consistit,puniunt amarè:[u] & licet filios non habeat, propter solam honestatem[x] hoc agunt:[y] mulierem[z] verò sic effusam concupiscentiis,vel non[a] ipsis subdiderūt pœnis quas sustinent quæ ante lugubre tempus ad secunda vota declinauerunt. Ideoque sancimus eas quę sic pestiferè[b] decętero prę-sument mulieres: super dudum præcedentes[c] pœnas,& has sustinere omnes,quas primit[d] diximus super his mulieribus quæ ante lugubre tempus nubunt:& infamiam & omnia alia his inferentes:& solutionem pœnarum eis dantes, eandem quam etiam illis,vt supplicent imperatori, & mediam portionem dent filiis suarum rerum, neque vsufructu apud eas manente: & simpliciter æqualem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem,ei quæ ante lugubre tempus nupserit. Si verò etiam naturalium tutelam gerat filiorum,(nam hoc quoque præbuimus[e] ei) tamen ad virum veniens,& non hæc agens quæ prius dicta sunt, iisdem subiaceat pœnis. Prouidentia verò sit per prouincias quidem agentium præsidibus, hic autem gloriosissimo præfecto fœlicissimæ huius vrbis vnà cum prætore,cui huius vrbis cura est, vt volente ad nuptias venire tutelam gerente muliere,& ordinetur minoribus tutor, & rationes suscipiātur: & quod mater debet occasiōe gubernationis,hoc reddatur.

CAP. XXI. Si sub cōditione pater vel mater legatum liberis suis reliquerit,confirmat legem Zenonianā. Contius.

Pater iussus dare filio legitimam in diem vel conditionis euentum,non caueat ei de legato soluendo, nisi ad secunda vota transeat. Angel.

PLACET quoque nobis Zenonis piæ memoriæ constitutio,[f] volens,patrē,[g] si iubeatur proprio filio[h] legatum sub conditione aut die dare,non aliter exigi pro donatione legatorum cautionem hanc, videlicet quæ legatorum seruandorū causa vocatur:nisi secūdas pater[i] cōtraxerit nuptias. sit enim & hæc secūdò nubētibus pœna.

CAP. XXII. De clericis qui nuptias contrahere non possunt. Supra Nouel. 6.

Clerici nisi cantores vel lectores sint,nuptias non possunt contrahere. sed si cantor vel lector ad secunda vota migrauerit,ad culmen sacerdotii non ascendit. Item laicus vxore dimissa in virginitate suscepta,potest promoueri ad sacerdotium,aliàs secus. Angelus.

SED & si quis inter reuerendissimos cōstitutus clericos(vltra lectorē aut cantorē dicimus) omnino cōtraxerit nuptias:hūc ex nostra cōstitutione cadere sacerdotio cōstituimus[k] atque volumus.[l] Si verò lector existēs,& nuptias faciens,deinde propter aliquā ineuitabilem necessitatem[m] ad secundas veniat nuptias,nequaquam ad maioris sacerdotij ascēdet culmen: sed illic† manebit apud mulierem, affectum illius

---

Item vbi maritus ad inopiam vergit: vt. C. de iure do. l. vbi adhuc. & facit ad hunc. §. ff. de relig. l. sic pro rata. §. j. & ff. solu. ma. l. si constante. j. respon. & infra de equa. do. §. illud. col. ij. &. C. si dos cōstan. matri. sol. fue. l. j.

a *Donationis.* scilicet prohibitæ inter cōiugesed secundum hoc semper videtur quòd possit solui constante matrimonio. nam donatio potest reuocari, vt hic subiicit:ergo iure compensationis potest esse securus maritus? Respon. nō est ita. nam non tenetur compensare quæ dono accepit vere vel præsumptiue, vt sint hic: nisi quātō locupletior est: vt. ff. de do. inter vi. & vo. l. si sponsus. §. fin. & l. seq.

b *Dederunt.* id est reddiderunt.

c *Immaturè.* id est nimis cito. Accursius.

d *Fructibus.* extantib⁹ & etiam consumptis,de quibus tamen fuit locupletior: quia tātundē aliàs de suo erat impensura: de aliis non: cum non in plus quàm sit locupletior, teneatur: vt dictum est,& p. batur. ff. de pe. hære. l. fel & si lege commissoria. §. quod autem.

e *Constitutum est.* vt. s. eo. §. si vero sit soboles. Accursius.

f *Percipient.* sed nón-ne dolo facere videtur cum restituturus esset: vt. ff. de doli except. l. dolo? Respon. nō: quia lucraturus erat marit⁹ ex pacto. aliàs nō habet locū quod hic dicitur.

g *Si autem mulier.* qđ est speciale in matre. quod dic vt. j. de hære. ab intesta. §. ex his.

h *Iurans.* quod hic de iureiuran. dicitur, corrigitur. j. vt matres debi. & credi. §. fina.

i *Tutorem.* s. dandum filiis. Accursius.

k *Hinc.* aliàs huic:& aliàs hinc.

l *Eius sunt.* s. mulieris.

m *Lex.* vt. C. quando mu. tut. offic. l. ij. §. sed ne.

n *Mariti.* secundi.

o *Trahit.* lex ista.

p *Ipsi.* marito.

q *Interdicit.* lex ista.

r *Successionem.* vt. C. quando mu. tu. offi. l. ij. & insti. ad Tertul. §. fi.

s *Ex substitutione.* scilicet pupillari: vt. C. ad Tertul. l. omnem.

t *Priores nostri.* scilicet qui dixerunt faciēdo. ll. quarū modo mētionem habuimus.

u *Puniunt amarè.* scilicet priores nostri: vt C. de secun. nup. l. j.

x *Honestatē.* quā coruperunt.

y *Agunt.* s. sapientes.

z *Mulierem.* tutricē.

a *Vel non.* vel p saltē.

b *Pestiferè.* id est mortaliter: quia mortem ęternā expectat qui pierat. aliàs est in litera, periurat. *Peierans mortē aternā expectat.*

c *Præcedentes.* id est præter eas quas modo diximus de successione,& de aliis in princ. huius. §.

d *Diximus.* vt supra eo. §. si igitur. &. C. ad Tertullia. l. si qua. Ac.

e *Præbuimus.* vt. C. quando mu. tut. offi. l. fina. & facit institu. ad Orfi. §. j.

f *Constitutio.* vt. C. ad Trebellia. l. iubem⁹. §. in supradictis.

g *Patrem.* nepotis.

h *Filio.* id est nepoti testatoris. Accursius.

i *Pater.* i. iste filius.

k *Constituimus.* vt. s. quomodo oporteat epis. §. neque autem.

l *Volumus.* s. nunc.

m *Necessitatem.* vt sanguinis caliditas: vt. s. de nó eli. §. eū igitur. ibi, si aūt nō voluerit &c. & s. quo. opor. epi. §. quāta. col. j. & fa. ad hūc. §. j. de sā. epi. §. si verò futur⁹. &. §. si vt post. &. §. si vero lector. col. ix. & C. de epis. & cleri. l. eū

† *De castitate vide bo. tex. 5. c. 2. 27. q. 2.*

qui.& supra quomodo opor.episco.§.neque vxori.colla.j.

a *Illius.* scilicet mulieris.

b *Quæ verò.* hic not. circa hanc materiam quadruplex esse ius: vetustissimum, & vetus: & nouum, & nouissimum. & primo sic cauebat, vt distinguerem[a] an relinquebat simpliciter vt nuberet, an vt certæ personę puta Titio, nuberet: an econtra simpliciter vt nō nuberet: an vt Titio nō nuberet. Primo casu valet, cum vtile sit reipub. matrimonia fieri ad sobolem procreandam: vt.ff.solu.ma.l.j. Item & secundo valet si illi certæ personę honestè nubere potest, non aliàs: vt.ff.de condit.& demon.l.cum ita legatum.§. videamus. In tertio autem nō valet conditio, & remittitur quasi contra publicam vtilitatem inducta. Idem dicas si dixerit vt alicuius arbitrio nubat. At in quarto valet cōditio, nisi in fraudem hoc fuerit factū: quia forte alij nubere non potest: vt.ff. de condit. & demon.l. cum tale legatum.§. rescriptum est.&.§. Mæuiæ.&.l. hoc modo. & his casibus quando cōditio nō valet, nec cautio Mutiana locum habet: quæ habet locum quando in non faciendo est cōditio, quæ tamen valet, vt.ff.de cōdi.& demon.l. Mutianæ. Iure vero veteri Iulius quidam Miscellus distinxit: aut ante annum petit legatum, & tunc iuret se nō nubere: aut si nubat, spe filiorum, non libidinis causa nubat. aut post annum, & tunc caueat tantum, non autem iuret, vt puto: licet quidam cōtradicant de iuramento: vt in qualibet conditione quę est in non faciendo: vt in hoc.§.in prin.vsque illuc, nos igitur &c. Iure verò nouo remittitur huiusmodi sacramentū, vt in hoc.§.nos igitur &c. &.C. ad.l. Iul. Miscel. (aliàs Viselliam.)l.j. Iure autē nouissimo aliter constituitur. quod dic vt in hoc.§.ibi, vnde sancimus &c. & hæc omnia tam in masculis quàm in fœminis: vt.C.ad le. Iul.Miscel.l.fi.

Ius est quadruplex.

Mutiana cautio quādo locū habeat.

† ὁ Κόϊντος *Miscellus, &c. subaudiēdum vēmos. i. lex Iulia Miscella. vetus interpres & Haloander pro ipso legislatore acceperūt, hoc*

illius[a] præponens meliori prouectui. Si verò cum sit laicus, ad ordinationē subdiaconi, aut diaconi, aut presbyteri venire voluerit, deinde appareat mulierem habens non ex virginitate sibi copulatam, sed aut disiunctam à marito, aut aliter non ab initio mox sibi legitimè cōiunctam: aut etiam ipse ad secundas venerit nuptias: nō impetrabit sacerdotium, sed & licet latenter ad hoc venerit, omnino eo cadet. B

CAP. XXIII. *Si maritus ita reliquerit vxori, si ad secundas nuptias non transeat: & ad legem Iuliam Miscellam.*

Legatū sub conditione prohibendarum nuptiarum relictū à viro vel vxore vel extraneo, valet: & cōditio seruari debet: aliàs legitimam perdit, & restituitur solutum cum fructibus & accessionibus medii temporis, iuratoria cautione vel fideiussoria præstita, secundum qualitatem personarum & rerum. Angelus.

QVAE verò[b] nunc sequitur causa, est antiqua, & multas quidem suscipiēs correctiones C non ab aliis[c] solum, sed etiam à nobis: non tamen ad summam sui veniens rectitudinem: quā[d] nunc sectantes, præsentia[e] sancimus. Lex enim quæ vocatur Iulia Miscella, lex antiqua, lex vetusta, filiorum procreationis præponens[f] studium, permittebat mulieribus, licet vir prohiberet, & aliquid ob hoc relinqueret[g] quatenus non ad secūdas veniret nuptias, tamen & ad virum venire, & iurare quia filiorū causa hoc ageret: & quod relictum erat, acciperet. & hanc quidem in annum dabat[h] mulieribus licentiā. Eo autē transeunte, D [i] si vellet accipere relictum, non aliter licebat mulieri hoc accipere, antequam cautionem [k] exponeret, quòd[l] ad secundas non veniret nuptias. sed hanc quoque adiectionē[m] ipse Iulius Miscellus † adinuenit: [n] sed Quintus Mutius Scæuola hæc præsanciuerat, super omnibus[o] quippe pendentibus

c *Aliis.* scilicet imperatoribus.

d *Quam.* scilicet rectitudinem, vel dic quam causam.

e *Præsentia.* neutri generis est.

f *Præponens.* s. omnibus aliis. & expone, id est præsentis tēporis.

g *Relinqueret.* scilicet vxori.

h *Dabat.* lex Iulia.

A i *Transeunte.* scilicet anno.

k *Cautionem.* scilicet Mutianam: quia cauebatur de aliquo non faciendo: vt.C.ad leg.Iul.Miscel.l.j.in prin.&.ff.de cōdit. & demon.l.Mutianæ.& erat hæc iuratoria, vt quidam dicunt. Accur.

l *Quòd ad.* & est hic quidam modus cautionis.

in causarum prohibitionibus[p] huiusmodi adinueniens cautionem. Nos igitur videntes plurimas mulieres desiderio nuptiarum, non propter filiorum procreationem, sed propter necessitatem[q] & iurantes & nubentes, & transcendentes morientiū voluntates, existimauimus[r] prius interim sacratiorem[s] mederi partem, & [t] periurium eis cohibere, [u] nec sinere talia subire iuramenta, in quibus omnino periurium promptum est. Nam nec illud inerat legi, vt oporteret sine filiis existentes mulieres hoc iurare[x] sacramentum: sed etiam filios habentibus hoc adiacebat iusiurādum, quod Deum simul[y] & defuncti[z] animam contristaret: cùm vtique periurium quidem esset in promptu: filiorum verò procreatio in casu sine muneribus[a] reiaceret. [b] Quia igitur hac [c] nostra sancimus lege iusiurandum eis[d] auferentes, [e] & talem permittentes relictorum perceptionem: [f] considerauimus (quoniam[g] alterū quoque rerum[h] à nobis prætermissum est) oportere & defuncti animæ [i] mederi. Quapropter præsentem ponimus legem. nō enim volumus deficientium[k] nihil illicitum habentes voluntates frustrari. Si enim diceremus oportere mulierem omnino viro præcipiente non nubere, hoc custodire: pro amaritudine habuisset hæc merito lex: nunc autem cum secundo præsto sit lex, scilicet vt si voluerit nubere, accipiat quod relictum est: [l] nouissimi sceleris est despicere volūtatem defuncti, ita fluctuantem, vt ei detur licentia nubendi, & accipiendi quod relictum est, & per omnia contristandi priorem maritum.[m]

NOVVM IVS. Contius.

Vnde sancimus, si quis prohibuerit vxorem ad aliud venire matrimonium, siue etiam

m *Adiectionem.* s. post annum. Accur.

n *Adinuenit.* hic videtur deesse quoddam non. vel dic, adinuenit quo ad matrimonium & tunc sine non legitur. & quod sequitur præsanciuerat, quo inuentionem.

o *Omnibus.* scilicet lictis.

p *Prohibitionibus* liàs prohibitiones est sensus, quòd Scuola inuenit hanc cautionem vt haberet cum in illis conditionibus quæ cōstituere prohibendo vel nō ciendo: vt relinquo bi si non ascenderit pitolium.

q *Necessitatem.* scilicet talem qualem nodo habuimus. s. prolis scilicet libidinis.

r *Existimauimus.* scilicet ante legem illam vt.C. ad legem Iuliam Miscel.l.j.

f *Sacratiorem.* quia sacramento. & fiat sine prohi. ma. debit credi.§. propterea cōla.vij.

t *Et.* pro id est.

u *Cohibere.* id est prohibere iuramentum fiat.

x *Hoc iurare.* scilicet ad secundas non ire nuptias.

y *Deum simul.* propter iuramentum

z *Et defuncti.* pro idem iuramētum causam dederat prādi. vel propter dum matrimonium detur defuncto fiat iniuriam.

a *Muneribus.* scilicet diuinis.

b *Reiaceret.* id est est dubium an haberet lios ex matrimonio, in deo sit.

c *Hac.* supradicta lege, scilicet secunda C. ad leg. Iul. Miscel.

d *Eis.* mulieribus.

e *Auferētes.* s. ne vltra iurent se nō nuptias

f *Perceptionem.* scilicet legatorum.

g *Quoniam alterū* interpositio est.

h *Rerum.* id est vnum duorū prætermissum

vsque nunc. s. defuncti voluntatē seruari: & ideo nūc dicere vol

i *Animæ.* id est voluntati.

k *Deficientium.* id est morientium.

l *Relictum est.* scilicet ea lege ne nuberet.

m *Priorem maritum.* qui noluit eam nubere.

Mariam

BIU Cujas

vxor maritum: [a] (idem nãque [b] est vtrinque) & pro hoc aliquid reliquerit: vnam ex duabus cõditionem [c] habere contrahentium alterum: aut ad nuptias venire, & renuntiare præceptioni: aut si hoc noluerit, [d] sed honorat [e] defunctum, omnino abstinere decætero nuptiis. Sed vt non causa suspensa [f] sit, & post tempora forsitan longa reuertatur rursus exactio: [g] propterea bene nobis visum est huius rei determinare [h] causam, & vsque ad annum quidem non esse penitus petitionem relicti: nisi tamen modus sacerdotij [i] aduenies alteri personarũ statim præbeat exceptionem: vtpote nequaquam nuptiarũ existente spe. Si verò transire contigerit annale tempus: damus quidem personæ huic accipere quod relictum est: non absolutè tamen, nec simpliciter: sed si quidem immobilis fuerit res, non aliter hanc accipere, nisi iuratoriam cautionem [k] exposuerit, & suppositionem suas res (hoc quod tacitè ex hac lege damus [l]) vt si ad secundas venerit nuptias, reddat [m] quod datum est, tale quale percepit restituens, & quos accepit in medio fructus. Si verò mobilis fuerit res: si quidem idoneã habeat substantiam persona volens accipere, dari [n] quod relictum est, sub eadem cautione [o] & iisdem hypothecis. [p] Sed si quidem aliquid aliud [q] mobilium fuerit: tale restitui, quale recepit: aut deminutionis medeatur partem. [r] Si verò pecuniæ fuerint, etiam cum vsuris quas inde percipere valuerit: iureiurando [f] restituentis hoc iudicando. Si verò non mutuauerit quidem, sed vsus est: tertiæ centesimæ reddat vsuras. Si vero non valde locuples [t] fuerit: etiam fideiussorem hũc exigi. Si autem non valuerit fideiussorem dare: tunc sub iuratoria cautione, & hypotheca (secundum quod dictum est) suarum rerum accipiat quidẽ quod relictum est: mox autem vt ad secundas nuptias venerit, hoc ab eo qui dedit, vindicetur, apud quãcũque apparuerit personam, tanquam si ab initio neque datũ fuisse videretur. quod in omni restitutionis casu, siue mobile siue immobile sit quod futurum est reddi, valere sancimus. Si verò vsus [u] fuerit quod relinquitur: minus idoneè vero se habeat [x] ad fideiusionem: & nec ipse dignus sit cui hoc credatur: [y] manere quidẽ apud illum à quo relictum est: ex tertia verò centesimæ eius vsuram præstari: quam vsque tunc soluat, [z] donec aut secundas ille [a] contrahat nuptias (quando & restitutio [b] præstitarum vsurarum suscipiet facultatem) aut fiat manifestum nullatenus posse istum ad nuptias peruenire, siue secundum modum sacerdotij (tunc enim ei [c] dabit quod relictum est) siue morte. accipiẽt enim hoc omnino eius hęredes, [d] nihil neq; de datis vsuris reddentes. Hanc ipsam autem introducimus obseruãtiam & eundem intellectum etiam si non coniuges alterutris sub tali [e] reliquerint conditione: sed aliquis alius extraneus siue viro siue mulieri sub tali conditione dari quid voluerit, scilicet fortuitorum casuum: secundum suam naturam lege super his tam in præstandis [f] quàm in restituendis [g] conseruata. Hæc igitur ex iam nuper factis à nobis [h] occasione Iuliæ Miscellæ † constitutionibus retribuimus: [i] alia [k] verò sint firma secundum terminos & casus secundũ quod hęc exposuimus. [l] Præfatæ autem à nobis obseruationes [m] dentur, si institutionis sit pars [n] aut legatum, hæredibus [o] aut substitutis, aut illis à quibus hæc relicta sunt: [p] sed si

a *Maritum.* scilicet prohibuerit ad aliud venire matrimonium: cui marito specialiter legatum hoc adscripsit secundum R.

b *Idem nanque.* interpositio est. & quod dicit hic, vtrinque: siue vxor marito, siue maritus vxori reliquerit hac conditione: vt hic, &. C. ad legem Iul. Miscel. l. fin.

c *Conditionem.* id est electionem.

d *Noluerit.* scilicet renuntiare. Accursius.

e *Honorat.* scilicet nõ nubendo secundo.

f *Suspensa.* donec secũdum matrimonium expectatur.

g *Exactio.* id est repetitio legati. Accur.

h *Determinare causam.* per hãc constitutionẽ.

i *Sacerdotii.* nam ex quo erit sacerdos, non poterit vxorem ducere aliam. Idem de quolibet in sacro ordine posito: vt supra eod. §. proxi. & econtra: quia mulier facta est monacha, vel aliter vouit cõtinẽtiam: vt infra vt li. mo. & auiæ. §. quia vero ex consensu.

k *Cautionem.* scilicet de restituendo legato cum eius fructibus, si ad secundũ venerit matrimonium, vt hic subiicit ibi, vt si ad secundas &c.

l *Damus.* scilicet hypothecam rerum percipientis prædictũ legatum. & fa. C. de rei vxo. actio. §. vt plenius. & C. commu. de leg. l. j. & C. de admi. tu. l. ꝓ officio. & de epis. au. l. de creationibus.

m *Reddat.* scilicet hæredi, vel cõiuncto, vel substituto, vel ab intestato venienti, secundũ Ro. vt. j. eo. §. præfatæ.

n *Dari.* s. volumus.

o *Cautione.* scilicet iuratoria.

p *Hypothecis.* scilicet tacitis.

q *Aliud.* scilicet à pecunia numerata, vt subiicit.

r *Partem.* id est totam partem deminutam: & sic vt totum damnum redundet in legatariũ. nec mirum, cum malæ fidei esse ꝓsumitur. aliàs enim fructus non redderet: vt insti. de re. diui. §. si quis à non domino. Vel dic partem dimidiã deterioratio-nis: vt. ff. de verb. sig. l. nomen filiarum. §. portionis. Accursius.

f *Iureiurando.* hoc potest referri tam ad vsuram quàm ad fructus. & no. dari potius sacramentum reo quàm actori: quia fauorabiliores sunt rei: vt. ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. & l. non debet actori. nam aliud vbi ex contumacia reus damnatur in talibus: vt. C. de iudi. l. properandum. §. ij. & l. sancimus. Vel quod est verius, ibi loquitur de expensis quas fecerat actor: vnde sibi liquidæ sunt. econtra de fructibus quos reus percepit: quare & sibi liquidi sunt: vnde vtrobique datur sacramentum scienti veritatem. si autem vterque veritatem æqualiter sciret, vel etiam vna persona plus est suspecta q̃ altera, honestiori sacramentum defertur: vt. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. & ff. de legi. tu. l. legitimos. §. j. in fin. *Sacramẽtũ honestiori defertur.*

t *Locuples.* hęc distinctio sit locuples vel nõ, in re mobili seruatur, non in immobili.

u *Si vero vsus.* hoc responsum dicunt quidã tantum de pecunia loqui, vt sic differat à p̃cedẽtibus: vt in nouel. eo. tit. Vel, vt puto, loquitur de vsufructu & vsuris, quo casu nõ fiet traditio rei, sed vsurarum tantũ: vt. s. de non eligen. secun. nuben. §. aliud. in fi. §.

x *Se habeat.* scilicet legatarius.

y *Credatur.* aliàs datur: & dic. s. legatario.

z *Soluat.* s. ille qui fuit iussus præstare. Acc.

a *Ille.* scilicet legatarius. Accursius.

b *Restitutio.* scilicet quæ fit ei qui legati p̃statione onerat⁹ fuerit.

c *Ei.* s. legatario.

d *Hæredes eius.* scilicet legatarij.

e *Sub tali conditione.* scilicet ne secũdas nuptias contrahat. & hoc si viduę relinquitur vel à marito, vel ab extraneo: vt dictum est. aliud si virgini relinquatur: tunc enim non valet conditio: & sic ius antiquissimum seruatur secundum Io. vt. ff. de condi. & demonst. l. cum tale. §. rescriptũ. & l. cũ ita legatur. §. fi.

f *In præstandis.* legatario.

g *In restituendis.* grauato.

h *A nobis.* C. de indi. viduitate.

i *Retribuimus.* id est adiicimus.

k *Alia.* s. relicta.

l *Exposuimus.* scilicet in aliis tractatibus: puta in titu. de lega. C. & institu. de hære. institu. cum sequen. titu. vbi de aliis relictis tractatur. †*Viselliæ.*

m *Obseruationes.* id est cautiones de restituendo relicto, si secundum matrimoniũ fuerit introductum. Azo.

n *Pars.* quę relinquitur sub ea conditione, ne secundum ineat matrimonium.

o *Hæredibus.* datiui casus sunt. Accursius.

p *Relicta sunt.* puta alicui fuit relictum, & ille grauatus de dando alicui si ille cui grauatur dare, secundum matrimonium non ineat. nam legatarius onerari potest: vt insti. de sing. re. per fideicommiss. re. §. j. Vel dic quòd erat coniunctus illi legatario cui sub hac conditione relinquitur: puta sic, Titio sub conditione si non *Legatarius onerari potest.*

si non secundum ineat matrimonium, lego fundum Cornelianum: eundem fundum Mæuio lego. nam Mæuio cauebit. & est ratio: quia perinde erit ac si nec relictum sit: vt supra eo. §. proxi. ibi, si vero non valde. & tunc ei adiiceretur: vt institu. de lega. §. si eadem. &. ff. de lega. iij. l. re coniuncti.

a *Donatio.* scilicet sit.
b *Heredibus.* s. erit præstanda cautio, subaudi.
c *Conditionem.* scilicet ne secundum ineat matrimonium.
d *Substitutis.* scilicet erit præstanda cautio.
e *Aut omnino.* scilicet deficiente hærede, vel substituto vel coniuncto. & facit. ẽ. de hære. & Fal. §. si quis autem. &. §. sequen.
f *Obseruationes.* id est cautiones.
g *Lex.* scilicet hæc.
h *Donationem.* scilicet reliquit. Accursius.
i *Nullam cautelã.* quo casu non cauetur: quia cũ gratia defuncti interponatur. s. cautio ista: ergo & ipse potest remittere: vt. C. vt in possess. lega. l. ij. &. l. pe. & facit. C. ad Trebel. l. iubemus. §. & in suprà dictis. Accursius.
† *Concor. c. nos quidem. ibi, & cuncta. extra de testa.*
k *Addita.* scilicet legibus antiquis.
l *Ediximus.* id est parum de quadã cautela diximus facienda ab ea persona cui fit legatũ sub ea conditione, ne secundum ineat matrimonium: vt. ẽ. proxi. §. vnde sancimus. &. §. si vero non valde. cuius cautelæ occasione & de ista ponet, & occasione legis huius, & occasione. l. Leonis. ẽ. de non eligen. §. aliud. vt subiicit. Vel dic quòd directo dicit de illa cõstitutione, de nõ eligẽ. §. aliud. quando dicit, ediximus.
m *Constitutionem.* loquentẽ de secun. nup. vt. C. de secun. nup. l. hac edictali. §. his illud adiungimus.
n *Ad eas.* scilicet secundas nuptias.
o *Restituat res.* s. finito vsufructu mulieris.
p *Ab ea.* id est constituimus melius quàm lex Leonis.
q *Quod enim.* hæ duæ partes ponuntur pro quia vel pro certe. Ac.
r *Adiecimus.* sic. ẽ. de non eligen. secun. nub. §. aliud.
s *Et sancimus.* s. nunc.
t *Cõstitutione.* s. in illa de qua diximus. ẽ. de non eligẽ. §. si quis vir.
u *Offerat.* vxori. Accursius.
x *Vsui dominis.* hoc est sicut vsufructuarius conseruet qui est dominus vsufructus.

quidem mortis causa donatio: [a] omnino heredibus. [b] Si verò ex asse secundum talem conditionem [c] conscribatur quis hæres: substitutis, [d] si fuerint, aut omnino [e] iis qui ab intestato vocãtur ad hæreditatem, huiusmodi obseruationes [f] præstentur, vt vndique lex [g] habeat propriã perfectionem: nisi fortè testator & hoc præcipiat, dicens licentiam habere eum cui dereliquit, siue per institutionem particularem, siue ex asse, aut per legatum vel fideicommissum, siue per mortis causa donationem [h] & accipere quod relictũ est, & nullam cautelam [i] dare. tunc enim sequenda est defuncti voluntas. studij enim nostri est, defunctorum cõseruare secundum legem voluntates. †

CAP. XXIIII. De administratione donationis propter nuptias. Idem dictũ fuit. ẽ. Nouell. 2. c. 4.

Si donatio ante nuptias in rebus mobilibus consistat, mater eam accipere debet: & vti frui arbitrio boni viri. Si verò consistat in rebus immobilibus, eam filiis dimittere debet: & cautionem accipere de soluendis vsuris vsque ad tertiam centesimæ. Idem seruandum est in parte quo ad partem, quod in toto quo ad totum. Bartolus.

ET quia parum addita [k] de cautela rerum ediximus, [l] & Leonis nouimus diuæ memoriæ constitutionem [m] de secundis nuptiis, si ad eas [n] veniens mulier non valeat dare fideiussionis cautelam, quia filiis restituat res, [o] tertiam partem centesimæ accipiens: nos causam adhuc melius ab ea [p] constituimus. Quod enim [q] super hoc statutis competentem adiecimus [r] subdiuisionem: & sancimus [s] (hoc quod pridem à nobis in quadam dictum est constitutione [t]) vt si quis offerat [u] res propter antenuptialem donationem: si quidem omnes immobiles constitutę sunt, maneat earum vsus apud matrem ad secundas venientẽ nuptias: & eadem hæc eligat, & non recusęt, neque exigat à filiis pro estimatione earum vsuras: sed diligentiam earum habeat secundum quòd lex dat vsui dominis [x] cõstitutis. cõseruet autem hæc secundum leges filiis superstitibus: aut si omnes [y] moriantur, secundum nostram legem tam sine filiis casu morienti matri, quàm remanentibus filiorũ hęredibus conseruato. Si verò vniuersa constituta est fortè in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio: tantam partem [z] vsurarum accipiẽte matre, cùm prius sancita cautela non exigi [a] à filiis aurum, [b] nisi fortè fine inuidia [c] fit viri facultas, & habeat aurum & argentum, & vestes, & quicquid conscriptum est matri. [d] damus etenim tunc electionem matri, si velit res accipere, & dare fideiussoriam cautionẽ, siue prædictas accipere vsuras: dicimus autem ex tertia parte centesimę tam secundum anteriores leges, [e] quàm etiam secũdum nostras. [f] Si verò permixtæ sint res, & donatio tam in pecuniis quàm in immobilibus rebus sit: immobiles quidẽ omnino manere apud matrẽ, propter quòd alimenta habeat exinde: in rebus vero mobilibus illa tenere, quæ pridem sanciuimus. Si verò contigerit in immobilibus rebus omnia antenuptialis donationis esse constituta: prouideat mulier quòd nõ respuat immobilia, neque imminuta [g] hæc faciat: sed qualia accepit, restituat. [h]

CAP. XXV. De successione matrum in bonis filiorum pro qua parte fiat, & quomodo.

Mater ad secundas nuptias veniens, quandocunque liberis ex testamento succedit, sicut extraneorum quilibet: ab intestato autem cum fratribus defuncti succedit: & in bonis à patre prouenientibus in vsufructu tantum, in aliis vero bonis filio extrinsecus quæsitis succedit in totum: excepta antenuptiali donatione, in quam succedit in vsufructu tantum, ingratitudinis ratione seruata. Bartolus.

HINC nos alia euocat ratio quæ de filiorũ [i] successione est: quam [k] accipient quæ ad secundas veniunt nuptias. [l] Iam pridẽ enim de his scripta est lex [m]

y *Si omnes.* hoc sic intellige: si omnes moriantur filij secundum illam nostram legem. ẽ. de non eligen. casus filiorum non existentium siue pactum in eũ casum seruatur matri morienti, id est quę nunc vltimo moritur: nisi filij dimiserint filios. filiis enim filiorũ permanentibus nõ seruatur matri, sed filiis filiorum: qui sunt hæredes filiorũ, vt subiicit. &. ẽ. de nõ eligẽ. §. aliud. circa fi. &. ẽ. eo. §. quoniam infirmas. ibi, vnde si plurib⁹ &c. In eo autẽ quod hic dicitur, si omnes moriantur ita demũ pactũ in casu filiorũ non existentium proficere matri, est contra. ẽ. e. §. quoniã mas. ibi, vnde si plures existẽtibus &c. vbi cit etiam moriẽte patre vocari matrẽ ex illo &to. Respõ. hic loquitur recitando. recte enim cõstituriẽdo ẽ. de nõ eligẽ. quę in hoc capitulo. s. quãdo non omnes moriũtur, supleatur per prædicta, quoniam infirmas.
z *Tantũ partem.* aliã tantum. aliàs tantã partem, scilicet tertiã centesimæ: vt. j. dicetur.
a *Non exigi.* scilicet concedimus.
b *Aurũ.* vel aliud mobile. Accur.
c *Sine inuidia.* id est vere habeat aurum vel argẽtum. non autẽ dicitur cum inuidia filiorũ, vt cum forte ea habeant, tamen vtaceantur, dicãtur habere ab aduersa parte.
d *Conscriptum est matri.* id est ad vtilitatem matris, scilicet in nuptiali dona.
e *Anteriores leges.* Leonis: vt. d. l. hac edictali. §. his illud.
f *Nostras.* vt. d. l. non elig. §. aliud.
g *Imminuta.* id est deteriorata. Accur.
h *Restituat.* hic tutus. §. est superfluus. in dicta. l. de non eligen. sit eius sententia, sed ideo hic fuit positus, quia hæc confectio omnia comprehendit quæ de primis & secundis nuptiis sunt vt. j. eo. §. fina.
i *Filiorũ.* scilicet primi matrimonij. Alias tamen & de filiis præsentis matrimonij, cum forte ad secundum matrimonium non accesserit adhuc: vt. j. eod. §. si autem intestatus. & §. quoniã. & legas hic passiuè, id est qualiter filiis succedatur à matre. Accursius.
k *Quam.* scilicet successionem. Accursius.
l *Nuptias.* scilicet mulieres volumus, subaudi. Accursius.
m *Lex.* vt supra de non eligen. §. cum igitur.

BIU Cujas

à nobis ad Hermogenem glorioſæ memoriæ magiſtrum ſacrorum noſtrorum factum† officiorum reſcripta, [a] Beliſarij glorioſi præcedens cõſulatum, ſeptimodecimo kalendas Aprilis,* per quam ſanciuimus matres ad filij non relinquentis liberos, cum eius qui mortuus eſt fratribus, ſine cautione [b] vocari ſucceſsionem, & eius [c] cum vſu etiam proprietatem habere firmam: ſiue priuſquam hæres relinquatur, ſiue poſtea ad ſecundas venerit nuptias: auferentes de hoc leges [d] quæ de his contrarium quid præcipiebant. Hanc autem noſtram ſanctionem [e] firmam etiam modo manere ſuper ſolas perſonas parentum, quæ dudum ad ſecundum venerint matrimonium, ſancimus: [f] & quaſdam [g] propriorum accipientes filiorum, firmè ei ſeruantes, [h] & [i] ſecundum deinceps tempus: ſiue ante nuptias, ſiue poſt nuptias hæreditatem in eis filiis deſcendiſſe contigerit. De his autem quæ poſt hæc [k] ad ſecundum veniunt virum: ita nobis præſens lex diſponatur & ſanciatur. Ergo neceſſe [l] eſt filio [m] moriente, ſiue maſculo, ſiue fœmina, ſiue teſtatus moriatur, ſiue etiam ſine hoc: interim [n] ea quæ ex teſtamento ſunt dicentes, ita ad ordinem qui ab inteſtato eſt, veniamus. Si igitur legitimè filius teſtatus fuerit, & relinquat matri ſubſtantiam, [o] ſiue partem eius aliquam: hanc [p] illa accipiat per ſcripturam [q] (quia vbique cuſtodire morientiũ volumus volũtates) & habeat quod dimiſſum eſt, aut datum, & ſecundum proprietatem, & ſecundum vſum. Sicut enim licebat [r] relinquere alicui extraneorum, & nihil hæredi ſecundæ mulieris nocebant nuptiæ: ita & matri relinquens, ſiue inſtitutionem, ſiue legatum, rectè derelinquat, & dominium, & vſum, ſiue ex rebus quæ extrinſecus aduenerunt, fuerit facultas, ſiue ex paternis: nihil ex hoc fratribus contradicere valentibus. Si autem inteſtatus [s] filius moriatur iam ad ſecundas veniente matre nuptias, aut poſtea veniente: vocetur quidem & ipſa cum filij aut filiæ fratribus ſecundum noſtram conſtitutionem [t] ab inteſtato ad eius ſucceſsionem. Sed quanta quidem quæ ex paterna ſubſtantia ad filium peruenerunt, eorum ſolũmodo habeat vſum [u] ad ſecundas omnino ſiue prius ſiue poſtea veniens nuptias: in reſiduis vero omnibus rebus quæ aliunde erant filio præter paternam ſucceſsionem, veniat ſecundum vocationem noſtram, [x] quam ſtatim dicemus: [y] quadam correctione & ea indigente. Et hæc dicimus [z] in rebus quæ extra [a] nuptialem donationem ſunt. Quæ enim in illis ſancita ſunt à nobis, [b] & à Leonis diuæ memoriæ conſtitutione, [c] integra conſeruamus: in quibus ſolum mater habeat vſumfructum. [d] Sed & in aliis rebus hæc ſancimus, & deinceps ipſi tradimus quæcunque poſt nuptialem [e] donationem ſunt à patre venientia filio, aut ex aliis cauſis, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſucceſſionibus: ratione contra ingratos filios [f] vndique & ſuper iſtis rebus ſeruata, quando manifeſtæ cauſæ ingratitudinis demonſtrantur: aliorum omnium quæ de ſucceſsionibus dicta ſunt parentum in filiis, aut filiorum in parentibus, intactis manentibus.

Frater ex cauſa ingratitudinis tribus ex cauſis à fratris ſucceſsione excluditur: his obtinentibus in futuris cauſis. Bart.

ſeptem ſunt: vt infra vt cum de appel. cogno. §. & hoc quidem de parentum. & econtra quibus exhæredantur filij, ſunt. xiiij. vt infra vt cum de appel. cog. §. cauſas. colla. viij. Sed quibus repelluntur fratres, ſunt tres: vt infra proxim. §. & quod ſubiicit, aliorum &c. ſic conſtruè, intactis manentibus quæ de ſucceſsionibus dicta ſunt aliorum omnium parentum in filiis, aut filiorum in parentibus. Sed quæ ſunt alia conſtituta, quàm quæ hic ſunt? Reſpon. quando conuolaſſet ad ſecunda matrimonia. Accurſius.

a *Reſcripta*. ſcilicet lex præcedens conſulatum Beliſarij glorioſi. & hoc ſeptimo &c.
b *Cautione*. id eſt diſtinctione.
c *Eius*. ſcilicet conſtitutionis.
d *Leges*. ſcilicet duas: vt. C. de ſecun. nup. l. fœminæ. §. fin. & C. ad Tertul. l. mater.
e *Sanctionem*. ſcilicet illã de nõ eligen. ſecũ. nub. §. cum igitur.
f *Sanciuimus*. & tunc plana erit. aliàs ſanciuimus. id eſt ſancitum ſic intelligimus. Accur.
g *Quaſdam*. ſcilicet ſucceſsiones.
h *Seruantes*. nos ſcilicet. Accurſius.
i *Et*. pro etiam.
k *Poſt hæc*. id eſt poſt hanc legem.
l *Ergo neceſſe*. quia tradere debemus qualiter ſuccedant matres filiis ergo primo de teſtamentaria ſucceſsione, poſtea de ea quæ ab inteſtato defertur, dicemus: vt ſubiicit, digniora præferẽda ſint. ſic inſtit. de bo. poſſ. §. alios autem. & ſupra de hæred. & Falc. §. ſi nullus eorum. &. §. ſi vero ablatam.
m *Filio*. ſcilicet dicere. Accurſius.
n *Interim*. id eſt prius.
o *Subſtantiam*. ſcilicet totam.
p *Hanc*. ſcilicet hæreditatem.
q *Per ſcripturam*. maximè ſubaudi. nam ſine ſcriptura poteſt facere teſtamentum, cum extraneo eã aſsimilet ſtatim. Accurſius.
r *Licebat*. ſcilicet filio.
s *Si autem inteſtatus*. Not. hic cautè in quo hic §. corrigitur ſupra de non eli. §. cum igitur. & certe in omnibus concordat, præter quàm in vno. nam ſi teſtamentum facit filius: & hæc & illa permittit matrem inſtitui. Item ſi inteſtatus decedat, & hæc & illa non diſtinguunt an ante mortem filij nubat ſecundo, vel poſt mortẽ: vt hic ſubiicit. ſed in hoc differt: quia in bonis tantum quę filius acquiſiuit, nõ autem in paternis hæc permittit ſuccedere matrem in proprietate, licet illa in omnibus. & in hoc illa per hãc corrigitur: & ad legem quandam antiquam redimus: vt. C. ad Tertul. l. matri. in fine. Sed nunquid hæ corriguntur infra de hæredi. ab inteſta. §. j. &. ij. colla. ix. vbi indiſtinctè vocantur ſuperiores ad ſucceſsionem inferiorum? Reſpon. non, ſecundum Ir. quod verum puto: quia ibi ſecundarum nuptiarum nõ fit mentio. Item nec eſt nouum, vt poſteriores per priores determinentur: vt. ff. de legi. & ſenatuſcon. l. ſed & poſteriores. licet quidam contradicant. Item pro nobis. C. ad Tertul. l. fin. in fin. &. C. de appel. l. præcipimus. in fine.

t *Conſtitutionem*. ſcilicet illam de non eligen. §. cum igitur.
u *Vſum*. id eſt vſumfructum ſuæ partis, ſcilicet virilis. ſed certe & ſecundum hanc conſtitutionem videtur quòd in proprietate ſuccedat: vt ſupra eod. §. quoniam infirmas. ibi, ſi vero non habeat filios &c. quæ huic ſignatur contraria. Sed certe ſecundum Io. hic loquitur de rebus paternis, de quibus lucrandis pactum non fecerat: ibi autem de iis quæ pacto poterant lucrari.
x *Vocationem noſtrã*. quæ eſt. C. ad Tertul. l. finali.
y *Dicemus*. aliàs dicemus: & tunc plana eſt. aliàs dicimus: & tũc ponitur pro dicemus: vt infra eod. §. & quoniam. vbi fiet quædam correctio illius legis C. ad Tertul. l. finali. Accurſius.
z *Et hæc dicimus*. quæ ſancita ſunt ſupra, quia in paternis vſumfructum, in acquiſitis aliunde proprietatẽ habeat mater.
a *Extra*. id eſt præter. Accurſius.
b *A nobis*. vt ſupra de non eligen. §. antenuptiali. & ſupra eo. §. ſi vero expectet.
c *Conſtitutione*. vt. C. de ſecũ. nup. l. hac edictali. §. his illud. in princip. §.
d *Vſumfructum*. id eſt vſum. item & tantum proprietatis, quantum ex morte filij huius de cuius ſucceſsione nunc quęritur, poteſt acquiri ex pacto non exiſtẽtium liberorum: vt ſupra eo. §. quoniam infirmas. contra. Vel hoc intellige quãdo nil pepigit: aliàs contra: vt in dicto. §. continetur.
e *Poſt nuptialẽ*. id eſt propter nuptias. Acc.
f *Ingratos filios*. id eſt ratio qua aliàs repelluntur ingrati filij ab huiuſmodi lucris: vt ſupra eod. §. ſoluto. ibi, ſi quis enim ex eis ingratus &c. &. ſ. eod. §. ſuper his. in fine. §. ſeruetur in hoc lucro, vt repellatur mater ſi ſit filio ingrata, vt hic, & ſupra de non eligen. §. cum igitur. in fin. j. reſpon. colla. j. & hoc quãdo manifeſtæ cauſę ingratitudinis monſtrãtur, vt ſubiicit: quæ

BIU Cujas

INGRATITVDINEM[a] autem hic consideramus non solum ad matrẽ, secundum quod pridem à nobis dictum est: sed etiam aduersus eundem ipsum fratrem defunctum. Et quoniã scimus multas fratribus adinuicem factas cõtentiones:[b] illum solum tanquam ingratum circa fratrẽ effectum, participare lucrum[c] nõ cõcedimus, qui mortem voluit fratri, aut criminalẽ inducere contra eũ inscriptionem, aut substantiæ ei[d] properauit inferre iacturã. eius[e] enim portio tam ad reliquos fratres quàm ad matrem veniat. Et hęc lex super filiorum successionibus, quibus cum matre succedunt filij, maneat,[f] illam quæ à nobis facta est subdiuisionem introducens iis quæ futuro tẽpore matrimonio secundo sunt futurę viris de matris successione. Quæ enim iam ad secundum matrimonium peruenerunt, successionem, siue per testamẽtum, siue ab intestato habere firmè, & secundum dominium, & secundum vsumfructum, & alienare, & testari, & transmittere secundum quem voluerint modum, nihil sit eis impedimẽto quolibet tempore ex præsenti constituta lege.

Mater filio in lucro aut nuptiali donatione non succedit, nisi in vsufructu: his obtinentibus in casibus futuris, & in præteritis nondum sententia vel transactione finitis. Bartolus.

ET illud autem firmũ, quod ex primo matrimonio est, filiis[g] maneat,[h] quod super his per prædictam à nobis constitutum est sanctionem.[i] Quòd si antenuptialem donationem, quam mater moriente marito lucrabatur, contigerit ad morientem filium peruenire,[k] & propterea partem ei illius fieri hæreditatis: matrem neque secũdum quòd succedit filio, dominium eorum, scilicet antenuptialis donationis rerũ perfrui:[l] solam autẽ[m] habere horum, quandiu supereſt, vsum & vsumfructum. Maneat igitur & hoc his qui ex prioribus nuptiis sunt filiis condonatum: nisi fortè ante prædictam constitutionem iudicialis sententia & transactio inter partes facta, de his aliquid statuerit.

Mater & cum solis fratribus, & cum solis sororibus, & cum permixtis in virilem portionem succedit filio. Bartolus.

ET quoniam mater excludebatur quidem à filio masculo, hoc faciente senatusconsulto[n] quod Tertullianum vocãt: filiabus autem cõmiscebatur:[o] nos non quærentes filiorum ius, sed exinde ei legitima iura dantes, vocamus[p] quidem eam etiam cum masculis fratribus morientis in tantũ in quantum numerus filiorum fuerit: quatenus & ea partem habeat tantam quantam vnusquisque fratrum. Si verò permixti masculi & fœminæ fuerint: hoc ipsum disponentes. Si verò mater & filiæ solæ consistant, ibi senatusconsultum mediã quidem partem dabat matri: residuam verò mediam sororibus, quantæcũque extitissent. Quod quoniam non primitus correximus, modò adducimus ad cõ petentem correctionem, & in isto casu vocantes eam pro rata filiarum: quatenus quantum vnaquęque filiarum habet, tantum solummodo & ea accipiat: & in omni casu hic relato, in virilem portionem[q] (hoc quod legis est) etiam mater veniat: siue consistant soli masculi, siue solæ fœminæ, siue etiam permixta vtraque soboles.

CAP. XXVI. ET VLT.

Vt parentes studeant æqualitatem inter liberos primi & secundi matrimonij seruare.

Parentes ex principis oratione debent inter filios æqualitatem seruare: licet inæqualitatem seruare possint, si volunt, dummodo filiis in legitima portione prouideant. Bart.

ILLVD quoq; super hoc adiicere legi iustum existimauimus. Si enim moriatur vir aut mulier filios habẽtes & ex prioribus & ex secũdis nuptiis, quas post hanc nostram contraxerint legem: (in his enim præsentia[r] disponimus, quæ quidem super lucris ex nuptiis seruari oportet) hoc sancimus[s] insuper & decernimus,[t] Portiones quas necesse est parentes legitimis & non ingratis relinquere filiis, ipsos genitores non esse iustum ad secundã omnino declinare prolẽ: & quod ex lege est,[u] tantummodo relinquẽtes prioribus, alia omnia ad secũdos deducere, sed aliquid ex prioribus adiicere.[x] si quidem aliquẽ ex secũdis habeat nuptias, aut etiã ex primis forsan, ita festiuum,[y] ita dilectum, vt velit præponere eum aliis in possessione: damus licẽtiam hoc agendi: non tamen omnino priores quidem filios minuere, secundos autem augere: sed neque vehementer magnificare augmentũ, nec omnino obliuisci priorum matrimoniorũ: neque infirmare[z]

ei

a *Ingratitudinẽ.* dictũ est supra proxi. §. & supra de nõ eligẽ. §. quoniam infirmas. in fine primi responsi.

b *Contentiones.* sic. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. j. in fine. Acc.

c *Lucrum.* scilicet successionis ab intestato. nec enim etiam ab intestato frater succedit fratri, cum ingratus extitit, vel aliter mater lucrata fuerit virilem partem pro vsufructu in rebus paternis: & proprietatem filiis seruare tenetur: vt supra proxi. §. si autem intestatus. de hoc autẽ lucro non habebunt fratres defuncti, qui fuerunt ingrati. Vel potest tertio modo intelligi vt loquatur in alio casu. s. quando facit testamentum. nam potest exhæredare fratrem, & turpem personam instituere his tribus casibus qui sequuntur.

d *Ei.* scilicet fratri.

e *Eius.* scilicet fratris ingrati.

f *Maneat.* scilicet in futuro tempore.

g *Filiis.* scilicet est cõcessum.

h *Maneat.* scilicet in futuro tempore.

i *Sanctionem.* scilicet in quæstione Græcoria. vt supra de nõ eligen. §. hoc quoque. & §. j. Accursius.

k *Peruenire.* quia mater sibi donauit: vt. ſ. de non elig. §. Gregoria.

l *Perfrui.* quasi filio de bonis paternis hæc donatio aduenerit. vnde sicut mulier in aliis rebus quæ peruenerũt ad filiũ à patre, vsumfructum habet tantùm: ita & in hac donatione: vt supra eo. §. si autem intestatus. Sed nũquid in totum? Respõ. non, nisi mater retinuerit sibi vsumfructũ in donando: sed pro virili portione: vt. d. §. si autem intestatus. & supra de non eligen. §. j. &. §. hoc quoque. Accursius.

m *Solam autem.* Item & proprietatem secundum pactum non existentium filiorum: vt. ſ. de nõ elig. §. hoc quoque. in fin. §.

n *Senatusconsulto.* vt ĩsti. ad Tertul. §. frater.

o *Commiscebatur.* vt cum eis æqualiter succederet, id est mater tãtum sola haberet, quãtum omnes sorores defuncti: vt infra dicitur, & institu. ad Tertul. §. soror.

p *Vocamus.* vt. C. ad Tertul. l. fin.

q *In virilem portion.* hoc fallit in ea mulier quę ante annum nupsit, quæ non succedit nisi omnibus filiis mortuis: & hoc tunc quando infamia est ei remissa: vt. ſ. eo. §. si igitur ne filiis. Item fallit in bonis paternis: quod dic vt. ſ. eo. §. si autem intestatus. Item fallit in tertio casu, quando scilicet mulier secundo nupsit: quo casu & in casu nõ existentium filiorum tãtùm venit mater in lucris prædictis propter secundum matrimonium: vt. ſ. eo. §. quoniam infirmas.

r *Præsentia.* neutraliter.

s *Sancimus.* scilicet vt lucra primi matrimonij sint perdita ratione proprietatis: vt. ſ. eo. §. si vero sit soboles, ut lucra secũdi matrimonij perduntur per natium matrimonium: vt supra eo. §. nec illud.

t *Decernimus.* fecimentionem facit de illa constitutione. ſ. de trien. & semiſ. §. j. col. iij. Vel dic quòd est de eo quod habetur supra eo. §. optimè.

u *Ex lege est.* scilicet debitum.

x *Adiicere.* etiam vltra id quod necesse dimittitur: sed hoc suasio & cohortatio non coactio: vt. j. tur hoc. §.

y *Festiuum.* quia filius patri videtur quando eum videt. Accur.

z *Neque infirmare.* vt etiam quartã filius primi matrimonij non dimittat: quod etiam cõtra antiquas leges esse vt. C. de inoffi. testad. eum quæritur. & l. parentibus. & hic subicit. Accursius.

BIU Cujas

ea quæ à præcedentibus nos de talibus dicta sunt: sed prouidere quidem & secundis, prouidere autem & primis: cogitantes, quoniam filij ambo sunt: & ita facientes[a] successionum in testamentis diuisionem. si enim intestatis eis mortuis lex omnes ex æquo vocat: competens est eos imitantes legem, non vehementer magnis eos abbreuiare minutionibus, erubescentes legem. sic enim erunt boni patres, & nostra digni legislatione: & iusti quidem erunt solam legem custodientes. Si quid autem etiam supra legē[b] reliquerint: erunt iusti simul & humani patres. & non hæc dicimus inter gratos & ingratos[c] filios (de ingratis enim iam sæpius dictum est[d]) sed de iis qui magis aut minus diliguntur: cum vtique multa differentia sit ingratitudinis, & gratiarum actionis, & dissimilis honoris. Hanc itaque partem[e] de æquitate filiorum ex priore & secundo matrimonio venientium, adhortantes potius quàm sancientes dicimus: alioqui[f] semel augentes[g] ab intestato partem omnino filiis relinquēdam: & vsque ad quatuor quidem filios, quatuor vncias omnino definientes: si autem vltra quatuor sint, vsque ad mediā substantiæ partem: idoneum iam dedimus filiis solatium, non ex parua mēsura antiquam eorum angustiā resoluentes.[h]

EPILOGVS.

Vt lex ad futura non ad præterita pertineat.

SIT igitur præsens lex futuro tēpori sanciens, sicut sæpius dicentes præuenimus,[i] & nihil priorum tangens,[k] sed condensa vndique & complexa sub vna continuatione, & omnia penè de secundis pronuncians nuptiis: & priora quidem prioribus in sua virtute seruans: quę verò ab ea dispositā sunt, futuris secundis explanans nuptiis, & nouam quandam vndique ac subtilissimam introducēs quærentibus vtilitatē: omnibus quæ super talibus positæ sunt constitutionib', in futuris post hāc nostram legem nuptiis, & quæ ex his euenerint, vacantibus:[l] hac videlicet vna constitutione futuro tempori, secundum quod à nobis definitum est, in iis qui continentur in ea casibus, pro cunctis[m] sufficiente. Hæc igitur tua celsitudo omnibus gentibus quæ sub tuo sunt cingulo, solenni modo manifesta fieri præcipiat: vt omnes agnoscentes quia maiorem laborem sustinentes quàm oportet imperialibus incurrere cogitationibus, tamen nihil[n] prius pro nostra fecimus salute, nisi vndique congregare quod iustum est: & omnes videntes in vnum collectam de hac legislatione partem, sciant quia & priorē[o] iis quæ iam posita sunt, seruabimus legem: & futuro tēpori cōpetentem posuimus cōgruentiam. †Datū decimoquinto kalendas Augusti, * Cōstantinop. [Belisario. V.C. Cos.]†

TITVLVS II.

Nouella XXIII.

DE APPELLATIONIbus,[p] & intra quæ tempora debeat appellari.[q]

Intra decem dies à recitatione sententiæ cōputandos potest hodie appellari: & à cuiuscunque sententia appellatur. Ange.

Hanc legem non habent Scrimgeriana & Haloandrina editiones, sed eius tantùm argumētum & summā: quod argumento est hanc vulgarem translationē ex meliore & integriore archetypo desumptam quàm vllā aliam editionem. sed & omnes Nouellæ latinæ desunt in illis nouis editionibus. Contius.

Imperator Iustinianus Augustus. Triboniano gloriosissi. quæstori iterum, & exconsuli.

ANteriorum* legū acerbitati plurima remedia īponētes, & maximè hæc[r] circa appellationes facientes,[s] in præsenti ad huiusmodi beneficiū peruenire duximus esse necessarium. Antiquitati[t] etenim cautum erat, vt siquis per se litem exercuerit, & fuerit condemnatus: intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet. si autē per procuratorem[u] causa vētilata sit: in triduum[x] proximū eam extendi. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc satis esse dānosum. plures enim homines ignaros legū subtilitatis, & putantes in triduū esse prouocationes porrigēdas, in promptū periculū incidisse,[y] & biduo[z] transacto causas perdidisse. vnde necessarium[a] duximus huiusmodi rei competenter mederi. Et sancimus omnes appellationes, siue per se, siue per procuratores, seu per defensores, vel curatores, vel tutores ventilentur: posse intra decem dierum[b] cipimus. & alias leges vsq; ad fi. tit. & ff. quādo appell. sit. l. j. §. biduum. nam secundum ista vetera iura si aliquis ageret suam propriā causam, & victus fuisset, duo dies sibi impartiebantur si vellet appellare. & isti duo dies à tempore scientiæ siue sententiæ recitatæ sibi currebant, vt ibidem dicitur. si vero ageret procuratorio nomine, triduum habebat. & talem acerbitatem lex. C. de app. l. eos, resp exit: quam in præsenti constit. Iusti. emendat.

t *Antiquitati*. id est antiquis. ll. vt. C. de appel. l. eos. §. finautē est iudicium. & ff. quando appel. sit. l. j. §. biduum. & §. dies. & l. pe. j. respon. & de his dicitur in prin. tit. huius quòd erant acerbæ.

u *Procuratorem*. vel tutorem, vel defensorem quemlibet: vt. ff. quando ap. sit. l. j. §. tutores. & omnino quādo causa est ad alienum lucrum & damnū: vt in dicta. l. j. §. in propria. & l. pe. in princi. & §. j.

x *In triduū*. id est post triduum.

y *Incidisse*. scilicet inuenimus.

z *Et biduo*. nam condemnati erant suo nomine.

a *Necessarium*. Hæc non videtur bona ratio, cum leges nemini sit licitum ignorare: vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula. & C. de iur. & fac. igno. l. nec constitutiones. imò etiā quilibet scire tenetur: vt C. de legi. & con. l. leges. Sed certè nec nocere patitur iuris ignorantia: vt. ff. de iur. & fac. igno. l. iuris ignorantia. Nec obst. d. l. regula, quia dicit noceet, id est non prodest. & ideo est bona ista ratio. est & alia: quia poterit plenius deliberare: vt infra proxi. §. in fin.

b *Intra decē dierū*. sed

† *In Scrimgeriana & Haloādrina editione subiiciūtur eorū nomina ad quos exēpla legis missa sunt, quæ vt superflua omisit vetus interp's. Cōt.*

* *In meis manu scriptis & noua Scrimgeriana editione est Aprilis: sed legendum est Augusti: vt hic & ordo superiorum legū id suadet. Cont.*

† *Legēdum, post Bilis. V. C. consulatum: vt in meis & Scrimgeriānis reperi: & id ex verbis legis superius in legis præfatione ex historica supputatione demonstrauimus. Cont.*

* *Hæc autem they. est canonizata 2. q. 6. ea. anteriorū.*

a *Facientes*. vt statim dicit.

b *Supra legem*. id est supra id quod lex cōpellit dimittere. i. vltra trientem, vel vltra semissem, vt sequitur.

c *Et ingratos*. in parua portione. aliàs gratuitos.

d *Dictū est*. in hac cōstitutione: vt. §. eo. §. soluto. circa fi. & §. si autem intestatus. in fi. & in aliis constitutionibus: vt supra de hære. & Fal. §. exhæredatos. & §. de non eligen. §. cum igitur. col. j.

e *Hanc itaque partem*. scilicet hunc. §. qui est pars huius constitutionis.

f *Alioqui*. id est aliàs quando volumus sanciendo dicere.

g *Augentes*. s. nos.

h *Resoluētes*. & habemus hoc. §. de trien. & semiss. §. j. & ij. col. iij.

i *Præuenimus*. vt. §. eo. §. duo. in fin. §. & supra §. hinc nos. & in aliis multis. §§. vbi dicitur casus huius cōstitutionis ad futura trahi: & est hoc generale, nisi contra. l. expressè dicatur: vt. C. de le. & cō. l. leges.

k *Tangens*. nam quæ facta inuenit ante se, non mutat: vt supra. e. §. j. in fine.

l *Vacātibus*. id est cessantibus. Accur.

m *Pro cūctis*. aliàs percunctatis, id est dubitatis. aliàs pro cunctis, scilicet dubitationibus que in ea continentur, vt subiicit.

n *Tamen nihil*. scilicet nobis existentibus saluis, nihil præponimus huic rei, hoc quod iustum est congregare. Vel ita, nihil præponimus nisi hoc, & nihil aliud præponimus.

o *Priorem*. legem tractantem de nuptiis.

p *DE APPELlationibus, & intra quæ tempora debeat appellari*. Net. in hoc volumine quatuor modis de ap. tractari: vt in hoc tit. & infra de iis qui ingredi. ad app. in prin. col. v. & infra vt cū de ap. cogno. §. 1. & infra de app. col. 8.

q Debeat. *aliàs debeant. & tunc dic, scilicet condemnari.*

r ANteriorum. *Hæc*. scilicet remedia. Accursius.

s *Facientes*. scilicet nos: vt. C. de app. l. prę-

BIU Cujas

quandoque duo menſes dantur: vt.C.de tempo. ap.l.j. quæ huic eſt contra.Solu.ibi ſpeciale eſt:hic autem ius commune erit.Vel quod dicit appellationem interponendam intra duos menſes, id eſt interpoſitam vſque ad duos menſes finiri. & ita erit ibi ſpecialitas in alio:quia communiter intra annum vel biennium durat: vt infra de iis qui ingre.ad app.§.j.col.v. ſed ibi intra duos mẽſes.& probatur hęc ſolutio.ff. quando appel. ſit.l. j. §. quod in ſententiis. &.§. alia cauſa eſt.Item eſt contra inſtitu.de excu.tur.§. qui autem, Sed ibi de excu.non de appell. loquitur. Nam non poteſt appellari, vt ibidem dicitur, niſi demũ ſententia lata ſuper reprobanda excuſatione vel probanda: vt.ff.de appell.l. cum in vna.§. tutor.&.ff. quando ap. ſit.l.j.§.ſi quis tutor.

Decem dies ad appellãdũ conceſſi, quãdo currere incipiãt: & nũ ſunt huiuſmodi dies vtiles, an vero continui.

Temporum tria ſunt genera.

Præfecti prætorio priuilegia.

Appellare à multis iudicibus non licet.

a *A recitatione*. facit.ff. quando appel. l. j.§. biduum. in princip. Sed contra in ea.l. §.fina. Sed dicas quòd à tempore ſententiæ currũt iſti decem dies, & ſcientiæ, ſicut in illo biduo erat: vt in.d. l.j.§.fin. &.C.quomodo & quando iudex.l. ab eo. Item eſt neceſſe ad hoc vt currant, vt poſsit appellari iudice comparẽte in publico.ff. quando appel. ſit.l.j.§. dies. & ita erit mirabile,quòd hoc tẽpus ad aliquid eſt vtile vel in principio,vel in medio vel in fine, ſicut & aliàs:vt.ff.de adul.l. quinquennium. &.C. de temp.in integ.reſt.l.j.&.l fi.in fi.&.ff.quis ordo in bo.poſſ.l.ij.j.reſpõ. aliàs autem continuum tantum eſt,vt circa vſucapionem:vt.ff.de vſucap.l. nunquam.§.j. Item aliàs tantum vtile, vbi tria neceſſaria ſunt:vt.ff.de diuer. & tempo. præ.l.j.& ſic ſunt tria genera temporum,vt dictum eſt.

b *Siue magni*. nam generaliter ab omni iudice appellatur, ſiue ordinarius, ſiue delegatus ſit:excepto præfecto prætorio, vt ſubiicit,&.C.de appel.l.à proconſulibus.in princip. &.§.j.& infra de iudi.§.noſtras.col.vj.Sed contra in eo quod dicit non poſſe appellari à præfecto: vt. ff. de mino. l. præfecti. Solu. aliud in integrum reſtitutione, quæ veniam continet proprij erroris: aliud in appellatione, quæ iniquitatem ſententiæ continet, vt in eadem lege dicitur. Nec autem eſt veriſimile, quid iniquè præfectum prætorio facere, vt ad hoc.ff. de offic. præfecti præto. l. j.§. his cunabulis. Item contra infra vt ſponſalitia lar.§.aliud vero. coll.ix. Sed ibi de ſupplicatione ſiue de petitione dicit: hic de appellatione,quæ continet iniquitatem ſententiæ: vt dixi. Habet in alio præfectus prætorio priuilegium, vt poſsit facere legem: vt. C. de offic. præfec. præto. l. nor-mam. Item & aliud, quia alius iudex non dat in integrum reſtitutionem contra ſuam ſententiam, ſed ipſe tantum, vel princeps:vt.ff.de offic.præfect.præto.l.j.§.fina. Sunt & adhuc ſeptem iudicantes, à quorum ſententiis non appellatur, vt Imperator. Item ſenatus.Item & quando hoc actum fuit inter partes: vt.ff.à quibus ap.non li.l.j.Item arbiter compromiſſarius:vt.C.de arbi. l.j.Item præfectus auguſtalis: vt infra eod.§.illud. in fine. Item & alij quidam qui nominantur.j.co.§.ſimiliſque modo. Item comes Orientis:vt.j.eo.§.Orientalem.

c *Excepta*. interpoſitio eſt.Accurſius.

d *Pleniſſimè*. quicquid enim conſilij moderatione perficitur, non conſueuit pœnitudinis rubore perfundi,ſed perpetua firmitate durare:vt hic,& infra vt immo. antenup. dona.§.ſed neque. coll.v.&.C.de repu.l.dubium non eſt.& no. hic quem poſſe deliberare vſque ad decem dies: & maiori tempore non. aliàs autem varia tempora ad deliberandum dantur pro motu legis &

ſpacium à recitatione[a] ſententiæ numerandorum, iudicibus ab iis quorum intereſt offerri: ſiue magni,[b] ſiue minores ſint: (excepta[c] videlicet ſublimiſsima prætoriana præfectura) vt liceat homini intra id ſpacium pleniſsimè[d] deliberare,ſiue appellandum ei ſit,ſiue quieſcendum: ne timore[e] inſtante opus appellatorium frequẽtetur: ſed ſit omnibus inſpectionis[f] copia,quæ indiſcuſſos[g] hominum calores poteſt refrenare.

CAP. II. De conſultationibus.ſic Iulianus epitomator diſtinguit.Cõt.

q *Arte.* i. deceptione vel fraude. vnde Cat Qui simulat verbo corde est fidus amo Tu quoque fac fa sic ars deluditur ar

r *Adinuenientibus.* vbi intẽderis, ingen valet. ipsi autem mo tores vel viatores xime in huiusmodi uersantur: vnde nihil erit qđ adinuenire nõ possint: vt. j. vt bo ob. §. j. &. s. de nu. fal. igitur. ibi, multo magis.

s *Datum.* i. delegato.

t *Scientem.* s. reum.

u *Iudicem.* Sed hodie potest etiã lite cœpta alius associari: vt. in me. lit. non fi. sa. for. §. super hoc. in fi. §. col. viij. vnde quod hic dicitur, per illam corrigitur in hoc capitulo.

x *Agunt.* scilicet exactores.

y *Dum admonitio.* quæ fit hodie per executorem destinatum ad domum conuenti: vt infra de litig. §. omnem vero. coll. viij.

z *Oblata.* scilicet à iudice ordinario vel delegato: vel etiam ab arbitro. nam & in arbitris dico debere dari libellum: vt. ff. de arbit. l. j. &. C. de arbi. l. pen. nec ob. j. de litig. §. ad excludendas. ibi, causa vero &c. quia non excipit ibi de arbitrio, vt ibi dicemus.

a *Offerri.* Sed à quo? Respon. à iudice secundum consuetudinem: lege tamen nõ distinguitur ista vtrũ à iudice, vel ab actore præcepto iudicis: vnde nec nos distinguere debemus: vt. ff. de offic. præsi. l. iij. Accursius.

Libellum.

BIU Cujas

Libellum. [a] id est scriptam petitionem in quadam charta quæ libellus dicitur: ideo quia in breui charta fieri cõsueuit: & tamen valet: vt. C. de fideicõmiss. l. & epistola. In hoc autem libello tria debent esse scripta. res quæ petitur, & causa petendi, & nomen actionis. Res autem petitur singulariter, vbi est singularis: puta peto Codicem. Ité vniuersaliter, si est vniuersitas: vt hæreditas. Item generaliter, si generalitas petatur: vt peto rationem meorum negotiorum gestorum quæ administrasti: vt ff. pro so. l. pro socio arbiter. causa autem est inferenda: vt dicá quia emi, vel similem causam dicam: vt. ff. de excep. rei iu. l. & an eadẽ. §. actiones. &. C. de edic. di. Hadria. tol. l. fi. §. fi. Item actio: vt actio ex empto, vel similis actio: vt. ff. de eden. l. j. j. respõ. Forma ergo petitionem in hunc modum: peto Codicẽ quia emi: & hoc per actionẽ ex empto. & omnia quæ plura ponuntur, superflua sunt, nisi sint ad specificationẽ rei, vt ita glossatum, & in talibus chartis positum: vt. ff. de rei vin. l. si in rem aliquis agat. Sed quod dixi de actione, de cõsuetudine seruatur vt non apponatur: quod etiam lege potest probari. nam cũ possit esse reus certus per rem & causam, satis est: vt. ff. de eden. l. j. j. respon. & hic subiicit. Hic autem libellus quare datur in scriptis, cum & sine eo possit reus certificari? Respon. quia si mutaretur in aliquo, citius per scripturam appareret quàm aliàs: vt. ff. de pig. l. contrahitur. &. ff. de fi. instru. l. iure. & cœpit sic dari in scriptis à tempore Iustiniani: vt hic, &. C. de an. exce. l. vt perfectius. & infra de tem. non so. pe. §. j. olim autem non dabatur ex necessitate in scriptis: vt. ff. de eden. l. j. §. edere. & de priua. delic. l. fin. nisi in conuentione illustrium personarum: vt. C. de dig. l. quoties. Quidam tamen dicunt etiam iure veteri dandum libellum ex necessitate. & quod dictis legibus dicitur, verum dicunt quãtum ad hoc vt inseratur nomen actionis in libello. nam hoc erat voluntatis, sed libellum dare necessitatis. sed prima verior est: & hoc in causis ciuilibus. In criminalibus autem & olim & hodie datur libellus in scriptis etiam in priuatis delictis, si criminaliter agitur: vt. ff. de priua. deli. l. fin. &. ff. de fur. l. fin. &. ff. de accu. l. libellorum. in prin. &. C. qui accu. non pos. l. qui crimen. Quod autem dixi dandum hodie libellum [b] vbique & in scriptis (nam inde dicitur libellus) fallit in omnibus illis casibus vbi dicimus sententiam dari posse sine scriptis, qui sunt quatuor, vt diximus supra vt iudi. sine quoquo suf. §. necessitatem. col. ij. Item fallit quando partes adinuicem sibi remittunt: vt. C. de temp. app. l. fin. in fin. &. C. de priuil. schol. l. iij. in fin. titu. & infra de lit. & deci. parte litis. §. ad excludendas. Nec obstat quod hic dicitur, quia verum est, nisi partes consentiant: vt. ff. de fer. l. j. &. ff. de pac. l. pactum. Alij dicunt nec expresse nec tacite posse remitti. Argu. pro eis. ff. de postu. l. quos. &. C. de iureiur. propter calum. l. ij. §. sed quia veremur. nam secũdum eos libellus est de substantia iudicij. Item fallit in tribus casibus positis. C. de aposta. l. apostatarum. &. C. de Iudæ. l. ne quis. &. ff. de sepul. vio. l. iij. Item fallit in teste falso & instrumento falso. C. de test. l. nullum. &. C. de proba. l. pe. Item in leuibus criminibus: vt. ff. de accu. l. leuia. Vel dic, ibi de plano, id est non sedente iudice pro tribunali. Item fallit in crimine notorio: vt. C. de accu. l. ea quidem. Item in omni crimine vbi sine accusatore proceditur: vt. ff. de adul. l. j. §. si publico. &. ff. de suspe. tuto. l. tutor quoque. §. præterea. & in dictis. ll. de proba. l. pe. & de testa. l. nullum. & de accu. l. ea quidem. Item fallit in crimine falsi secundum Bul. vt. C. de fal. l. vbi. sed Io. cõtra. dicit enim quòd in dicta. l. vbi. non incidenter sed principaliter fuit ibi mota quæstio falsi. Sed licet dixerim in supradictis casibus procedi sine libello secundum quosdam: tamen secundum præceptorem meum dici potest, quòd si quis super his velit accusationem solennem instituere, necesse habet dare libellum, vt hic dicitur.

Libellum. [a] id est scriptam petitionem in quadam charta quæ libellus dicitur: ideo quia in breui charta fieri cõsueuit: & tamen valet: vt. C. de fideicõmiss. l. & epistola. In hoc autem libello tria debent esse scripta. res quæ petitur, & causa petendi, & nomen actionis. Res autem petitur singulariter, vbi est singularis: puta peto Codicem. Ité vniuersaliter, si est vniuersitas: vt hæreditas. Item generaliter, si generalitas petatur: vt peto rationem meorum negotiorum gestorum quæ administrasti: vt ff. pro so. l. pro socio arbiter. causa autem est inferenda: vt dicá quia emi, vel similem causam dicam: vt. ff. de excep. rei iu. l. & an eadẽ. §. actiones. &. C. de edic. di. Hadria. tol. l. fi. §. fi. Item actio: vt actio ex empto, vel similis actio: vt. ff. de eden. l. j. j. respõ. Forma ergo petitionem in hunc modum: peto Codicẽ quia emi: & hoc per actionẽ ex empto. & omnia quæ plura ponuntur, superflua sunt, nisi sint ad specificationẽ rei, vt ita glossatum, & in talibus chartis positum: vt. ff. de rei vin. l. si in rem aliquis agat. Sed quod dixi de actione, de cõsuetudine seruatur vt non apponatur: quod etiam lege potest probari. nam cũ possit esse reus certus per rem & causam, satis est: vt. ff. de eden. l. j. j. respon. & hic subiicit. Hic autem libellus quare datur in scriptis, cum & sine eo possit reus certificari? Respon. quia si mutaretur in aliquo, citius per scripturam appareret quàm aliàs: vt. ff. de pig. l. contrahitur. &. ff. de fi. instru. l. iure. & cœpit sic dari in scriptis à tempore Iustiniani: vt hic, &. C. de an. exce. l. vt perfectius. & infra de tem. non so. pe. §. j. olim autem non dabatur ex necessitate in scriptis: vt. ff. de eden. l. j. §. edere. & de priua. delic. l. fin. nisi in conuentione illustrium personarum: vt. C. de dig. l. quoties. Quidam tamen dicunt etiam iure veteri dandum libellum ex necessitate. & quod dictis legibus dicitur, verum dicunt quãtum ad hoc vt inseratur nomen actionis in libello. nam hoc erat voluntatis, sed libellum dare necessitatis. sed prima verior est: & hoc in causis ciuilibus. In criminalibus autem & olim & hodie datur libellus in scriptis etiam in priuatis delictis, si criminaliter agitur: vt. ff. de priua. deli. l. fin. &. ff. de fur. l. fin. &. ff. de accu. l. libellorum. in prin. &. C. qui accu. non pos. l. qui crimen. Quod autem dixi dandum hodie libellum [b] vbique & in scriptis (nam inde dicitur libellus) fallit in omnibus illis casibus vbi dicimus sententiam dari posse sine scriptis, qui sunt quatuor, vt diximus supra vt iudi. sine quoquo suf. §. necessitatem. col. ij. Item fallit quando partes adinuicem sibi remittunt: vt. C. de temp. app. l. fin. in fin. &. C. de priuil. schol. l. iij. in fin. titu. & infra de lit. & deci. parte litis. §. ad excludendas. Nec obstat quod hic dicitur, quia verum est, nisi partes consentiant: vt. ff. de fer. l. j. &. ff. de pac. l. pactum. Alij dicunt nec expresse nec tacite posse remitti. Argu. pro eis. ff. de postu. l. quos. &. C. de iureiur. propter calum. l. ij. §. sed quia veremur. nam secũdum eos libellus est de substantia iudicij. Item fallit in tribus casibus positis. C. de aposta. l. apostatarum. &. C. de Iudæ. l. ne quis. &. ff. de sepul. vio. l. iij. Item fallit in teste falso & instrumento falso. C. de test. l. nullum. &. C. de proba. l. pe. Item in leuibus criminibus: vt. ff. de accu. l. leuia. Vel dic, ibi de plano, id est non sedente iudice pro tribunali. Item fallit in crimine notorio: vt. C. de accu. l. ea quidem. Item in omni crimine vbi sine accusatore proceditur: vt. ff. de adul. l. j. §. si publico. &. ff. de suspe. tuto. l. tutor quoque. §. præterea. & in dictis. ll. de proba. l. pe. & de testa. l. nullum. & de accu. l. ea quidem. Item fallit in crimine falsi secundum Bul. vt. C. de fal. l. vbi. sed Io. cõtra. dicit enim quòd in dicta. l. vbi. non incidenter sed principaliter fuit ibi mota quæstio falsi. Sed licet dixerim in supradictis casibus procedi sine libello secundum quosdam: tamen secundum præceptorem meum dici potest, quòd si quis super his velit accusationem solennem instituere, necesse habet dare libellum, vt hic dicitur.

Hoc est viginti. Nunquid deminui potest hoc tẽpus? Respon. quidam, non: quia hę inducię inducuntur à lege. & est pro eis infra constitutio quæ de di. §. illud. &. ff. de re iudi. l. iiij. §. si quis libellum: [a] & non secũdũ antiquitatem decem solummodo dierũ habere eum qui admonetur, inducias: sed duplices, hoc est viginti [b]: vt siue repudiare voluerit, siue etiã cum eo alium iudicẽ [c] petere, licẽtiam habeat hoc facere, aut forte cognoscere debitum, & liberare se ab aduersarij sui contentione amicabiliter, & nõ per calumniam & circumuentionẽ sub iudice cõstitui forsan suspecto, & forsan ingrato, plerunq; autẽ [d] aliquid etiam propriũ contra eũ dispẽsante: & eo qui litẽ sustinet, nullum habẽte [e] tẽpus ad agnoscẽdum ea in quibus cõuentus occurrit. Suscepto vero libello, sola personali fideiusione [f] ab eo data, & sportulis [g] secũdum sacram nostrã præbitis cõstitutionem, subscribere libello, qui appellatur respõsionis: & declarare etiã tempus quo ei libellus datus est: ne etiã ob hoc ars [h] q̃dam fiat: cũque† futura est celebrari cõtestatio litis, apud iudicem interrogari fugientẽ si viginti dies transierint deliberationis: & illum [i] quidẽ dicere veritatem: ostẽdit quoq; illud etiã ex die & subscriptione libelli. & si dixerit trãsisse viginti diebus condemnatus. secus si à iudice dilatio detur: vt. C. de dila. l. j. &. l. siue pars. sed puto semper posse abbreuiari: quia inuenio à lege datam dilationem posse abbreuiari: [c] vt. ff. de iudi. l. nonnunquam. &. ff. de re iudi. l. ij. Item consuetudo sic vult & interpretatur: ergo seruandum est: vt. ff. de legi. & senatusco. l. si de interpretatione. quare dicas quòd semper danda est tanta dilatio, nisi iudici contra videatur. videtur enim plerunque aliter, vt trium dierũ, vel sex, vel aliud tempus detur. & facit ad hoc verbum infra de iudi. §. oportet. in fin. §. col. vj.

Dilatio à lege data breuiari potest. *c Concor. c. cum sit Romana. iuncta. glo. sup verbo, tempus. extra de appel.*

c *Alium iudicem.* sic infra in me. lit. non fi. sa. for. §. super hoc. in fi. §. col. viij. sic infra vt diffe. iudi. §. si vero cõtigerit. col. ix.

† *cum vero.*

d *Plerunque autem.* sic supra de trien. & semis. §. & quia cognouimus. Accursius.

e *Nullum habente.* q. d. paruum habet tempus: habet enim. x. dies: quod nullum appellatur. Sed contra supra de appel. §. j. in fin. sed hoc est nullum ad obuiandum malitiis eorum qui in breui tempore facerent litem contestari: vt supra eo. §. illud quoque. at ibi non est huiusmodi timor.

f *Personali fideiussione.* id est cautione iudicio sisti. ideo personalis dicta, quia est de repræsentatione personæ in iudicio: vt institu. de satisda. §. sed hodie. Item ideo dicta fideiusione, quia fideiussor dandus est, cum sit prætoria cautio: vt. ff. de præto. stip. l. j. &. l. prætoriæ stipulationes. Sed contra. ff. de iudiciis. l. ij. §. sed si dubitetur. in fin. Solu. ibi est speciale in legatis. Item contra. ff. qui satis. cog. l. sciendum. in princip. sed hæc intelligitur secundum illam: vt si habeat possessionem immobilium rerum, non satisdet: vt argu. ff. de legi. & senatusco. l. sed & posteriores. sed Pla. dicebat istam simpliciter loqui. Item nunquid poterit dare fideiussorem alium qui similiter immobilia non possideat, vt scholarem alium? Respon. non: vt instit. de fideius. in princip. & insti. de repli. in fin. &. ff. qui satisda. cog. l. j. Sed contra in eo. ti. l. fideiussor. in fin. j. respon. Sed dic eum esse possessorem immobilium: licet aliàs habeat priuilegium vel militiæ, vel sacerdotij, cui renuntiare potest secũdum iura nostra: vt. C. de pac. l. pe. Sed quid si huiusmodi fideiussorem dare nõ potest? Respon. iuret duo, scilicet fideiussorem dare non posse, & se sistere: vt infra de liti. §. ad excludendas. præter clericos, qui iurare prohibẽtur: vt. C. de epi. & cle. l. cum clericis. quia eorum promissioni tantum committitur: vt insti. de satisda. §. sed hodie. Item quid si volo esse contentus sola promissione, etiam quando fideiussorem dare tenetur? Respon. satis est: vt insti. de re. diui. §. venditæ. &. ff. de fideicom. li. l. iiij. §. adiici. Item quid erit si nolit dare fideiussorem, sed pignus ad quod non tenetur: vt. ff. de præto. stipu. l. prætoriæ? Respon. satis est: quia facit etiam plus: vt. ff. de col. bo. l. j. §. iubet autem. & instit. de oblig. quæ ex delic. §. furti autẽ. Item quid si dedit pignus, nunc vult fideiussorem dare, & pignus repetere? Respon. non potest. Item in quantum tenetur fideiussor? Respon. si fideiusit in scriptis, vel in causa publica, tenetur vsque ad triennium, intra quod durat causa: vt. C. de iudi. l. properandum. Item & plus per duos menses intra quos debet fieri cõtestatio: vt. j. de execu. & his qui có. & recon. §. j. si autem sine scriptis, tunc vsque ad duos menses tantum: vt. C. de fideius. l. pe. Item in quanta quãtitate tenetur? Respon. ad interesse actoris: & hoc nisi intra certum tempus fideiusserit, vel in certam quantitatem: vt. ff. qui satisda. cog. l. ij. in fin.

Renũtiare possunt milites & clerici eorum priuilegiis.

g *Sportulis.* id est salariis quibusdam quæ iudicibus dabantur: vt in consti. Græca cõtinetur: cuius sententiam habemus. j. de iudi. §. ne autem. & facit ad hoc. ff. de mãda. prin. §. si tibi. &. j. vt litigã. iu. §. pe. col. ix. &. ff. vt iudi. sine quo. suf. §. volumus. & præstabantur huiusmodi sportulæ tam à reo quàm ab actore: vt in. d. l. continetur. j. de iudi. &. C. de prin. agen. in re. l. fi. &. C. de fruc. & lit. expen. l. fi. sed Pla. solum reũ dicebat teneri in præstatione sportularum: sed contra eum sunt prædictæ leges.

h *Ars.* id est deceptio.

i *Et illum.* scilicet reum.

Libris

BIU Cujas

a Qualiter fiat litis cõtest. habes vltra legistas in ca. vnico circa fi. extra de lit. cõtesta.

a *Litis contestationem.* scilicet narratione præposita, & responsione secuta: [a] vt. C. de lit. contest. l. j. & hoc dico animo procedendi in causa. secus si iudici vt amico dicã saluo iure meo: vt. ff. quimo. pig. vel hypo. solui. l. si debitor. §. si in vẽditione. Sed arg. cõtra. ff. de condic. inde. l. quod quis. sed certe ibi non expressit, licet in corde habuit de repetendo. sed cum responsio posit esse per sic, & per nõ, & per dubium, puta opposita exceptione, nunquid semper fiet cõtestatio? Respon. primo casu fit: sed tamen sunt nullæ partes iudicis in cognoscendo, sed in iudicando tantum: vt. ff. ad leg. Aquil. l. proinde. &. ff. de confes. l. j. & .C. de confes. l. j. vnde euenit mirabile vt hæc respõsio obtineat vicem cõtestationis, quasi sentẽtiæ, vt dictum est. aliàs enim non valeret sententia: vt. C. de sen. l. prolatam. & hoc quando libellus fuit dat[a] vt fieret causa. si autẽ extra ordinem fecit eum interrogari, & fuit cõfessus: tunc fit ei vnum præceptum de soluẽdo secundũ consuetudinẽ generalem. & sic etiam potest intelligi. ff. ad le. Aquil. l. proinde. Item in secundo constat fieri contestationem. Itẽ & etiam in tertio dico fieri cõtestationem: vt C. de excep. l. si quidẽ. in fi. & colligitur insti. de exce. §. j. vsque ad. §. hæc exempli. nã eoipso quòd obiicit excep. innuit se debitorẽ: vnde æquiparatur illi respõsioni ac si diceret sic, nisi probet excep. vt. C. de proba. l. exceptionem. &. ff. de proba. l. in exceptionibus.

b *In medio.* sic. C. de iudi. l. apertissimi. sic. j. de iudi. l. oportet. in fine. sic. ẽ. eo. §. sancimus.

c *Percipere.* quod etiam postea hodie licet: vt. j. in me. lit. §. super hoc. in fi.

d *Amicabiliter.* sic. j. vt dif. iu. §. si vero.

e *Damnificando.* scilicet reo. Nunquid ergo nihilo minus currit præscriptio? Quidam dicunt quòd sic: & est pro eis. ff. ex qui. cau. ma. l. sit prætor. §. fi. & l. fi. &. ff. de eo per quem fac. erit. l. fi. j. respon. & hic, &. j. proxi. §. ibi, pro nihilo &c. Sed nos contra. dicimus enim præscrip. interruptam. & est pro nobis. C. de præscrip. xxx. an. l. sicut. §. nec sufficit. Nec obstant. d. ll. quia postea correctæ sunt per. d. l. sicut. vel nõ fuerat missus executor in. d. ll. Itẽ nec obstat quod hic dicitur, &. j. proxi. quia non damnificatur in his quæ hic dicũtur: puta quo minus iudicem recuset, vel alium associari petat: vel in similibus. in præscriptione bene nocet (vt dictum est) si admonitio fuit facta. Si quis tamen primã velit tenere sententiam: potest dicere quòd illa. l. sicut. quæ eos confundit, loquatur secundum sua tempora. nam suo tempore nõ dabatur libellus ex necessitate. vnde dicas quòd sit immutata & correcta per istam quæ constituit iudicium per ordinem.

f *Iudicat.* q. d. prout iudici videbitur, cũ fideiussore, vel sine eo: vt diximus. ẽ. eo. §. suscepto.

g *Non seruentur.* id est nõ detur libellus, & tempus deliberationis, & subscriptionis, & similia quæ dicuntur. ẽ. eo. §. sancimus. & §. suscepto. licet de subscriptione non sit in vsu: sed certe scribitur in libro cõmuni: & ideo non est necesse poni in libello. Item & quia breue tempus datur iudicis arbitrio, vnde bene potest memoria retineri.

h *Pro nihilo eam esse.* quantum ad hoc vt non sit necesse alium dari libellum. nam de nouo oportebit omnia incipi, interruptio tamen facta est præscriptionis: licet quidam contradixerunt, vt modo proxime diximus.

rum numerũ, tunc fieri litis cõtestationem. [a] In medio [b] autem ei licentiam esse repudiare iudicem, & aliũ petere: aut etiam cum eo iudicem percipere, [c] aut certe absolui amicabiliter: [d] nihil in medio neque damnificãdo, [e] neq; ab executoribus cõturbando: sed & iudiciariã cautionem exponentem, sicut qui de his iudicat, [f] perspexerit: & viginti dierum habentem deliberationẽ. Si vero hæc non seruentur: [g] licet videatur quędam fieri contestatio litis, [h] nihilo eam esse, sed licẽtiã esse & post huiusmodi contestationem litis intra definitos viginti dies sic omnia agere tanquam si neque ab initio facta sit quædam contestatio litis.

CAP. IIII. De iuratoriis cautionibus.

Iurans sistere se in iudicio, si postea à ciuitate abfuerit, per iudicem ordinariũ causa summatim agetur: & etiam per delegatum qui examinabit in quam terram iurãs aufugerit. & si datis induciis aufugerit, & non comparuerit, mittitur actor in possessionem pro mensura debiti declarati: quam non recuperabit nisi omnia damna resarciat, & fideiussorem præstet de sistendo in iudicio. Angel.

SI vero semel repudians iudicem, alium acceperit: non sinimus ei [i] eum qui petitus est, [k] rursus repudiare. [l] Sicut enim eius curam [m] habemus, sic etiã per dilationem [n] agi aliquid aduersus actorẽ, modis omnibus auersamur. Si vero [o] †etiã quidam [p] iurẽt [q] quia obseruabũt, [r] & antequam contestatio litis [s] fiat, ab hac [t] maxima dispareant ciuitate, licentiam esse etiam nõ facta litis contestatione adire actorem statutũ iudicem, & hoc denuntiare. Illũ [u] vero (si quidẽ administrator [x] sit) iubere omnimodo [y] exhiberi reum tanquã periurũ, & penè [z] sui accusatorem per fugam factum. [a] Si vero nõ administrat, [b] sed datus [c] sit à quodam [d] iudice siue ex sacra forma aut iussione, aut etiã ab aliquo administratore: [e] ad illum [f] renuntiare à quo datus est, vt deducatur ab illo: ne causa maneat actori vndiq; desolata, iudice [g] agere alqiuid nõ valẽte, [h] eo quòd nõdũ apud eum facta sit litis contestatio, [i] illo [k] habet locum hic. §. Item quid si nunquam venit corã iudice? Respon. adhuc habet locum generalis consuetudo vt dicit, quod interpres legũ: vt. ff. de legi. & sena. l. si de interpretatione. Quid ergo hic dicit, iurent, subaudi maxime.

i *Ei.* scilicet reo.

k *Petitus est.* Hic collige ad petitionem alterius partis iudicem dari. Sed contra. ff. de iudi. l. obseruãdum. Solu. hic petit generaliter: ibi hominem certum. vel hic respexit ad verecundiam petiti iudicis: vt ibi dicitur. vel hic ambæ partes simul petierunt.

l *Repudiare.* Hic no. regulam quòd nõ possum reprobare semel probatũ. sic. ff. de negot. gest. Pomponius. & C. de re. cre. l. si quis. & j. de liti. §. ad excludẽdas. &. j. vt cum de ap. co. siue igitur. &. ff. qui testisd. cog. l. si ab arbitro. §. fi. &. C. de nõ num pec. l. generaliter ca. sam. arg. contra. ff. mu. & ho. l. vt grad. tim. §. pe. &. C. de pro fes. & me. l. Grammaticos.

m *Eius curam.* sic.

n *Per dilationem.* id est per huiusmodi procrastinationem.

o *Si vero.* hic ponitur de tertia parte rubricæ.

p *Quidam.* scilicet non conuenti in iudicio.

q *Iurent.* scilicet iudicio sisti: quia non potuerunt dare fideiussorem: vt diximus. ẽ. eo. §. suscepto. Sed quid si fideiussorẽ dederãt? Respon. tunc duplici ratione cõsulitur actori, & contra fideiussorẽ ad interesse: vt. ff. qui satisdare. l. ij. §. fi. & per missum in pos. vt hic dicimus. Item quid si neque iurauit, neq; fideiussorem dedit? Respon. adhuc habet locum hic. §. Item quid si nunquam venit corã iudice? Respon. adhuc habet locum generalis consuetudo vt dicit, quod interpres legũ: vt. ff. de legi. & sena. l. si de interpretatione. Quid ergo hic dicit, iurent, subaudi maxime.

r *Obseruabunt.* scilicet iudicium, id est in iudicio sistent.

s *Contestatio litis.* Sed qualiter, cum incontinenti elapsis. xx. diebus fiat cõtestatio: vt. ẽ. eo. §. suscepto. in fi? Respon. immo nõ tim quandoq;, forte eo retardãte: quod potest esse vsque ad mẽses: vt. j. de execu. & his qui con. & recon. §. j.

t *Ab hac.* scilicet Cõstantinopolitana. maxime ideo dixit, quia & aliàs generaliter hæc constitutio seruatur: vt. j. eo. §. fi.

u *Illum.* scilicet iudicem.

x *Administrator.* id est iudex ordinarius: vt. j. vt defun. eo. §. pe.

y *Omnimodo.* id est re & verbo. quod non facit nisi ordinarius vt hic. vocatio autem verbo tantũ fit à delegato, & etiam ab arbitro: vt. ff. de arb. l. sed interpellatur. §. j. Item ab ordinario quandoque tantum verbo: vt de domo vocari: vt. ff. de in ius vo. l. plerique. & tribus sequentibus. ll.

z *Penè.* aduerbialiter ponitur.

a *Factum.* No. optimum ar. contra seruientes fugientes, vt eo ipso res amissas videantur subtraxisse. & fa. C. de iu. cal. l. j. §. quod si actor. &. §. sinautem reus.

b *Administrat.* scilicet iudex.

c *Datus.* id est delegatus.

d *A quodam iudice.* scilicet ordinario. nam delegatus non delegat: vt. C. de iudi. l. à iudice.

e *Administratore.* minimo, puta à defensore ciuitatis.

f *Ad illum.* delegantem.

g *Iudice.* scilicet delegato.

h *Non valente.* hic est contra. j. de liti. §. aliis. Solu. hoc corrigitur in delegato à principe. vel dic vt ibi.

i *Contestatio.* extũc enim dominus litis est factus: vt. ff. de ædil. edi. l. ædiles. §. item sciendum.

k *Illo.* scilicet reo.

BIU Cujas

contẽnente legem [a] & iuramẽtum suum manifestatione sua, [b] & actorem extra omne [c] legitimum adiutorium relinquente.

Igitur ne latente eo, & tardata exhibitione, [d] causa maneat suspẽsa: examinet vt potuerit [e] iudex [f] in quam terram abiisse dicitur: & det inducias [g] certas, vt nisi intra eas occurrerit (liberam tamen [h] huius rei fiduciam habens, si nõ forte studio actoris impediatur, aut venire prohibeatur) tunc secundum vnam partem [i] examinet [k] negotium, & in possessionẽ [l] mittat actorem rerum [m] eius secundũ mẽsurã [n] declarati [o] debiti: ipsumq; in possessionem missum, habere etiã rem debiti seruãdi causa: [p] & tunc si ille occurrerit, [q] omne ei prius soluet damnum: & tunc recipiens res, [r] & fideiussorem [s] prẽstans, prosequatur causam.

CAP. V. De hypothecis militiarum ex casu, quæ personæ & quando hoc ius habeant.

OPTIMVM quoque est etiam hoc [t] propter dubitationum quæstionem lege communi determinare. Primùm nãque fuerunt dubitationes plurimæ vtrũ oporteat militias sub hypothecæ deduci vinculis, [u] an etiã his liberas esse. sed hoc quidem iam definitum est lege. [x] & certè [y] consistunt militiæ quæcunque [z] vẽdi aut obligari possunt. [a] Nos autẽ ex maioribus [b] causam cõsiderãtes, scimus quia ex antiquis [c] tẽporibus nõ erat in militiis hypotheca, sed quædam nomina [d] omnino antiqua & deficientia in talibus efferebantur. Paulatim vero imperatores interpellãtiũ creditorum miserati, hæc præbebant, [e] cum vtique omnis militia publica existeret, nullum quæstum omnino alium quàm ex imperiali munificentia habens. Propterea igitur sancimus ea quæ appellantur ex casu, [f] non omnibus hęc in omnia bona vt olim. & pbatur hoc ex cõsuetudine pignorum. nã semper plus debet valere pignus quàm sit debitum. vnde dicitur quòd residuũ debet creditor reddere debitori quãdo vẽdet plus pignora: vt. C. de iure do. impe. l. fi. §. finautem minus. *Pignꝰ plus debito valere debet.*

o *Declarati.* id est petiti, & probati semiplene, non per iuramẽtum calumniæ actoris: vt. C. quorum ap. l. j. & C. de bo. auct. iud. pos. l. cum proponas. nec enim plene potest cognosci, cum causæ merita partium assertione panduntur: vt. C. si per vim vel alio modo. l. fi. erit ergo hic speciale vt sũmatim cognoscatur, sicut aliàs in casib' qui his legibus denotantur. ff. de li. agno. l. si quis. §. si vel parens. & ff. de Car. edi. l. iij. § cause. & ff. de præto. sti. l. j. §. fi. & ff. de peti. hær. l. si quis libertatẽ. §. plane. & ff. de ven. in pos. mit. l. j. §. si ea. & ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. si super rebus. & C. vbi in rem act. l. ij. & ff. vt in pos. leg. l. si is à quo. & ff. ad exhi. l. iij. §. sciẽdũ. & hic. sed regulariter plene est cognoscẽdũ: vt. C. de iudi. l. iudices. quę est cõtra ad supradictas. ll. & ad istam. Quidam tamen hic dixerunt peti tantũ: & facit pro eis. ff. de iurisd. om. iudi. l. pe. §. fin. sed prima opinio verior est, & consuetudine probatur.

a *Legem.* istam.

b *Manifestatione sua.* quæ manifestatio est propter fugam, sicut supra dixi.

c *Omne.* nam definitiua sententia dari nõ potest in eum lite non cõtestata: vt. C. de temp. appel. l. fi. §. j. nec missio potest fieri: quia erat delegatus: nec alio modo poterat actor ad suum peruenire.

d *Exhibitione.* scilicet sui.

e *Vt potuerit.* scilicet summatim: sicut. j. statim dicitur.

f *Iudex.* Nunquid ordinarius tantùm faciet istam examinationem, & hæc quæ sequuntur, non autem delegatus? Respon. secundũ quosdam sic: quia mittere in possessionem de mixto imperio vt. ff. de iur. om. iu. habere. vnde ordinario tantum competit, cuius officium est latissimum: vt. ff. de iur. om. iu. l. j. nec delegari potest. ff. de offic. eius cui man. est iur. l. j. in prin. & ff. de dam. infec. l. dies. §. duas. sed tamen puto quòd etiam delegatus possit hæc quæ sequuntur facere. nam non mittit in pos. sed de mittendo pronũciat: quod etiam delegatus facere potest: vt. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. cognitio. §. fi. quare dicas q̃ licet non possit vocare re & verbo & mittere in pos. delegatus, vtmodo direrat: potest tamen hæc quæ sequũtur facere. & quod hic dicit, iudex, scilicet ordinarius vel delegatus intellige. & sic ex consuetudine seruatur.

g *Inducias certas.* scilicet secundum arbitriũ suũ: vt. C. de dilat. l. j. quod potest esse. xx. milium diurnorum: vt. ff. si quis cau. l. j.

h *Liberam tamen.* interpositio est: & loquitur de iudice qui libere potest hoc facere nisi reus impediatur studio actoris. & facit. ff. de eo per quem fac. est. l. fi. §. fi.

i *Secundum vnam partem.* id est secundum actorem audita propositione eius & ratione: & sacramento de calũnia præstito. nam si vtraque parte præsente hincinde sacramentum calũnię præstaretur: ergo & nunc ab vna, cum vna tãtũ pars præsens sit: vt. C. de iureiur. ppter cal. l. ij. in prin. quod enĩ iuris est in toto quo ad totũ, hoc est in parte quo ad partẽ: vt. ff. de pac. l. iurisgẽtiũ. §. adeo.

k *Examinet.* Sed qualiter? Respon. remittet ad domum, & quæretur ibi & hoc sufficit: vt. ff. de dam. infe. l. iiij. §. toties.

l *In possessionem.* id est in detentionem. nec enim possidebit: sed erit in possessione: vt. ff. de acqui. pos. l. iij. §. fin. & ff. quibus ex cau. in pos. eatur. l. cum legati. & longe aliud est possidere: aliud in possessione esse: vt. ff. de acqui. pos. l. si quis ante.

m *Rerum eius.* scilicet debitoris. & hoc dico primo mobilium, secundo immobiliũ, tertio nominum: vt. ff. de re iudi. l. à diuo. §. j. licet dici posset quòd illa loquatur in executore definitiuæ, hæc autem de executore interlocutoriæ.

n *Secundum mensuram.* Sed olim in omnia bona fiebat missio etiam propter. v. solidos: nisi in causa damni infecti & legatorum: vt. ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. j. & ff. si ser. vin. l. is cuius. Sed nũquid si peto iure hypothecæ omnia bona, habet locum quod hic dicitur? Respon. non: immo in omnia sum mittendus. aliàs fieret iniuria mihi. Item quid si petam omnia mihi debita? & tunc dico idẽ, scilicet quòd in omnibus sum mittendus. sed certe hæc auth. tũc locum habet, cum tunc sit mensura debiti tota de substãtia debitoris. Item nũquid fiet hęc missio in tantum, ita quòd nõ in plus? Quidam dicunt quòd sic. nos autem quòd in plus vel in duplum vel in tantum & dimidium. Nec obstat quod hic dicitur: quia nõ dicit quòd non in plus, sed secundum mẽsuram: vt si peto. c. mittar in poss. ef. de rebus valentibus cl. vel. cc. si autem petam. cc. & tũc in rebus valentibus. ccc. vel. cccc. ac si diceret, non fiet missio

p *Seruanda causa.* quod leges appellant rei seruãdæ causa. [a] Sed nunquid fructus medij temporis lucratur missus? Respon. secundum consuetudines terrarum sic: sed de iure debet reddere debitori: vt. ff. quib. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. j. respon. & ff. de bo. auct. iu. pos. l. prætor ait. j. respon. nisi in casu speciali: vt. ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. fi. *a Cõcor. c. 1. 2. & 3. extra de eo qui mit. in poss. causa rei seruan.*

q *Occurrerit.* sed vsq; ad quod tempus reuersus auditur? Respõ. Pla. vsque ad. xxx. an. & est arg. pro eo insti. de perpe. & temp. ac. in prin. Sed nos dicimus vsque ad annum tantum: vt. C. de præscrip. xxx. an. l. si quis emp. §. pe. & j. de liti. §. omnem. in fi. sed Pla. dicebat prædictam. l. loqui in reali actione: hanc in personali. Ité ad aliam. j. de liti. dici potest quòd loquatur in actore absente: hæc in reo. sed secundũ nos qui dicimus tantum vsque ad annum admittendum: nunquid possidet missus post annum? Respon. sic, quasi secundum decretum interueniat: vt. ff. de dam. infec. l. à quo. sed tamen M. dicebat statim in actione in rem missum possidere, argu. dictæ. l. si quis emp. §. pe. sed prima placet. *Domin' vsque ad qd tẽpus auditur contra missum in possessionẽ causa rei seruanda.*

r *Recipiens res.* Sed nũquid primo res restituitur quàm satisdetur? Respon. non puto, immo quasi loco pignoris donec satisdet, tenebuntur: vt hic, & ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri.

s *Fideiussorem.* scilicet iudicio sisti. Sed quid si possideat immobilia? Respõ. adhuc puto eum satisdare debere, vt sit speciale hoc casu: quia ex quo semel male fecit fugiendo, postea male facere præsumitur: vt. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. & ff. de accu. l. si cui. §. hisdem.

t *Hoc.* scilicet quod sequitur.

u *Vinculis.* id est vtrum possent obligari.

x *Lege.* quæ dicit eas posse obligari si sunt tales quæ ad hæredes transeant, vel etiam quatenus transeant: vt. C. de pigno. l. fi.

y *Certe.* aduerbium.

z *Quæcunque.* id est quæ.

a *Possunt.* scilicet quæ transeunt ad hæredes.

b *Maioribus.* scilicet anteceſſoribus nostris.

c *Ex antiquis.* id est ante dictam. l. C. de pig. l. fi.

d *Nomina.* quædã debita quę cõtracta fuerũt super militiis: & tũ deficiebãt debita debitore nõ habẽte aliũde vnde satisfaceret.

e *Præbebant.* scilicet in priuilegium.

f *Ex casu.* scilicet militias sic dictas: quia cadunt mortuo militante

BIU Cujas

tante quandoque: vt in.d.l.C. de pig.l.fi.&.C.de inoffic.testa.l. omnimodo.§.imputari. *ADDITIO.* Hunc locum elegãter explicuit Iulianus epitomator in Nouellis manu scriptis quas mihi aliquãdo communicauit Cuiacius noster. Ideoque eius verba aliquot subieci. Si quis(inquit)casu militauerit, & non soluendo decesserit,casus militię eius, qđ scholæ placitum à quibusdã vocatur, non temere creditoribus cõcedatur. Ecce enim si quis ad hoc ipsum vt militet, defuncto mutuauerit,ipse æquè scholæ placito fruatur, inope debitore defuncto. Sinautem liberi & vxor à defuncto derelicti sunt, adeant principem,& accipiant eundem militiæ casum,quamuis hęredes defuncto non extiterint. Sinautem neque liberos neq; vxorem dereliquerit, tunc etiam cæteris creditoribꝰ casus militiæ subiiciatur: excepis videlicet spectabilibus viris silentiariis,quorũ prærogatiuas proprias in eadem firmitate durare cõstitutio iubet.hęc ex Iuliano transcripsi. Contius.

a *Filii.* qui repetunt dotẽ maternã ea mortua, vel ipsa vxor quãdo viuit adhuc.

b *Si in aliis.* quia hæreditas est omni ære alieno deducto: vt.ff.de verb. signi.l. subsignatum.§.j.&.l.veniſſe.

c *Creditoribus.* qui nõ ad hoc mutuauerunt: empta tamen fuit ex ea pecunia, vel præsumitur.

d *Actionẽ.* id est actũ. sic ponitur.ſ.de nõ ali. §.sinimus.

e *In sua virtute.* quia si non ad hoc specialiter accepit mutuum causa talis militiæ emendæ, nihilo minus creditores eorum præferuntur mulieribus. & facit.C. de inoffic. testa.l. omnimodo.§.fin. &.C. de silentiariis. per totum. lib.xij.Item fa.ad hunc §.ff. de ac. empt.l. creditor.§. inter. &.C. de inoffic. testa.l. omnimodo.§. imputari.&.j. de æquali.dotis.§. quia vero. coll. vij.&.ff. de mino.l.iij.§.ſi quid.Itẽ &.C. qui po. in pign.l. licet. &.ff. qui po. in pig.l.interdum.

f *Aperta est.* Not. legem apertam ad clementiam, nec mirum, cum sit sancta:vt.C. de legi.& con.l.leges.

g *Valentes.* scilicet videmus.

†*Ex hoc.§. extracta est authen.quæ est.C. vnde vir & vxor.super.l. vnica. & incipit,præterea. & cõcor. cũ hoc §. glos. in ca. Rainutius. super verbo, clare. in me. ibi, quãdoque tamen. extra de testa.*

†*aliàs siue pauciores.*

prompte subiacere: nisi tamen creditor fuerit qui ad hoc ipsum mutuauit vt militia illi emeretur.alioqui aliis creditoribus non prompte damus hoc: sed si quidem filij [a] fuerint aut vxor defuncti, istos omnibus præponimus modis, vt adeant nos: & secũdum iussionem nostram hoc habeant non tanquã paternam hæreditatem si in aliis [b] inops sit, sed tanquam imperialem munificentiam: vt & substantiam relinquentibus, & non habentibus, merito solatiũ præbeamus. Si vero nullus eis neque filius neque vxor fuerit, neq; creditor qui ad ipsam militiam mutuauit:tũc & aliis creditoribus [c] præbemus hoc, ne videamur inhumanum aliquid facere, & non propter piam & deo placentem actionem [d] ponere legem: de militia quippe spectabilium silẽtiariorũ propriè datis & largitis eis priuilegiis in sua virtute [e] manentibus.

CAP. VI. De muliere inope indotata.

QVONIAM vero ad clementiam omnis à nobis aperta est [f] lex, videmus autem quosdã cohærentes mulieribus indotatis, deinde morientes, & filios quidem ex lege vocatos ad paternam hæreditatem, mulieres autem licet decies milies in statu legitimæ cõiugis manserint, attamen eo quòd non sit facta neque dos neque antenuptialis donatio, nihil habere valẽtes, [g] sed in nouissima [h] viuentes inopia: propterea† sancimus prouidentiam fieri etiam harum [i] & in successione morientis,& huiusmodi vxorem cum filiis vocari.& sicut scripsimus legem [k] volentem, si sine dote existentẽ vxorem vir dimiserit, quartam partem eius substantiæ accipere eam:sic etiam hic,quoniã cõtingit forte paucos aut plures esse filios, quartam partem eius substantiæ habere mulierem:siue plures, siue minus † filij fuerint. [l] si tamen legatum aliquod reliquerit ei vir minus quarta parte, compleri [m] hoc: vt sicut læsas eas iuuamus, si forte dimissæ fuerint à viris indotatæ consistentes: [n] ita vel si perdurauerint [o] semper cum eis, eadẽ fruantur prouidentia, scilicet omnibus [p] secundũ instar illius nostræ cõstitutionis,quæ quartam decernit eis, etiam hic seruandis similiter quidẽ in viris, similiter autẽ in mulieribus. [q] communem nanque etiam hãc super eis ponimus legem sicut & præcedentem. Si vero quasdam res proprias [r] mulier in domo viri, aut alibi repositas habuit, harum actionem & retentionem habeat omnibus modis imminutam: subiacere [f] huiusmodi rebus viri creditoribus nullo modo valẽtibus: nisi forte secundum quod in illius [t] iure ex hac lege hæres extiterit. Hæc itaque dicimus si coniunctorum alter dotem aut antenuptialem donationem nõ faciens, inops aut vir aut mulier inueniatur, & moriens quidem aut vir aut mulier locuples sit, ille vero vel illa superstes pauper [u] existat. Nam si aliũde forsan habeat: [x] non offerentem [y] dotem, aut non dantem [z] propter nuptias donationem, non erit iustũ grauare filios per successionem: [a] quoniam lex alia est nostra, dicens dotem nõ offerentem, non posse res viri acquirere per antenuptialem donationem, [b] quod etiã volumus hic obtinere: nisi tamẽ ipse vir aut legatum ei,aut aliquam partem institutionis reliquerit. fieri namque hoc [c] nullo inuidemus modo: vt omnibus modis concordantiæ [d] legum seruentur,& inopia coniugis per diuitias [e] saluetur alterius. Quæ igitur placuerunt nobis,tua celsitudo in omnibus valere, effectuique contradere festinet per præcepta à se conficienda vniuersa faciens manifesta, quatenus ipsi secundum hanc viuant etiam, & conuersentur. Dat. Kalen. Octob. Imp. Domi. Iustinia. P.P.A. ann. xj. post Bilis. V.C. consula. anno secundo.†

TITVLVS VII.

Nouell. 54.

CONSTITVTIONEM [f] quæ ex adscriptitio & libera natos,

h *Nouissima.* hoc colore loquendi plerunque vtitur hic liberi vt not. j. qui. mo. na. effi. legi. §. illud. circa fi. col. vj. Accursius.

i *Etiam harum.* scilicet mulierum.

k *Scripsimus legem.* vt.C. de repu. l. fin. &.ſ. de nup. §. sic itaque.

l *Filii fuerint.* hic aliter distinguitur: vt. j. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero legem. col. viij.

m *Compleri.* sic.C. de inoffic. testa. l. omnimodo. Accursius.

n *Consistentes.* vt dicitur in dicto. §. sic itaque.

o *Si perdurauerint.* vt in hoc. §. Accur.

p *Omnibus.* repete fruantur. Accursius.

q *Similiter autẽ in mulieribus.* & hoc corrigitur. j. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero legem.

r *Proprias.* quæ paraphernalia dicuntur: vt C. de pa. con. tam super dote. l. hac lege generali.

s *Subiacere.* ita ordina. huiusmodi rebus nullo modo valentibus subiacere creditoribus viri, nisi forte &c. Al.

t *In illius.* decedentis quando mulier diues decessit, & vir inops est superstes: vnde successit in quartam bonorum suorum cum liberis mortuæ mulieris.

u *Pauper.* Quis hic dicitur pauper? Respo. qui habet minus. l. aureis: vt. ff. de accu. hęred. nulli. Vel dic q nõ habet. c. aureos: vt infra de suc. lib. §. postea. & §. sed nostra.

x *Forsan habeat.* scilicet sufficientẽ substantiam.

y *Non offerentem.* scilicet mulierem.

z *Dantẽ.* scilicet viro.

a *Per successionem.* id est vt ipsa succedat filiis, si locuples est.

b *Donationem.* vt ibi non eligen. §. fi. nisi in casibus: vt ibi dicitur.

c *Namque hoc.* id est relinqui legatum.

d *Concordantiæ.* sic.C. de inoffi. dotib. j. §. fi. vt cleri. apud propr. episc. §. fi.

e *Per diuitias.* sic.C. de nup. l. fi. Accursius.

CONSTITVTIONEM quæ ex adscriptitio & libera &c.

f Cõstitutionem, quæ est in.C. de senatusco. Claudiano. l. i. in ſi. nempe per Claudianum erat libera, & eius filius erat seruus: vt ibidem dicitur. nam autẽ dicit de illa quæ est C. de agri. & cen. l. ut quidditius. li. ii. quatenus ista est casus iste: licet alii similes sint ibi. vel dic quod dicit de ea quæ est .C. de agri. &

liberos esse vult, [a] non iis qui ante constitutionē nati sunt, sed qui post constitutionem, prodesse: & vt ne venerabiles [b] domus commutationes faciant adinuicem immobilium rerū ecclesiasticarum, decreto prius interposito, excepta hac maiori ecclesia.

Natus ex adscriptitio & libera post hanc legem, liber est. Itē vna ecclesia potest cum alia permutare immobilia metropolitani decreto & iureiurando præstito quòd talis permutatio vtrique vtilis est, excepta Constantinopolitana. Angel.

Imper. Iustinianus Augu. Ioanni præfecto prætorio, iterum exconsuli & patricio.

IN quadā nostrarum [c] constitutionum nihil obscuritatis habēte, motæ sunt quęstiones ab aliquibus ex studio & ad suam intentionem obscuritatem ei introducentibus. Cum enim libertatis amatores simus: nuper posuimus legem, vt non secundū antiquitatem, si ex adscriptitia & libera persona processerit soboles, omnino eam sequi adscriptitiam fortunam secūdum seruilis [d] fortunæ obseruationē: sic etiam super adscriptitiis putari: & secundum vētris statum, eius etiam qui nascitur, cōsiderari fortunam. [e] Ex libera nanque matre procedere seruilem partum, nostra benefaciens noluit lex: quoniam diximus in lege, si quidem coniuncti sunt [f] mulieribus, siue etiam coniūcti fuerunt, [g] & filij procreantur: ita legem in iis qui procreātur, valere. Quidam autem sic fatuè aut callide interpretari ausi sunt legem, vt etiam si ante constitutionem nati sunt aliqui, vel si valde sint senes, putent eos liberari tanquam modo natos, & non longe præcedentes legem: cum vtique nos hunc habuerimus intellectum, vt si cohęrent iam quidē vxoribus, & post legem filij procreati essent, aut nō cohærent quidem, postea vero nuptiæ fierent, post legem nati haberent ex lege datā libertatē.

CAP. I. Vt natus ex adscriptitio & libera sit liber.

NE igitur liceat artibus vti & malignari, & possessionū nocere dominis talibus interpretationibus: propterea sancimus omnes qui nati sunt à tempore legis, hos solutos esse adscriptitia fortuna, si ex liberis nascantur matribus, omne præteritum antiquæ seruandum legi. [h]

CAP. II. Vt venerabilium locorum œconomi res ecclesiæ permutare inuicem possint excepta ecclesia Constantinopolitana.

QVIA igitur nuper scripsimus legem [i] medētes iis quæ de ecclesiasticis alienationibus fiunt: & volentes (si quidem publicum debitum sit) posse eas alienare cum omni subtilitate secundum legis obseruationem: si vero priuatum debitum est, pro soluto dare rem immobilem, & in nullo videri offendere positam legem, [k] quæ omnem alienationem prohibet: etiam illud [l] adiicimus, [m] & per quandam ineuitabilem [n] occasionem & vtilem danti & accipienti venerādæ domui: [o] hoc est, aut ecclesiæ ad ecclesiam, aut ptochotrophij ad ptochotrophiū, aut xenodochij ad xenodochium, aut simpliciter venerabili domui ad aliam reuerendā domum: hoc est, aut ecclesiam ad ptochotrophium, aut monasterium ad venerandam domum, aut xenodochium, aut nosocomium, aut illis ad ecclesiam, aut alterutrum, aut vnum horum quæ prius à nobis sunt dinumerata, aut alteri cuilibet venerabili domui licētiā [p] damus præsulibus horum monasteriorum per hanc legem commutationem facere, & hoc valere: & nō solum imperium (sicuti prior dabat lex [q]) licentiam habere commutare, sed etiā venerabiles domos quæ regi omniū deo dedicatæ sunt: sic tamē vt etiam decretum interponatur cum omni subtilitate & iureiurādo: & apud locorum metropolitam [r] hoc considerari: & si reuera probatum fuerit cum iureiurando quia vtile est vtrique parti hoc agi, ratum esse & valere, & non egere neque speciali iussione, neq; pragmatico [s] diuino typo: habentibus quippe iis, qui ad talia conueniunt, magni dei iudicium, si quidē prævaricati fuerint horum quæ competunt, aut quoddā colludium fiat, aut aliquid propter vtilitatem vtriusque geratur partis. nam etiam maledicta his omniū terribilia [t] imminebunt, & quæ [u] inferunt eloquia diuina peccantibus: & quæ nūc eis disposita sunt. si quid autem prætermittatur, & postea demonstretur malignè factū: pro non facto erit. Excipimus etiam hac lege sanctissimā maiorem ecclesiam: sicut etiam priori. [x] illam nanque in priori prohibitione alienationū stare volumus: quoniā & hoc ipsis gubernatoribus eius sanctissimis viris videtur. Tua igitur eminentia, quæ nobis bene & sanctè visa sunt, & per hanc sanctā declarata sunt legem, in omnibus gentibus, quibus præes, per præcepta propria solenniter faciat manifesta. Da. XV. Kal. Sep. CP. Imper. Domi. Iusti. Anno. XI. post Bilis. V.C. cons. Anno. II.

TITVLVS VIII.

Nouell. 55.

VT DECAETERO COMMVTATIONES ecclesiasticarum rerum non fictè fiant ad piissimum imperatorem, & hoc modo ad alias personas transeant res: sed hæc tantummodo fiant ad imperialem domum: & vt liceat [y] perpetuas emphyteuseis agi ab oratoriis in oratoria, decreto videlicet interposito: excepta hac maiore ecclesia: nec tamen in priuatam [z] personam transeat emphyteusis.

Ecclesia cum principe permutare potest, vt res apud principem perpetuo permaneant, nec veniant ad priuatos: his in futuris casibus obtinentibus. Item ecclesiæ adinuicem in perpetuam emphyteusim dare possunt, excepta maiore ecclesia Constantinopolitana. Bartolus.

Imp. Iustinianus Aug. Mennæ archiepiscopo Constantinop.

Legem

---

agri. & cen. l. fin. Et no. quod hæc pars expeditur infra eo. vsque ad. §. quia igitur. secunda autem vsque in fi. constitutionis.

a Esse vult. *illa constitutio, dico non prodest iis qui ante &c.*

b Et vt ne venerabiles. *hoc expeditur infra eo. §. quia igitur. vsque in fin.*

c *IN quadam nostrarum.* vt. C. de senatusco. Claudia. l. j. Vel dic vt. C. de agri. & cē. l. fi. [a] vel dic vt tertia est. vt. C. de agri. & cen. Imo diutius. Sed secunda verior videtur, vel prima.

d *Secundū seruilis.* subaudi hic, scilicet secūdum &c. si non habes in litera.

e *Fortunam.* vt si venter est seruus, & partus sit seruus: vt supra dixi. & C. de rei vin. l. partum. & institu. de inge. §. j. si autem libera, & tunc est filius liber, vt subiicit, ex libera nanque &c.

f *Coniuncti sunt.* scilicet nunc.

g *Fuerunt.* in futuro.

h *Legi.* vbi sit hæc lex antiqua, ignoramus. nā per. l. Codicis erat cōsiderandus venter semper. vt. C. de senatusco. Claud. l. j. & C. de agri. & cē. l. ne diuti[v]. & l. fi.

i *Legem.* vt supra de eccle. re. immobi. alie.

k *Positam legem.* vt. ẽ. de non alie. §. nos igitur.

l *Etiam illud.* igitur quia sic fecimus, etiam illud &c.

m *Adiicimus.* scilicet quod sequitur, & per quædam &c.

n *Ineuitabilem.* id est si occurrat ineuitabilis, id est non spernenda occasio & vtilis &c. Accursius.

o *Domui.* accipe licētia damus, quod est. j.

p *Licentiam.* idem est in contractu emphyteulis: vt. j. tit. j. §. illud. quod tamen est hodie ius generale, vt ibi dicemus.

q *Dabat lex.* vt. ẽ. de non alie. §. finimus.

r *Metropolitam.* id est archiepiscopum.

s *Pragmatico.* id est imperiali rescripto. Al.

t *Terribilia.* sic. j. vt ij qui ob. §. quod si quis. sic. j. de ali. & emphy. §. quia vero. sic. j. vt immo. antenup. do. circa fi. colla. v.

u *Et quæ.* scilicet maledicta inferant ea quę nunc dispo.

x *Etiam priori.* vt. ẽ. de eccle. re. immo. alie. §. fi. colla. iiij.

VT DECAETERO commutationes ecclesiastica. &c.

Hæc prima pars expeditur. j. eo. vsq; ad. §. illud.

y Et vt liceat. *hæc secunda expeditur. j. eo. §. illud.*

z In priuatam. *q. d. in priuatam tantum remaneat prohibitio.*

BIU Cujas

LEgem scripsimus[a] dudum ecclesiasticas quidem alienationes prohibentē: solam autē cōmutationem permittentē sanctissimis ecclesiis, necnō sanctissimæ maiori ecclesiæ huius felicissimę ciuitatis: dum imperiū accipere aliquid ab aliqua venerabilium domuū voluerit. postea si quidem aliā scripsimus[b] legē, qua[c] excepimus sanctissimam maiorem ecclesiā, permittētes[d] quasdam alienationes, quas illa lex dicit. Quia vero cognouimus eo quòd aliquid prioris cō stitutionis capitulum quod de permutatione cōpetentiū rerū sanctissimis domibus ad imperium scripsimus, ad artē legi cōtrariā conuerterunt: postulauerúntq; nos quidē à sanctissima ecclesia accipere, his autem hæc dare: hinc aggressi sunt multi quidē similib' petitionibus nitentes sacrā circunuenire cōstitutionē. quæcunque ergo gesta sunt à nobis vsq; ad præsentem diem, hæc sub schemate[e] quod nūc est, valere volumus,[f] nullo permutādo[g] horū q̄iam à nobis cū sanctissima ecclesia in talib' cōtractibus gesta sunt, aut cū iis qui hæc à nobis perceperunt.

CAP. I.

DECAETERO autē sancimus nulli penitus vllā esse licētiā aliquid tale agere: sed illas solas valere permutationes, quę ad imperialem domū in hoc factæ sunt, vt perpetuo apud imperium maneant,[h] & nō trāsferātur ad priuatū: neque illarum ius per mediū imperiū[i] ad eos[k] proficiscatur. Sed si quid tale fiat,[l] licentiā damus[m] reuerendissimis œconomis res apprehendere huiusmodi, & trahere eas rursus ad sanctissimā ecclesiam, tanquā si nec ab initio cōtigisset permutationes harū ad imperiū factas: sed seruari hoc schema[n] in perpetuum ex præsenti die inchoatū, omnib' quæ dudum (sicut prædiximus) post priorem[o] legē secūdum modū prædictum gesta sunt, ratis manentibus: eo quòd illa quidem quæ sic facta sunt, à viris[p] gesta sunt. [q] Nunc autē quidā volunt illorū[r] exēplo vtentes, & nobis esse molesti, & sanctissimā maiorem ecclesiā huius felicissimę ciuitatis circūuenire: quod per A omne tempus nullo modo fieri volumus. Sed & si fiat quolibet schemate, hoc etiam infirmum esse: & à sanctissima maiore ecclesia in perpetuum vindicari: nulla ei temporis præscriptione[s] in hoc obiicienda.

CAP. II. Vt ecclesiis inter se liceat perpetuos contractus emphyteuticos facere.

ILLVD quoq; sancimus, vt aliis omnibus de iure emphyteuseos sancitis,[t] & in sanctissima maiore ecclesia, & in aliis omnibus venerabilibus domi- B bus propriū robur habentibus, licentia sit sanctissimis ecclesiis & venerabilibus domibus adinuicē[u] & emphyteusim perpetuā agere: decreto quippe[x] hic faciēdo: excepta quidē hac sanctissima maiore ecclesia in hac celebrata emphyteusi: vt nō ad priuatā personā extendi omnino possit. Tua igitur beatitudo, quę iussa sunt à nobis custodiat: & iis qui sub ea metropolitanas sedes habent, faciat manifesta, vt & ipsi quæ nobis placuerūt cognoscētes, nihil horū præuaricari præsumāt. erit enim vniuersis à deo iudiciū & exin- C de pœna, si quid præter hęc aut ipsi egerint, aut agi permiserint. D. XV. Kalen. Nouembr. CP. Imp. Dn. Iustin. P. P. A. ann. XI. post Bilis. V. C. cons. anno secundo.

TITVLVS IX.

Nouella LVI.

VT EA QVAE VOCANtur insinuatiua[y] super clericis, in maiore ecclesia quidem dentur: in aliis autem ecclesiis penitus non dentur.

Insinuatiua non possunt exigi à clericis ordinatis, exceptis iis qui sunt ordinati in maiori ecclesia, à quibus secundum consuetudinem accipere licet. Bartolus.

Imperator Iustinianus Augustus Mennæ archiepiscopo regiæ ciuitatis Constantinopolitanæ.†

D PLurimas aditiones suscipientes, hanc legem dirigere ad tuā beatitudinē[z] iustum existimauimus. Qui enim ordinātur à tua uerentia clerici in sanctissimis ecclesiis (absque tamē sanctissima maiori ecclesia) omniū patiuntur crudelissima, non suscipiētibus eos illic ecclesiis[a] antequā quantum voluerint accipiāt aurum. & nouimus hoc ex frequētibus aditionibus de hoc factis nobis. Sancimus igitur beatitudinē tuā hoc validissimè custodire, vt si quidē consuetudo est dare eos qui ordinātur in sanctissima maiore ecclesia, hoc eos præbere. nihil enim de iis quæ dātur in sanctissima maiore ecclesia, nouamus. Prętera vero in aliis omnibus[b] nulli in eis clericorum licentiā esse penitus pro iis quæ vocantur insinuatiua,[c] †aliquid ferre. Sed & si quis tale aliquid

---

a *Legem scripsimus.* vt supra de non ali. §. nos igitur. &. §. vt autem. &. §. sinimus.

b *Aliam scripsimus.* vt supra de eccle. re. immo. al. Accursius.

c *Qua.* scilicet lege modo proxime dicta: vt supra de eccl. re. immobi. ali. §. fi.

d *Permittentes.* vt in prima parte dictæ cōstit. continetur.

e *Sub schemate.* id est ordine. Accursius.

f *Volumus.* sic. C. de legi. & constitu. l. leges & constitutiones.

g *Permutando.* id est irritando. Accur.

h *Maneant.* vt. §. de non alie. §. sinimus.

i *Per medium imperiū.* No. quod non possum habere ex mea persona, nec ex alterius persona habere possum. sic C. de vsur. l. eos. §. fi. & C. quod metus cau. l. si per impressionē. &. ff. de leg. j. l. si mihi. §. regula. &. ff. de vsucap. l. Labeo. &. ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. ij. § j. ecōtra quandoq; quod nō possum habere per me, habeo per alium: vt. ff. ad. l. Fal. l. pœnales. §. fin. &. ff. de transact. l. & post. §. j. &. ff. quæ res pig. obli. post. l. Aristo. in fi.

Alius nō potest mihi dare quod ex me non possum.

k *Ad eos.* priuatos.

l *Fiat.* id est permutetur res ecclesiæ cum imperatore, & imperator eam det priuato.

m *Licentiā damus.* scilicet. j. vt spō. lar. §. penulti. coll. viij. contra. sed hæc per illam corrigitur in hac prima parte cōstitutionis. Itē no. secundū istam constitutionem, quòd aliquis sibi ius dicebat, vt hic. sic. C. vt vnicuique lice. sine iudi. se vin. l. ij. ar. cōtra. C. vt nemo in sua cau. iu. l. j. & de Iudę. l. nullus. Item hic est arg. quòd si rē meā vendo eo pacto, ne alienes: quòd si alienata sit, possim apprehēdere. Vel dic hanc literam intelligi, quòd apprehendent in iure per rei vin. vel alias actiones: vt. C. de dona. quæ sub modo. l. j. sed primum verius puto.

n *Hoc schema.* id est ordinem.

o *Priorem.* vt. §. de nō alie. §. sinimus.

p *A viris.* loquitur secundū vulgare. nā quādo inuenimus magnū factū, nos dicimus, hoc bene fuit factū à viro, scilicet probo. similis loquendi modus. §. de triente & semis. §. prohibemus autem.

q *Gesta sunt.* i. perfecta. vnde nūc remouere magnæ esset turpiuersationis: vt. §. de nō alie. §. alienationis.

r *Illorum.* s. virorum.

s *Præscriptione.* s. nō centū annorū secundū Alb. vt. §. vt eccle. Rocol. ij. vel hodie. al. annis: vt. j. de eccle. tēs pro temporalibus. cu ix. &. j. hæc constitu nouat con. col. vj.

t *Sancitis.* vt. §. de nō alie. aut permu. §. alienationis. &. §. emphyteusim. vsque ad. §. item. &. §. si vero etiam perpetuam.

u *Adinuicē.* aliās nō inter venerabilia loca non potest fieri perpetua: vt hic, &. §. de nō alie. §. si vero etiam. sed hodie cōmuniter fieri potest in perpetuum vt. j. de alie. & emphy. §. licentiam. Accur.

x *Decreto quippe.* sci. tit. j. §. fin. in prin. sci. de eccle. re. immo. alie. §. sancimus. Accur.

VT EA QVÆ vocantur &c.

y Insinuatiua. *dicitur insinuata. & quid sibi dicitur in tex. infra. sancimus.*

z PLurimas. *Alibus beatitudinē.* loquitur archiepiscopo regiæ ciuitatis cui dirigitur hæc constitutio.

a *Illic ecclesiis.* in ecclesiasticis personis. id est in litera, clericis tunc plana est.

b *In omnibus.* scilicet ecclesiis Cōstantinopolitanæ ciuitatis. nā localiter datur hęc cōstitutio, vel etiam in aliis ecclesiis per totum orbem.

c *Insinuatiua.* huiusmodi oblatio sic vocabū-

BIU Cujas

aliquid egerit: illũ [a] quidẽ priuari sacerdotio: in illius autẽ officio introire [b] qui missus est: [c] & hanc eũ auaritiæ [d] ferre mercedem. custodire vero hoc etiã deo amantissimos defensores sanctissimæ maioris [e] ecclesiæ, pœnam formidãtes decẽ librarum auri, si quid horũ neglexerint: sed gratis omnia procedere. Deinde † etenim defunctiones [f] & ministeria [g] nõ per venditionem, nec per mercationẽ fieri aliquã volumus, sed purè & citra redemptionẽ. sic enim rei digni fient nulla venditione ac mercatione faciẽda. Tua igitur beatitudo, & qui postea in pontificalibus accesserint sedibus: quæ à nobis ordinata sunt, & per hanc declarata sunt legẽ, operi effectuíque tradere festinet. Dat. † III. Kal. Nou. Constant. Imp. Dn. Iustinia. A. ann. XI. post Bilis. V. C. conſ. anno secundo.

TITVLVS X.

Nouella LVIII.

VT CLERICI QVI RE-cedunt, aliis pro eis subrogatis præbeant [h] emolumenta: recedentes autem remeare volentes non suscipi: & vt si quis [i] ędificans ecclesiam, aut aliter in eadem seruientibus ministrans emolumẽta, voluerit aliquos clericos instituere: nõ fortuitè eos, sed probatione sanctissimi patriarchæ suscipiat.

Clerici continuam residentiam in propriis ecclesiis facere tenentur, nec debent recedere: vel alii in eorum locum subrogãtur cum eorum emolumentis: & recedentes & postea remeantes suscipiendi non sunt: nec eis emolumenta debent restitui. Bartolus.

Imper. Iustinianus Augustꝰ. Mennæ sanctissimo huius regiæ vrbis archiepiscopo, & vniuersi eius tractus patriarchæ.

PLurimi sæpe clerici quibusdam orationis obseruiẽtes domibus, aut etiam fortè ab aliquib⁹ prius instituti, ministrãtur eis ab aliquib⁹ solẽnes expensæ: deinde separãt semetipsos diuinis omnino [k] sacramẽtis ꝓpter quas ipsi nouerũt [l] causas, aut ꝓ qualibet occasione recedunt oĩno à sanctissima in qua constituti sunt ecclesia.

CAP. I. De clericis subrogandis in locum desertorum clericorum.

SANCIMVS igitur nõ ex hoc fieri prohibitionẽ sacro ministerio, sed alios subrogari à deo amantissimis episcopis, sub quibus ipsæ constitutæ sunt ecclesię, & eos [m] hęc accipere. Nõ enim volumus aliquib⁹ dari lucra [n] quæ iã eis [o] per ipsos [p] aut propter ipsos [q] expendebantur sanctissimis ecclesiis: quoniam nolumus per quãlibet occasionem lucrũ aliquos facere ex aliorum fraudatione: sed quæ ab initio ministrabãtur, semper dari, & non sacrũ ex hoc ministeriũ corrumpi: nõ existente licẽtia postquã statuti fuerint aliqui ꝓ priorib⁹ clericis aut à sanctissimo patriarcha, aut à ꝓuincialib⁹ episcopis, rursus recedẽtes denuo remeare velle, [r] & expellere subrogatos: & cogi duplicia ministrare eos qui faciũt talem expensam: dare etiã subrogatis, & denuo remeare volẽtibus: sed illos quidem reuertẽtes nõ suscipi. qui vero post decessum priorũ statuti sunt, eis dari emoluméta: nullo vero hinc ministrãtibus [s] accessu talia lucrari [t] nitentibus: ex sua substantia omnino præbẽtibus his qui ab eis statuti sunt, emolumenta, & omnes expẽsas: hæredibus eorũ & successoribus sciẽtibus, quia si etiam post hæc fraudauerint, certa possessio deputabitur ex eorũ substãtia sacris nostris priuatis, vt hinc ministratio eis fiat.

CAP. II. Vt fundatoribus ecclesiarum facere in eis clericos non liceat, sed tantum præsentare.

ILLVD † quoque ad honorem & cultum sedis tuę decernimus, si quis ædificans ecclesiam, [u] aut etiam aliter expendens in ea ministrantibus alimenta, voluerit aliquos clericos statuere: non esse ei fiduciam vllam quos vult per potestatem [x] deducere tuæ reuerentiæ ad ordinandos eos, sed examinari à tua sanctitate: sententiáque tua, & qui pontificalem sedem rexerit, semper hos suscipere ordinationem, qui tuæ beatitudini, & qui postea opportuni videbuntur existere, & dei ministerio digni: vt non profanentur sancta dei (hoc videlicet quod sacris sancitur eloquiis) sed intacta hæc & ineffabilia tremendáque constituta, sancte & deo amabiliter & venerandè tractari. [y] Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, beatitudinem tuam seruare perpetuo sancimus: cognoscentes, quia non minus nobis cura est sanctarum ecclesiarum conseruare vtilitatem, quàm ipsius animæ. [z] Dat. † X V. Kalen. Nou. CP. Imp. Dn. Iustinia. Augustꝰ. post Bilis. V. C. conſ. anno tertio.

† *Concor. cũ hoc. §. c. ad audiẽtiam. extra de eccle. ædifi. cũ multis aliis capitulis.*

† *sic in Scrꝰ geriana. Contius.*

TITVLVS XI.

DE HIS QVI INGREDIVNTVR AD appellationem: & quando per scripturam [a] manus proprię fiat collatio literarum, & de iureiurando [b] dilationis, & vt coniungatur iuriiurando calumniæ.

Hæc Nouella longius à proprio loco reiecta est, cum antea docuimus eam esse in ordine quinquagesimam. Ș. coll. 5. tit. 3. Cõt.

Appellanti ad appellationem exercendam statuitur annus, ex causa biennium. Item appellatore in biennio causam derelinquente, conceditur victori, cum vnus mensis supersit, eam prosequi vt sententia infirmetur: in vtroque casu appellatore in expensis condemnando. neutro autem prosequente, sententia remanet firma: his obtinentibus in causis futuris, ac etiam pendentibus nondum finitis. Bartolus.

Imperator

a *Illum.* accipientem aurum.
b *Introire.* sic. Ș. de tabel. §. j. in fi. Accur.
c *Missus est.* i. electus vt mittatur. Accur.
d *Auaritiæ.* sic. Ș. vt ind. sine quoquo suffra. §. cogitatio.
e *Maioris.* repete, sanctissimus.
f *Defunctiones.* id est substitutiones. q. d. vt enim vnus fungatur loco alterius defuncti. Accur.
g *Et ministeria.* i. ministros. & facit. C. de episco. & cleri. l. si quẽquam. &. Ș. quomodo opor. episc. §. sed neq; colla. j. sed contra. ĵ. de sanct. episco. §. pro cõsuetudinibus. colla. ix. sed illa forte loquitur in episcopis tantũ: hæc autem in aliis clericis. Vel illa præstantur ex consuetudine: hęc autẽ præter consuetudinem exigebantur.

VT CLERICI qui recedunt &c. Hæc pars expeditur. ĵ. vsque ad. §. illud. Accur.

h Præbeant. *scilicet qui præbere soliti erant: vt patet infra eod.*
i Et vt si quis. *hoc dicitur infra eo. §. fi.*
k *Plurimi. Diuinis omnino.* quasi non reuersuri. aliud aũt dico si ad scholas vadãt: quæ est probabilis absentia: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. necnon. sed cum aliqua forte meretricula recesit: vt subiicit, propter quas &c.
l *Nouerunt.* ideo obscure loquitur: vt etiã malam causam det intelligere: sic. ĵ. quib. mo. na. efti. le. §. & quidam. colla. vj. & ff. ad Maced. l. j. ibi, ne quid amplius &c.
m *Eos.* subrogatos.
n *Lucra.* quæ dabãtur iis qui recesserunt.
o *Eis.* scilicet clericis recedentibus.
p *Per ipsos.* s. institutẽtes eos: & ita hæc lex est argu. immo expressum cõtra eccelesias Italiæ quæ semper habent canonicos pauciores, quàm sit statutũ in eis: & alij canonici vsurpãt quod deficientibus dari deberet. & facit. Ș. de mẽsor. cle. §. j. in fi. &. Ș. quomodo opor. episc. §. sed neque.
q *Propter ipsos.* scilicet recedentes.
r *Remeare velle.* aliàs remeantes. & tunc dic velle, scilicet suscipere. aliàs remeare. & facit. ff. loca. l. si in lege. §. colonus.
s *Ministrantibus.* ministrantes possunt appellari deseruiẽtes ecclesiæ: vt. ĵ. §. proxi. vel illi qui ministrant præbẽdas: quod est verius, vt ex tenore literæ sequentis apparet, presentib⁹ &c.
t *Lucrari.* vt dicat se nolle dare primis vel subrogatis.
u *Ædificãs ecclesiam.* sic. ĵ. vt nul. fa. orato. do. §. j. colla. v. sic. ĵ. de eccle. ti. §. si quis. sic. ĵ. de san. episc. §. oratorij. coll. ix. Accur.
x *Potestatẽ.* q. d. vt hoc sit in potestate sua.
y *Tractari.* scilicet cõuenit, subaudi.
z *Ipsius animæ.* no. sic supra vt deter. sit num. cle. §. fi. Accursius.

DE HIS QVI ingrediuntur &c. Hæc prima pars expeditur. ĵ. eo. vsque ad. §. illud etiam videamus &c.

a Et quando per scripturam. *hæc secũda pars expeditur. ĵ. e. §. illud &c.*
b Et de iureiurãdo. *hæc tertia expeditur. ĵ. eo. §. fin. Accursius.*

BIU Cujas

Imperator Iustinian[a] Augustus Ioanni præfecto prætorio, iterum excõsuli & patricio.

VOlubile hoc [a] & humanũ, & quod manere idem [b] nũquam valet, sed fit quidem [c] semper, manet autem nunquam: [d] & legislationibus introducit aliquem tumultum, & iis quæ videntur se habere rectè, & firmè posita iudicantur. [e] Sed & ea quæ subtili obseruatione cauta sunt, plerũque turbauit emergentium varietas causarũ. Scimus enim quia dudum correximus [f] quod male & doloſe circa appellationes agebatur: quia hoc solo vt cognitionem introducerent in iudicium appellantes contenti, & personam facientes [g] firmam, aut per vnã partem, [h] aut etiam per cognitionem (hoc enim indifferens [i] est) relinquebãt causam: & victori omnino erat inexplicabilis victoria nõ valenti [k] neque iis quæ erant iudicata, frui propter appellationem, neque appellationem examinari posse propter absentiam appellantis. Hæc nos † dudũ sancientes correximus, [l] annũ quidem deputantes [m] appellationem offerenti, siue ipsi secundũ se [n] ingredienti, siue communiter: [o] quatenus intra [p] hũc litem exequatur, & mereatur [q] quæ iusta sunt, & non relinquat [r] ea sine prouisione. deinde propter clementiam, si per occasionem iudicis appellatio prolongetur, aut per aliam quamlibet causam ineuitabilem, etiam alium adiiciẽtes [s] annum: [t] post quem nisi litem compleuerint, ratam manere victoris sentẽtiam sancimus. Hæc itaque placuerũt nobis, & in communi lege [u] cõscripta sunt: & obtinere legem hanc volumus, & obseruationẽ illius. Sed plurimi [x] interpellauerunt nos, dicentes se quidem denunciasse [y] appellantibus, [z] & voluisse litem examinari: nõ tamen ab ipsis iudicibus impetrare valuisse, propter quasdam forsan ineuitabiles occupationes. [a] Alij [b] verò etiam ventorũ immensitatem accusauerunt: & quia nauigare [c] non licuisset de prouincia, contrariis flantibus ventis: per terram vero venire non valentes propter inopiam; aut certe quia in insula cõmanentes, aliter nisi per mare venire non poterant: & propterea non valuerũt examinare vsque ad finem negotium, neque secũdo anno: & quidam tempestatũ acerbitatem, alij languorem ineuitabilem. quæ omnia ex ipsis agnoscimus rebus nobis insinuatis. Vnde nos hæc iustè mouerunt, & legẽ transcendere nolentes, & iis qui per talem quandam fortunæ circumuentionem læduntur, dare præsidium posibile cupientes.

CAP. I. Vt imminente biennij fine appellationis causa pertractetur.

QVID ergo agere oportebat, nisi ad legem aliã respicere, quæ digne causam iuuaret? [d] Obseruatio siquidem reliqua prædictæ legis nostræ [e] (sicuti prædiximus) per omnia custodiatur. Si vero pro veritate ineuitabile quiddam euenerit: & qui appellationis litem exequitur, non obseruet: [f] & licet ingressum [g] & fatalem fecerit, non occurrat: & periclitetur biennij compendio tempus: tunc confirmari victoris sententiã (quod etiam prior nostra dicit lex) sed cum quadã subdiuisione quam in præsenti adiicimus. [h] Quia enim victores videmus immẽsitatem temporis fingentes [i] iis qui appellationem quidem & per fatalem ingrediuntur, non tamen vlterius examinationem subire volunt, aut etiam in mediis certaminibus relinquũt eã, propterea paruo quodã victores minuentes, considerauimus bene forte quod decet. Volumus etenim eum qui vicit causam, si voluerit pro veritate firmari sententiam: non ex circũuentione, nec ex tempore quodam, sed ex ipsa rerum veritate (etiam deserente eo qui appel-

Satisfiat ite rũ appellãs. iterum in causa appellationis iudicio sisti, nec mirum: quia prima satisdatio est finita, ex quo est finitum primũ iudicium: vt. ff. de exhi. reis. §. fuscepto. dixim⁹. & ita est pro opinione nostra, qui dicim⁹ causam appellationis esse aliam à prima. nam & testes de nouo inducũtur: vt. C. de ap. l. eos. §. si quis autem. & . C. de temp. app. l. per hanc. & dicemus. j. de testi. quia vero testes. col. vij. vel dic firmatur persona, scilicet procuratoris: quia vult agere per procuratorem in causa appellationis: puta satisdando pro eo iudicatũ solui, & similia: vt insti. de satisda. §. fin autem per procuratorem.

h *Per vnam partem.* id est præsente vna parte tantum fuit prębita dicta firmatio. vel etiam per cognitionem, id est præsente vtraque parte. vel melius vt puto, per vnam partem, id est siue promittatur vni parti quod de confirmatione iudicij promittitur: siue etiam per cognitionem, id est siue ipsi iudici fuerit ꝓmissum: siue ex cuius stipulatiõe vtilis actio quæritur: vt. ff. rem pusal. fo. l. ij. iij. & . iiij. j. respon. & hoc etiam hic subiicit.

† *Cõcor. ca. cum sit Romana, extra de app. & . 2. q. 6. ca. ei qui appellat.*

i *Hoc enim indifferẽs.* id est nõ refert quo ad efficacẽ actionem quęrendam vtrum ipsi parti sit promissum, aut iudici siue cognitori, vt dictum est.

k *Non valenti.* id est victori.

l *Correximus.* vt. C. de temp. appel. l. fi. §. illud.

m *Deputantes.* scilicet nos. Accursius.

n *Secundum se.* id est pro causa sua tantum.

o *Communiter.* id est in causa cõmuni, quam etiam intendere potest sine mandato: vt. C. de consor. eiusd. lib. l. ij. Vel dic secundum se, id est ipse tantum, communitérve, id est vnà cum altera parte, scilicet aduersa. Accursius.

p *Intra.* scilicet annum.

q *Et mereatur.* appellans.

r *Relinquat.* scilicet iudex ea quæ sunt iusta: vel non relinquat appellans ea agenda in causa appellationis sine prouisione, id est quin prouideat vt finiat intra annum.

s *Adiicientes.* scilicet nos.

t *Annum.* scilicet a lium: vt ita sint duo tempora, id est duo tempora in quibus appellatio finitum id est mõtem finem recipiat: vt. C. temp. appel. l. fi. §. illud in fi. & . l. nemo.

u *Communi lege.* scilicet supradicta. C. temp. appel. l. fi. §. illud.

x *Sed plurimi,* victores.

y *Denunciasse.* vt procederent in causa.

z *Appellantibus.* id est cognoscentibus de appellatione. Accursius.

a *Occupationes.* scil. de procu. l. filius §. fin. & . l. aut. & . l. vel hereditas. & . l. vel iudicio & . l. aut longa.

b *Alij.* noui scilicet appellantes.

c *Nauigare.* scilicet si quis in iudicio. & . §. quod dicimus. & . §. si quis tamẽ.

d *Iuuaret.* puta per integrum restitutionẽ forte ex generali causula, si qua iusta causa &c. vt. ff. ex quibus cau. ma. l. j. §. fin. & . ff. de iti. ac. priuat. l. j. & quis autem propter. facit infra vt spoliatus larg. §. hoc quoque coll. ix. Vel dic secundum se est aliam legem respicere, scilicet istam nouam: vt infra ma. §. quia enim.

e *Legis nostræ.* C. de tempo. appel. l. fin. & hoc nisi iusta causa impediat, vt subiicit.

f *Obseruet.* scilicet iudicium appellationis. Al.

g *Et licet ingressum.* scilicet quia ingressus fuit, & venit semel coram iudice appellationis: & fatalem fecit, id est primum annũ appellationis transire permisit: & non occurrit, id est non venit postea: adhuc tamen subaudi, periclitetur tẽpus, id est currat tempus, cum periculo tamen appellantis, & hoc compendio biennij.

h *Adiicimus.* id est diimus.

i *Fingentes.* id est obiicientes secundum Al. vel dic distrahentes his &c. vt subiicit.

lationē obtulit) ingredi: & hoc ipsum accusare, & quærere desertorem: & siue inuenire eum valuerit, siue ille non appareat, suas allegationes deducere ad medium: quippe biennio instante: [a] ad finem tamen, ita vt vnus forte superstit negotio mēsis: & si quidem apparuerit superior, [b] firmā esse sentētiam: [c] si vero inferior circa certamina, [d] etiam eo qui appellationem obtulit, & fatalem ingressus est, non obseruante causam, suscipiat [e] ex iure decretum: illo tantummodo adiecto, vt siue obtineat causam is qui etiam prius vicit, siue circa eam minor inueniatur: expensas ei modis omnibus post appellationis ingressum factas desertor præstet. Siue nanque obtineat causam occasione expensarum: secūdum hoc ipsum quòd etiam vincit, rectè iustū est etiam expensas accipere: [f] siue minor inueniatur, eo quòd omnino ille deseruit: & cōtingit eum etiam deserentem vincere: [g] expensas quidem præstet: sententia vero fruatur, [h] gratias agens deo, & præsenti legi ita iustitiam sibi seruanti, & tantummodo in expensas damnificanti: quibus [i] non lex, sed ipse absens se damnificauit. Si vero neuter occurrit, [k] neque victor, neq; victus, qui etiam secundum fatalem ingressus postea deseruit, sententia victoris maneat firma: omnibus reliquis super appellationibus scriptis legibus, existentibus & in spaciis [l] temporum, & in aliis. hanc enim legem specialiter super iis q̄ post ingressum fatalis factum deserunt, ponimus: nihil aliarum legum, aut temporum appellatiuorum, neque perimentes, neque permutantes: firmas igitur eas etiā per hanc ponentes legem. Illud quoque determinare optimum est: si quidem victores contingit iam [m] sententiam promereri firmas [n] declarantem eorum victorias: his eos frui. nihil enim eorum quę iam terminata sunt, commouemus. Si vero hactenus pendent, biennio instante, & nondum transacto, & nondum decreto [o] firmatæ: etiam istæ eandem [p] mereātur examinationē: & ita † potiantur victores sententiis, si eas rectè habere monstrauerint. [q]

CAP. II. Vt ex solis documentis publice celebratis comparationes fiant exceptis priuatis quibus aduersarius pro se vtitur.

Ex documentis publicis solis & nō priuatis comparatio fieri debet. fallit in documentis priuatis, quibus aduersarius pro se vtitur: & in documentis quæ ex archiuo publico proferuntur, & publicè habēt testimonium, iureiurando de calumnia præstito. Bartolus.

ILLVD etiā iudicauimus huic oportere adiici legi. Quia enim dudū scripsimus legem [r] volentem ex propriæ manus scriptura nullam fieri comparationem, sed ex solis documentis publicè celebratis: videmus autem causarum experimētum egere competenti correctione in lege: & hoc ex ipso litigantium inuenimus experimento: emendare eam secundum hoc volumus schema. [s] Crebro nāque proferens quidam cuiusdam manus [t] documētum, & ex ea faciens aut conuentionem, aut suarum allegationum probationem: cum eiusdem manus aduersa pars protulisset literas, & legitimam probationem exinde vellet fieri, ex quibus ipse aduersarius illud obtulerat: ille vtebatur lege, [u] quia oportet ex publice confectis † documentis fieri comparationem, & non ex aliis quæ à quoquam scribuntur. Sancimus, siquādo aliquid tale contigerit, & quispiam voluerit secundum eas quę ab aduersario prolatæ sunt literas, fieri examinationem: [x] non accusetur hoc tanquam non rectè sit factū. Cui enim ipse credidit, & quod protulit is contra quem, [y] & ex quo suas affirmat allegationes, hoc non accuset: neque prohibeat comparationem literarum ad eum fieri: licet contingat esse documentum manu cuiuscunque conscriptum. Neque enim ipse sibi resistit: [z] & quæ affirmauit, hæc accusabit. Si vero etiam ex publicis archiuis [a] † proferatur charta, velut de suscepto [b] mensę [c] gloriosissimorum præfectorum: [d] (nouimus enim etiam aliquid tale quæsitum) & quod ex publicis archiuis profertur, & publicum habet testimonium, [e] etiam susceptibile

a *Instante.* sic. C. de iudi. l. properandum. §. huiusmodi.
b *Superior.* id est melior in causa, vel potior in iure.
c *Firmam esse sententiam.* scilicet sancimus.
d *Certamina.* id est malī causam habēs. & subaudi, apparuerit. Acc.
e *Suscipiat.* scilicet appellans. Accursius.
f *Accipere.* quia victus victori in expensis cōdemnatur: vt. C. de iudi. l. properandum. §. sin autem reus.
g *Vincere.* sic. C. de iudi. l. properādum. §. sin autem reus.
h *Fruatur.* absens.
i *Quibus.* scilicet expensis.
k *Occurrit.* est ergo voluntatis quod proxi. dixit, vt actor debeat se ingerere: sed stultus est si vadat: cum eo non eunte sententia prima firmetur: vt hic. sed forte ire vult, cum aliqua petat plura in causa appellationis: quod potest si sunt accessoria principali: vt. C. de appel. l. ampliorem. §. in refutatoriis. Ité & nouas forte vult victor inducere probationes: vt. C. de temp. & re. appel. l. per hanc legem. Sed quid si iudicis copiam non habuit? Respon. non currit tempus appellationis: vt. j. vt spon. lar. §. hoc quoque. Item & in alio casu non currit tempus: quando scilicet appellatio est coram principe: vt supra de appel. §. ij. Item in tertio, scilicet quādo interim tractatur causa eadem coram arbitris: vt infra de appel. §. fi.
l *Et in spaciis.* vt intra decem dies appellent: vt. j. de appel. §. j.
m *Contingit iam.* scilicet ante compositionē huius constitutionis.
n *Firmas.* scilicet leges antiquas. Al.
o *Decreto.* scilicet iudiciali.
p *Eandem.* sicut dictum est. s.
q *Monstrauerint.* si actor obtinuit in prima causa: & in causa appellationis habet probare de iure suo, sicut & in prima. & secūdum hoc litera bene stat: cū omnia esse debeant in pristinum statum: vt. C. de app. l. appellatio. si autem in principali causa obtinuit, & sic fuit absolutus, & actor appellauit: tunc similiter habet actor probare in causa appellationis sicut in prima per præallegatam. l. & quod dicit hic victorem probare, prout refertur ad reum victorem intellige: quod est eoipso quòd nō probatur cōtrarium: sic. C. qui mi. non pos. l. super seruis. & de hoc dic plene vt not. C. de appel. l. ij. qui in fraudem. §. illud.
r *Legem.* vt. C. de fid. instrumen. l. comparationes.
s *Schema.* i. ordinem.
t *Manus.* scilicet priuatæ. puta producis literas tuas contra me: ego eas coufiteor, & alias induco contra te, quas dico te fecisse: & id probo per comparationem earum quas induxisti contra me. idem dico & si alterius literis puta Titij vtaris contra me: & ego eiusdē Titij literis volo me tueri: vt infra subiicit ibi, licet contingat &c.
u *Lege.* prædicta. C. de fi. instru. l. comparationes.
x *Examinationem.* id est comparationem.
y *Contra quem.* id est contra aliquem. & facit. §. de iureiur. à mo. §. j. &. C. de non nu. pe. l. generaliter. &. C. de testi. l. si quis testibus. &. C. de sen. & inter. l. pe. Accursius.
z *Resistit.* id est resistere potest. & facit ad hunc. j. de fi. instru. §. si vero moriantur. cum seq. §§. col. vj.
a *Archiuis.* hoc expone vt supra de defen. ciui. §. j. colla. ij. Ac.
b *De suscepto.* hoc expone vt. §. de mā. prin. §. coges.
c *Mensæ.* hæc mensa huius mensæ, casus ganitiui vel datiui, si apocha fuerit prolata de mensa. Accursius.
d *Glorioſiſſimorū præfectorū.* vt in nouel. fiat comparatio ex publicis scriniis. sed & quod ex publicis monumentis prolatū fuerit, hoc quoque idoneū esse videatur ad comparationem: quippe cum publico testimonio cōfirmetur: vt in nouel. Al.
e *Testimonium.* non q̄ sit publicum instrumētū. iam enim nihil adderet legi Codicis: sed pro eo est ac si diceret publicum, vt fiat comparatio.

† *Facit ad hoc ca. quoniā contra. cū gl. super verbo, vi-ros. ante fi. ibi, ex quo enim scriciui. §. j. colla. ij. Ac. de probatio.*

† *ἀρχείοις, archiis vertendum. Cōtius.*

† *Cōcor. ca. cū causam. extra de p-ba. & 35. q. 1. ca. peruenit. ibi, nos vero.*

BIU Cujas

hoc esse ad collationes [a] manuũ ponimus. Vbique enim falsitatis peccatum odio habentes, & iusiurandum præbere discutiẽtes, & eximentes literas sancimus, & ex publicis solummodo documentis comparationẽ fieri permisimus. Quapropter valeat per omnia lex illa præsenti subdiuisione delata ei, iureiurando tamen comparantium [b] modis omnibus prohibendo.

CAP. III. De iuramento præsentis hypothesis cum iuramento calumniæ iungendo.

QVIA igitur nos pro reuerentia litigãtium volumus mox in principio litis iurare litigantes: actores quidẽ, quia non calumniantes inferant lites: fugiẽtes vero, quia credunt satisfactionem competẽter se facere, & non causa contentionis: & † hanc communem posuimus legem [c] cõtra omnem personam, modis omnibus hoc nulli concedentes. [d] Illud quoque adiicimus, vt si quis probationem petierit quanquam suorum sermonũ aut literarum: iuret prius, quia non dilationis causa hoc agit. multi nanque sola iniuriæ causa, & maxime super nobilibus mulieribus, siue literarum probatio obiiciatur, siue alia quælibet causa, ad iusiurandum hoc concurrunt: vt in vno negotio frequenter [e] iusiurandum præbeatur. Sancim' igitur hãc perimentes iniuriam, & nolentes crebro in eodẽ negotio iusiurandum præberi: vt vtraque pars, dum vna quidem de calumnia sacramentum præbuerit, alia vero quia iustam putans [f] reluctationem esse litis, adiiciat, quia in tota lite sicubi quæsierit [g] probationes aduersariũ suũ, non per occasionẽ dilationis hoc faciat, sed pro veritate: necessariam sibi à suo aduersario exhibendã putãs probationem: & si hoc iurauerit sacramentum, nequaquam [h] penitus (licet crebro requirendæ sint probationes) ab alterutra parte expeti sacramentum: † sed dari probationes: & non crebro cogi quenquam sacramenta subire, generaliter semel huiusmodi sacramento prohibito. Quæ igitur visa sunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem: tua celsitudo omnibus faciat manifesta, edictis à se directis, vt omnes agnoscant quę nobis sunt placita. Data. XV. Kalen. Septem. CP. post cons. Bilis. VC.

TITVLVS XII.

Nouell. LVII. Extat Græce in Scrimgeriana editione. Contius.

VT IN PRIVATIS DOmibus [i] sacra mysteria † non fiant.

Prohibetur celebrari in domibus sive licentia superioris: oratoria vero causa orationis permittitur habere, & in eis clericos conuocare. Bartolus.

Imperator Iustinianus Aug. Mennę archiepiscopo regiæ ciuitatis Constãtinopolitanæ.

ET priscis † sancitũ est legib', nulli penitus esse licẽtiam domi [k] quæ sacratissima sunt agere: sed publice sinere procedere in credulitatem, & dei culturam, secundum sanctionẽ de his sacratis actib' traditam. Et nos etiam hanc in præsenti ponimus legem, quam cum omni cautela tenere volumus. Omnibus enim interdicimus magnę huius ciuitatis habitatoribus, magis autem etiam totius nostræ ditionis, [l] in domibus [m] suis habere quasdam quasi orationum domos: & in his sacra celebrare mysteria: & hinc fieri quædã catholicæ & apostolicę traditioni extranea. [n] Sed si quidẽ domos ita simpliciter aliqui habere putãt oportere in sacris [o] suis, orationis videlicet solius gratia, & nullo celebrando penitus horum quæ sacri sunt mysterij: [p] hoc eis permittimus. Inuidia enim nulla est, si volunt circa hæc habere habitacula quædam, & in eis tanquam in sacris orare, aliis autem omnibus abhinere: nisi tamen in eis voluerint aliquos inuitare clericos: hic quidem sanctissimæ maioris ecclesiæ, & sub ea sanctissimarum domuum, voluntate ac probatione sanctissimi archiepiscopi ad hoc deputos: in prouincia verò deo amabilium episcoporum: [q] nulla nouitate sedi eius beatitudinis ex præsenti nostra lege facienda circa existentia ei quolibet modo in ordinationibus aut gubernationibus hic aut in prouinciis iura: sed omnibus etiam competentibus ei quolibet modo & tempore, ratis nunc & in omne reliquum tempus seruãdis: sancimus tuam hæc conseruare gloriam, & manifesta omnibus per literas proprias constituere, quatenus per omnia valeat lex.

Hæc enim & glorioſissimo præfecto felicis huius vrbis, & sanctissimo archiepiscopo & vniuersali patriarchæ præcipimus, vt ex ciuili & sacerdotali virtute hæc perpetuè custodiantur. Sciant enim & ipsi domuũ domini, quia si non hæc custodierint, ipsi quidẽ sub imperiali fiẽt motu: [r] domus autẽ in quib' aliquid tale agitur, & publicę fient, & sub sacratissimũ nostrũ ærarium deducẽtur. [s] Si autẽ & aliquos cõtingat [t] tale aliquid

a *Collationes.* id est cõparationes.

b *Comparantium.* id est comparationes literarum facientium: vt. C. de fide instru. l. comparationes.

c *Legem.* vt. C. de iuramen. calum. l. ij.

d *Concedentes.* id est nulli concedimus causa contentionis litigare. Vel dic, nulli remittimus hoc sacramentũ: vt. C. de iura. calum. l. ij. §. sed quia. Sed contra. ff. de iureiu. l. iusiurandum & ad nuptias. §. qui iusiurandum. Dic ergo, hæc corrigit illam. Vel dic illud speciale, cũ expresse correctum non inueniamus: vt supra de admi. offi. §. j. Item contra. j. col. x. vt clerici iurare non compel. in fi. Sed illud est speciale in clericis vt non iurent de cal. secundum. l. Friderichi prædictam. Ac.

† *Particula & , vacare videtur.*

e *Frequenter.* vt supra de iura. calum. l. j. Ac.

f *Putans.* probationẽ itẽ & alia quæ dicũtur in sacramento calumniæ: quod dic vt dicemus. j. vt liti. iur. in prin. constitutionis.

g *Quæsierit.* hoc duos regit diuersos accusatiuos. Accursius.

h *Nequaquam.* in eo quòd dicit non iurandum postea ex quo semel est iuratum, est cõtra. ff. qui satisda. cogan. l. de die. §. fina. & ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. exigit. & C. de iur. cal. l. j. & ff. de iureiur. iusiurandũ. §. qui iusiurandum. in princi. sed prędicta habent locum iure veteri quando sæpius iurabatur: vt supra eo. §. Item contra. j. de testi. §. si vero deducens. & C. de fi. instru. l. comparationes. & supra eo. §. illud etiam. in fi. potest dici quòd à prin. iuratum non erat in prædictis contrariis legibus: hic autem iuratum erat, vt patet hic ex ipsa litera. Vel dic quòd iurauit se non petiturũ probationes superfluas ab aduersario. at hic non iurat se non probaturum, quod vult etiã falso per hanc auth. licet per. l. Codicis hoc iuret in eo quòd iurat non calumniandi animo litem mouere. Immo etiã quod plus est, nec per illã iurat se nõ calumniari, nisi quo ad principiũ causæ: vode potest & postea calumniari: vt. ff. de dã. infec. l. qui bona fide. §. si quis stipulatus. vnde iurare debet: vt in dictis ill. contra dicitur. Vel verius illa sunt speciali, hoc autẽ generale. non autem placet vt hæc corrigatur. Itẽ no. hoc generale, quòd sufficit semel iurare: sic. C. de iure deli. l. fi. §. sed quidam. arg. contra. de le. iij. l. fideicõmissa §. si quis decem.

† *Concor. c. præsentiũ. cũ gl. super verbo, iuramẽtum. extra de testibus, vbi declarat hunc textum.*

i *VT IN PRIVATIS domibus &c.*

Vt. C. de epis. & cler. l. conuenticula. & C. de hæreti. & Manich.

k *ET priscis. Domicilia.*

licet priuatæ.

l *Ditionis.* id est iurisdictionis.

m *Domibus.* scilicet priuatis.

n *Extraneæ.* vt. C. de summa trini. l. iij.

o *In sacris.* id est precibus suis, quæ quantum ad deum quasi sacrata sunt.

p *Mysterii.* vt cantare missam, vel celebrare sacrificium.

q *Amabilium episcoporũ.* scilicet volũtate.

r *Fient motu.* id est arbitrio ipsius imperatoris punientur.

s *Deducentur.* facit C. de episco. & cleri. conuenticula. C. de eccl. l. j. C. de hæret. & Manichæ. l. iij. & C. de dãmone. l. j. §. cuius. & C. de paga. l. fi.

t *Contingat.* tempore huius constitutionis.

BIU Cujas

aliquid in suis habere domibus: sciant quòd nisi intra tres menses [a] ex quo hæc lex insinuata fuerit, hæc correxerint, & ad figuram à nobis ordinatam deduxerint, sub prædicta pœna fient. Hæc autem agi cum veritate, non per aliquã calumniam volumus. Veracium [b] enim solũmodo sumus amatores. Hęc sancimus tuam custodire celsitudinem, & nihil tale fieri concedere. Scito enimquia si didicerimus quòd tibi tale aliquid denuntiatum, deinde non prohibuisti aut tu, aut successores tui cinguli futuri: ipse quidem quinquaginta librarũ auri expones pœnam, & qui successores cinguli tui fuerint: parẽs autem tibi officium, idem sustinebit dãnum: quia rem nobis studiosam, & sanctissimæ ecclesiæ custodientẽ vnitatem, [c] & prohibentẽ quæ à nobis apertè interdicta sunt, agi latenter passum est, despicere commissum: & circa ipsum cingulum periclitabitur: insuper & ipsam domum in qua aliquid tale agitur, fieri publicam: & sub sacratissimum venire ærarium. Scriptum autem est à nobis & sanctissimo patriarchæ felicis huius vrbis, vt & ipse huius ponat rei prouidentiã. volumus enim sacerdotaliter & iudicialiter hæc seruata durare in reliquũ tempus immutilata. Dat. III. No. Nouẽ. Constã. Imp. Domi. Iustinia. PP. Aug. Anno. XI. post Bilisa. V C. Conſ.

Deest hic constitutio, De impensis quas facere oporteat in funerationibus defunctorũ. Nouel. LIX. quam in decima collatione reperies.

TITVLVS XIIII.

Nouella 60.

VT DEFVNCTI, SEV funera eorum non iniuriẽtur à creditoribus, & vt consiliarij [d] non suscipiãt cognitiones absq; iudicibus.

Mortuis & moribundis, funeribus eorum, necnon eorum domui, & rebus ac familiæ, creditores iniuriam inferre prohibẽtur absque iudiciali decreto. Bartolus.

Imper. Iustinianus Aug. Ioanni glorioſiſſ. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconsuli & patricio.

QVi varietatem causarum coniiciunt, non facile ad culpam veniunt, si veritatem examinent. quosdã nãque verisimile est multitudinẽ legum quæ per singula à nobis adiiciuntur, culpare, non considerãtes quia opere semper vocante [e] consonas causis ponere leges cõpellimur: cum semper inopinabile emergat, & ab iis quæ iam posita sunt, mederi nõ valeat: quale quidem nuper est agnitum. Deberi sibi quidam dicens ab aliquo, dum hominem in morte cognouisset esse cõstitutum, milites congregans, & seruos alios [f] plurimos, ingressus est super morientẽ. verum ille anxiatus clamare cœpit, donec eum violẽtia cõpressum reliquisset spiritus. at ille etiam signacula imposuit rebus sua potestate, [g] præsente nullo in cingulo constituto, aut quolibet omnino legali & ciuili officio obseruato: & neque ita recessit, sed etiam defunctum iniuriare non eum piguit: primum quidem insistens non fieri exequias: deinde cũ vix cœpisset de domo deponi mortuum, instabat publicè portari lectum nõ sinens: neq; deducẽdũ dicens, nisi debitũ perceperit, donec spõsorẽ accepit: & ita iam defunctum tradi terræ permisit. Negotium siquidem quo hæc commissa sunt, cõpetenter dispositum est. [h] oportere autem iudicamus etiam generali lege hæc emendare: non sinentes hæc rursus committi semper sine legislatione manentia.

CAP. I. De creditoribus qui mortuis debitoribus imminent. sic Iulianus.

SANCIMVS † igitur, [i] si quis illo superstite adhuc quem putat debere sibi, ascendat domum eius, & molestus sit superstiti homini, aut qui eius sunt, vxori forte vel filiis, aut domui omnino, [k] aut etiam signacula per propriam potestatem imponere præsumat, non prius decreto & officio legali seruato: post eius qui dicitur debere, mortem, actione quidẽ modis omnibus [l] cadat, siue iustam habeat hanc, [m] siue non: quantum verò deberi sibi dicit, tantum aliud superexigatur, & detur iniuriati hæredibus. Confiscationem quoque in tertiam partem substãtiæ sustineat (sicut & Marcus Philosophus imperator in suis conscripsit legibus) & infamia feriatur. Qui enim hominis naturã non erubuit, dignus est & pecuniis & gloria & aliis omnibus condemnari. Si vero etiam morientẽ [n] quodam, circa funus peccetur aliquid morientis, quòd [o] exequias prohibeat: scripta quidẽ iam lex est [p] & à nostro patre super hoc: tamẽ simul etiam ex nostris maior sequatur delicti pœna, & iisdem subiaceat quæ præsens infert lex [q] eis qui in viuentem tale aliquid, quale diximus, committunt: huius rei prouidentiam habente præcipue quidẽ glorioſiſſimo præfecto huius feliciſſimæ ciuitatis, cui talium emendationum cura est: nihilo minus autem & glorioſiſſimo sacrorum nostrorum prætoriorum præfecto, & glorioſiſſimo magistro sacrorum officiorum, & semper his obediẽtibus officiis. Oportet [r] enim communibus existentibus cõtra naturam iniuriis, communem esse iudicibus super his prohibitionẽ atq; vindictam: his nõ in sola hac feliciſſima ciuitate valẽtib⁹, sed etiã in omnibus gẽtibus quarũ nobis principatũ alium quidem ab initio dedit [s] deus, aliũ verò adiecit, & adhuc etiam dabit, sicut ait quidã ante nos: [t] prouinciarum quippe iudicibus, siue militaribus, siue ciuilib⁹ huius rei prouidentiã habentibus. Sequitur [u] enim hic quidem iudices eorumque officia triginta librarum auri pœna, si quid horũ neglexerint: prouinciales autem quinque, si neque ipsi ad hoc institerint denuntiatione qualibet aut hic [x] aut per prouincias facta.

a *Tres menses.* ĩ. vt fatæ nouæ constit. §. vt autem. coll. v. contra. Sol. hoc speciale.
b *Veracium.* scilicet amatores. aliàs veritatis. sic. C. de lege Fu. Cani. tol. l. j.
c *Vnitatem.* sic. C. de sum. tri. l. iij. Accursius.
VT DEFVNcti &c.
Hæc prima pars expeditur. j. eo. vsq; ad. §. illud.
d *Et vt cõsiliarij. hoc expeditur. j. eo. §. illud. vsque in fi.*
e *Qui varietatem. Opere vocante.* id est necessitate imminente.
f *Et seruos alios.* ergo serui possunt esse milites: sed contra. C. qui mili. non pos. l. super seruis. lib. xij. sed dico quòd hæc dictio alios, non implicat hic, sicut in diuina scriptura, crucifixus est Iesus, & alij duo nequam: sic. ĩ. de man. princi. §. oportet. coll. iij. &. ff. de procu. l. non solum. §. quæritur.
g *Potestate.* id est auctoritate sua.
h *Dispositum est.* à nobis per sententiam.
i *Sancimus igitur.* nũc repetit quæstionem, vt addat.
k *Domui omnino.* repete, non.
l *Modis omnibus.* id est ipso iure: sic. ff. depos. l. j. §. si pecuniam. in fin. §. & facit ad hoc. ff. de publi. & vec. l. commissa. &. C. de iis qui po. no. tit. præ. affi. in. l. j. &. C. vnde vi. l. si quis in tantam. &. C. loca. l. fi. & supra vt non fiant pig. §. j.
m *Hãc.* scilicet actionem. & facit. ff. si quis ali. te. pro. l. j. j. respon.
n *Moriente.* id est mortuo.
o *Quòd.* pro quia. Ac.
p *Lex est.* vt. C. de sepul. vio. l. fi.
q *Infert lex.* vt. ĩ. pxi. Sed contra. ff. de sepul. vio. l. iij. §. non perpetuo. sed ibi ab amicis portabatur, & secundũ voluntatem defuncti: hic autẽ contra voluntatem. Item hic potest teneri iniuriarũ hæredibus: vt. ff. de iniur. l. j. §. & si forte. Accur.
r *Oportet.* sic. C. de hęret. l. iiij.
s *Dedit deus.* sic infra de fide instrumen. §. j. in fin.
t *Ante nos.* scilicet diuinitus.
u *Sequitur.* id est persequitur.
x *Hic.* id est in regia ciuitate. Accursius.
† *Facit ad hũc. §. c. ex parte. iñcta gl. super verbo, appellationẽ. extra de sepul.*

a *Constitutio.* nec illam constitutionem, nec sequentem nostram habemus hic: sed huius consti. scilicet Zenonis habemus memoriam. j. de iudi. j. respon.

b *Consiliarios iudicũ.* id est assessores: vt infra de iudi. circa prin. ibi, nostris enim &c. colla. vj. quorum consilio administratores iudicant: vt. ff. qđ quisque iur. l. ij. &. C. de assess. & do. l. j Accur.

c *Per se.* id est sine administratore corã quo fuit incepta causa. & dic q ordinarius seruauit sibi sententiam: quia si nollet seruare sibi sententiam, hoc posset iure.

d *Administratores.* id est ordinarios iudices: vt patet ex disiunctione quam facit, & supra de exhi. & intro. §. si vero.

e *Agitantur.* id est agitari cœptæ sunt, vel agitari debent.

f *Administratoribus.* scilicet agitantur causæ.

g *Præsentibus.* sic. C. si per vim vel alio modo. l. fi. sic. ff. de re iudi. l. de vnoquoque.

h *Testibus.* vt possint terreri, & cogi testimonium ferre: vt. C. de testib. l. siquando. Vel aliter vt possint torqueri: vt infra de test. §. hæc omnia in pecuniariis. coll. vij. &. C. de testi. l. nullum. & de episc. & cle. l. presbyteri. quod fieri non potest à cõsiliario: vt infra de testi. §. si vero ignoti. sed in eo quod dictum est coram eodem administratore, p deduci testes, contra est infra de testi. §. & quoniam. sed illud speciale quãdo absentes sunt.

† *Concor. c. super quæstionum. cũ gl. super verbo. in prin. extra de offic. deleg. & vide illam glo. quæ bona est, ponẽs differẽtiã inter leges & cano.*

i *Honestatem.* aliàs honestatem: & aliàs potestatem.

k *Quàm si.* hoc respicit superius verbum, perfectius. Accursius.

l *Iudices.* id est delegatos.

m *Ab illis.* scilicet pedaneis iudicibus. q. d. similes sunt consiliarij pedaneis iudicibus. vnde si ita obtinet in pedaneis, ergo ita & in consiliariis, loco sumpto à pari, vel à communiter accidentibus: vt. ff. de publi. l. eum qui. j. respon. sed fallit in eo quòd pedaneus interdum est ordinarius, vt defensor ciuitatis: vt. C. de peda. iudi. l. fi. & supra de defen. ciui. §. & iudicare. & iste potest cognoscere de tota causa suo iure sine commissione alicuius.

n *Sed quoniam à nobis constituti.* aliàs à nobis statuti.

o *Deponuntur.* id est deducuntur, siue deueniunt vt non possint per se audire. aliàs ergo non potest fieri delegatio vel commissio reseruata sententia sibi: vt. C. de peda. iudi. l. placet. & infra de iudi. §. j.

p *Siue maiores.* vt præsides, vel proconsules.

q *Minores.* vt defensores ciuitatis, qui & pedanei dicuntur, vt modo diximus.

r *Moti negotii.* aliàs motum negotium.

s *Nouissima.* scilicet definitiua.

t *Disposuimus.* vt. C. de iudi. l. rem non nouam.

u *Et suscipere.* aliàs punitur qui non suscipit: vt. C. de appel. l. iudicibus. & .l. si quis prouocationem.

x *Lex hoc.* aliàs, & lex hoc &c. non autem permittit lex quandoque vel ratione personæ iudicantis: vt supra de appel. §. j. vel ratione rei, vt super possessorio: vt diximus. C. de momen. possess. l. vel quia occurrit tempus appellationis faciendæ: vt supra de appel. j. respon.

y *Iudices.* vel delegati quibus causa appellationis committitur, vel ordinarij. ad hoc supra de appel. §. illud &. §. Orientalem. coll. iiij. Sed quid si ordinarius qui de appellatione cognoscit, impeditur publicis occupationibus? Respõ. idem quod in eo qui de principali causa cognoscit vt sicut ille in eum casum tantum quando is impeditur, potest audientiam committere ita & iste: vt statim hic subiicit, & supra proxime. sed aliud in delegato etiam quocunque, vt tantum per se cognoscat: vt infra eo. §. fin. sed alij dicunt quod idem in iudice appellationis, quod in delegato, id est vt tantùm per se audiat, etiam si publicis occupationibus impediatur.

z *Nostram.* quasi non habemus.

a *Falsitatis.* id est iniquitatis: sic instituimus ex cau. manum non possumus. §. semel. nam falsitas est immutatio veritatis: vt infra de fide instru. in princip. col. vj.

b *Occupationes.* scilicet concedũt veniam, vt subiicit.

c *Qui nullam administrationem.* id est nullam ordinariã iurisdictionem: delegatam tamen habent: vt. ff. de offic. eius cui man. est iur. l. j. in fin. in eo quod dicit transferri in delegatum iurisdi. vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. more. Sed quidam dicunt delegatum nullam habere iurisdictionem: vt. ff. de re iu. l. ait prætor. sed certe verbum notionis, quod ibi ponitur, pro arbitrio adiicitur. Item est pro eis. ff. de offic. eius cui man. est iur. l. j. §. fin. in eo quod dicit, proprium nihil habet. sed dic, scilicet ordinarium. vel dic quod non habet propriũ propter hoc, quia cito potest reuocari: vt. C. communia de leg. l. fi. §. j. &. ff. de iudi. l. iudicium soluitur.

d *Egerint.* id est non audierint, cum reseruauerint sibi sententiam.

e *Cum eis.* scilicet administratoribus.

CAP. II. *Ne cõsiliarij siue assessores suscipiant cognitiones absque magistratibus.*

Iudex ordinarius occupationibus publicis impeditus, causam consiliariis post delegare, sententia sibi seruata: dummodo tamen causam audiat, & sententiam proferat, & appellationem interpositam suscipiat. iudex autem appellationis & delegatus delegare non potest. Bartolus.

ILLVD etiam recte se habere perspeximus, non permittere (sicut Zenonis piæ memoriæ dicit constitutio, [a] & nostra quoque) consiliarios [b] iudicum ipsos causas per se [c] audire, quæ apud administratores [d] aut datos à nobis iudices agitantur. [e] Multo nanq; melius atque perfectius coram ipsis administratorib⁹, [f] præsentibus [g] illis quorum interest, causæ mouentur, terrore imminente, exhibitis testibus, [h] & omnino causa propriam habente honestatem, [i] quàm si [k] apud pedaneos iudices [l] talia decernantur, in nullo consiliariorum officio distante ab illis. [m] Sed quoniam à nobis constituti [n] semper administratores, occupationibus rerũ nostrarumque iussionum cõprehensi, ad hanc necessitatem deponuntur: [o] oportet consonam congruamque legem rebus imponere. Sancimus † igitur cõtestationes quidem litium omnib⁹ modis apud ipsos fieri administratores, siue maiores, [p] siue minores [q] sint: sed etiam in mediis litibus introduci rursus apud eos semel moti negotij [r] res, quatenus ea quæ examinãtur, agnoscant. cum vero nouissima [s] sententia proferenda est, nullo modo præsumere cõsiliarios absque administratoribus audire, sed eum cum cõpetẽti honestate, quam dudum disposuimus, [t] propositis sacrosanctis eloquiis, ipsos administratores & audire quę examinata sunt omnia, consequenter & iudicare eos negotia, & suscipere [u] appellationes, si quis appellauerit, sine vlla dilatione, vbi lex hoc [x] fieri permittit: & rursus appellationis iudices [y] modis omnibus per se audire negotia, nullo agere aliter præsumente: sed si quid tale fiat, ipsis quidem administratoribus viginti librarum auri formidãtibus pœnam: cõsiliariis autem qui tale aliquid agere præsumpserint, si quidẽ aduocati sunt, expellendis ab eloquẽtissimorum aduocatorum collegio. si vero aduocati non sunt, sed alij quidam: etiam cingulo (si quidem habent) priuandis, & decem librarum auri castigandis pœna. Non enim oportet eos qui Zenonis piæ memoriæ cõtempserint legem, & dudũ nostram [z] & præsentem, arbitrari vt vnquam falsitatis [a] huius fugiant pœnas. Erit enim curæ per tẽpus gloriosissimi comitis sacrorũ nostrorũ priuatorũ, huius rei habere quidẽtiã, & exigere pœnam, & inferre ærario, dũ tale aliquid cõmissum fuerit: cognoscente etiam ipso quia de suo, fisco complere debeat, nisi huius rei habuerit competentẽ prouidentiam. Sed hoc quidẽ in administratoribus decernimus: quib⁹ publicæ & circa nostras iussiones occupationes, [b] vt non per se audiant causas, concedũt veniam. Alios autem omnes qui nullam administrationem [c] habẽt, causas autem ex iussionibus nostris audiunt aut in hac felicissima ciuitate, aut in aliis: si tale aliquid egerint, [d] & eos qui in officio consiliariorum cum eis [e] audierint, adhuc vehemẽtioribus

affligimus pœnis: nisi per omnem [a] consequentes litem ipsi cum suis consiliariis audiant causam. [b] nam & dignitatũ casum eis interminamur, [c] & pœnam vicenarum librarum auri: & eorũ consiliarios ex ipsa pelli ciuitate in qua hoc egerint: insuper etiam ipsos proprio cadere honore. Tua igitur eminentia, quæ visa sunt nobis, & per hãc diuinam declarata sunt legẽ, omnibus faciat manifesta, secundum solennẽ modum edictis per prouincias vtens: vt nullam gentium lateat aliquid quod à nobis sancitur. in hac enim felicissima ciuitate gloriosissimus præfectus vrbis hoc proponet. Dat. Kalẽ. Decemb. CP. Imp. Domi. Iustinia. P P. Aug. anno. XI. post Bilis. V C. consu. anno. II.

TITVLVS XIIII.

Nouella 61.

VT IMMOBILIA ANTEnuptialis donationis [d] neque hypothecæ dentur, neque omnino alienẽtur à viro, nec cõsentiente [e] vxore: nisi postea satisfieri possit vxori. hæc vero [f] etiam in dote valere.

Donatio propter nuptias in immobilibus consistens, etiam muliere consentiente non alienatur nec obligatur, nisi elapso biennio mulier suum consensum confirmet: nec tunc sibi nocet, si vir aliud in bonis non habet ex quo mulieri satisfieri possit. contrahenti tamen cum vno ius saluum est contra eum ad reliqua sua bona. Item dos alienari potest: & omnia priuilegia doti data sunt firma. Angel.

Idem impera. Iustinianus Augu. Ioanni glorioſiſ. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

CAusam miserandam [g] fieri cognoscẽtes, corã nobis ipsis negotio moto: illud quidẽ correximus cõpetenti modo: [h] lege autem generali † emendamus huiusmodi negotia (hoc quod moris est [i] nostri) & sancimus:

CAP. I. Vt immobilia propter nuptias donationis neque hypothecæ dentur, neque omnino alienentur.

SI quis conscripserit antenuptialem aut propter nuptias donationem (sic enim eam oportere magis vocari decreuimus [k]) siue ipse pro se hoc faciens, siue etiam altero scribente, [l] aut patre, aut matre, aut cognatis, aut extraneis fortè. Si quis igitur [m] tale aliquid fecerit, & scripserit donationem in qua etiam aliquid immobilium est: interdicimus ei [n] aut decætero supponere [o] rem conscriptam in antenuptiali donatione, aut alienare omnino. Quod enim semel vinculis sponsalitiæ [p] largitatis obligatum [q] est, non erit conueniens alienari: vt mulier forsan in lucro quod ei cõfert antenuptialis donatio, [r] difficultatem patiatur, nõ inueniens rem in viri substãtia, cum sit alienata aliis aut suppositа, vt potẽtibus [s] forte personis: quatenus illi [t] propter huiusmodi causas aut sit omnibus modis inhabilis vindicatio, aut difficilis: & litibus egeat dum ex hoc ipso [u] sit adiuuanda. Quapropter hoc obseruetur: [x] & qui posthac [y] contraxerit, sciat quia siue emptionem siue hypothecam habeat, nihil horum vtilitatis habebit [z] omnino, sed æqualia erunt non scriptis, [a] nec dictis, quæ super hoc scripta sunt, aut conuenerunt: vt seruetur vxori lucrum. Nõ enim videntur nobis immoderate [b] fecisse quidam nostrorum iudicum, qui etiam ipsam in rem [c] actionem mulieribus post matrimonij transactionem in spõsalitia largitate dederunt. quod recte inchoatum, deinde à posteris iudicibus quasi ꝓ superuacanea quadam subtilitate cõtemptum est: & non quaslibet vias & artificiosas inueniant, [d] sumentes hypothecas, prępărãdo mulieres cõsentire, & ita ꝓprio cadere iure. Consensus enim in talibus aut in hypothecam, aut in venditionem, aut in aliã alienationem conscriptus, percipienti omnino non proderit, † si semel cõsensus fiat: sed sicut in intercessionibus [e] scripsimus, [f] vt oporteat biennij tẽpore existente, & rursus aliam professionem scribi confirmãtem cõsensum: & tunc ratũ esse quod factũ est: sic & in hoc fiat. Et si consentiat [g] mulier, secundum speciem in intercessionibus, sit omnino indemnis, [h] nisi etiam secundũ (sicuti prædiximus) celebrauerit cõsensũ. [i] plura nãq; ex primo mox auditu [k] delinquuntur: [l] muliere quippe

Authentica.

a *Per omnem.* id est per totam litem.
b *Audiant causam.* scilicet à principio vsque ad fi. & ita delegatus à principe non delegat, vt hic. Sed contra. C. de iudi. l. à iudice. Solu. hic exaudit Ioan. si velit sibi definitionẽ retinere. nam hic per se tantum audire debet negotium, licet secus sit in ordinario: vt. s. dictum est. si vero totum vellet alij committere, posset: vt ibi. nam & hic & ibi de delegatis à principe loquitur. ali⁹ enim nullo modo delegat: vt ibi, & ff. de offic. procon. l. legatus. Vel sic, ibi loquitur de iudice ordinario delegato, hic vero de eo delegato qui non erat ordinarius: & hoc potest dici per verba illa quæ hic sunt, scilicet, alios autem omnes &c. vel hæc corrigit illam secundũ Ir. vel aliter hic non prohibetur delegato delegare prorsus: sed non posse litẽ contesta. tãtum audire, sed rursus in medio semel, in fine omnia. & hæc est eadem cũ prima solutione, quę est ipsa veritas. Accursius.
c *Interminamur.* id est interdicẽdo minamur.
VT IMMOBILIA antenuptialis &c.
d Donationis. *hæc prima pars expeditur infra tex. usque ad. §. & multo.*
e Neque consentiente. *nedum ea inuita. Al.*
f Hæc vero. *hæc secunda pars dicitur. j. eo. usque ad. §. & multo. Ac.*
g *Causam miserãdã.* id est misericordia dignam.
h *Competenti modo.* id est per sententiam definitiuam.
i *Moris est.* vt. s. titu. j. in prin. & j. de fide instru. §. quia igitur.
k *Decreuimus.* vt. C. de dona. ante nup. l. fin. & facit insti. de don. §. est & aliud.
l *Scribẽte.* scilicet prędictam donationẽ propter nup. & facientem eam.
m *Si quis igitur.* repetit, vt procedat vltra.
n *Interdicimus ei.* scilicet marito scribẽti talem donationem.
o *Supponere.* id est obligare pignori.
p *Sponsalitiæ.* id est donatio. propter nup. impropriè enim ponitur: vt infra vt spon. lar. j. respon.
q *Obligatum.* eo quòd facta est in dominio mulieris.
r *Donatio.* per pactum de lucrando. Accursius.
s *Potentibus personis.* quibus pares esse non possumus: vt. ff. de ali. iu. l. iij.
t *Quatenus illi.* scilicet mulieri.
u *Dum ex hoc ipso.* id est iure communi: vt ex illo edicto de alie. iudi. mu. cau. fa. vt. ff. de ali. iu. l. j. & ij.
x *Obseruetur.* scilicet quod in. l. ista continetur.
y *Posthac.* id est post hanc legem.
z *Habebit.* in re mobili antenuptialis don.
a *Non scriptis.* datiui casus est. & facit. s. cõstitu. quæ ex adscrip. §. fin. in fi.
b *Immoderate.* sed moderate. Accursius.
c *In rem.* scilicet soluto matrimonio, vt subiicit. & etiam constãte eo, si maritus vergat ad inopiam: vt. j. de æqua. do. §. illud. & facit. s. vt decætero commutationes. §. j. &. s. de non alie. §. si quis igitur emere.
d *Inueniant.* scilicet creditores. Accursius Florentinus.
e *In intercessionibus.* *ADDIT.* Id est eo titulo in quo de intercessionibus fœminarum quarto codicis libro dixim⁹ ti. ad. S C. Velleianum, Iulianus intelligit. l. si mulier: vt Accursius notat. Contius.
f *Scripsimus.* vt. C. ad Velleia. l. si mulier.
g *Et si consentiat.* scilicet semel tantum.
h *Indemnis.* scilicet mulier.
i *Consensum.* scilicet secundum. Et sic not. duplicẽ consensum interdum plus operari quàm vnum: vt hic, & C. de non nume. pecu. l. in contractibus. §. j. & C. ad Velle. si mulier. in fin. aliàs contra: vt. ff. de verbo. oblig. l. qui bis. sed quod hic dicitur de duplici mulieris consensu circa fideiussionem prædiuidicare, videtur correctum: vt infra vt nulli iudi. §. & illud vero prædiximus. colla. ix. vel dic vt ibi diximus.
k *Auditu.* id est consensu.
l *Delinquuntur.* id est fiunt in prædiuidicium eius. Accursius.

† *Cõcer. gl. super verbo, alienat. in me. vi ca. ex parte. extra de cõsuetu. vbi dicit quòd nõ valet alienatio fundi dotalis etiã muliere cõsentiente.*

pe mariti seductionibus facile decepta,[a] & propria negligente iura. cum vero in plurimo tẽpore cogitauerit pro negotio, fiet forsan cautior. Veruntamẽ neque hoc simpliciter damus: sed tunc mulierem ex secundo consensu damno submittimus, dum sunt aliæ res, [b] ex quibus possibile est ei satisfieri pro re vel rebus immobilibus quæ in antenuptiali donatione continentur, & quæ ab alio detinentur propter alienationis aut suppositionis modum. alioquin si nihil aliud supersit, neque sic læsionẽ sustinere mulierẽ permittimus: sed licet secundo vel frequenter consentiat, causa ad intercessionis feratur rationẽ, [c] & sit omnino ei lucrum [d] sub cautela positum: nisi apparuerit relictum aliud sufficiens ad antenuptialis largitatis quantitatem. Et hæc dicimus non solum parcentes mulieribus, sed multo potius viris talia facientibus: siquidem & multis & penè pluribus casibus communibus filiis antenuptialis donationis seruantur res: & rursus hæ remanent apud substantiam viri eiusque successionem ex hac obseruatione: ideoque vtilis est lex vxori & marito secundum has satisdationes. [e] Et multo potius hæc in dote [f] valebunt, [g] si quid dotis aut alienetur, aut supponatur. iam enim hæc sufficienter delimata atque sancita sunt [h]. Sed neque ipsos cõtrahentes omnino negleximus. nam etiam super his obligationem, quantum ad mulieres neque dictam neque scriptam esse volumus: [i] & ipsos viros in aliis earum rebus obligari volumus occasione alienationis aut hypothecę: mulieribus quidem seruantes in ipsis immobilibus rebus sponsalitiæ largitatis ius innouatum: viris [k] autem competens ius ex documentis, quantum in aliis rebus suis: [l] omnibus priuilegiis iam doti datis [m] à nobis, in sua firmitate manentibus, quãdo mulier mouerit. [n] aliis enim omnibus prẽter mulierem, huiusmodi priuilegia nec ex antiquo dedimus, neque nunc damus. Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, secundum solẽnem modum edictis præceptis per prouincias vtens: vt nullam gentium lateãt quæ à nobis sancita sunt. in hac enim felicissima ciuitate gloriosissimus præfectus vrbis hæc proponet.

Deest hic 62. constitutio latina de consultationibus, quæ in editionibus Græcis deest: eius tamẽ summam descripsimus ex latina Iuliani epitome manu scripta. Contius.

TITVLVS XV.

Nouella 63.

DE NOVI OPERIS nunciatione maritimi aspectus.

Nulli licet ædificare in hac regia ciuitate vltra termines à iure permissos, si principaliter noceat. Bartolus.

Imper. Iustinianus Aug. Lógino huius almæ vrbis præfecto.

CAusam quæ dolose fit in hac regia ciuitate circa domuũ ædificia, cohibere & emendare iustũ credimus. Quia enim certis mensuris distare domos abinuicẽ, Zenonis piæ memoriæ constitutio † dicit: nos etiam aliquid tale [sancimus. Sequitur autẽ] in hac regia vrbe nõ posse aliquid † vltra centũ pedes prohibere mari aspectum, rem omniũ gratissimã. Oportebat quidem forsan & exampliari mẽsura aspectus eius partem, & nõ eos prohibere. Sed tamen hoc inopinabili quadã machinantur arte. Quidã enim centũ pedũ relinquẽtes mensuram, aut etiam parum aliquid huic addẽtes, deinde ædificant: nihil aliud habentes, sed tanquã aliquod velũ tetẽderint: & cũ abstulerint maris aspectũ per omnẽ potestatẽ, & non repugnantes legi propter centũ pedũ spacium, interim ædificant sine prohibitione: & dum quod quærũt, potiuntur, deponũt illud quod propter vtilitatem ab eis iniunctum † est. sed machinationis schema circũueniẽtes omni volũtate, extraneas possessorũ constituunt domos: quod decætero fieri nullo modo volumus. Sed si quis voluerit tale aliquid excogitare & malignari, nõ taliter ludat: sed si hoc egerit, pro veritate domũ totã ædificet: & vsq; ad spacium totũ (centũ dicimus pedũ) tendat, ædificia faciens quam necessaria sibi, & ineuitabilia futura, nõ autem propter vicini læsionem cõstruat parietes, & velum quadã pictura talẽ extẽdẽs machinationẽ, priuatici aspectus arripiat. Sicut enim eis qui aliena diripiũt, directè aduersamur, & pœnis dignos putamus: ita & hæc moliẽtes, nihilo minus & malitiã eorũ qui alienas res abripiunt, æstimauimus. Vnde si paruã aliquam semper domũ abreptionis auferre præsumenti, beneficio Vi bonorũ raptorũ cõquadruplatã pœna: quomodo nõ hũc necesse est qui tale aliquid agit, & cogitat ab eo factũ est, alia maiori pœna multari? hoc est decem librarum auri inferendarũ theatralibus tuæ celsitudinis, vt nõ malus vicinus (hoc quod in sermone) constitutus, vadat deridens legem, tanquam inualentem eum propriis inhibere dispositionibus. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hãc sacrã declarata sunt legem: tua celsitudo in hac felicissima ciuitate operi terminoq; contradere, & in perpetuũ vnà cum obedienti officio seruari festinet, eadem decem librarum imminente pœna contra hæc præuaricantes, aut præuaricari sinentes. Data. VII. Idus Martias CP. Imper. Domi. Iustinia. P.P. August. anno. XI. Ioan. NP.V.C. Cos.

Desunt

a *Decepta.* scilicet semel.

b *Aliæ res.* in hoc solo addit hoc authen. legi Codicis ad Vell. l. si mulier, secundum Io. quod sic intelligo: in hoc solo est plus in cõsensu circa antenuptialem donationem quàm circa fideiussioné eius.

c *Rationem.* vt non præiudicet sibi. Accur.

d *Lucrum sub cautela.* sic. ẽ. de nup. §. & ita circa talium &c.

e *Secundum has satisdationes.* id est secundũ has cautelas, quas dedimus mulieribus vt possint vindicare res supradictas.

f *In dote.* scilicet inæstimata: qui fundus dotalis dicitur: vt. C. de rei vxo. act. §. & cum lex. secundum Azo. (aliàs secundum Mar.) & secundum Alb. quod puto verum. Pla. vero generaliter in quolibet pro nobis est. C. de iur. do. l. quoties. Iteé est pro nobis quod hic subiicit, iam enim &c. vbi expresse dicit de dicta. l. C. de rei vxo. act.

g *Valebunt.* scilicet quæ in prohibenda alienatione dixit, non autem de permittenda. nã licet milies mulier consentiat: non tamen præiudicat sibi secundum Ioan. vt institu. quib. ali. lic. in princip. Alij contra. Sed Ioan. vt dixi, aliud in dote quàm in don. propter nup. dixit: & aliud in remittenda hypotheca à muliere in rebus mariti. C. ad Velle. l. iubemus. Iteé & alia est ratio quare sit aliud: quia omnia priuilegia dotis debent esse salua: vt j. §. proxi. nisi erat res mobilis in dote in qua prædicta forte possent saluari secundum Io.

h *Sancita sunt.* vt. C. de rei vxo. actio. §. & cum lex Iul.

i *Volumus.* sic. ẽ. de nõ alie. §. si quis igitur emere. &. §. seq.

k *Viris.* id est cõtrahentibus cum viris.

l *Suis.* scilicet viris. & vt omnis absurditas repellatur, non vt modo primùm sint obligati, viri conueniuntur: sed vt à principio obligati, nunc modo incipiant posse conueniri. nam & actio pignoratitia soluto debito intentatur, licet & primo nata fuerit secundum Placen. vt. ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. si nõmos. Accursius.

m *Doti datis.* vt. C. qui po. in pign. ha. l. assiduis. & institu. de ac. §. fuerat. & .C. de rei vxo. act. & facit ad hoc §. ff. de priuile. cre. l. ultimus. & infra vt tertrum fi. §. ij. & j. neque virum quod ex dote. §. fi. &. j. vt exac. institudo. §. j.

n *Mouerit.* scilicet actionem.

BIU Cujas

Desunt hic duæ Nouellæ.64.&.65. prior de hortulanis, posterior autē de his quæ relicta sunt ecclesiæ Mysiæ, quas inferius inter extraordinarias reperies decima collatione. Contius.

TITVLVS. XVI.

Nouella 66.

VT FACTAE NOVAE cōstitutiones post insinuationes earum post duos menses valeāt. Parcit autem non custodientibus subtilitatem constitutionum super testamētis in relinquendo quadrante, aut nō subscribendo nomē hæredis, aut nō dicendo.

CONSTITVTIO QVINTA.

Lex post insinuationem ligat in ciuitate Constantinopolitana: in prouinciis vero post duos menses à die publicationis. Ange.

Imperator Iustinianus Augu. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Oriētē prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

SEmper legū nobis occasiōes motorum negotiorū præbuerunt causę. Pluribus enim nobis additionibus factis [a] occasione nostrarū cōstitutionū quas super successionib' scripsimus: (quale est, [b] vt oporteat testatorem propria manu hæredis scribere nomen, & ex quātis [c] vnciis reputari oporteat Falcidiā quam filiis parentes relinquūt, siue ex tribus, siue ex quatuor, siue etiā ex pluribus) & multis propter hoc periclitantibus testamētis cadere, ne cōplerentur quæ in eis scripta sunt: quia licet factæ sint leges, [d] tamē nō sunt cognitæ aut prouincialibus, aut etiā hic nōdū fortè propositæ, nulliq; manifestatæ†): necessariū existimauim' talia lege breui corrigere.

CAP. I.

SANCIMVS igitur ex illo nostras constitutiones quæ pro testamētis sunt, valere, [e] ex quo in cōmune factę sunt manifestę. In prouinciis autē, ex quo discretę p̄ metropolitas palā factæ fūt, vel postea factę fuerint: ne legū ignorātia (secūdū quod dudū tenuit) testamēta homines faciētes, videant prævaricari legē. Vt autē aperti' adhuc causa declarēt, sancimus si scripta fuerit huiusmodi lex, [f] hanc post duos mēses dati ei tēporis valere, & in republica tractari, siue in hac felicissima ciuitate, siue in prouinciis post insinuationē, sufficiēti hoc tēpore omnibus manifestā eam cōstituere, & tabellionibus eius cognoscentibus virtutē, & subiectis agnoscētibus, legēque seruātibus. Sic nulli omnino erit declinatio vt nostrā custodiat legem. Non enim volumus deficientium infringi voluntates. omnibus siquidē studemus modis ratas eas cōstituere. Cur em culpabimus eos, qui positas nostras ignorauerint cōstitutiones: vel si post paululū fortè quām scripta lex est, & adhuc ignorata, decesserint testatores, & ꝓpterea in testamētis aut nō scripserint propria manu hæredū nomina, aut etiā tres vncias solū reliquerint filio, & nō quatuor: in quo legē aut non positā esse cōtigit, aut positā, & eo quòd nondū proposita fuerit, iuste ignoratā? Igitur etiā hactenus, licet antiqua cōstitutio sit, & in cognominis nostri posita cōstitutionū codice, quæ scribi propria manu hæredis [g] nomē disposuit: tamē plurimi præter eius testati sunt virtutē, ignorātes eius legis lationē: & hacten' talia prętermissa denūciātur nostræ potestati: & omnib' semper talia poscentibus, veniā dedimus: quoniā nondū fieri has manifestas euenerat, & sacras super his fecim' formas [h] iustā eis largientes veniā. Ne igitur importunitatē [i] patiamur de his ꝓ singulos dies, & formas scribere cogamur: propterea sancimus (sicuti dictū est) seniorē [k] quidem in Iustinianeo positā codice legem valere, hic quidē ex quo insinuata est: in ꝓuinciis autē ex quo directa & palā facta est in vnaquaq; metropoli aut alia ciuitate. Tēpore nāque plurimo trāseūte, & nostro codice vbique directo, nō rectè ignorabitur. Alterā [l] vero nouellā quæ inter cōstitutiones post codicē posita est, † decernentē quod filiis relinquatur, valere & in hac felicissima ciuitate, & in prouinciis post duos mēses *insinuationis, sicuti prędixim': eo quòd factis à nobis [m] vniformibus cōstitutionibus de mēsura institutionis filiorū, alia quidē Grę corū lingua cōscripta, propter multitudinis frequētiā: [n] alia vero Latina, quę etiā firmissima propter reipublicæ figurā est: illa quidem kalendarū Martiarum habet cōscriptionis tunc diē: noua autē tūc insinuata est: alia vero est Latina voce [o] cōscripta ad Solonių gloriosissimū apud Afros sacrū præsulē tunc prætoriorū, kalendis Aprilis. Quia vero neq; Græca lingua cōscripta, mox palā facta est & directa, denique etiā quæ hic ad gloriosissimos præfectos sacrorū nostrorum prętoriorū conscripta est, id est Græca lingua, Maio mense insinuata est in eadē sede atque directa: ideo sancimus oportere eius legis lationē quę de mēsura institutionis filiorū eloquitur, valere hic quidē ex kalēdis Maiis, vt duos mēses ei seruemus: in prouinciis autē ex quo hæc palā facta est, etiā ibi duobus mēsibus post insinuationē seruandis. Si vero nondū hactenus in omnibus ꝓuinciis destinata [p] est: velociter & eā & alias, quæ fortè nō missæ sunt adhuc, aut etiā postea comitāte deo à nobis faciēdas, mitti nunc vel mittēdas esse: quaten' nostræ cōstitutiones in metropolitanis ciuitatib' fiāt vel faciēdę sint manifestæ.

Prouinciarū vero præsides ipsos mittere eas, & missuros esse per omnes ciuitates sub vnaquaq; prouincia cōstitutas: vt nullus decætero occasionem sumat cuiuslibet ignorationis. Vnde præteritū omne iustā habeat veniā, valeantque [q] defunctorū voluntates & dispositiones, vel si nuper factę sunt, sicut eas illi fecerūt: vel si secundū prius tenentē legislationē literis propriis nō scripserunt hæredū appellationes, aut testibus eas nō fecerunt manifestas, aut tres vncias & nō ampli' reliquerūt filiis. Nō enim infringi (sicuti prædiximus) defunctorū volumus dispositiones: sed ratas eas esse per omnia declaramus: vt si vel proximè scripta sint testamēta post positionē legis, nōdū vero cōtigerit cōstitutiones factas innotuisse: & superuiuentibus

† *Nouella in codē volumine codicis ponebantur post codicē cōpletū. Cōt.*

* *Concor.c. 2.cū glo. in verbo, vltra. & in proœ. decre. infi.*

VT FACTAE nouæ constitutiones &c.

a *Semper. Factis.* pēdet vsq; illuc, necessariū existimauim'.

b *Quale est.* vt.C. de testa.l.iubemus.

c *Ex quantis.* vt.ī.de triē.& se.§.j.

d *Leges.* scilicet prædictæ duæ. Accursius.

e *Valere.* s. in regia hac ciuitate. Ac.

f *Huiusmodi lex.* s. pro testamentis: vt.ī.tit. prox. dictum est. Sed nunquid idē in aliis? Dico ꝙ sic: vt patet ex rub. in princ. cuius verba sunt generalia: & ita hoc intellige generaliter: [a] vt.ff. de auro & ar.lega.l. species. &.ff. de iur. & fac. igno.l. pe. & fi. Sed cōtra: vt.ī. vt in priuatis do. in fin. vbi dicitur quòd intra tres mēses: sed illud speciale: vt ibi dixi. Item contra.j. vt neque miles neq; fœ.§. sint igit. sed illud speciale similiter hoc aūt generale.

g *Hæredis nomē dispo-suit.* vt in.d.l.C. de testamē.l.iubemus. & facit instit. de testa.§.j.

h *Formas.* Dando rescripta extra corpus iuris.

i *Importunitatē.* sic.ī. de hæred. & Fal.§ j.

k *Seniorem.* scilicet.l. iubemus.

l *Alterā.* vt.ī. de triēte & semis. colla.iij.

m *Eo quòd factis à nobis.* i. eo ꝙ fecimus vniformes constitutiones. & ita ablatiui casus in accusatiuos resoluātur: & quod dicit factis, dic, id est fecimus: sic.j. vt hi qui ob. j. respon. ibi, non existente &c.

n *Frequentiam.* sic.ī. de non alie.§. alienationis.

o *Voce.* id est lingua. Al.

p *Destinata.* aliàs est insinuata. Accursius.

q *Valeātque.* sic.j. hæc cōstitutio interpre no. con. col. vj. &.j. de iis qui ingred. ad mona. colla. vj. sic.ī. constitutio quæ ex adscriptitiis. §.j. Accursius.

uiuẽtibus fortè teſtatoribus nõ A
ſunt mutata:maneãt etiã ſic inſti
tutiones,quæ ab initio ſecundũ
tũc certas extantes factę ſunt le-
ges,propriã virtutẽ habentes, &
nõ accuſandæ eo quòd tẽpore
quo ſuperuixerũt illi,eas nõ mu
tauerũt.Nõ enim omnia ſunt in
nobis,nec ſemper quibuſdã tẽ-
pus fit teſtãdi repente.plerũque
enim incidũt hominibus mor-
tes,[a] teſtãdi eis poteſtatẽ auferẽ
tes.Quãobrem ab initio factum
rectè,eo quòd nõ fuerit muta-
tũ,nõ arbitramur poſtea muta-
ri,aut aliquo modo infringi:ſed B
immutilatã manere quæ tũc pla
cuit teſtatoribus ſententiã,vali-
deq; ſeruari. Erit nãque abſur-
dũ,vt quod factum eſt rectè,ex
eo quod tũc nõ erat factũ,poſt-
ea mutetur. Collectiuè igit di-
cendũ,percipiãt filij relictas ſi-
bi(ſi ita cõtigerit) à patrib⁹ tres
vncias ex teſtamentis ita factis,
aut ante legis poſitionem, aut
poſt poſitionẽ legis, antequam
hæc tamẽ apud iudices innote-
ſcerẽt.[b] Si vero adiectum ſit te-
ſtamentis, oportere quod reli-
quũ eſt,eis impleri,ſecundũ qđ
tũc legibus debebatur:hoc per-
cipiendũ ſecundũ antiquas le-
ges:vt ſi quid deeſt trib⁹ vnciis, C
ſecũdũ illas ſupplemẽtũ[c] fiat,[d]
nõ in quadriũcio, quod poſtea
quidẽ ſancitũ eſt,[e] nondũ tamẽ
tunc agnitũ. Quæ igitur placue-
rũt nobis,& per hanc ſacrã de-
clarata ſunt legẽ:prẽceptis pro-
priis tua eminẽtia omnib⁹ faciat
manifeſta,& qui in hac maxima
ciuitate,& qui foris inhabitant:
quatenus omnibus fiãt palã quę
à nobis pro omniũ cautela ſan-
cita ſunt. Datum kalen.Mart.†
Cõſtãtinop.Do.Iuſti.PP.Aug.
Anno.xj.&.Ioã.viceco.†

TITVLVS XVII.

Nouella 67.

VT NVLLVS FABRI-
cet oratorij domos præter voluntatem
epiſcopi,& vt deputet prius quæ circa
diligentiã & ſtatum in fabricãdo ora-
torio ſufficiant:& vt epiſcopi[f] nõ de-
ſint ſuis eccleſiis:& de alienatione[g] ec-
cleſiaſticarum rerum immobilium.

*Nulli licitum eſt eccleſiam vel monaſte-
rium vel oratoriũ ædificare ſine epiſcopi vo
luntate:epiſcopo ædificiũ inchoante:qui ſta-
tuit clericorũ menſuram,& expenſas ne-
ceſſarias & opportunas.ſed ſi ædificare vo-
lens non eſt ad hoc ſufficiens,epiſcopi con-
ſenſu vnam eccleſiam vetuſtate corruptam
vel neglectam ædificare poterit.Bartolus.*

Idem impera.Iuſtinian⁹ Augu.Mẽ-
næ ſanctiſ. & beatiſsi. archiepiſcopo
Conſtantinopolitano,& vniuerſi eius
tractus patriarchæ.

EA quę de ſanctiſsi-
mis eccleſiis ſunt,
multis cõprehẽdẽ-
tes legibus [h] adhuc
etiã alia lege egemus,ad exorta
negotia [i] & rurſus [k] emergen-
tia ſufficiẽte.Plurimi nãque,no-
minis cauſa,nõ ad opus ſancta-
rum eccleſiarũ accedunt:[l] dein-
de eas ędificãtes,nequaquã curã
ponũt,vt expẽſas quoq; eis de-
ponãt decentes & ad luminaria,
& ad obſeruantiũ alimẽta, & ad
ſacra miniſteria:ſed deſerũt eas[m]
etiã in nudis ędificiis cõſtitutas,
& aut deſtruẽdas,aut omnino ſa
cro miniſterio defraudandas.

CAP.I.

SANCIMVS† igitur prę
omnib⁹ quidẽ illud fieri,& nul-
li licentiã eſſe neq; monaſteriũ,
neq; eccleſiam,neque orationis domũ incipere ædi-
ficare antequã ciuitatis deo amabilis epiſcopus ora-
tionẽ [n] in loco faciat,& crucẽ figat,publicũ ꝓceſſum
ibi faciens,& cauſam manifeſtã omnib⁹ ſtatuẽs.Mul-
ti emẽ ſimulãtes fabricare quaſi orationis domos,ſunt
medentur [o] lãguoribus,nõ orthodoxarũ eccleſiarum
ædificatores facti,ſed ſpeluncarum illicitarum.

*CAP.II.Vt qui eccleſias ædificant,prius definiant qui
ad curam & cõſtitutionem eius & conſeruationẽ pertinent.*

DEINDE non aliter quem piam eccleſiã ex nouo
ædificare,[p] priuſquã [q] loquatur ad deo amabilẽ epi-
ſcopũ,& definiat menſurã quam deputat & ad lumi-
naria,[r] & ad ſacrũ miniſterium,& ad incorrũpendę
domus cuſtodiã,& obſeruantiũ alimẽta.& ſi ſufficie-
ter habere videtur,faciat prius donationẽ eorum quę
futura ſunt deputari:& ita domus ędificetur.Si autem
nõ ſufficiat quidẽ aliquis ad hoc,nomẽ forte deſide-
rans quo & ipſe fabricator eccleſię vocetur,& vult
liquid tale facere(multæ [s] enim & in hac regia ciui-
tate,& in ꝓuinciis eccleſię ſunt in quibus cõpetẽtia
dẽ adminiſtrãt modo,[t] periculũ vero ruinę patiũ
per vetuſtatẽ,aut etiam paruæ cõſtitutę ſunt,& no-
dinatæ ſecundũ deſiderium eorũ [u] qui in eis depu-
ſunt)licebit ei vnã talium eccleſiarũ accipiẽti,hanc ę-
dificare:& hic volũtate deo amabilis orthodoxorum
epiſcopi res agẽda [x] eſt.ſic enim poterit & ſacrę do-
mus fabricator vocari,& nihil de ſuo ſuperexpẽ-
re:deputatis iam circa hoc expenſis oblatis ab eis qui
etiam prius has expendebant.

*CAP.III. De epiſcopis non reſidentibus in propriis ec-
cleſiis. ſic Iulianus epitomãtor.*

ILLVD quoque ſancimus,quatenus ſecundum
iam à nobis prolatã legem,[y] deo amabiles[z] epiſcopi
in ſuis eccleſiis maneãt,& non relinquãt quidẽ eas,tẽ-
pus vero multũ [a] hic morẽtur,& cogant per prouin-
cias œconomos expẽſas ſibi trãſmittere, & ſanctiſſi-
ma eccleſia expẽdat,quod & ipſe [b] inde ei obſeruare
nõ patiatur. Sãcimus igitur iã à nobis poſitã legẽ in
ſua manere virtute,ſi vero deſuerit [d] deo amabilis e-
piſcopus eccleſiæ ſuæ amplius tẽpus,[e] nullã ei mittã
expẽſam de prouincia:ſed illã quidẽ circa actus pios
& ſanctiſsimã eccleſiã expendi:ipſum vero hic errãtẽ
nõ expenſis ſanctiſsimam eccleſiam prægrauare:cum
certũ ſit,quòd ſi plurimo tẽpore [f] deſuerit,quæ iam à
nobis

a *Mortes.*tam in terra quàm in aqua:vt.ff. de dona.cau.mor.l. ſenatuſconſulto.§.ij.
b *Innoteſcerent.* ſic.j. vt cũ de appel.cogno. §.j.col. viij. ſic.j. vt in me.li.§.j.col.ea.
c *Supplementũ.* ſic.ff. de contrahen. empt.l. Rutilia.
d *Fiat.*nã ſic erat iure veteri:vt C.de inof ſic.teſta.l. cum quæritur.&.l.parentibus.
e *Sancitum eſt.*vt.ſ.de trien.& ſe.§.j.col.iij.
VT NVLLVS &c.
Hæc prima pars expeditur.j.eo. vſque ad.§. illud quoque.
f Et vt epiſcopi. *hoc dicitur.j.e.§.illud.*
g Et de alienatione. *hoc dicitur.j. eo.§. quoniam vero.*
h EA quæ.*Legib⁹.*quę ſunt in.C.&.j. & ſ.in hoc volumine.
i *Negotia.*j.de ſanctiſ ſi.epiſco.§.ſi quid.
k *Et rurſus.*& ꝓ id eſt.
l *Accedunt.*ad eas faciendas.
m *Eas.*ſ.eccleſias.
n *Orationem.* ſic.ſ. de mona.§. hinc. &.j. de eccle.titu.§.ſi quis autem.col.ix.
o *Suis medẽtur.*i.ſe dicunt mederi velle.
p *Ædificare.* ſcilicet concedimus.
q *Priuſquã.* ſic in decretis.xviij. q.ij. quàm ſit.&.j. de ſan.epiſc.§. quis.Accurſius.
r *Luminaria.* ſcilicet in eccleſia.
ſ *Multæ.* interpoſitio eſt vſq; illuc,licebit ei &c.
t *Adminiſtratur modo.* ſcilicet forte ab iis qui eas antiquitus ædificauerant.
† *Mali,in Scrimg.* † *Legendũ, V.C.conſ. Contius.*
u *Eorum.* ſcilicet clericorum.
x *Agenda.*ſic.ſ.vt clerici.qui rece.§.ſi.
y *Legẽ.*vt.ſ.quomodo opor.epiſ.§.j.&.§.illud.& facit.j.de ſan. epiſco.§. interdicimus autem.
z *Deo amabiles.* vt.ſ. vt cle.q rece.§.j.col.v.
a *Multum.*ſ. vltra annũ: vt.ſ. quomodo opor.epiſco.§.illud.Sed aliàs dicitur multum quinquẽnium:vt inſti. de lit.ob.§.multum. & ff.de ſepa.l.j.§.quod autem dictum eſt.
b *Et ipſe.*ſ. epiſcop⁹. & quod ſubiicit inde, id eſt ex eis. & quod ſubiicit ei.ſ. eccleſiæ. Itẽ quod ſubiicit obſeruare:duo ſignificat. prout enim refertur ad illud verbum inde,dic obſeruare,id eſt habere. Itẽ,put refert ad ei,p dic obſeruare.i. reſer cire,ſcilicet de ſuo ipſi eccleſiæ,ad vtrũque e nim refertur. Nec mi rũ quòd verbum ſemel poſitũ ad duo diuerſa referatur: vt & alibi de offi.procõ.l.ij.Item quod ſubiicit,nõ patitur,dic,id eſt non veleat,vel nõ poſſit.& ſi eſt plana litera.
c *Legem.*vt.ſ.quomodo opor.epiſc.§. & lud.Accurſius.
d *Defuerit.*ſ. per anni
e *Amplius tempus.*ſi licet anni.
f *Plurimo tempore.*ſi licet vltra annum.Al

a *Valebunt.* s. vt expellatur à clero episcoporum, & choro clericorum: vt. s. quomodo opor. epis. §. & illud.

b *Quoniam vero contigit.* vt. s. de eccl. re. immo. ali.

c *Decretum.* scilicet præsidis volumus in dicta constitutione: & facit. j. de ali. & emph. §. hoc etiam.

d *Metropoleos episcopi.* i. archiepiscopo.

e *Sancitum.* i. sanciendum, & ita tempus pro tempore ponitur: sic. ff. de lega. iij. l. etiam. Vel dic sancitū, scilicet in constitutiõe Græca, vel extrauagãti. nec enim in illa. s. de nõ alie. vel in alia. s. de eccl. re. immob. alie. vel aliàs iste casus habetur.

f *Oeconomi.* quib⁹ res ecclesiasticę gubernãdæ mandãtur: vt. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. in prin. scilicet episcopi volũtate: vt. C. de epis. & cle. l. omnes qui vbique. §. hoc nihilo minus. Accursius.

g *Adiicimus.* s. per hãc constitutionem.

h *Interfint.* quid adiicit hæc constitutio? Potest dici vt duo episcopi interfint. Alij dicũt quòd hoc erat etiã dictum in constitutione cuius hic facit mẽtionẽ: & dicunt hic adiici quòd isti duo episcopi debeant esse de sua synodo: a hoc est de suo archiepiscopatu.

i *Secundum se.* i. in suo contractu.

k *Ipse.* archiepiscopus præbens auctoritatem episcopo sub se posito.

l *Ei.* s. episcopo.

m *Præsens.* archiepiscopus.

VT AB ILLVstribus &c.

n *Quæcunque procedũt. Hinc.* ex legib⁹ inde nominatis.

o *Constitutionibus.* vt C. de procura. l. quicũque. & C. vbi senato. vel cla. l. fi. in prine. & C. de accusa. & inscrip. l. conuenit. Ac.

p *Clarissimorũ.* & per consequens nec spectabilis, nec illustris.

q *Comites.* vt sunt comites sine comitatu.

r *Sancimus igitur vsque.* inclusiue ponitur, scilicet vt illustres & superillustres contineãtur. & illustrium multa genera sunt: vt. C. vt dig. or. ser. l. ij. in prin. lib. xij.

s *Mouere.* vel suscipere: vt. C. de iniur. l. fin. & facit instit. de iniur. §. pen.

nobis super eisdẽ sancita sunt, valebunt. a

CAP. V. De alienatione rerum ecclesiasticarum immobilium.

QVONIAM vero contigit† b iam nos sanxisse, si qua in prouinciis alienatio rei immobilis ecclesiasticæ faciẽda est, secundũ decretum hãc procedere, sicuti dudum prolata à nobis cõstitutio dicit: agi vero decretum c non solũ præsente deo amabili episcopo ciuitatis, eiusq; clero, sed etiã metropoleos episcopo: d necnõ & illud insuper est sancitũ, e si metropoleos sanctissimus episcopus futurus est venũdare, siue eius ecclesię sanctissimi œconomi, f quid oporteat fieri: etiã hoc adiicimus, g vt duo ex synodo quæ sub eo est, deo amabilium episcoporum, quoscunq; elegerit, ipsi intersint, h & alia omni obseruatione custodita quæ iam sancita est, præsentia duorũ deo amabilium episcoporum adiiciatur: vt secundũ se i videatur cũ sua synodo rem agere: & sicut ipse k rem facit credibilem & sufficiẽtem ei l qui sub eo constitutus est, dũ præsens m est: ita & ipsi quæ sub eo est synod⁹ præsens, p duos deo amabiliũ episcoporũ videbitur rẽ præbere cautissimam, sumẽtem ex huiusmodi synodo testimonium. Hãc itaque nostram legem, & ad sedem tuæ beatitudinis, & ad cæteros sanctissimos patriarchas missã, ipsi per literas proprias sub vos metropolitis facietis manifestã, vt illi palam faciant sub se constitutis episcopis: vt nullum lateãt quæ à nobis cõstituta sunt. Dat. K. Maij. CP. Imp. Dn. Iustinia. PP. A. Ann. xij. Ioãne. V. C. conf.

Deest hic Nouell. 68. vt constitutio de successionib. &c. quæ deest in Haloand. sed eam ex Scrimgeria. excerptã retulimus in colla. decimã. Cont.

TITVLVS XVIII.

VT AB ILLVSTRIBVS, & qui super eam dignitatem sunt, omnimodo super pecuniariis causis, sed & iniuriarum criminaliter per procuratorem dicantur: clarissimis autem in pecuniariis licere eis & per procuratorem & per se litigare.

Illustres & superillustres in causis pecuniariis & in crimine iniuriarum non per se, sed per procuratorem litigare debent. cæteris vero dignitatibus inferioribus licite conceditur vt per se vel per procuratorem litem exerceant. Bartolus.

Imperator Iustinianus Augustus Ioãni gloriosissi. prętoriorum per Orientem præfecto iterum exconsuli & patricio.

QVæcũque procedũt quidem quasi honoris causa, schematis meliores sunt: quod autem hinc n euenit, non honorem, sed forsan etiam quandam lęsionẽ inferens, hoc bene habere iudicam⁹ breui mederi lege. Fertur enim q busdã constitutionibus o vt nulli clarissimorum p liceat per se litem exercere, sed per procuratorem omnino: sed hanc quidem antiquitas pro dignitatum honore scripsit: multos autem conspicimus dignitates quidẽ adeptos, & inter clarissimos inscriptos, aut comites, q aut tribunos, vel si qui alij consistunt huiusmodi: substantiæ vero minoris dominos, vt penitus non sufficiant ad procuratores ordinandos, & propter hoc agendas expensas. Sancimus igitur vsq; r ad magnificentissimos illustres hæc valere, & modis omnibus eos per procuratores pecuniarias exercere causas: necnon etiam iniuriarum per procuratorem criminali modo mouere, s secundum quod datũ est eis super hoc priuilegium: ne cogantur aut sedere† t cum iudicibus cum iudicãt: aut stare rursus tãquam litigantes. ex vtroque u enim causa videtur incauta, aut dignitatibus iniuriam x sustinẽtibus, aut iudiciali schemate indigne procedẽte. y Post magnificentissimos z igitur illustres, omnibus licentia sit volentibus a procuratores ordinare, b & per se lites exercere, nulla ex hoc neque prohibitione, c neq; dãno, neque pœna inferenda eis.

Tua igitur eminentia, quæ visa sunt nobis, & per hãc sacram declarata sunt legem, omnibus faciat manifesta, quæ moris sũt super his agens. Datum pridie nonas Iul. Constantinopo. Imperij. D N. Iustiniani Augusti. præfec. præto. anno. xij. Ioanne V. C. Cos.

t *Sedere.* not. hic expresse iudicem debere sedere cum iudicat: & aduocatum siue litigantes stare dum dicit. & facit. C. de postu. l. quisquis. in fi. & C. vbi se. vel cla. l. fi. §. sedenti. & C. de offi. ciui. iudi. l. j. & C. de offi. di. iu. l. fi. Item facit. C. de dila. l. j. & l. à procedente. Sed cõtra instit. de liber. §. multis. sed ibi est speciale fauore libertatis. *Iudex iudicando sedere debet.*

u *Ex vtroque.* scilicet latere.

x *Iniuriam.* aliàs incuriam. & ponitur p rusticitate. & ita notanos debere essẽ curiales in inuitando aliquo probo & nobili homine ad sedendum: sic. C. de offi. di. iu. l. j.

y *Indigne procedente.* qđ erit si aduocati siue litigantes iuxta iudicẽ debeant sedere. ne ergo hoc contingat, litigetur per procuratorẽ ex parte illustris.

z *Post magnificentissimos.* Hic no. quinq; genera magistratuum habentium ordinariã iurisdictionẽ, vt superillustres, ité illustres, & isti litigant per procuratorem tãtum: vt hic, & sunt illustres, vt præfectus prætorio Oriẽ. & Illyrici. Item vrbis Romæ. Item alij sunt spectabiles qui post illustres sunt, vt procõsules, & præfectus Aegypti, qui dicitur augustalis. alij sũt minores: vt clarissimi, & p̃sides prouinciarũ: vt. s. de ap. §. illud. & §. similique modo. & §. Oriẽta. & C. de rap. vir. §. sinautem post. & ff. de priua. car. l. j. §. j. ibi, & viris clarissimis &c. Ité & alij sunt minimi, qui nec nomen habent, vt pedanei: ordinarij tamẽ sunt: vt defensores ciuitatũ & municipiorum: & de minimis iudicant causis: vt. C. de peda. iudi. l. fin. & s. de defen. ciui. §. & iudicare. & §. audiẽt. colla. ij. *Magistratuum habẽtium ordinariã iurisdictionem quinque genera.*

a *Volentibus.* non autem necessitas imponitur procuratorẽ ordinare. Accursius.

b *Ordinare.* quod cõmune ius est in omnibus: vt instit. de his per quos age. pos. §. fi.

c *Prohibitione.* nam lex illa quæcũque prohibet, & damnum scilicet amissionis causæ imponit ei, & pœnam etiam imponit iudici xxx. librarum auri. a modo ergo hæc cessant nisi in illustribus: vt hic dicitur. *Procuratorẽ cõstituere quis nõ cogitur.*

† *Rigor iustius textus obseruatur in parlamẽtis Fráciæ.*

VT ORDINAria præfect. &c.

Duæ.

BIU Cujas

a Duæ. *immo non duæ tãtũ: vt.j. cõſt. quæ de di. §. generaliter. &. §. palam vero. colla. 6. nã & epiſcopatus liberat: vt.j. de ſanctiſ. epiſc. §. curialem.*

b *Plurima horũ. Conſiſtere.* hic poteſt no. ar. ad excuſationem papæ Inno. qui in ſuo cõci. multa de antiquis repetiit, quia quaſi neglecta erant. & facit. ſ. de fideiuſ. in princi. & C. de anno. l. fi. li. x.

c *Honorariam.* i. ſine actu & adminiſtratiõe.

d *Codicillis.* id eſt literis imperialibus.

e *Opere.* ſic. C. de decu. l. fi. ſic. j. conſti. quæ de digni. §. generaliter.

f *Opere geſſerit.* id eſt cum effectu ſine adminiſtratione. Accur.

g *Nã & magiſterium.* interpoſitione facit notando bonũ ſimile eſſe.

h *Aliquis.* ſ. pręfectus.

i *Deſignatum.* per adminiſtrationẽ ſibi collatam.

k *Renouamus.* ſic. ſ. vt eccl. Ro. §. renouamus. col. ij.

l *Codicillos.* id eſt imperiales literas.

m *Et Illyrici.* id eſt Sclauoniæ. Accur.

n *Frui.* à curia.

o *In carpentis.* i. curribus & plauſtris. eſt enĩ carpentum genus curſus, ſecundum M. & facit. C. de quęſto. & magi. offi. l. j. lib. xij.

p *Videatur.* Not. ꝑ capellanis domini papæ.

q *Albo.* vt. ff. de albo ſcri. l. j. &. ij.

r *Educens.* ſ. imperiũ.

VT OMNES obediant &c.

Hoc dicitur. j. eod. §. hoc conſiderantes.

ſ Et ibi negotia. *hoc dicitur. j. e. §. ſi igitur fuerit. vſq; ad illũ. §. arripiat.*

t Priuilegium. *ſcilicet ſpecialiter indultum, vel de nouo conceſſum aliàs: quod plene dicemus. j. e. §. ſi igitur ambo. Accur.*

u Huc. *i. in ciuitatẽ Cõſtantinopolitanã, vt ſubiicit, & vt. j. eo. §. arripiat.*

x Conuenti. *ſcilicet in prouinciis.*

y *Vnam. Omnium.* ſ. virtutum. Acc.

z *Ex cauſa.* quia tribuit vnicuiq; ius ſuũ.

a *Vnamquãque.* id eſt per vnamquãque. aliàs vnaquæque.

b *Huius iuſtitiæ.* ſ. quæ ſunt quatuor, ſcilicet iuſtitia, fortitudo, prudentia, & temperantia.

c *Iuſtitia.* ſic inſtit. de iuſti. & iure. j. reſpon.

d *Patria lingua.* aliàs patriã linguam: & tunc ſubau. ſecũdũ. & die vt pellet, ſcilicet cõſummodo loquẽdi. & aliàs patria lingua. ſcilicet Romana: vt ſi dicẽ: iſte facit fortitudinem: nõ in armis vel alia vi illicita intelligimus ſecũdũ vulgare, vt ſubiicit.

e *Abea.* ſcilicet virtute, id eſt fortitudine, vt ſubiicit. Ala.

f *Quam.* ſ. iuſtitiam.

g *Sacras.* ſ. principũ.

h *Priuilegia.* ſ. de nouo cõceſſa, & ad perſonam indulta. Ala.

i *Pragmaticas formas.* ſcilicet prætendentes.

k *Occaſiones.* cum homini ad malitiã dedito facile ſit quodlibet malum adinuenire vt. j. ij qui ob. §. j. in fi. Acc.

l *Peccandi.* ne ſit impropria locutio, repete occaſionem, ſcilicet delinquẽdi. q. d. delinquũt in prouinciis: ſed ſimulãt ſe velle reſidere extra prouincias.

m *Extra eas.* ſ. prouincias ĩ quib⁹ delinquũt.

n *Simulant.* id eſt putãtur & cogitãt: quod eſſe non debet. vnde dicitur: Quod non eſt, ſimulo: diſſimulo quod eſt.

o *Qui.* ſcilicet adu.

TITVLVS XIX.

Eſt Nouell. 69. apud Haloandrum; 79. apud Scrimgerium.

VT ORDINARIAE PRAEfecturę vrbanę & prætorianę duæ,[a] & pręfecturæ quę in cingulo & quę in actu ſunt, ſolæ, non etiam honorariæ liberent à curiali fortuna.

Sola collatione dignitatis & adminiſtrationis etiã ante adminiſtrationem ſuſceptã curiales liberantur à curiali fortuna: ſed ſola collatione honoris ſeu dignitatis abſque adminiſtratione non liberantur: ſed remanent curiales ſolum honorem ex tali collatione conſecuti. Bartolus.

Imper. Iuſtinianus Auguſt. Ioanni glorioſiſsi. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum excõſuli & patricio.

A

PLurima horũ quæ olim ſancita ſunt, neglecta & nõ facile in republica tractata, omnino viſa ſunt abſque lege & ſine legiſlatione conſiſtere.[b] Nouim⁹ enim quòd antiquitus erat quædã præfecturæ figura, quã honorariam[c] vocabant, codicillis[d] ab imperio ſuper ea collatis. hanc autem ita nominabant, vt nihil aliud niſi purũ honorem iis quibus præbebatur conferret, quæ curiales non liberabat à fortuna curiali, niſi quis eam ipſo opere[e] miniſtraſſet. & ſicut de glorioſiſsimis magiſtris militum videbimus, quia nullus ex magiſterio armorum eripitur fortuna curiali, niſi cum opere geſſerit[f] (nam & magiſterium[g] militiæ præfecturam eſſe noſtræ dicunt leges: puri vero magiſtrorum militiæ codicilli ſolam prębent dignitatem, fortuna non liberantes) ſic etiam in ipſa præfectura ſi futurus ſit aliquis[h] liber huiuſmodi fieri fortuna: neceſſe eſt in ipſo cingulo deſignatum,[i] ab ea curiæ vinculis liberari. Renouamus[k] igitur huiuſmodi legem, ſancientes ſiquãdo viſum fuerit imperio honorare curialem vt etiam liberet fortuna, dare ei codicillos[l] adminiſtrationis, & præparare eũ in talibus conſtitui ſedibus aut cingulis vrbanę præfecturę ſenioris Romæ, & nouæ videlicet huius noſtræ, aut in prætorianis tribunalibus & Orientis & Heſperiæ & Libyæ, necnon & Illyrici:[m] quos omnes ſub nobis fecit deus: & ita libertate frui,[n] quatenus magno promeriti honore & in carpentis[o] vecti, & clamores præconum audientes, inſuper iudiciales conſcendẽtes ſedes, huiuſmodi fortuna liberi conſtituantur. Si vero ſolo eos participare voluerit honore: fieri quidem codicillos, & his dari: tantum vero valere huiuſmodi imperialem largitatem, vt ille honoratus quidem ſit, & maximæ curiæ pars eſſe videatur:[p] non tamen neque prouinciali curia, neque eius albo[q] liberetur: ſed maneat ſub antiqua fortuna, ſolum lucratus honorem: & ita gratias agens deo & imperio, quia migrauit eum ad meliora prioris tranquillitatis educẽs.[r]

B

ſitque etiam hoc additamẽtum imperialium præmiorum, quod neque publicum minuit, neque fortuna, neque conſuetis ei functionibus priuans curialem: & ei qui hæc promeruerit, etiam præſentem addens fortunam, & oſtendens honoratiorem, & aliis curialibus dignitate ſolummodo præcedentem. Quæ igitur placuerunt nobis, tua celſitudo ſeruare feſtinet: ſciẽs quia neque curiales minuimus, & honoratiores eos omnibus demõſtrauimus: vt ſciant hæ ciuitates perpetua præcepta, quatenus imperio datur. Dat. Kalen.

C

Iu. CP. Imp. Dn. Iuſtinia. P. P. A. anno. XII. Iohanne. V. C. Conſule.

TITVLVS XX.

Nouell. 69. in Scrimg. &. 68. in Haloand. Contin.

VT OMNES OBEDIANT IVDICIBVS prouinciarum & in criminalibus, & in pecuniariis cauſis: & ibi negotia[ſ] examinẽtur, nullo excepto per priuilegium:[t] huc[u] conuenti[x] deducantur, niſi ſacra pragmatica forma habeatur quempiam iuſſerit.

In prouincia in qua quis forum ſortitur, illic eſt cõueniendus vtrq; præſente vel altera tantum: & vbique iuſtitia ſeruata, ſententia condemnatoria vel abſolutoria feratur, omni priuilegio ceſſante, niſi pragmatica forma aliud ſtatuatur, vel aliud propter appellationẽ accidentia impetrentibus in omni loco & tẽpore: pœna cõtra facientibus imminẽte.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. [Ioanni] glorioſiſsi. prætorum per Orientem præfecto, iterum exconſuli & patricio.

D

VNam quidem eſſe omnium[y] perfectiſſimam virtutem arbitrandum eſt hominibus, quæ iura omnibus diſtribuit: hæc eſt ex cauſa[z] †cognominata iuſtitia. Etenim vnamquãque[a] aliarum virtutũ niſi ſubſequantur huius[b] bona, fiet nihil horũ quæ competunt. itaque nec fortitudinem quæ non eſt cum iuſtitia,[c] laudabimus: cum ſcilicet patria lingua[d] fortitudinẽ in armis virtutem appellet ſolùm: & ſiquis ab ea[e] iuſtitiã ſubtrahat, delictorũ ſolummodo, non quorundã bonorum fiet occaſio. quã[f] in noſtris prouinciis intuentes conſtẽ, lege placenti deo eam corroborare, & ad fortitudinẽ decentem reducere iudicauimus oportere. Plurimorum nanque alij quidem literas ſacras,[g] alij priuilegia,[h] alij pragmaticas formas,[i] alij præcepta iudicum, quidam alias ex aliis adinuenientes occaſiones[k] ſibi peragunt peccandi:[l] quidã in prouinciis & extra eas[m] litigare ſimulant.[n] Qui[o] enim in quolibet loco

mal⁹

a *Quecunque.* vt de vsufructu, vel seruitute scilicet reali.
b *Pertulit.* id est sustinuit, in mala parte.
c *Exhibere.* interrogatiue lege, & responde. q.d. non bene.
d *Suam.* aliàs solam: & aliàs suam.
e *Et fortitudinem.* in malam partem accipe hoc vocabulum.
f *Credentes.* scilicet se facere.
g *Et hæc.* scilicet mala supradicta.
h *Perpetrant.* i. faciũt.
i *Decies.* i. faciant decies milies. similis modus loquendi est. ff. de hær. & Falc. §. & si hoc quidem. col. j. &. ff. de nup. §. sed hoc. col. iiij.
k *Exempla.* cõtra. C. de sen. l. nemo iudex. sed hic quo ad Deũ, & quo ad peccatum vitãdum loquitur: ibi quo ad ciuilem quẽrendam actionem.
l *Innumerabilibus.* s. generibus personarum.
m *Pene.* id est fere.
n *Ex potentibus.* scilicet personis. Accur.
o *Inanes.* i. nõ potẽtes.
p *Secuta.* Et hic not. filium ex delicto patris puniri. Sed cõtra. C. de pœ. l. sancimus. Iteꝛ cõtra. ff. de pœ. l. crimen. Item cõtra. ff. de accu. l. ex iudiciorũ. sed certe hic de pœna loquitur diuina, in dictis autem legibus de humana: vt argu. illius diuinæ scripturę, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.
q *Potestatibus vtentes.* id est potentiis suis.
r *Sceptris.* id est literis, vel imperio. Ala.
s *Ascendentem.* id est orientem.
t *Descendentem.* id est occidentem.
u *Vtroque est latere.* id est Meridie & Septentrione. Al. & facit. ff. vt eccle. Roma. §. fina.
x *Deliquit.* apparet quòd hæc constitutio tota loquitur in reo volente trahere actorem ad extraordinarium iudicem.
y *Pecuniarum.* potest strictè intelligi verbum pecuniarũ: quia inferius subiicit de aliis rebus: vt & aliàs stricte accipitur: vt. C. de proba. l. j. & ff. ad Maced. l. si filius. §. j. Vel large pone. & quod subiicit, siue de terra &c. est quasi huius expositio. nam pecuniæ verbum large potest sumi: vt. ff. de verbo. signifi. l. pecuniæ. &. C. de constitu. pecu. l. ij. §. fin.
CAP. II. De reuerentia & obſequio patronis à libertis præſtandis &c.

Libertus licet liber efficiatur ex manumiſſione, & ciuis Romanus: tamen manumittens ius patronatus habet, niſi ei remiſerit: & debet libertus patrono reuerentiam exhibere, & iniuriam non inferre: ne poſſit in ſeruitutem reuocari. nam ex ingratitudine libertas reuocatur ſicut donatio. Aug.

ILLVD vero adiicimus, [m] vt nihil neque poſt hanc [n] legem noſtram lædantur patronatus iura. Illa vero quæ nos ſancimus, in quibuſcũque omnino hæc perſonis ſeruabimus: niſi tamen etiam ab his [o] libertum qui libertatem donauit, abſoluerit, aut per fideicommiſſum hoc relinquens, aut in ipſa libertate hoc adiiciens. nam ſi hoc ille dederit: omnino qui manumittitur, abſoluetur [p] etiam à patronatus iure, eo quòd ille hoc expreſſerit. Habeant itaque hæc omnia qui libertatem meruerũt: veruntamen ſeruent etiam poſt hanc noſtram conſtitutionem eis qui ad talem eos perduxerũt honorem, omnem reuerentiam, [q] & hoc quod vocatur obſequium, & reuerentiam rectè legibus introductam: quinetiam abſtineant [r] aut manibus, aut inſidiis, aut aliis ex quibus liberti tale aliquid agentes, rurſus † & ſeruitutem ſuſtinent ſecundum de his ſcriptas leges, [s] & reſtituuntur priori cõditioni. Nam ſi nullum penitus ingratum eſſe circa donatorem permiſimus, licet fuerit bene natus, ſed donationes infirmas pronunciauimus in iis quæ dudum à nobis ſcriptæ ſunt legibus, [t] & in iis quæ à nobis quotidie præcipiuntur: quomodo patiemur manumiſſorem, qui æqualis patri [u] circa libertum factus eſt, ab eo aliquid pati malignum, aut iniurias forſitan aſperas & indecẽtes, [x] † ſeu plagas, [y] aut maximè intolerabilia ſuſtinere diſpendia? Sed ſi quid horum legitimis probationibus conuicerit [z] paſſum ſe, qui libertatem dedit, vel eius filios: [a] poſt prædictas probationes libertum in priori reſtituimus [b] habitu: nominum [c] quidem perſcrutatione, & propter hoc diſpendiis, omnes eripientes: iuſtitiam autem vbique & æquitatem, & quod legiſlatorem decet, & quod placet deo, & liberto, & dudum domino conſeruantes.

Quapropter [d] ſint quidem & liberti & ingenui, [e] ſiue ij qui dudũ [f] manumiſsi ſunt, & euidenter eis hoc largitum eſt: ſiue illi qui poſt hanc legem noſtram ad ingenuitatem venientes, tanquam bene nati iam facti viuant, & debitum honorem

a *Perfectis.* poteſt legi datiuè & ablatiuè.
b *Liberauimus.* vt. C. de dedi. liber. tol. Accurſius.
c *Excluſimus.* vt. C. de Lati. liber. tol.
d *Largianum.* quod tractabat circa legem Iuliam: vt inſtit. de ſuc. lib. §. penul. & quæ erat differentia inter Latinos & dedititios & plene liberos, dic vt inſtitu. de liber. §. fi. Acc.
e *Aetatibus.* manumiſsi, vel manumiſſoris: vt inſtit. de liberti. in fin. niſi ſit minor. xv. an. olim, hodie. xvij. vt inſtit. qui ma. non poſ. §. cum autem.
f *Perfectius.* id eſt libertas plena. q. d. non ſolum circa minores libertates correximus: ſed etiam circa plenã.
g *Neque enim.* interpoſitio eſt.
h *Subſequẽs.* id eſt ſubſequenter ſtatim.
i *Annulorum.* quod ideo ſic dicitur, quia olim non poterant liberti ſecundum quoſdam ferre annulos. Sed nos contra: quia lege cautum non inuenitur: ſed bene ferebant ex neceſsitate: & erat imago libertinitatis: vt. C. de iur. aur. an. l. vltimũ. & habet patronus etiã bon. poſ. cõtra tabu. vt ff. de bonis libert. l. etiam.
k *Regenerationis.* vt ingenui nati videantur: non eſt tamen omnino idem ſi per principem viuentem reſtituti eſſent natalibus, quia tũc vt ingrati accuſari nõ poſſunt: vt. C. de bon. lib. l. vltimum. ſed hic poſſunt: vt infra proxi. §. ergo quantum ad dignitates vel matrimonia eſt hic ſecundum Azo. non autem quo ad patronum eſt ingenuus: vt infra. §. illud.
Conceſſo aliquo, cõceditur & illud &c. Item not. hic quòd cũ aliquid conceditur, & ea quę illud faciunt, ad plenum concedi vidẽtur: vt. C. de bo. vacan. l. ſiquando. lib. x. & ff. de conſti. prin. l. fi.
l *Perſcrutamur.* duo nota.
m *Illud vero adiicimus.* in Græca conſtitutione de iure patronatus: de qua eſt mentio inſtitu. de ſucceſ. lib. §. ij.
n *Poſt hanc.* id eſt poſt remiſsionem iuris patronatus.
o *Ab his.* iuribus patronatus. Accurſius.
p *Abſoluetur.* fcilicet libertus.
q *Reuerentiam.* ſcilicet vt ei aſſurgat, & ne temere in ius eum vocet. hoc etiam ſi fuerit remiſſum patronatus ius: vt. C. de liber. & eorum libe. l. fin. & C. de bo. liber. l. ſi.
r *Abſtineant.* etiam poſt remiſsionem iuris patronatus.
s *Scriptas leges.* vt. C. de lib. & eorum li. penul. & antepen. ff. & ff. de lib. agnoſ. alimenta. §. j.
t *Legibus.* vt inſtitu. de dona. §. ſciendum. & C. de reuo. dona. l. vlti. Accurſius.
u *Patri.* dilexit enim eum vt pater manumittendo: ſuccedit ei vt ſuo ter filio ab inteſtato vt inſtitu. quib. mo. ius patr. pote. ſolui. §. præterea. Accurſius.
x *Indecentes.* alibi indigentes. alias indecentes.
y *Plagas.* ſcilicet verberum.
z *Conuicerit.* id eſt probauerit.
a *Filios.* Not. de filio: quia non ſic de nepotibus. ff. de verb. ſignif. l. ſcienti. & C. de ope. liber. l. & de liber. & eorum libe. l. liberti.
b *Reſtituimus.* etiam patronus remiſit patronatum: vt ſupra principi. huius. §. detur, &. C. de bo. libe. vlti. & tunc reuocatur in ſeruitutem: ſcilicet etiam ex his cauſis quibus reuocatur donatio: vt hic innuit autem non remiſit etiã pro leui culpa reuocabitur, quæ conſiſtet in faciendo: vt. C. de liber. & eorum libe. l. ſi manumiſſori. non autem ſi in non faciendo: vt. C. de libe. cau. ſolo.
c *Nominum.* quia non dicuntur hodie dedititij vel Latini. nam & nomine ſublato effectus tollitur: vt. C. de fer. l. à nullo.
d *Quapropter.* breuiter omnia repetit quæ dixerat à princ. conſtitutionis.
e *Et ingenui.* quantum ad omnia præterquam reſpectu patroni. Accurſius.
f *Qui dudum.* id eſt ante hanc legem.

BIU Cujas

manumissoribus reddant: vt nõ denuo & libertate, & benenatione cadant, tanquam indeuoti ingratique conuicti, & à lege damnati. Erunt nanque ita perpetuè liberi & ingenui, si manumissoribus eorumque filiis inconfusam & liberã suam venerationem & reuerentiam deuotionemque seruauerint: quibus videlicet conseruatis, nunquam ad priorẽ relabentur fortunam. [a]

CAP. III. Si libertã suam patronus vxorem habere maluerit.

Nulla dignitas prohibet cum liberta nuptias contrahi: cum ancilla autem contrahens matrimonium, liberam eam facit, & natos ex ea productos. Bald.

SI quis autem libertam [b] ducere voluerit, aut [c] legitimã facere coniugem, cuiuslibet dignitatis existens: [d] nuptialia cõficiat documenta (hanc enim solam post manumissionem obseruationem [e] adiicimus [f]) & sint etiam præcedentes [g] filij, sicut & qui post dotalia nati sunt, liberi & ingenui & sui, & patris successores: & à postulatione annulorum aureorum & pristinûm [h] † natalium liberati, nullamque penitus habẽtes differentiam ad cætera ingenuorũ matrimonia. Libertas enim matris, insuper & documentum nuptiale, sobolem liberã & ingenuam & patri succedentẽ demonstrabunt: & ita rebus & veritate [i] tuti efficiuntur, vt si cui [k] etiam ex seruiente muliere procreentur filij, & voluerit ille postea mulierem manumittere, & dotalia conficere documenta: mox [l] cum ipsa dotis inscriptione & filiis competet [m] libertatis simul & suorum ius: nõ requirentibus nobis specialem libertatem in filiis fieri, & simul manumitti cũ matre, aut postea vel ante eam forte libertatẽ accipere: sed conscriptione sola nuptialium documentorũ mox eis [n] etiam libertatẽ donamus. Quod enim maius vtique ostẽsurus est pater libertatis filiorũ indicium, [o] quàm vxorem [p] ostẽdere, liberãque simul & legitimam nuptialium documentorum conscriptione? [q] Si enim miles relinquens legatum alicui suarum ancillarum, ipsa donatione legati & libertatem dare videatur: [r] quomodo non multo magis pater si documentum nuptiale conscripserit, habebit proprios filios ex hoc solo & liberos & legitimos successores? Neque enim quilibet eum putaturus erit voluisse filiorum quidem matrem legitimam [s] esse, & hoc tam magnum ei donasse opus libidinis: proprios autem filios ex suo natos semine, adhuc relinquere seruituros. Hoc similiter [t] quidem pro manumissoribus, similiter autem & pro manumisis [u] sancimus. Nam si ea quæ in præcedẽtibus dicta sunt, manumissoribus non seruamus: [x] segniores [y] forsan homines circa libertatis largitatem efficiemus. Nobis autem omne extat studium subsistere libertates [z] atque valere, & in nostra florere & augeri republica. etenim huius causæ desiderio [a] & in Libya & in Hesperia tanta [b] suscepimus bella & pro recta ad deum religione, & pro subiectorum pariter libertate. Facimus autem nouum [c] nihil, sed egregios ante nos imperatores sequimur. Sicut enim Antoninus Pius cognominatus (ex quo etiam ad nos appellatio hæc peruenit [d]) ius Romanæ ciuitatis prius ab vnoquoque subiectorum petitus, [e] & taliter, [f] ex iis qui vocãtur peregrini, ad Romanam ingenuitatem deducens, ille [g] hoc omnibus in commune subiectis donauit, [h] & Theodosius [i] iunior post Constantinum maximum sanctissimę huius ciuitatis conditorem, filiorum prius ius petitum in cõmune dedit subiectis: [k] sic [l] etiam nos hoc videlicet regenerationis & aureorũ annulorũ ius vnicuique petentium datum, [m] & damni & scrupulositatis præbens occasionem, [n] & manumissorum indigens auctoritate, omibus similiter subiectis ex hac lege damus. Restituimus enim naturæ ingenuitati dignos, non singulos decætero, sed omnes [o] deinceps qui libertatem à dominis meruerint: vt hanc magnam quandam & generalem largitatem nostris subiectis adiiciamus. Quæ igitur pro indulgẽtia

a *Fortunam.* scilicet seruitutis.
b *Si quis autem libertam.* scilicet suam.
c *Aut.* pro id est.
d *Existens.* olim autem licebat patrono libertã accipere: nisi esset patronus senator, vel senatoris filius, vel in simili dignitate positus: vt. C. de nup. l. vxorẽ. & ff. de ritu nup. l. lege Iulia. & l. oratione. & idem in sponsalibus: vt. ff. de spon. l. oratio. hodie vero indistincte fieri potest etiã ab iis qui sunt in dignitate, dũmodo scriptura intercedat: vt hic, & idem puto econtra, vt libertus patronam accipere possit: licet olim esset contra: vt. C. de nup. l. iij.
e *Obseruationem.* scilicet vt interueniat scriptura.
f *Adiicimus.* de nouo.
g *Præcedentes.* scilicet ante dotalia instrumenta.
h *Pristinûm.* id est pristinorum, vt sit syncopatum: & sic ponitur vincenûm, id est vicenorũ. ff. ad legẽ Rhod. de iac. l. nauis. §. cum autem.
i *Et veritate.* scilicet quia in veritate est cõtractũ matrimonium, & filij iusti ex eo procreati sunt. aliàs cõtra. & dic hic vt diximus supra de trien. & semis. §. fi. colla. iij.
k *Vt si cui.* caute mutat casum de liberta ad ancillam: quasi dicat adeo prædicta sunt vera in liberta, vt in ancilla idem sit.
l *Mox.* id est statim.
m *Competet.* aliàs cõpetens. Accursius.
n *Eis.* scilicet filiis.
o *Indicium.* aliàs indicium: aliàs iudicium, id est voluntatem. Acc.
p *Vxorem.* scilicet illorum filiorum matrem. R.
q *Conscriptione.* & sic not. quòd siue specialiter fuerit manumissa, vt modo dixerat, siue solum accepta est ancilla in vxorem à domino: eo ipso habet duo, & quòd libera est, & quòd legitima vxor: vt hic, & s. in rub. in fi. Item si non fieret libera ex ipsa conscriptione dotalium instrumẽtorum, non esset vxor: cum inter seruum & liberum non sit matrimonium: a vt. s. de nup. §. sed & captiuitatis. Itẽ si alij dat scienter in vxorem, vel patitur eam nubere, est eoipso libera: multo magis si ipse eam accipiat: vt. s. de nup. §. si vero ab initio. Accursius.
r *Videatur.* vt. ff. de mil. testa. l. Titius. §. j. sed non sic in paganos: vt. C. de testa. mili. l. ex his.
s *Legitimam.* id est ingenuam vel vxorem.
t *Hoc similiter.* nunc respicit primam partem rubri.
u *Pro manumissis.* scilicet vt sint ingenui.
x *Seruamus.* scilicet ius patronatus, & est sic. C. de bon. quæ liber. l. ij. ibi, prospiciẽdum est.
y *Segniores.* id est pigriores. Accursius.
z *Libertates.* vt recuperemus eos ab hostibus.
a *Huiusmodi causæ desiderio.* id est vt augeremus rempublicam.
b *Tanta.* s. vt pij dicamur: vel lege absolute tãta. q. d. multa.
c *Facimus nouum.* id est extraneum vel mirabile: immo cõsuetum in similib⁹. & ideo duo similia ponit, non eadem. Primum est Antonini, secũdũ Theodosij.
d *Peruenit.* vt dicamur pij. Accur.
e *Petitus.* id est rogatus imperator vt hoc statueret. vel dic à quocunque qui vellet esse ciuis Romanus.
f *Et taliter.* scilicet dãdo singularia priuilegia.
g *Ille.* scilicet Antoninus. & dic hoc, scilicet ius Romanæ ciuitatis, quod est supra.
h *Donauit.* vt quicunque ciuitatem Romanã habitaret, ciuis Romanus esset: vt. ff. de statu ho. l. in vrbe. quæ lex est Antonini. nec sit opus speciali impetratione.
i *Theodosius.* sicut repete.
k *Subiectis.* vt. C. de iure deliberan. l. j.
l *Sic.* à simili.
m *Petentiũ datũ.* olim p singularia rescripta.
n *Occasionem.* occasionem dico indigentem auctoritate manumissorũ, id est manumittẽtium: quia non solebãt liberti facilè natalibus restitui nisi consentiẽte patrono, & eius filio: vt ff. de nata. re. l. ij. & l. pen. & l. fi. j. rñ.
o *Sed omnes.* repete, per &c.

BIU Cujas

APVD QVOS oporteat causas dicere monachos & ascetrias.

a *Rem cognoscentes. Hac.* id est Constantinopolitana.

b *Subiecta.* id est scripta. j. ea. constitutione.

c *Assisteriis.* ideo q̃ assistant orationib⁹ & ieiuniis quotidie: quas vulgo appellamus Recluſas.

d *At illi.* scilicet iudices ciuiles.

e *Præsumentes.* scilicet executores. Ac.

f *Trahere.* scilicet ad iudicium.

g *Non videntur.* quia stant recluſę: vt. s. dixi.

h *Interpellet.* Not. q̃ monachus conuenitur, licet pro mortuo vt seru⁹ quantum ad mũdum reputetur: vt. C. de episco. & cle. l. deo. sed respondet per abbatem vel syndicos seu œconomos: vt infra de san. episc §. prouidere. & hic subiicit. sic ergo à simili concipiam libellum nomine filij: & respondebit pater: vt C. de bo. mater. l. j. in aduentitia tamen hæreditate filiosa. delata triplex in agendo & respondendo adhibetur distinctio, vt distinguatur an ambo consentiant in adeũdo, scilicet pater & filius: an filius tantum, an pater tãtum: vt. C. de bo. quæ lib. l. vlti. in iis qui sunt in tutela vel cura, ætas distinguitur: & absentia consideratur: vt si sunt pupilli q̃ fari possunt, de his possit concipi libellus auctoritate tutoris. aliàs de tutore tantum: vt. ff. de admi. tu. l. j. §. j. sed & hic si contra collegiũ nomine monachi proponatur, non reprobatur. arg. j. de san. epis. §. sportularum. eodemq; modo puto seruari si monachus agere velit. Sed nunquid iurabit monachus de veritate dicẽda, si agatur de eo q̃d per eum factum est, ad similitudinem minorũ xxv. annis? Respon. sic, arg. C. de quæstio. l. interrogari. quia ad iudicem spectat inquirere veritatem. arg. C. de eden. l. is apud quem. & infra de litig. §. omnẽ. colla. ix. ibi, veritate p̃quisita. de calum. autẽ non iurabit, cum principales personæ debeant iurare: sed monachus nihil habet vel p̃ leges, vel per canones vt infra vt lit. iurent. §. j. in princip. & supra de mona. §. illud. coll. j. Item quid de exemptis? Respon. sub papa conueniri.

Assisteria quæ sunt.

Monachus potest cõuenire.

Monachus an de veritate dicenda iurare debeat.

i *Episcopi.* sed executioni mandãtur per iudicem ciuilem: vt infra de san. epis. §. si quis cõtra aliquem.

k *Lite.* scilicet vt dilationem, & causã examinent.

l *Cautela.* id est qualiter caueatur iudicio læsti, & iudicatum solui & rem ratã haberi secundum qualitatẽ personarum: vt instituta de satisda. §. sed hodie. Sed quidã dicunt quòd hoc pignus accipere debet episcopus.

m *Diœceses.* sic. C. de episco. & cleri. l. nulli §. quod si inuito. Accursius.

n *Hæc autem tua.* loquitur Mennę patriarchæ Constantinopolitano: vt in intitulatione supra eo.

o *Et eius.* scilicet ciuitatis.

p *Ditionem.* id est notionem.

q *Eorum.* monachorum.

r *Obsecundent.* hæc etiã ratio & in aliis clericis est: vt. C. de epis. & cle. l. omnes qui vbicunque.

s *Sententiam.* ad monachos missam, vt si iudicium veniant coram talis iudicis respondeãt. & si episcopus rationi non fecerit, alias suę ciuilis erit iudex. infra de san. epis. §. hoc autem pro peccuniaria causa. col. ix. Ac.

t *Retrudantur.* scilicet executores illi. Accursius.

u *Lege.* eo quòd alij scripserũt, quorum dicta nostra sunt: vt. C. de epis. & cle. l. cũ clericis. &. l. si quis. & l. omnes qui vbicunque quas leges facimus: vt C. de vete. iure enu. l. ij. §. merito. & hodie est expeditum: vt infra vt cleri. apud propri. episcopum. §. j.

DE QVÆSTORE.

Hanc non lege: sed quidam sic. not. primo de dei auxilio, secundo de rescriptis reparandis et in prin. & tertio de venerãda canicie. i. senectute: vt infra eo. §. si vero vi ista occasionem in fi.

Cum

Imperator Iustinianus Augustus Mennæ archiepiscopo Constantinopolitano, & vniuersi eius tractus patriarchæ.

Monachi & moniales pro causis eorum coram episcopo debent conuenire: qui disponere debet, an per se, vel per alios debent respondere. & secundum legem & sacras regulas debent soli episcopi de talibus cognoscere & iudicare. Angel.

Impera. Iustinianus Augu. Mennæ archiepiscopo Cõstantinopolitano, & vniuersi eius tractus patriarchæ.

REm cognoscentes nõ rectam fieri in hac a regia ciuitate, communi lege existimauimus hoc mederi: inchoantes quidem ab hac felicissima ciuitate: in omnia vero loca ea quæ subiecta b sunt, distẽdentes. Quidam enim volentes corrũpere orthodoxæ fidei honestatem, si quidem litem habuerint quasi cum monachis aut ascetriis, c ciuiles iudices interpellant: at illi d mittunt executores præsumentes e accedere intra loca sancta, & monachos trahere, f atq; monastrias vel ascetrias inquietare fòrsan eas quæ non videntur, g & hinc iniuriam & confusionem non paruam adorabilibus fieri locis. Propterea igitur sancimus, si quis quancũque habuerit causam cum aliquibus venerabilibus sanctimonialibus, aut sacris virginibus, aut mulieribus omnino in monasteriis consistentib⁹: deo amabilem ciuitatis illius episcopum interpellet: h ille vero mittat, & cum omni honestate quæ sunt de personarum præsentia, disponat: siue oportet per abbates, siue per responsales, siue per alios quoslibet hoc fieri. ipsi vero cum omni veneratione sacerdotali causam examinent & iudicent. & ciuiles non sint penitus eis iudices, neque confundant eorũ honestatem, cũ idonei sint deo amabiles singularum ciuitatum episcopi i & quæ de lite k sunt, & de cautela l iudiciorũ, disponere, & iudicare honestè atque sacerdotaliter, & secundum leges nostras, & sacratissimas regulas. Sic enim & qui aliquam rationem habere putantur, merebuntur iustitiam, & honestas sacratorum inuiolata integraque seruabitur. Communis igitur sit lex, habeátque custodiam & à glorioſissimis præfectis qui per cunctas existũt diœceses, m & Illyrici dicim⁹ & Libyæ, Italiæque, & Occidentis totius, & à glorioſissimis præfectis vtriusque Romæ, & magnificentissimo prætore populorum, & iudicibus gentium, eorúmque officiis, & nulla eius fiat omnino corruptio: sed integra ad honorem reuerendissimorum monachorum custodiatur. Hæc autem n etiam tua celsitudo cognoscẽs, & ipsa custodiat in hac felicissima ciuitate, & eius o cõfiniis. vtatur autem ad deo amabiles ciuitatum metropolitanos (quorum ipse suscepisti ordinationem) proponens propriis literis hanc nostram sacram legem. Verum illi sub se constitutis episcopis hæc nuncient, vt ex pãucis literis vna continuatio legis ad omnem perueniat ditionem. p Sed etiam accelerari lites sancimus monachis illatas, vt non mens eorum q occupetur circa litis solicitudinem: sed velociter liberati, sacris operibus obsecundent. r Sciant igitur qui præter hæc aliquid egerint: si quidem iudex sit qui talem proferre sententiam s præsumpserit, quia ab administratione repelletur tanquam diuinitati contumeliam faciens, & pœna decem librarum auri vnà cum officio suo multabitur, sacratissimo nostro danda ærario. executores autem præsumentes offerre omnino admonitionẽ, ab ipsis deo amabilibus episcopis prohibeantur, & retrudantur t in locis quæ decaneta nũcupantur, pœnas competentes passuri: exactionem nullam de cætero agere permittendi. Hac valente lege u si quis cum aliquo reuerẽdissimorum monachorum aut virginũ aut mulie-

rum omnino sacrarũ, & in venerabilibus monasteriis habitantium habuerit causam. De clericis etenim & ordine conuentionis eorum iam leges cõscripsim⁹, quas valere & firmas esse omni volum⁹ modo.† Scriptum exemplar viro clarissimo Ioanni præfecto sacrorum Orientis prætorio. iterum exconsuli ordinario & patricio. Scriptum exemplar Basilidi gloriosissimo magistro sacrorum officiorum. Scriptum exemplar Longino gloriosissimo præfecto vrbi. D. vj. Id. Mar. CP. Imp. Dn. Iusti. PP. A. anno. xv. Arione V.C. Conſ.

TITVLVS VIII.

Nouella 80.

DE QVAESTORE.

Officium quæstoris in inquirendis personis in vrbe Constantinopolitana manentibus consistit: & si Constantinopolitanæ ciuitatis sunt ciues, eorum causas & negotia celeriter expedire: extraneos ad suas prouincias cũ suis bonis remittere, & alios expellere, & valides & potẽtes, operari facere: exceptis infirmis corpore, qui dimitti debẽt. Bar.

Imper. Iustinianus Augu. Ioãni gloriosissi. sacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

CVm dei auxilio [a] semper omnem facimus prouidẽtiã, vt subiecti ab eius clementia traditi nobis, illæsi seruentur. itaque & leges ponimus omnem eis [b] curantes iustitiam, & quod paulatim † labitur, reparare [c] festinamus: insuper etiã administrationes inuenimus, quæ castigantes quod inhonoratum est, mediocriora [d] faciunt delicta: quale videlicet aliquid [e] prætores [f] populi in hac felicissima magna vrbe, vtilissimo ex ipso rerum experimento omnibus regiam hanc ciuitatem nostram habitantibus approbatũ. [g] Ex hoc igit experimento & aliud quiddam medela egẽs moliri & adinuenire, legi & cingulo iustum existimauimus. Inuenim⁹ enim quia paulatim prouinciæ quidem suis habitatoribus spoliantur: magna vero hæc ciuitas nostra populosa [h] est turbis diuersorum hominum, & maximè agricolarum suas ciuitates & culturas relinquentium. Hæc ad præsentem legem nos respicere procurauerunt, & ad cingulum [i] quod nunc à nobis penè nouatum est: cui non piget nos de publico & annonas dare, & sufficiens etiam officium constituere, & ex negligentia eius periculum releuare. Cingulum etenim hoc accipienti, quæstoris imponimus [k] nomen. sic enim & in initio eum inuenientes, dicimus autem priscis temporibus, in quibus vocabant inquisitores ad hoc venientes officium. Volumus autem cingulum habentes hoc, respicientes ad deum, nostrumque timorem, & legem, requirere ad magnam hanc ciuitatem venientes, ex quacunque prouincia sint, viros, siue mulieres, aut clericos, seu monachos, vel monachas, siue externarum [l] ciuitatum aduocatos, aut alterius cuiuscunque fortunæ vel dignitatis existant, & perscrutari qui sint, aut vnde venerint, & qua occasione. & si quidem agricolæ sint, intendere quibus [m] nostrorum iudicum horum [n] competunt lites, & his imminere, velocitérque eos eripere difficultatibus propter quas huc venerunt, & festinanter vnde venerunt, eos remittere competentia fruentes. [o] Si verò aliqui sint agricolæ constituti sub dominis, & egentes eis [p] ad hanc venerunt regiam ciuitatem: præparare possessores, citius eas discernere [q] pro quibus venerunt causas, & remittere merentes [r] mox quæ iusta sunt. Si verò forsitan ad resultationem possessorum venerunt, & aduersus eos dicant causas: si quidem multitudo sit, plures quidem remittere continuò ad prouinciam, duobus aut tribus relictis, qui secundum collitigantium schema [s] litem exerceant: [t] & ita eum imminere litis [u] auditori, & procurare citius incidi [x] negotia, vt non longitudo eis fiat temporis, & maximè agricolis: quorum & hic præsentia superflua, & agriculturæ vacatio damnum & ipsis & possessoribus facit. Si verò neque agricolarum sit adueniens multitudo, sed quidam forsitan alij, aut etiam litigaturi aduersus alios, & hic tardent, non quiescere, sed cum omni instantia iudices vrgere cum festinatione eos contentionibus absoluere, & litibus liberatos remittere in suas ciuitates, & prouincias habitare. Si verò forsan cum institerint [y] auditores litis, aut agricolarum domini, [z] qui à nobis sunt iudices statuti, vt litigantes aut obseruantes liberent, ipsi adhuc differant, & non citius eos à litis obseruatione liberauerint: tunc ipsum [a] qui à nobis in hoc cingulo constitutus est, deducere ad se litigantes, aut agentes aliquo iure à possessoribus, [b] proinde non merentes examinare, & citius disponere, pro quibus illi huic magnæ obseruant ciuitati, ad suas remittere patrias, aut omnino ex quibus venerunt locis, omnibus peremptо ad hoc priuilegio, & fori præscriptione. Si verò vitæ occasione aliqui aut lites non habentes, in hac sunt nostra ciuitate, vt [c] propter victum, aut eo quòd hoc ad eorum desideria non sufficiat, [d] iam etiam peccent, corporum eorum statum, qualis quis est inspicere: & si quidem valent eis corpora, potentes autem sufficere ad laborem sunt: si quidem seruilia fuerint, cognoscere quorum sunt, & hos etiam inuitos possessoribus transmittere. Si verò liberi fortuna, & ex aliquibus ciuitatibus aut prouinciis orti: hos transmittere ad prouincias ex quibus orti sunt. Si verò huius terræ fuerint, & corporibus quidem validis vtantur, vitæ autem eis decens [e] non est occasio: hos non frustra esse terræ onus [f] permittere, sed tradere citius eos, vt operum publicorum

a *Vm dei auxilio.* sic. j. de armis. in prin. & C. de vete. iure enu. l. j. in prin.
b *Eis.* subiectis.
c *Reparare.* ar. pro rescriptis. quod dic vt. s. de hær. & Fal. §. semper igitur.
d *Mediocriora.* i. pauciora. sic. C. de defen. ciui. l. per omnes.
e *Aliquid.* innouatũ.
f *Prætores.* repete, castigatum dico per edicta & interdicta sua.
g *Approbatum.* i. castigatum: dico approbatum ab omnibus habitatoribus &c. Azo.
h *Ciuitas populosa.* vt. s. de tabel. §. fi. & facit. s. de mã. prin. §. fi. col. iij.
i *Ad cingulum.* s. quæstoriæ dignitatis.
k *Imponimus nomẽ.* vt ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde cum.
l *Externarum.* aliàs extrancarum. ff. de capti. l. non dubito.
m *Quibus.* s. aliquis nostrorum iudicum, quibus &c.
n *Horũ.* s. agricolarũ.
o *Fruentes.* i. accipiẽtes quæ petita sunt.
p *Eis.* s. dominis: vt dent sibi agriculturæ permanentia instrumẽta aratoria. Ala.
q *Discernere.* consitẽdo, vel negando. Azo.
r *Merẽtes.* vt. C. de remi. l. tã collatores. & ff. quod cuiusq; vniuersi. l. ité. §. j. ar. ff. ad muni. l. municipes. ar. C. de aduo. di. iud. l. restituẽdę.
s *Schema.* ff. de cõdi. & demõ. l. municipibus.
t *Exerceant.* s. quæstionem. Al.
u *Litis.* vt. C. de iura. calum. l. ij. arg. C. de aucto. præ. l. vlti. argu. ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. Pedius.
x *Incidi.* i. decidi vel determinari. Al.
y *Institerit.* s. quęstor, id est præceperit iudici expedire, & nõ fecit. aliàs institerint.
z *Domini.* no. dominum esse iudicem agricolarum.
a *Ipsum.* s. quęstorem. Ala.
b *A possessoribus.* s. incontinenti.
c *Vt.* pro vtpote.
d *Sufficiat.* quod habent. nam nihil habẽt, vel parum. Azo.
e *Decens.* scilicet quia forte mendicare erubescit. Al.
f *Onus.* C. de officio pfecti vrbis. l. vltima.

attinet artibus, ad ministerium, & præpositis panificantium stationum, & hortos operantibus, aliisque diuersis artibus, aut operibus, in quibus valent simul quidē laborare, simul autem ali: & segnem ita ad meliorem mutare vitam. Si verò aliqui noluerint obseruire operibus, quibus traditi sunt, hos sectari [a] hac regia ciuitate. parcentes enim eis hoc sancimus: vt non segnitie eos ad illicitos actus impellente, leges eos abripiant ad pœnas, nostris tradentes iudicibus. Læsos autem aut læsas corpore, aut canicie graues: [b] hos sine molestia esse iubemus in hac nostra ciuitate, aut piè agere volentibus adscribēdos: & aliorū singulos interrogare qua venerint gratia, & inquisitis, quæ digna sunt super eis agere, vt non pigri hic sedeant, sed competentia agentes, ad proprias reuertātur prouincias. Si verò aliqui aut in hac habitantium ciuitate, aut etiam deforis venientium, inculpent aliquos tanquam ab eis [c] damnificati per occasionem fortè eorum quæ dicuntur sportulæ, aut etiam ex hoc læsionum: & dicant eos aut præuaricari pro his nostras leges, aut etiam sine iudiciali præcepto admonitionem eis offerre: quærere subtiliter hęc delinquentes, cuiuscūque fuerint dignitatis aut militiæ, & sub quo constituti sunt cingulo: eósque simul quidem comprehendere: simul autem post probationes interminatas secundum nostras leges exigere pœnas: nullo cōpetentium eis iudicum defendere eos valente, & tam illęsos seruare eos qui iniustitiam passi sunt, recipientes quę contra legem exacti sunt, quàm pœnas nostris definitas constitutionibus superexigere: ac de eis referre, vbi perspeximus dandas. Super hoc autem quicunque querelam suscipiunt falsitatis, seu quæ vocatur falsa scriptura: in quocunque collegio hoc requirere, & qui super his denunciantur, comprehendere, & post inscriptiones [d] & probationes punire. sic enim huiusmodi audientiæ damus potestatē ei. Si verò aliquis taliter læsorum adierit ordinatum secundum præsentem legem iudicem, & non iustam impetrauerit prouidentiam, vt cogatur ad nos & ad semper imperium hoc denunciare: sciat apertè qui cingulum [e] hoc assumit, quia ipse de suo reddet ea ei qui ab eo neglectus est, maléque decuerat eum à delinquente accipere: insuper & maiorem indignationem nostram experietur, iustè, vtpote nostras iussiones transcendere præsumens.

Maximè autem omnium, qui hanc administrationem habet, & perpetuè hoc ponit studium puris manibus omnia agere, & administratores [f] habere non sordidos, neque turpi acceptioni paratos, sed purè & liberè administrare. & si tale aliquid super ministris peccatum inuenerit, hoc etiam punire, & ex ipsis prius ostendere suam firmitatem simul & castitatem. Propterea enim & decem libras auri occasione expensarum decernimus ei, & consiliario solidos centum, & ministrantibus adexpensarum causam solidos trecentos triginta de annonæ: quorum etiam descriptionem huic legi apponi præcipimus, vt fisci † largitate contenti, alienis abstineant: eruntque Dei & nostri subditi cultores, & è cœlo hanc nostram fruentes prouidentiam & administrationem, causis facilius & legalius vtentes. Damus autem administrationem habenti fiduciam & iudicibus insistere, & ad nos referre, & ex se agere competentia: vt neque infirmitate, neque alio omnino culpatus, nostro super eo iudicio minor appareat. Licentiam verò similiter ei damus publicis epistolis vti ad prouinciarum præsides, vt ij, qui remittuntur ab eo, mittant ad suas prouincias sine lite ibi ducturos: & in quo egent legitimo auxilio, hoc percepturos. Illud maximè prouidere, non de iisdem secundo molestari (quod sæpe) eos qui hic vanè commorantur: deinde retransmissos ab eo, rursus remanere & mox reuersos, secundarum ei causarum præbere occasiones. Si enim denuo in hac fœlicissima ciuitate inueniat quosdam nidificantes frustra, qui liberati [g] & ad propriam prouinciam transmissi fuerint his & castigationem imponat decentem, & vehementius iterum transmittat. Sic nobis etiam fœlices ciuitates habitabuntur, & magna ciuitas hæc confusione liberabitur. Si verò aliquos perspexerit sui officij in transmarinis [h] partibus collocare, qui etiam deforis conuenientes inquirant, & hinc destinatos suscipientes, ad prouincias dirigant & hoc agat, quod vtile est reipublicæ per omnia venatus. [i] Hæc omnia sancimus nostrorum subiectorum curam habentes: vt non suas prouincias deserentes, hic atterantur & moriantur forsan propriis priuati, & neque paternis fruētes sepulturis: eo quòd & ante nos ponentibus leges, [k] & rempublicam constituentibus, hæc non transitorio [l] studio fuerunt, sed & pigritiæ fuit quædam scriptura, & peregrinos omnes perscrutabātur, & neque nouū neque leue [m] hoc causis studium, bonū quidem & antiquū, neglectum verò in medio ab vniuersa [n] lædēte negligētia, paulatim periclitatum est corrumpi & perimi, donec nos prodesse hoc, & vtilissimū inueniētes, rursus in rempublicā introducimus. Sicut enim præbemus incorruptum [o] eū, & eius officiū esse volum', & nihil extra quæ à nobis dicta sunt, accipere: ita & indemnes eos seruari iubemus, vt neque occasione codicillorū, neque per occasionem annonarū, neque per aliā quamlibet causarum, aut in sacrum nostrum palatium, aut in forum

a *Sectari.* id est cum dedecore & contumelia expelli.
b *Graues.* not. deferendum ætati & canicie: vt. ff. de termi. moto. l. ij. & C. qui æta. l. v. lib. x. & ff. de muner. & hono. l. semper in hac.
c *Tanquam ab eis.* id est ab eius pœnis. Al.
d *Inscriptiones.* vt. C. de accusa. & inscri. l. j. in fin.
e *Cingulum.* facit supra quomodo opor. episco. §. clerici. &. §. fina. & argu. infra de col la. §. super. colla. ix. & ff. de custod. reo. l. j. §. diuus. &. C. de bo. sub. l. j. &. C. de offi. cui. iudi. l. vna.
f *Administratores.* id est officiales vel apparitores: vt. ff. de offic. præfe. præto. & facit supra vt iudices sine quoquo suffragio. §. volumus. & supra de man. princip. §. delinquentes. col. iij. & in authē. vt dif. iudi. colla. ix. & supra de manda. princip. §. sed etiā. &. §. deinde. colla. iij.
g *Liberati.* arg. C. de sanctiss. episc. §. si verò monachus.
h *In transmarinis.* trāsmarinas partes appello Romanum portum, quem debet custodire quæstor, & de omnibus intrantibus interrogare, qui & vnde sint, & pro qua causa venerunt. Ala.
i *Venatus.* sicut enim feras bestias homines venantur: ita & competentia iura imperator adinuenit vt subiectis præbeat.
k *Leges.* scilicet prædecessorib⁹ imperatoribus. Ala.
l *Transitorio.* transitorio studio vtūtur desides & pigri scholares, qui negligunt suas lectiones recordari. Accursius.
m *Leue.* infra quibus modis natu. effi. sui. col la. vij.
n *Ab vniuersa.* no. q negligentia omnia lædit. & facit. C. de anna. except. l. vt perfectius. &. ff. de transac. l. iij.
o *Incorruptum.* vt puras habeant manus: vt supra eod. §. maxime. Ala.

Negligētia cūcta ladit.

BIU Cujas

in forum tuæ celsitudinis occasione codicillorum aut præceptorum aliquid dare nunc, aut in futuro tempore immensę tuę celsitudinis occasione emolumentorum quæ per eos impenduntur ei, aut cõsiliario, aut eius officio: sed vndiq; eis pura seruari quæ nostra largitate dãtur. sufficiet enim omnibus pro medela decenti germanè eum gubernantem cingulum vniuersis vtilissimũ esse. Quæ igitur nostræ placuerunt potestati, cognoscens tua celsitudo, omnia ad effectum perducere festinet, approbétque nostrã prouidentiam: quia & nouum cingulum adiecimus, & nostrorum subiectorum per omnia curam habemus. D. vij. Id. Maij Constantinop. Imp. Dn. Iusti. PP. anno xij. Arione. V.C. conſ.

TITVLVS IX.

Nouella 81.

CONSTITVTIO [a] QVAE dignitatibus & episcopatu filium liberat à patria potestate.

Dignitas consulatus & patriciatus à patria potestate liberat sola dignitatis collatione: & generaliter omnis alia dignitas quæ à curiali fortuna liberat, & à patria liberat potestate. Bartolus.

Imperator Iustinianus Augu. sacro regiæ vrbis senatui.

QVicquid ad vtilitatem & ornatũ [b] respicit à deo traditæ nobis reipublicę, hoc semper cogitantes, ad effectum deducere festinamus. Igitur etiam dudum legem scripsim' [c] super glorioſisimis nostris patriciis: quæ liberos eos dignitatis collatiõe paterna potestate demonstrat. Non enim decens putauimus, vt hos quos nos in officium patrum prouehimus nostrorum, hi sub aliena sint potestate. Nam si emancipationis actio [d] dudum quidem & per eas quæ nuncupantur legis actiones [e] facta, cum iniuriis [f] & alapis liberabat eos huiusmodi vinculis: quomodo futuri essent codicilli omniũ honestissimi dati à præsidente [g] vniuersis imperio, non eos [h] posse paterna potestate liberare? [i] Nunc autem clementius, aut etiam honestius in republica cogitantes: sed super [k] glorioſisimis consulibus, qui propriũ nomen ipsi [l] † post imperium [m] præbent: & solis consularibus codicillis [n] honorantur: & super [o] cingulis, quæ liberare à curia possunt, hoc est præfecturæ & magistri militum: dicimus autem in ipsis sedibus & operibus agnitis: [p] hoc ipsum sancimus esse, vt omnis talis dignitas, aut etiam cingulum huiusmodi acquisitum aliquibus quoscunque nos probauerim', quod eos liberet [q] à curia, hoc valeat & vt potestate eos liberet patrum atque auorum. Nam si sanciuim', vt si quis seruus sciente domino mereatur militiam, aut quamlibet dignitatem adipiscatur, repente ab imperio liberetur, [r] & in ipsam rapiatur ingenuitatem: quomodo non est iustum, tantos promerentem codicillos, [s] nõ etiam paterna potestate liberum fieri?

CAP. I.

PROPTEREA igitur hac honestissima vtentes lege, sancimus & ordinarios consules, si sub potestate consistant, vnà cum ipso verbo quo hoc his donatur officium, suæ potestatis fieri: necnon & iis qui honorantur ab imperio per cõsulares [t] codicillos, si sub patris sunt manu, [u] fieri codicillos eorum suæ potestatis occasionẽ. [x] Et si quos nos per vniuersas diœceses glorioſisimos præfectos sacrorum nostrorum prætoriorum instituam', aut in prę fectura ciuitatis vtriusque Romæ prouexerimus, aut in quolibet magisterio militari: hos repente [y] etiam suæ potestatis fieri. Eum nanque qui tantorum iudex est, & tantis iubet, manere sub potestate [z] alterius, & non inter eos qui suæ potestatis sunt, scribi, nostrarũ indignum iudicauimus legum simul & temporum. Generaliter [a] autem, sicuti dictum est, sancimus vt omnis dignitas [b] & omne cingulum à curia [c] liberare [d] valens, hoc etiam suæ potestatis præmium honoratis præstet, [e] & nobiliores [f] adhuc patres ostendat. [g] Si ergo ab imperio sic honoratorum aliqui sint patres: qui si non hoc esset, etiam ipsi pariter studerent imperium pro istis [h] petentes: quapropter siue est aliquis nunc quidem sub potestate iis fruens honoribus, aut cingulis, quos [i] in primis enumerauimus,

a *CONSTITVTIO QVAE DIGNITATIBVS &c.* Ista duæ dictiones sunt ablatiui casus.

b *Quicquid ad. Ornatum.* id est decorem: vt. ff. de postulan. l. j. in prin.

c *Legem scripsimus.* vt C. de consu. l. fina. lib. xij. raro fit tamẽ, vt ibi dicitur, quòd filiusfa. eligatur patricius.

d *Actio.* id est act⁹. sic supra de non alien. aut permu. re. eccle. §. sinimus. Accursius.

e *Actiones.* id est legitimi actus emancipationis.

f *Iniuriis.* hunc modũ emancipandi non vidi. & de eodẽ dicitur. C. de eman. lib. l. fi. & fiebat intercedente quadam ficta véditione & manumissione. ff. de capi. demi. l. iij. §. emancipato. & inst. it. quibus mo. ius pa. po. solui. §. præterea. sed hic modus alaparum seruatur hodie in despósatione mulierum Bononiæ.

g *A præsidente.* i. imperatore. Accursius.

h *Non eos.* id est si nõ possunt. Accursius.

i *Liberare.* quasi dicat, non dicerentur honestissimi codicilli. Ac.

k *Sed super.* non solũ super patriciis.

l *Ipsi.* aliàs imperij: aliàs ipsi: & aliàs tempori.

m *Imperium.* quoniam in documẽtis post imperium consulis à populo inferi debet: vt. s. vt præponatur nomen imperatoris in documentis, & de consulibus. Ala.

n *Codicillis.* scilicet sola electione. Ac.

o *Et super.* Repete, & cogitantes: & dic cingulis scilicet aliis, quæ non liberant solis codicillis, sed operibus agnitis: vt subiicit.

p *Agnitis.* id est acceptis, vel cognitis.

q *Liberet.* vt. ff. de adopti. l. si consul. Ac.

r *Liberetur.* scilicet dominica potestate, & primo casus est. C. qui mi. li. non possl. l. super seruis. Secundus est in eo. titu. l. si quis sic. & ff. de offic. præ. l. Barbarius. & supra de nup. §. si vero.

s *Codicillos.* in duobus ergo casib⁹ sola dignitas etiam sine administratione liberat: vt cõsulatus, & patriciatus: vt hic colligitur, & in Authentica.

t *Per consulares codicillos.* qui habent dignitatem consularem sine spe administratiõis: sed supra cum spe.

u *Manu.* id est potestate.

x *Occasionem.* sic monachatio est causa liberationis à potestate diaboli: vt supra de mona. in princi. consti. & fa. supra quomodo opor. episc. §. sancimus. col. j.

Monachatus liberat à potestate diaboli.

y *Repente.* scilicet secuta administratione.

z *Potestate.* Et no. q̃ qui alij iubet, non debet alij subesse: vt infra de sanc. episc. in prin. coll. ix. ibi, qui alios docere &c. & ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. prohibet.

a *Generaliter autẽ.* repetit supradicta, vt sub regula comprehendat.

b *Dignitas.* s. cum administratione.

c *A curia.* scilicet q̃ valeat liberare, dicitur supra titu. vt ordi. præ. col. v.

d *Liberare.* id est à curiali conditione, à qua liberatur quis per. xij. dignitates quæ numerantur. C. de decu. l. vlti. li. x.

e *Præstet.* Sed finita dignitate nõne recident in potestatem? quod videtur, quia causa cessante &c. vt. C. de episc. & cle. l. generaliter. Sed dic cõtra: quia extẽdẽdus est fauor dignitatis: vt infra. §. pxi. Itẽ determinari videtur quòd non possit redire nisi adoptione vel ingratitudine: vt. ff. de adop. l. fin. &. C. de ingra. li. l. j. & fa. ad hoc C. de aduo. diuer. iud. l. cum aduocatio. Accursius.

Dignitatis fauor extẽdi debet.

f *Et nobiliores.* no. nobilitari patrem per filiũ, magistrũ per scholarem, & præsidem per subiectos: vt supra de defen. ciuita. §. j.

Nobilitatur pater p filium &c.

g *Ostendat.* sic ergo ab imperio honoratorum sunt patres.

h *Pro istis.* scilicet filiis, pro quibus offerrẽt preces vt i dignitatib⁹ eos poneret iperator.

i *Quos.* scilicet honores.

a *Donans.* scilicet in totum: vt. C. de bo. quæ libe. l. pen.
b *Occasionem.* No. dignitas filij, gloria & laus patris, cum vna sit persona: vt. C. de impube. & ali. substi. l. fi. sic ecôtra dedecus patris, filij videtur: vt. ff. de libe. cau. l. iij. & filij iniuria, patris est. ff. de iniur. l. sed si vnius. §. ait prætor. &. §. filiosfamilias.
c *Præbere.* scilicet oporteat. Ala.
d *Legitima.* i. agnationis iura. Accursius.
e *Patrum.* nã tunc recidũt: vt instit. qui. modius pa. potesta. fol. §. j. Sed cótra. ff. de ado. l. si pater. & inst. quib. modius pa. po. fol. §. ij. in fine. Sed dic hoc speciale: vt hic dicitur. Ac.
f *Acquiri.* hodie. Sed olim contra: vt. C. de episco. & cle. l. sacrosanctæ. Item liberat à seruili & adscriptitia, sed non à curiali: vt. j. de sanc. epis. §. sed hoc quidem. colla. ix.
g *Quam.* scilicet largitatem.

DE IVDICIBVS, & vt &c.

Scilicet à principe delegatis in ciuitate Romana, qui sũt duodecim, octo minores, & quatuor maiores: vt. j. eodem. §. vetus. & sedebit quilibet in suo prætorio in basilica: vt. j. eodem. §. sedebunt. & hæc pars expeditur infra eodẽ vsque ad. §. quia vero.

h Permaneat. *scilicet vnaquæque pars ei quod iudicabit iudex. & exponatur permaneat, id est pmanebit, vt sæpe fit. Vel dic quòd hæc litera est superflua, quòd permaneat: nec est in nouellis. Azo. & hoc expeditur infra eodẽ §. quia verò multæ. Ac.*
i Et vt appellationes. *hoc expeditur. j. §. nostros. vsque ad. §. omnis autem.*
† *Concor. cũ hoc text. c. tua. cũ glo. super verbo, citari. extra de fi. presb.*
k Et vt in media. *hoc dicitur infra eodẽ. §. omnis autem. vsque in finẽ.*
l A Zenone piæ. *Lex.* Aquã nõ habem⁹.
m *Caderet.* in desuetudinem.
n *Iudices.* s. discreti & periti, quos delegauerat Zeno. Azo.
o *Vitam.* nam omnes sunt mortui.
p *Definiti.* id est dictæ leges à Zenone, secundum Azo.
q *Tacita sunt.* i. taciturnitati tradita. Accursius.
r *Percipiens.* id est amissionem & obliuionem definiti iuris.
s *Transtulit.* id est ordinem iudicorũ vt deduceretur ad imperitos quibus deputabantur causæ.
t *Confusum.* per diffectum vsum qui deputabat causas imperitis. Accursius.
u *Schema.* id est ordinem iudiciorum.
x *Lege.* scilicet hac præsenti.
y *Quæ.* scilicet lex.
z *Habere.* i. non volmmus aliquem iudicẽ dari, qui leges ignoret. & maxime quod est hic, abundat: vt. C. de manumiss. testamen. l. fina. §. j. idem intellige de delegatis. nã hæc cõstitutio de his tractat. secus in ordinariis: vt infra proxi. nostris enim &c. item, C. de iudi. l. certi iuris. contra Sol. ibi non dicit quòd literas ignoret, licet similes. Vel dic quòd habebat experimentã causarum, hic non, vt hic subiicit. Vel dic quòd ibi interim inter milites tantum illi dibi permittitur: vt. C. de iurisdi. om. iudi. magisteriæ, non inter alios, vt hic. Item si cus si delegaretur illiteratus à principe scite: vt. ff. de re iudi. quidam consuleba. si ab eo ignorante, vel ab alio sciẽte vel ignorante iliteratus delegatur, nõ valet, vt hic.
a *Nostris.* quasi dicat, aliud est in administratoribus, qui etiam imperiti iuris possunt esse, eo quòd habent assessores, qui suppleant eorum defectum. Sed iudices præcipue propter peritiam legi eliguntur. Azo. & sic respondet tacitæ obiectioni.
b *Administratoribus.* præsidibus prouinciarum. Al.
c *Assessores.* scilicet consiliatores: vt iura vt defun. seu fu. sola.
d *Illi autem.* scilicet delegati & inerudi dices.
e *Qui ex se.* scilicet tradere lites, vt subdicit. Sic no. quod iudex non debet esse illiteratus: sic nec aduocatus vt. C. de postu. l. iudices & aliter lex illa intelligi posset. nec medicus sine physica: vt. ff. de offi. præsi. l. illiteratus. §. sicuti. nec chirurgus sine chirurgia: vt. ff. ad legem Aquil. l. qui actione. §. fina. nec doctor indoctus: vt infra de sanctissimis episco. §. j. nec instructor instruendus: vt. ff. de edẽ. l. si quis exargẽtariis. §. prætor. & si cuius rei peritia ab aliquo exigitur, si non habeat, est in culpa: vt. ff. qd quisque iu. l. ij.

A

siue postea erit, etiam hunc ius potestatis suę sequatur, & peculium ei donans, a & arbitrij liberi esse præbens: ac dignè agere honore & iudicio super his ab ipso habito. hoc enim multò maior patrib⁹ laus erit, & lætitiæ occasionem b præbebit magnæ.

CAP. II. Vt liberati per dignitatem patria potestate, legitima iura intacta habeant.

Qui liberatur à patria potestate per dignitatem, non perdit iura filiorum: & filii eius reincidunt in potestatem suam mortuo eius patre. Item episcopus liberatur à patria potestate. Ange.

ILLVD quoque lege cauemus, non has tales suas potestates similia prębere c qualia aliæ quæ per emãcipationes fiũt: sed præcipuum quoddam præmium imperium conferre talibus suis potestatibus. Non enim volumus eum qui ita suæ potestatis fit, perdere aliquod legitimorum ius, sed sint & generi ad eos, & ipsis ad genus intacta legitima, d & ex natura seruata iura: & filij eorum post mortem auorum sub eorum recidãt potestatem, ac si cõtigisset eorum parentes morte suorũ patrũ, & non ex præsenti lege suæ potestatis fieri: & merito filios post mortem suorũ patrũ e sub potestate habere, vt nihil horũ quæ ab imperio cõferuntur, eis deesse videatur: quoniam omne bonũ, † siue à deo acquiritur hominibus, siue ab imperio sequente deum, decet esse mansurum, & omnis malitiæ ac deminutionis extraneum.

CAP. III. Vt per episcopatum liberetur filius patria potestate.

PALAM verò est nullum esse qui nesciat, præ omnib⁹, sanctissimis episcopis ipsa ordinatione etiã suam potestatem acquiri. f Qui enim omnium sunt spirituales patres, quomodo sub aliorũ potestate cõsistant? Sed conuenit etiam eos huiusmodi potiri honore, & hoc ex hac nostra legislatione frui. Quæ igitur nobis visa sunt ad vestrã reuerentiam & honorẽ, ô colendissimi patres: volumus in perpetuũ splẽdere nostrę reipublicæ tam ad nostrũ ornatũ, quàm ad nostrę largitatis probationẽ, quam g nostris patribus, & cõsulibus, sacerdotibúsque contulim⁹. D. xv. K. Apr. Cp. Dn. Iust. PP. A. Arione V. C. cons.

TITVLVS X.

Nouella 82.

DE IVDICIBVS, ET vt nullatenus cũ iureiurando eligatur aliquis iudex, quòd permaneat h ei: & vt appellationes i accipiant modis omnibus iudices: & vt in media k lite factę formæ quomodo oporteat decidi cognitionem, non attendant iudices.

B

Impera. Iustinia. Augu. Ioanni gloriosiss. prætoriorum Orientis prefecto iterum exconsuli & patricio.

A Zenone * piæ memoriæ scripta est lex l de iudiciorum ordine: multas quidem mutationes subsequẽtibus suscipiẽs tẽporibus: ad hoc autẽ peruenit, vt paulatim penè omnino caderet. m nam & qui in ea cõscripti sunt pedanei iudices n humanã omnes reliquerunt vitam, o & plurima definiti p iuris tacita q sunt, & certã nõ meruerunt memoriã: sed vsus hoc pcipiens, r in aliã transtulit s figuram. Nos igitur videntes omnino cõfusum t iudicij schema, u existimauimus oportere hac lege x determinare quæ y decentẽ ordinẽ imponat causæ. Non enim existimauim⁹ oportere habere z iudicum quorũdã nomina, maximè legum ineruditorũ, deinde neque causarũ habentiũ experimentum. Nostris a enim administratoribus b adsunt modis omnibus assessores, c & ea q legũ sunt explicãtes, & occupationes adimplentes eorũ: quoniã multi detẽti curis quas apud nos habent, meritò iudiciorum cõplent partẽ per suorũ pręsentiã assessorũ. Illi autem d neque cingulũ habẽtes, neq; nobis ministrantes, nisi potuerint per se nosse quod iustũ est, sed aliũde emendicare iudicãdi honestatẽ: quomodo non maximum vitiũ erit reipublicæ, nõ eis q ex se e quod agendũ sit sciant, lites tradere, sed finere eos quærere alios, † à quib⁹ liceat discere quæ ipsos in iudicãdo eloqui decet? Hæc nos meritò ad pręsentẽ erexerũt, nostrorũ subiectorum curã agentes, & volẽtes eis etiã quæ de iudiciis sunt, in prõptu

C

D

BIU Cujas

esse atque facilia, & absque omni dilatione transigenda.

CAP. I. De iudicibus à Iustiniano electis.

sunt operatur,[a] ad opus multarum nos pertrahit legum. Legitimas enim & cognatiuas successiones dicũt quidem nobis & [b] veteres, & qui ex antiquissimo iure hæc sumentes, descenderunt vsque ad nos, qui [c] plurima horum correximus. Peruenit autem ad nos aliquid tale: Duxit [d] quidam vxorem, & filij ex eadem sunt nati: deinde moriente illa [e] duxit rursus aliam, [f] ex qua nati sunt filij ei, prioribus consanguinei [g] solum, non tamen vterini. [h] deinde etiam tertiũ introduxit matrimoniũ: fecitque filios ex eo. post mortem verò eius ad secũdum mulier descendit virum: ex quo alios fecit filios, iis qui ex priore viro fuerant, vterinos [i] solum, non tamen consanguineos. moriente igitur matre, postea mori vnum fratrum ex tertio matrimonio contigit sine filiis [p] & sine testamento, multos fratres relinquentem, alios quidẽ consanguineos, alios autem vterinos, alios verò simul & consanguineos & vterinos. Et quæ quidẽ adinuenta est naturæ nouitas, talis quodãmodo fuit. [k] Licebit autẽ tali principio dato nobis, ab eo [l] †& alios quosdã opinari [m] casus tale aliquid proferre valẽtes, siue morte viri, siue morte mulieris, siue alia legitima separatione nuptiis diuersis hoc facientibus. Quæstio [n] igitur illa erat, si ad mortui fratris hæreditatem oporteret omnes vocari, & consanguineos, & vterinos, & simul quidem consanguineos, simul autem vterinos fratres. Quia igitur † considerantes leges omnes, quas congregauimus, & veteres omnes, & nostras, huiusmodi non inuenimus emersisse quæstionem: congruum est eam serò tandem refrenare lege, & considerare quia fratribus sunt ad defunctum aliis quidem cognationis iura, quæ nos legitimis [o] copulauimus: aliis autem hoc ipso legitima. communicabant enim aliqui ei circa paternã prolem, [p] sicut alij circa maternam: [q] alij autem illud pũrè habebant, & lege & natura iuuante se, eo quòd ex iisdem erant procedentes matrum sinibus: eratque eis patris semen vnum: & vndique veluti quoddam signũ eis germanitatis resplendebat. Si igitur huiusmodi frater litibus liberare & legem & dubitantes voluisset, ad testamentum venerat: [r] & suam sententiam fecerat [s] manifestã: & per scripturam honorati [t] ad hæreditatem vocarentur. Quia verò hoc agere noluit, aut non potuit (multæ nanque sunt homini & [u] anxietates innumeræ, & repentinæ mortes [x]) hæc nostra lex causã determinat. Vult autem [y] hęc lex, ex vtroque decoratos, & simul quidem consanguineos, simul autem vterinos fratres, ad successionẽ morientis meliores [z] esse quàm illos qui solummodo consanguinei, aut solummodo vterini sunt. & [a] nos non faciat hæsitare [b] naturæ varietas: sed nos huiusmodi adinuentiones ostendimus legitimas, atque decernimus, perfectioribus distribuentes quæ meliora sunt, & minores [c] exæquari eis non patientes. Plurima nanque [d] ad hoc nos inuitauerunt. Primum quidem altera nostra lex, [e] si filius moriatur filios non habens: deinde existentibus ita fortè maternis rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa, quæ non acquiruntur, [f] prius ex iisdem nuptiis fratres ad hęreditatem vocari: deinde ex aliis: & post hos patrem, quod probatio erat eo quòd dudum talia nostra legislatio [g] concessisset. nam si etiam patre existente, suo patri, & iis qui sunt ex aliis nuptiis, prępponi consanguineos & vterinos fratres contingit: consequens est, licet pater non existat, sed fratres solummodo, † præponi iis qui ex vno parentum solũmodo copulãtur morienti, eos qui similiter quidem cõsanguinei, similiter autem vterini sunt. & his cõueniens erit illud quod dudum [h] & in maternis, & in iis quæ ex nuptiali causa, aut aliter nõ acquirantur, [i] sancitum est, hoc etiam in reliquis moriẽtis rebus valere [k] atq; tracta-

a *Operatur.* scilicet naturaliter. Accursius.
b *Et.* pro id est.
c *Qui.* scilicet nos.
d *Duxit.* hic est casus, quem solum ponit hæc constitutio, & soluit per arg. vt. j. eo. §. vlti. &. §. plurima.
e *Illa.* scilicet prima.
f *Aliam.* scilicet secundam.
g *Consanguinei.* eius scilicet viri, qui sũt nati ex eodem patre tantũ.
h *Vterini.* qui sunt nati ex eadem matre tãtũ.
i *Vterinos.* qui sunt nati ex eodem patre & matre.
k *Fuit.* vt dictum est.
l *Ab eo.* scilicet principio.
m *Opinari.* No. mirabile verbum: quia pauca sapienti dicas, & multa intelligit. vnde etiam dicitur quòd potissima pars est principium, quasi processus sit facilior: vt. ff. de origiur. l. j. Accursius.
n *Quæstio.* ex themate præmisso nunc quæstionem elicit. Accur.
o *Legitimis.* quando vterini fratres vocantur cum consanguineis fratribus ad successionem pręmortui fratris: vt. C. de legi. hęre. l. vlti. §. sed nec.
p *Prolem.* & erant cõsanguinei tantum.
q *Maternam.* & tantum vterini erant.
r *Venerat.* id est venisset.
s *Fecerat.* id est fecisset.
t *Honorati.* id est hæredes instituti, qui honorati dicuntur. Acc.
u *Et.* pro id est.
x *Mortes.* sunt enim duę naturalis, & ciuilis vt deportatio: vt. ff. de contra tab. l. j. in fi. Ac.
y *Vult autem.* solutio quæstionis. Accursius.
z *Meliores.* hic distingue: quia aut sunt vtrique coniuncti tantum, aut soli consanguinei, aut soli vterini: & his tribus casibus æqualiter admittuntur vndecũque bona euenerũt: vt. j. de hære. ab intest. §. si igitur defunctus. col. ix. aut consanguinei tantum, cũ illis qui sunt vterini tantum: & tunc in bonis quæsitis à defuncto fratre dico idem quòd æqualiter admittuntur: cũ agnatio & cognatio hodie sit æqualis: vt. j. de hær. ab intest. §. si vero neque frares. secus in iis quæ habuit à patre tãtum, vel à matre tantum: quia tunc præferatur ille qui ex eo latere sibi erat coniunctus: vt. C. de leg. hære. l. de emancipatis. nec dico esse correctam. d. l. de eman. per prædictum. §. si vero neque fratres. licet hoc dixerit P. nã & per eandem auth. de hære. ab intest. est differentia inter eos qui sunt vtrinque coniuncti, & eos qui sunt ex alio tantum latere: vt in. §. si igitur defunctus. & in omnibus his cessat hęc constitutio, sed remanet sibi locus in tribus casibus, scilicet quando sunt vtrinque coniuncti cum consanguineis tantum, vel quando cũ vterinis tantũ, vel quãdo cũ cõsanguineis tãtum: quibus tribus casibus præferuntur qui duplici iure vtuntur: vt hic, & j. eo. §. fi. ibi, excludant &c. sic not. q̃ duæ rationes vincunt vnã: vt instit. de adop. §. sed hodie. & C. de edic. di. Hadri. tol. l. fi. ibi, potiora iura &c. nisi vna sit melior q̃ duæ: vt. ff. de inoffic. testa. l. nam & si parentibus. Accursius. *Rationes duæ vincũt vnam.*
a *Et.* pro id est.
b *Hæsitare.* id est dubitare. q. d. non sit amodo quòd nos dubitemus de tali varietate naturæ, qualis ista fuit. nã legitimè definimus per hanc legem, & dicim⁹ quid iuris esse debeat. Accursius.
c *Minores.* id est quia non tantum fratres dicũtur esse qui sunt ex vno latere, quantum qui ex vtroque.
d *Plurima nanque.* nõ tamen dicit hic nisi vnum. vel dic quòd dicit plurima. nam primo casu proxi. secunda ratio prædicta: quia duæ rationes vincere debẽt vnam: vt. j. dicit.
e *Lex.* vt. C. commu. de suc. l. fina. & supple quæ dicit.
f *Acquiruntur.* scilicet parentibus quãtum ad proprietatem. sed duntaxat quantũ ad vsumfructum: vt. C. de bonis quæ lib. l. quæcunque. &. C. de bo. ma. l. j. Sed hodie idem est in omnibus aduẽtitiis: vt C. de bo. quæ libe. l. cũ oportet.
g *Legislatio.* prædicta C. cõmunia de suc. l. fi. quæ tamẽ hodie corrigitur, cũ pater vocetur vnà cum filiis: vt. j. de hære. ab intest. §. si vero cum ascendentibus. † *Concor. c. vlt. cũ gl. fin. per verb. finiculus. extra de ma. & obe.*
h *Dudum.* vt. C. communia de suc. l. fi. &. C. de bo. ma. l. j.
i *Acquirantur.* s. parẽtibus quantum ad proprietatem. Accursius.
k *Valere.* nã olim hæ solæ

BIU Cujas

solæ patribus non acquirebãtur: cætera aduentitia sic. Sed, vt hic dicit, idem in omnibus aduentitiis etiam seruari debet: vt diximus institu. per quas perso. no. acquir. §. hoc quoque.

a *Legibus*. quæ sunt vt. C. de legi. hære. l. de emancipatis. &. C. communia de suc. l. vlti. &. C. de bo. quæ lib. l. quæcunque. & plene dixi modo. Accursius.

DE ARMIS.

Hanc rubricã nõ lego: sed quædã in ea note. Ac.

b *Magnum. Inuocãtes.* Not. sic. ẽ. de quæstore. in principio. Accursius.

Bellũ duo mala infert.

c *Patiuntur*. Not. bel lum duplex malum inferre: vt hic, & etiam tertium, quia facit homines pauperes: vt. C. de cad. tol. in prin. &. j. e. §. si autem. ibi, dum terræ cultores.

d *Fabricenſii*. vel fabricenses, qui sunt etiã quidam habentes officium & necessitatem faciendi arma: cui necessitati eorum posteritas tenetur: vt. C. de Fabri. l. iure. libro vndecimo. & ad instar militum notam debẽt habere in brachiis, & aliena prædia cõducere colenda non debent: vt C. de Fabri. l. stigmata. &. l. fi. in prin. eo. li. xj.

e *Faciunt*. hi deputati qui prohibiti sunt operari.

f *Armamento*. quod enim aufert ab indigno, applicatur fisco: vt. ff. de iure fisci. l. Lucius.

g *Inſtruxerint*. quia aliquẽ instruxerunt qui facere scit. Accur.

h *Ipſis*. balliſtariis, vt & ipsi inter publica arma ponant. Accursius.

i *Deputati*. habebant enim quosdam sibi deputatos sicut fabricenses. Accursius.

k *Patrum*. id est. rectorum. & not. quòd dicitur pater. vnde sicut pater debet habere filij gubernationem, sic ciuitatis rector. & sic pro opinione nostra qua dicimus quòd sufficit talem iurare de calum. licet P. dixerit maiorem partem vniuersitatis debere iurare: vt C. de iur. calum. l. ij. §. quod obseruari. &. §. hoc etiam. &. ff. de cõdit. & demon. l. municipibus. & infra eod. §. si autem. in fi.

l *Chartulariorũ*. char. Cartularij appellantur, qui rescribunt in chartulis publica: qui vulgo tabelliones dicuntur, & no. quòd tabelliones religuntur in huiusmodi factis.

m *Opinionem*. vt supra de mona. §. ordinationem. col. j.

n *Deſcriptione*. id est matriculæ scriptura.

o *Operantes*. sic. ẽ. de man. prin. in fi. tit.

ri. Hæc igitur lex in isto casu A data sibi occasione sicuti dictũ est, posita sit. Et quia ex tribus matrimoniis hoc processit, nouitas naturæ nihil prohibet vel si quis proponat & in duobus solummodo matrimoniis alios quidem esse solum vterinos, alios autem cõsanguineos simul & vterinos, vel si quis extendi dicat matrimonia, & adhuc amplius tale aliquid fieri. Et sic in huiusmodi casib' vbi tales quidam introducũtur ordines fratrum, lex habeat suã virtutem: & excludant duplici vtentes iure, eos qui vno solo vti possunt. Si verò non talis est casus, sed solummodo cõstituti sunt vterini, aut consanguinei, & moriatur aliquis fratrum: hic prioribus subiaceant legibus, [a] quæ eorum successiones disposuerunt. Locum tamen hæc lex habeat nõ solum in hoc casu, qui quęstionem mouit: sed etiam in iis qui postea futuri sunt. Quocirca priora si aut iudicis sententia, aut pactionum expedita sunt formis, habeant propriam decisionem, huius legis iudicio non egentia. Tua igitur eminẽtia, quæ placuerũt nobis, & per B hãc sacram manifestata sunt legem, per literas proprias declarare cunctis, & in perpetuũ obseruare festinet. Dat. XV. Kalẽ. Iun. Constantinopoli Imper. Domi. Iustiniano Aug.

TITVLVS XIII.

Nouella 85.

DE ARMIS.

Princeps arma publica fieri iubet, sed priuatos facere & vendere prohibet: cultellos autem minores fieri & vendi à priuatis permittit. Bartolus.

Imperator Iustinianus Augustus Basilidi gloriosissimo magistro sacrorum officiorum.

MAgnum deum & D saluatorem nostrũ Iesum Christũ, & eius auxilium semper inuocantes, [b] studemus omnes subiectos nostros, quorum regimen credidit nobis deus, illæsos & sine calumnia custodire: & inhibere bella, quæ per suam consideratione susçipientes aduersus alterutros operantur dolores, duplex ex hoc cõtra se supplicium inferẽtes, tam quod sibimet inferunt, quàm quod ex legibus vesaniam eorum punientibus patiuntur. [c] Volẽtes igitur huiusmodi mortibus homines liberare, prospeximus armifacturæ opus nullum priuatum operari: solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoriis, aut qui dicuntur fabricenſij: [d] eos autem qui operantur arma, nulli vendere priuato.

Sed neque qui in numeris constituti sunt armifactores, quos etiam deputatos appellãt, qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari, aut alicui vendere arma: sed solùm diligentiam habere armorum milites in numero constitutos, in quibus militant. Si verò nouum aliquid faciunt, [e] hoc auferri ab eis, & in sacro nostro inferri armamento, [f] adiiciendũ ibi repositis publicis armis.

Hoc autem obseruare volumus & eos qui in ordinibus balliſtariorum sunt, quos per diuersas statuimus ciuitates, ordinantes eos & arma facere: sancientes vt & ipsi sola publica arma in armamentis publicis vniuscuiusque ciuitatis recondita corrigant, atque renouent. Si qui verò vnum aliquid armorum instruxerint, [g] hoc similiter & ipsis [h] inter publica arma præstent, & nulli alteri penitus vendant. Hoc quoque custodiant, qui in balliſtariis deputati [i] sunt, periculo patrum [k] ciuitatum, sub quibus & ipsos balliſtarios statuimus, & publicorũ armamẽtorũ diligẽtiam atque custodiam constituimus: quatenus si qui visi fuerint aut deputati aut fabricenſij vendẽtes arma, prouideant per loca iudices eos suppliciis subC dere, insuper etiam arma ab iis qui ea comparant, sine precio auferre, & publico vindicare. Hãc igitur gubernãte nos deo cogitationẽ per præsentẽ sancimus legẽ, in nulla ciuitate aut prouincia nostræ reipublicæ habere licentiam priuatos, aut alium quempiam arma facere, aut vendere, aut quolibet mercandi modo: sed solos eos qui inter fabricenses referuntur, hæ instruere, & deferre ad sacrũ nostrum armamentum, & hoc à tua celsitudine, & qui post te susceperint cingulum, custodiri sancimus: deputantibus nobis aliquos chartulariorum, [l] qui sub tua celsitudine in scrinio sunt constituti, fabricensium periculo, quinque inter eos priorum, bonam opinionem [m] habentes, & opportunos, qui & eos qui in hac felicissima ciuitate, & in aliis ciuitatibus nostræ reipublicæ arma faciunt, requirentes, prohibeãt priuatos, aut etiam alios quosdam citra eos qui deputati sunt inter fabricenses, armifacturæ agere causam: & in quibuscunque compererint locis, aliquos priuatos hoc audentes, hæc auferre, & fisci applicare armamento. Si autem inter operarios priuatos artifices opportunos inuenire potuerint: hos, si voluerint, in militiis statuere, & in descriptione [n] †nomina eorũ facere, & destinare nobis descriptionem artificum: vt per sacrum nostrum rescriptum in illis statuãtur locis, in quibus sunt publicè fabricenses: quatenus ipsi operantes [o] arma, & de fisco annonas accipiant. hoc enim facto & subtiliter obseruato à prædictis personis, licentia penitus nulli dabitur, neque ciuitates inhabitãtibus priuatis, neque villas incolentibus rusticis, armis vti aduersus alterutros, necesque præsumere, & ex hoc plurimos homines occidi, publicas vero perire functiones, dum terræ cultores vitam amittere metuentes, fuga

BIU Cujas

fuga propter timorem vtuntur. Oportet ergo eos qui diriguntur à tua celſitudine ex memorato fabricenſiũ ſcrinio ad prohibẽdos priuatos armorum factores, confeſsionem [a] accipere etiam per loca iudices,& ſubiecta eis officia, & ciuitatũ defenſores,& patres, quia nihil valebũt decætero horum quæ à nobis prohibita ſunt, aliquid agere: ſed quæ per præſentem ſancita ſunt legem,cuſtodient,pœnã & in pecuniis, [b] & in ipſum formidantes caput. Sancimus enim magnæ quidem Alexandriæ iudicem negligẽtem [c] quæ à nobis ſancita ſunt,viginti auri librarum exoluere pœnam, & cingulo cadere: & huius officiũ ſimiliter auri librarũ viginti dare pœnã,& capitale ſubire ſupplicium : aliarum vero prouinciarum iudices damnũ quidem decem librarum auri ſuſtinere, ſimiliter autem & ipſos caſui cinguli [d] ſubiacere,& eorũ officia. Defenſores autem,& patres ciuitatum , trium librarum auri multari pœna,& in capite ſuſtinere periculũ,ſi quod tale factũ comperientes [e] non punierint, aut hoc agere valentibus non nũcient, ſed latere permiſerint.

Vt autem palam [f] fiant quæ à nobis prohibita ſunt à priuatis & aliis quibuſdam citra eos qui in ſacris noſtris fabricẽſibus referuntur,fieri,aut priuatis vendi arma, & hoc per præſentem legẽ ſignificare curauimus. Prohibem[g] enim priuatos operari & emere arcus,& ſagittas & ſpathas, & enſes quæ vocare conſueuerũt ſemiſpathia [g]†& quæ vocantur zaniæ, ſiue loricæ , & contos , & quolibet modo vel figura factas lãceas [h], & quæ apud Iſauros nominantur monocopia, † & appellatos ſitinnos*ſeu miſſilia:inſuper & aſpidas,ſiue ſcuta,& galeas,ſeu caſſides. non enim iſta alij cuidam inſtruere ſinim[i],præter eos qui deputati ſunt in ſacris noſtris fabricenſibus. ſolos autem fieri & vendi à priuatis, & priuatis vẽdi permittimus cultellos minores,[j] quibus nullus in præliis vtitur. Præſentem igitur legem generalẽ tua [k] celſitudo in hac proponat regia ciuitate , necnõ & per alias ciuitates noſtræ reipublicæ,vt omnes agnoſcentes quæ placuerunt nobis,hæc obſeruent. Denunciamus autem futuris præeſſe huiuſmodi cuſtodię chartulariis ex memorato fabricenſium ſcrinio,quia ex negligentia non ſolũ pecuniarias ſuſtinebunt pœnas, ſed etiã in corpore ſupplicia patientur, & militia cadẽt. inſuper nec ipſum vlterius permitti à nobis ſcriniũ in huiuſmodi adeſſe ſolicitudine,[l] ſed aliis cõmitti fabricenſium curam. Quæ igitur placuerunt nobis,& per hãc legem declarata ſunt, tua celſitudo,& qui poſt te in cingulo fuerint , operi terminoque tradere feſtinent:indignationem noſtrã & ipſi metuẽtes,niſi rem ſic vtilem reipublicæ cuſtodierint.

Nouell.86.Vt differentes iudices. & 87. De donatione mortis cauſa facta à Decurio. hic deſunt: ſed illa reperietur inferius collatione nona, conſtitutione 10. altera vero collatione 10.conſti.27.

TITVLVS XIIII.

Nouella 88.

DE DEPOSITO, ET denunciationibus inquilinorum, & de ſuſpẽdẽda adminiſtratione panũ.

Non valet denunciatio ne reddatur depoſitum , vel ne alimenta de publica annona eroganda præſentur , vel ne ſoluatur penſio domus locatæ. & qui talem denunciationem fecerit,punitur ad intereſſe creditoris,in quo quandoque venire poterit totum depoſitum. Angel.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Ioãni glorioſiſsimo ſacrorũ per Orientẽ prætoriorum præfecto,iterũ exconſuli & patricio.

ITem nuper audiẽtibus nobis(hoc quod in imperio publicè ſedentes multotiens agimus)orta eſt aliqua quęſtio,quam reſoluimus ſtatim. huiuſmodi vero diſentes contingere multa:communi & generali lege definire hoc iuſtum eſſe arbitrati ſumus . Si enim quis ab aliquo capiat aurum aut res aliquas depoſiti cauſa,in quibuſdam [m] conditionibus, deinde illi agant: [n] neceſsitatem habeat omne reſtituere aurum,aut res cõditionibus ſemel impletis: [o] & nulla omnino licentia ſit aliquibus extrinſecus [p] interdictionibus† vti,& retinere [q] depoſiti reſtitutionem: cum & alia multa priuilegia tam à præcedentibus legiſlatoribus, quàm à nobiſipſis data ſunt. [r] licẽtia enim eſt prohibenti reddere ſic.ſed tu dic ſecũdum Io.quòd nõ: & aliud eſt velle agere rei vindica. in iudicio: & aliud facere huiuſmodi interdictionem quòd non reſtituat. Accur.

q *Retinere.* id eſt facere teneri,vel differre.

r *Data ſunt.* [a] ſcilicet actione depoſiti. nam prius habetur ratio deponentium , ſi cedunt bonis debitores: vt.ff. depo.l.ſi hominẽ.§.j.& §.fi.Item actioni depoſiti compẽſatio nõ opponitur: vt.C.eo.l.fi.j. reſpon. Item creſcit in duplum per inficiationẽ in quatuor caſibus: vt inſtit.de actio.§. ſequẽs.ver.rei perſequẽdæ. nunc autẽ datur ad aliud,vt nemo ei interdicat : vt hic,& idẽ dicunt quidam in commodato.

a Cõcor.gl. in. c. 2. ſuper verbo, contra. extra de depoſito.

s *Accepturus.* id eſt recepturus,ſcilicet deponens.

t *Expetere.* à deponẽte:vt defendat eum.

u *Probetur.* ſcilicet amiſsio:vt.ff.de pig.act. l.iij.Azo.

x *Conteſtatio.* vt teneatur ſic.ſed tu dic ſecũdum Io.quòd nõ: & aliud eſt velle agere rei vindica. in iudicio: & aliud facere huiuſmodi interdictionem quòd non reſtituat. Accur.

y *Retinere.* id eſt facere teneri,vel differre.

z *Data ſunt.* [a] ſcilicet actione depoſiti. nam prius habetur ratio deponentium , ſi cedunt bonis debitores: vt.ff. depo.l.ſi hominẽ.§.j.& §.fi.Item actioni depoſiti compẽſatio nõ opponitur: vt.C.eo.l.fi.j. reſpon. Item creſcit in duplum per inficiationẽ in quatuor caſibus: vt inſtit.de actio.§. ſequẽs.ver.rei perſequẽdæ. nunc autẽ datur ad aliud,vt nemo ei interdicat : vt hic,& idẽ dicunt quidam in commodato.

a Cõcor.gl. in. c. 2. ſuper verbo, contra. extra de depoſito.

a *Confeſsionem.* id eſt ſcripturam in qua cõfitetur.

b *Pecuniis.* hoc eſt qđ dicimus in ære & perſona.

c *Negligentem.* ſ. de mora.in fi.col.j.

d *Cingulo.* id eſt dignitatis amiſsione.

e *Comperientes.* ſ. ſcenicas non ſo. &.C. ad leg.Iul.de vi pub.l.vlt. in fi.

f *Palam.* quaſi diceret, prohibuit arma ſic in genere fieri vel vẽdi. nunc ſpecificat. & not. quòd alibi largiuntur arma etiam pro lapide: vt inſtit.de pub.iudi.§. item ler Cornelia.

g *Semiſpathia.* id eſt illa arma. Accurſius.

h *Lanceas.* No. quædam ſunt quæ vncinũ quoddam habẽt ad capiendos homines, quæ romphææ vocantur:vt ff.de vi & vi arma.l.iij. in prin.Accurſius.

i *Minores.* aptos ad pẽnarum tẽperationem , vel panum inciſionem, ſecundum Al.ex his poteſt colligi ſtatutum de non portãdis armis per ciuitatem aliquam.

k *Tua.* loquitur magiſtro officiorũ: vt innuit in principio conſtitutionis eiuſdem. Al.

l *Solicitudine.* No. qđ ſi tabellio delinquit in officio,nõ debet amodo poſſe hoc officium exercere. Accurſius.

DE DEPOSITO, & denunciationibus &c.

m *Item nuper. In quibuſdam.* id eſt ſub quibuſdam conditionibus. Accurſius.

n *Agant.* id eſt deponentes impleant cõditiones quas implere debent.

o *Impletis.* & quandoque non impletis conditionibus: vt.ff. depoſi. l.j.§.pen. & .C. de peti. hære.l.vlti. Azo.

p *Extrinſecus.* id eſt præter deponẽtem.deponens enim interdicere poteſt , non alius: vt hic,niſi iudex interdicat: cum perſona depoſitarij ſit ſuſpecta ne cum re aufugiat : vt.ff. qui ſatiſda. eo.l.ſi fideiuſſor.§.fi. Sed ſecundũ hoc nõne ſunt correctæ.ll. quæ dicunt etiam depoſitarium rei vindicatione domino vero teneri: vt.ff.de rei vin.l.officium.&.ff.depoſi.l.bona fides? Quidam ſic.ſed tu dic ſecũdum Io.quòd nõ: & aliud eſt velle agere rei vindica. in iudicio: & aliud facere huiuſmodi interdictionem quòd non reſtituat. Accur.

q *Retinere.* id eſt facere teneri,vel differre.

r *Data ſunt.* [a] ſcilicet actione depoſiti. nam prius habetur ratio deponentium , ſi cedunt bonis debitores: vt.ff. depo.l.ſi hominẽ.§.j.& §.fi.Item actioni depoſiti compẽſatio nõ opponitur: vt.C.eo.l.fi.j. reſpon. Item creſcit in duplum per inficiationẽ in quatuor caſibus: vt inſtit.de actio.§. ſequẽs.ver.rei perſequẽdæ. nunc autẽ datur ad aliud,vt nemo ei interdicat : vt hic,& idẽ dicunt quidam in commodato.

a Cõcor.gl. in. c. 2. ſuper verbo, contra. extra de depoſito.

s *Accepturus.* id eſt recepturus,ſcilicet deponens.

t *Expetere.* à deponẽte:vt defendat eum.

u *Probetur.* ſcilicet amiſsio:vt.ff.de pig.act. l.iij.Azo.

x *Conteſtatio.* vt teneatur ſic.ſed tu dic ſecũdum Io.quòd nõ: & aliud eſt velle agere rei vindica. in iudicio: & aliud facere huiuſmodi interdictionem quòd non reſtituat. Accur.

y *Retinere.* id eſt facere teneri,vel differre.

z *Data ſunt.* [a] ſcilicet actione depoſiti. nam prius habetur ratio deponentium , ſi cedunt bonis debitores: vt.ff. depo.l.ſi hominẽ.§.j.& §.fi.Item actioni depoſiti compẽſatio nõ opponitur: vt.C.eo.l.fi.j. reſpon. Item creſcit in duplum per inficiationẽ in quatuor caſibus: vt inſtit.de actio.§. ſequẽs.ver.rei perſequẽdæ. nunc autẽ datur ad aliud,vt nemo ei interdicat : vt hic,& idẽ dicunt quidam in commodato.

a Cõcor.gl. in. c. 2. ſuper verbo, contra. extra de depoſito.

†παραγγελίας. *id eſt denunciationibus, ſic vertit Iulianus epitomator.*

BIU Cujas

tur deponẽti: vt.j.eo.§. nemini. non depositario qui tenuit vane.

a *Tertiam.* & hãc dabit ei qui læsus est: vt hic, &.j.eod.§. nemini igitur. Accursius.

b *Res.* vt æstimationis detur vsura.

†aliàs, versandi cursum.

c *Timore.* id est hac pœna.

d *Versandi.* i. versari.

e *Sed totum.* q.d. multa sunt mandata quæ data sunt administratoribus, quæ sunt supra de man. princ. coll. iij. adhuc autem quædã desunt, quæ ponit hic: duo scilicet de annona, & de pensione: vt sic dictus tractatus de mã. prin. plenior sit.

Tesseræ quid sit.

f *Tesseras.* tessera genus est mensuræ, qua mensuratur annona: vt ff. de iudi. l. sed & si. §. si libertis.

g *Occasio.* quod ideo iniquum est: vt. ff. de transact. l. cum hi. §. sed & personarum. &. §. si in annos.

h *Imbanchiti.* id est in banchis non sedentes, quia sunt absentes: idẽ si præsentes. aliàs est in litera, in banchis non videntur: & eodẽ modo intelligas: & nõ est vis vtrũ sint absentes, vel præsentes: sed forte ita de facto fuit, scilicet quòd erãt absentes. Accursius.

i *Illi vero.* quibus interdicitur.

k *Eas.* interdictiones.

l *Non obdormiat.* id est non differat eum conuenire. nam negligentia est nociua: vt hic, & C. de anna. excep. l. vt perfectius. & econtra diligentia fructuosa: vt hic, &. ff. quæ in frau. credi. l. pupillus.

vitiosa lectio, vitiosa in perpetuo

m *In liberalibus.* supple ex præmissis, & nulli aspirent in liberalibus interdictis &c. sunt enĩ liberales ideo, quia libenter suscipit interdictionẽ ille cui interdicitur, vt hic, vt per hoc differat solutionẽ: vt supra proxi. §. ibi, illi vero vltro &c. Alij dicunt in liberalibus, id est in depositis quæ ex liberalitate & bona fide fiunt.

n *Administratio.* quæ sibi omni die fiebat.

o *Mox.* id est tunc.

p *Defensiones.* i. non exigat depositarius fideiussores à deponẽte, vel cautionem propter huiusmodi interdictũ:

cuniarum, vsque ad tertiã[a] centesimæ agnoscere prohibentem accipere propria: non solum si aurũ fuerit quod depositũ est, restitui vero prohibitum: sed & si aliæ res[b] sint: vt hoc timore[c] stultorum simul & peruersorũ maligne versandi,[d] †in depositionibus homines cessent.

CAP. II. *De his qui denuntiant ne ciuiles annonæ vel pensiones soluantur.*

SED & totum[e] hoc quod de mandatis est, & aspicere, & cõstituere secũdum legem prouidimus. Videmus enim frequentari hoc in regia hac præcipuè ciuitate, & aliquos interdicentes eis qui ministrant publicas annonas, & tesseras[f] accipiunt ab annonarum præfecto, volẽtes suspendi administrationem: & eos qui ex hoc solummodo forsan nutriũtur, defraudari administratione, per quam eis omnis tribuitur vitæ occasio.[g] Huic autem rei seuerius & difficilius illud est. multis enim domos possidentibus in hac felicissima ciuitate, qui imbanchiti[h] non videntur, mox futuris pẽsiones ab inquilinis accipere, calumniantur per interdictiones inquilinis dirigentes, vt nõ inferant eis. Illi vero[i] vltro eas suscipiẽtes, quidam propter inopiam forsan comedunt eas:[k] quidam vero & exules à magna hac fiũt ciuitate, & decidit omnino pensionum administratio iis qui ex hoc forsan solo nutriuntur, secundum quòd occurrentes in ciuilibus annonis diximus. Nemini igitur damus huiusmodi licentiam: sed vnusquisque si aliquam habeat causam ad obnoxium sibi, non obdormiat:[l] in liberalibus[m] autẽ peruersitate omni plenius aspiret interdictionib⁹. Cognoscat enim, quia si tale aliquid egerit, & per occasionem eius ceciderit aut administratio[n] panũ, aut pensionum datio ex hoc accidens: ipse sustinebit periculum mox,[o] quòd interdictionẽ inquilinis & ministrantibus panẽ miserit, aut suspẽderit annonã. nihil enim horum agi omnino volumus: sed ex quo interdictiones egerit, sancimus eũ omne damnum sarcire domino rerum super hoc, & vsuram, & tertiam centesimæ agnoscere pecuniarum, aut rerum quas non accipere per eũ is qui secũdum hũc modum læsus est, valuit. Et neque aliquis opponat defensiones,[p] quia qui præsens est ei exactionis domino danti defensionem[q] aut in deposito, aut in aliis, recipere rem propriam. nõ enim omnibus est facile fideiussorem præbere, nostris legibus nullam defensionẽ omnino ratam esse ponẽtibus, nisi cum fideiussione fiat.[r] fideiussorẽ enim omnino dandum idoneum non facile neque possibile passim est. Et propterea igitur in obseruantiam nostrorum subiectorum volumus hoc custodiri amodo, & dæcetero omni tempore, vt immortale sit huius nostræ sanctionis iuuamen reipublicæ. Indicant[s] quidem nobis in mentem venientes: præsentem vero legẽ commune iuuamen nostris parientem subiectis. Tua igitur eminẽtia, quæ placuerũt nobis, & per hanc diuinam manifestata sunt legem, operi effectuíque tradere, & in perpetuum obseruare festinet.

TITVLVS I.

περὶ τῶν νοθῶν. *Nouell.* LXXXIX.

QVIBVS MODIS NATVrales efficiuntur sui, & de eorum ex testamento siue ab intestato successione.

COLLATIO SEPTIMA.

Imperator Iustinianus Augustus Ioãni glorioßissimo per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

NAturalium[t] nomẽ Romanæ legislatio ni dudum[u] nõ erat in studiũ, nec quælibet[x] circa hoc fuerat humanitas, sed tanquam alienigenũ aliquid & omnino alienum à republica putabatur: à Constantini vero piæ memoriæ temporibus in constitutionum[y] scriptum[z] est libris. † Deinde paulatim in mediocritatẽ[a] clementémque sententiam imperatores transeuntes, leges posuerũt: alij quidem & dari & relinqui aliquid eis à patribus cõcedẽtes:[b] aliqui autem etiam adinuenientes modum per quem naturali iure priore liberati, legitimi fierent,[c] & paternæ substãtiæ successores: paulatímque etiam ad nepotes processerũt huiusmodi legislationes.[d] & quoniã in nostra tẽpora venerunt,[e] & eorum qui paulo ante nos fuerunt, multam varietatem[f] causa suscepit. Nos enim duplex habuimus studiũ, & plurimos

quia graue est, vt subiicit, dare fideiussorem: vt. ff. vt in pos. l. si in à quo. §. fina. & puto hunc. §. generalem ad omnes tres casus huius constitutionis. & per hoc dico corrigi quod est. C. depositi. l. pe. in fi.

q *Defensionẽ.* si vult cauere de defendendo depositarium, faculta erit ei domino secuenti, supple, rem propriam recipere. Vel de econtra, quia dicit depositarius separatũ recipere cautionem. supple, & rẽ restituere datam in alium modũ.

r *Fiat.* hoc verum est in prætoriis. secus in aliis: vt. ff. de præ. fis. l. prætoriæ. &. l. j. §. &. §. fina. & ideo male allegat hic imperator. Accursius.

s *Indicant.* id est ipsi qui venerũt ad nostrã quæstione facti vt. ff. in prin. & potes dicere, id est inducunt nobis in mẽtem quòd sciamus hanc. l. Accur.

QVIBVS MODIS naturales &c.

Differt hæc abilla supra quibus modis &c. quia generalior est: vt infra ethen. vt in me. prætorii. ibi, bene se habet &c. Item hic tractat de his sui iuris, & in potestate sunt parentes: ibi de his legitimi succedere, sed non in potestate parentum sint.

t *Naturalium.* id est Constantino: vt. eod. l. j.

u *Dudum.* id est olim.

x *Quælibet.* i. aliqua.

y *Constitutionũ.* vt. C. eo. l. iij. Accur.

z *Scriptum est.* in statu de naturalibus liberis.

a *Mediocritatẽ.* id est modũ vel mensuram in dando vel relinquẽdo naturalibus. Accur.

b *Concedentes.* vt Arcadius & Theodosius vt. C. e. l. ij. & iij.

c *Fierent.* ſ. l. c. vt. C. eo. l. quoniã desideria.

d *Legislationes.* vt in l. ij. C. eod. titu.

e *Venerũt.* scilicet naturales liberi, vel eorum quæstiones.

f *Varietatem.* q.d. quia quæstiones naturalium ad nos peruenerũt: ideo correximus & distinximus statuta ab aliis.

BIU Cujas

plurimos in libertatem perducere homines ex priore seruitute,[a] & ex naturalibus ad legitimos eleuare.[b] nō enim vltio[c] & interdictio despiciēda est: sed quod est in necessitate, curandum est: & diffugiendum quidē quod malum est, inueniendum vero vndique quod melius est. Quia igitur aliqua quidem in constitutionum Codice, quē[d] ex omni priorum imperatorū legislatione collegimus, de naturalibus scripta sunt filiis: quędam vero in libro Institutionū: de his autem nos cōstituimus,[e] aut iam perfecta comperimus,[f] & nosipsi plurimas fecimus de his cōstitutiones, alias quidē in prædictarum collectione[g] cōstitutionum, alias autem etiam postea:[h] ne causa sit dispersa, bene se habere credidimus in vna cōstitutione[i] totum[k] colligere, quæ pro omnibus sufficiat ea quæ de naturalibus sunt corrigere atque sancire. Palam nāque est quia hominū alij quidē liberi simul consistunt, & inter legitimos[l] sunt: alij vero hoc prius[m] non habentes, postea fiunt,[n] & ex seruis[o] ad liberos ascēdūt, & ex naturalibus ad legitimos: alij vero ex hoc ipso naturales sunt, & quædā eis successiones existunt: alios autem neque naturales esse decet, sed etiā hoc monstrantur indigni.[p] Oportet igitur nos ita facere cō stitutionem,[q] vt nullus ignoret quæ possunt in naturalibus valere: dicimus autē inchoātes legem qui cōsistūt naturales, quibusque modis procedūt ad legitimos (quorum[r] plurimos inuenimus nos) & quæ sunt horū successiones, & quomodo quidē vetustas vsa est his amarè:[s] quomodo nos humané. Nec illud quoq; relinquitur,[t] qui nec naturaliū digni sunt, sicuti diximꝰ, appellatione. Natura siquidem[u] ab initio dum de filiorū procreatione sanciret, scriptis nōdum positis legibus[x], omnes similiter quidē liberos, similiter autē produxit ingenuos. Primis nanque parētibus primi filij similiter quidem liberi, similiter autem legitimi à natura fiebant: bella vero & lites, atq; libidines & concupiscētiæ causam deposuerunt ad aliud schema.[y] Seruitutem nanque inuenit bellū, naturales autē, castitatis casus:[z] A lex autē rursus huiusmodi delicta curās, libertatem seruis molita est, & multum de his tractauit, modos[a] introducens denamilia. imperatoriæ vero constitutiones aperuerunt iis quæ nō rectè facta sunt, ad ius legitimū vias. quod nō transitoriè[b] neque nos sancimus, neque subiectos hanc legem negligēter audire præcipimus. Legitimi siquidem successores procedunt hominibus ex nuptiis, quas cōtrahunt aut cum dotalibus instrumētis, aut etiam absque eis, B sic ad fœminas masculis conuenientibus, vt ab initio habeant ad eas legitimarum nuptiarū affectū.[c] Et hoc enim in calūnia positum nos respicientes, lege[d] decreuimus quid in iis quidem qui fortunæ dignitate prouecti sunt, quid autē in mediocri hominū statu agendum sit ad demonstrationē legitimarum nuptiarū: quid vero deinceps permissum est plebi.[e] Quapropter nuptiis procedentibus,[f] ex hoc ipso sunt successiones certæ: & si inter legitimos connumerentur, mox lex[g] introducit successionum modos, plurimū de his C tractans. Legitimum siquidem ius sic se habet.[h]

CAP. I. De primo legitimationis modo per curiæ dationem.

Sis quis natus sit liber, non tamē legitimus: aut etiam natus sit seruus, sed libertatē postea meruit: si sit masculus, legitimari potest per oblationem curiæ. si est fœmina, legitimatur nubendo curiali legitimo. Ange.

QVOD vero non est huiusmodi, sed liberū quidem, nō tamen ex nuptiis procedens legitimis, aut etiā in seruitute natum: si libertatē quidē meruerit, manserit autē naturale: hoc modi varij ad ius legitimū ferunt: D quos enumerantes, sic etiā reliqua[i] sancimus. Primus itaq; modus est legitimi iuris existēs, ciuitatibus mox vtilis,[k] quē Theodosius piæ & nouæ introduxit memoriæ.[l] Sancitum nanque est ab eo, vt possit naturales filios,[m] aut omnes, aut aliquos offerre curiis, aut filias curialibus copulare. Et quoniā modus iste non simplicē habuit legislationē, sed variè & de oblationib⁹[n] dictū est, & de successionibus, quomodo ipsi, & quorū hæredes existāt, & qui rursus ad ius eorum hæreditarium accedant: iustum credimus hoc primum legislationis disponentes capitulum, ita ad reliquos modos qui ad legitimorum ius ferunt, accedere. quæ enim inde sunt, facile omnino est dicere.

Pater filium naturalem curiæ offerens, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, eum legitimum facit, habeat legitimos nēcne. semetipsum autē offerens aliis legitimis extantibus, legitimus non fit. Ange.

SI quis igitur fuerit naturalium filiorum pater,[o] siue

a *Seruitute.* hoc primū.
b *Eleuare.* hoc secundum.
c *Vltio.* Not. gloriosissimū verbum. & est sensus: quia licet aliqui sint in seruitute propter delictū forte quod fecerūt, & ita propter vltionē, vel licet sint nati ex non legitimo matrimonio, & ita contra interdictum: tamen nō sunt despiciēdi, sed iuuandi, vt fugiāt de malo, & veniant in bonū: vt j.eo.§. natura siquidē &c. & sic est ar. pro quolibet malo corrigendo: vt &.C.de emē. prepin.l.j. Itē facit. ff. de ventre in pos. mit. l. j. respon.
d *Quem.* scilicet Codicem.
e *Constituimus.* vt insti. de hære. ab intest. §. j.
f *Comperimus.* vt initi. de nup. §. fi. & ad Orfi. §. nouissime. & de suc. cog. §. hoc loco.
g *Collectione.* scilicet in.C.vt.C.eo.l.humanitatis. & seq. vsque in fin. tit. Accursius.
h *Postea.* vt. ſ. de incest. nup. §. pe. & de trie. & semis. §. vlti. col. iij. & vt liber. decæ. §. si quis. &. ſ. quibus mo. na. effi. legi. coll. vj.
i *Constitutione.* scilicet ista.
k *Totū.* id est omnia, vt ex sequentibus colligitur.
l *Inter legitimos.* vt nati ex matrimonio: vt insti. de pa. po. in prin. & de his expedit se breuiter hæc cōstitutio. j. eo. §. legitimi. Accur.
m *Prius.* scilicet legitimationem. Accur.
n *Fiunt.* s. legitimi.
o *Ex seruis.* ratione similitudinis hoc ponitur hic & alibi in multis locis in hac constitutione. & de his dicit prolixe. j. eo. §. quia vero non est. vsque ad. §. discretis.
p *Indigni.* vt. j. eod. §. vlt. & supple hic, Alij sunt legitimi tātum, vt adoptiui. & sic sunt quinq; genera filiorū.
q *Constitutionem.* & de his. j. eo. §. discretis. vsque ad. §. vlti.
r *Quorū.* scilicet modorum.
s *Amarè.* aduerbium: quia nil curabat: vt. ſ. in princi. huius constitutionis.
t *Relinquitur.* scilicet à nobis quin tractemus de iis qui &c.
u *Natura siquidem.* superior ergo distinctio fuit secundum ius ciuile imperatorum.
x *Legibus.* quod fuit antequā ciuitates essēt factæ: vt institu. de re. di. §. singulorum.
y *Schema.* id est ordinem quo gentes vtuntur de seruis.
z *Casus.* i. defect⁹. Ac.
a *Modos.* quibus ad libertatem peruenīāt: & quibus fiant serui: & à quibus retineantur: & quibus acquiratur per eos: immo maior pars legū fere de seruis tractat. Sed non sic intelligo hanc literā: immo dico quòd imperator hyperbolice loquitur, & de modis illis tātum dicit, quibus ad libertatem peruenitur, qui sunt multi: vt instit. de libert. §. multis.
b *Trāsitoriè.* id est negligēter: vt. ſ. de quæstore. §. vlti. col. vj.
c *Affectum.* q.d. mutuum consensum: vt. ſ. de nupt. §. nuptias.
d *Lege.* vt. ſ. qui. mo. na. effic. le. §. hoc ergo. &. §. quantū vero. &. §. quisquis. coll. vj.
e *Plebi.* id est minoribus in abiecta vita constitutis.
f *Procedētibus.* s. sic vt modo dictum est.
g *Lex.* in genere ponit, videlicet ille tractatus qui dicit de suis & legitimis hæredibus.
h *Habet.* vt dictū est.
h *Se habet.* vt dictum est modo.
i *Reliqua.* scilicet capitula de quibus fecimus mentionem. ſ. eo. versi. dicimus. Accur.
k *Vtilis.* scilicet est.
l *Memoriæ.* vt. C. de natu. lib. l. iij.
m *Filios.* s. naturales.
n *De oblationibus.* scilicet curiæ. Accur.
o *Filiorum pater.* hoc

BIU Cujas

quando per dationem curiæ. secus si sine causa velit quis sibi filium facere successoré: quia tunc demum legitimis non existentibus: vt. ſ. qui. mod. na. effi. legi. §. si vero solúmodo. qui est contra.

† *Concor. c. per tuas. in gloſ. ſuper verbo, appellauit. poſt princi. ibi, ité ſi pater. extra qui ſi. ſint leg.*

a *Suſcepti.* forte per reſcriptum: vt honorabilior ſit cæteris: non autem habuit adminiſtrationem illuſtris dignitatis. tũc enim ſemper liberatur à fortuna curiali. ſ. vt ord. prę. vr. in princ. colla. v. & conſtit. quæ dignita. j. reſpon. nec tranſire ad curiã permittitur: quia dehoneſtaret illuſtrem adminiſtrationem: vt hic ſubiicit, tamen non talis &c. ſic ergo & in epiſcopo erit: vt infra de ſan. epiſc. §. ſed hoc quidem. colla. ix. & idé in quolibet qui per dignitatem à curia liberatur, qui ſunt multi: vt C. de decu. l. fi. Accur.

† *Boſtrenoru. hinc apparet in. l. quoniam. C. de naturali. liberis, legẽdũ eſſe Boſtræ, nõ noſtræ.*

b *Siue.* hoc reſpicit aliud ſiue, quod eſt. j.

c *Conſtitutio.* vt. C. de na. lib. l. quoniam.

d *Curialis.* id eſt quòd fiat curialis. Accurſius.

e *Siue.* hoc reſpicit aliud ſiue, quod eſt. ſ.

f *Legitimus.* C. de natu. lib. l. communium. §. illo.

g *Exiſtit.* & eſt ratio euidens, cum non debeãt legitimis filiis ſuo facto præiudicium facere: quod potuit pater. & hanc differẽtiam plerunque iam in hac conſtitu. dices.

h *Sancitum eſt.* ſcilicet olim.

i *Simpliciter.* id eſt ſine diſtinctione. Acc.

k *Fortunæ.* aliàs fortuite.

l *Enim.* pro certe.

m *Curialis.* nam licet ſit aliquis curialis, non tamẽ filius eius eſt, niſi ſpecialiter efficiatur: vt hic, &. C. de iis qui ſpõ. mu. l, fi. lib. x.

Villæ & caſtra ſub ciuitate collectã faciũt.

n *Perſoluit.* Not. villas & caſtra ſub ciuitate facere collectam: vt hic, &. C. eo. l. iij. &. ff. de cenſi. l. forma. & ius ciuitatis ſequi: vt. ff. ad munici. l. qui ex vico. &. C. de epi. &cle. l. nulli. §. quòd ſi inuito. Ac.

o *Et liberos.* & pro etiam.

p *Ciuitate.* Conſtantinopolitana.

q *Metropolim.* id eſt metropolitanæ ciuitatis.

ſiue curialis exiſtens, ſiue liber à curia: licentiam habebit, omnes, aut quoſdam ex eis, ſiue legitimorum ſit filiorum pater, ſiue etiam non, ſed ſolummodo naturalium, offerre† curiæ, licet forte illuſtris dignitatis ſint filij ſuſcepti: [a] niſi tamẽ dignitas interceſſerit talis, quæ homines, licet curiales ſint, ab hac fortuna liberos facit. Oblationis aũt modus ſiue [b] fiat à patre adhuc ſuperſtite, cum quiſpiam in cõmune filium offerret (hoc nanque geſtum eſt in Philocalo naturali filio curiali à patre in Boſtrenorum † ciuitate) & hoc ipſum dicit ſecundum inſpectionem ibi factã, & ita eum offert ſicut à Leone piæ memorię ſcripta dicit conſtitutio: [c] ſiue ergo ſecundum hunc modum fiat aliquis à patre pronunciatus curialis, [d] ſiue [e] eum pater ſub geſtis monumentorum offerat, ſiue moriens in teſtamento conſcribat oportere fieri curialem: deinde ille amplectatur ſcripturam: legitimus [f] mox fiet, naturalium iure omnino liberatus: ſiue etiam mortuo patre ſemetipſum filius aut filij offerant, nõ exiſtente quidem legitima ſobole, etiam ſic erunt legitimi & curiales. Proinde pater quidem etiam exiſtentibus legitimis offert curiæ non legitimos filios: qui vero per ſemetipſum ad hoc procedit, tunc ſolummodo auditur, cũ nullus legitimorum filiorum exiſtit. [g] Hoc itaque de oblationibus ſit, quod indifferenter ſancitum eſt [h] à nobis, in hac præſenti lege reconditum: nõ autem ſimpliciter, [i] neque fortunæ [k] oblatione. oportet enim [l] & modos facere manifeſtos ſecũdũ quos offerãtur.

Qui ſuam ſobolem naturalem vult legitimare: curiæ loci ex quo natus eſt, eam offerat. qui autem Romani & Conſtantinopolitani ſunt, ſeſe ibidem offerendo legitimãtur. & mulier naturalis curiali Cõſtãtinopolitano nubendo legitimatur. Angel.

Si quis igitur ex qualibet oriatur ciuitate, ſiue curialis, [m] ſiue etiã liber huiuſmodi ſit fortuna: licebit ei ſuum naturalem offerre filium curiæ illius vnde oritur ciuitatis. Si vero nec ciuis ipſe conſiſtat, ſed ex villa quadam aut vico ſit oriundus: illi à patre offeratur ciuitati, aut ſemetipſum offerat, ſub qua ciuitate villa aut vic' tributa perſoluit. [n] Palam vero eſt, quia ſi quidem pater eum, aut auus offerat, aut aliquis aſcendentiũ parentum, & liberos [o] habens filios: hoc agere poterit. ſi vero ipſe quiſpiam ſemetipſum offerat, hoc permittimus cũ non alij legitimi ſunt fratres. Si tamen aliquis offerre volentiũ ſuos naturales curiis, aut ex maxima oriatur ciuitate, [p] aut ex ſeniore Roma: huic damus licentiam, in quã voluerit metropolim [q] oblationẽ celebrare: & hanc eſſe regulam etiam in filiabus, vt iungat eas curialibus aut ex ciuitate ipſa ex qua orti ſunt, aut ſub qua villa aut vicus tributa perſoluit, aut ſi quis liber ſimul & Romanus, aut Byzantius [r] fuerit, cuicũque curialium alterius cuiuſpiam, [ſ] metropolis tamen. Sicitaque nobis curialium diligentia eſt, & iſte modus [t] placet iuris legitimi, quia damus curialium naturalium exiſtenti ſolũmodo filiorũ patri, licet ex ancilla eos habeat, & liberos facere, & offerre curię ſecũdũ quod prædictum [u] eſt. Et adhuc amplius ſancimus de cauſa, vt vel ſi non pater offerat, liber autem ſemel filius fiat: poſſit & ſemetipſum offerre curiæ, etiã hic legitima non exiſtente prole.

r *Byzãtius.* id eſt Cõſtantinopolitanus. nam ea ciuitas primo dicta eſt Byzantium.

ſ *Ciuiſpiam.* offerat ſuã ſuam copulãdo curiali metropolitanę ciuitatis.

t *Et iſte modus.* ſcilicet naturaliũ filiorum & ſeruorum.

u *Prædictum.* vt. ſ. eo. §. quod vero non eſt.

x *Habente.* ſic & ſecundo contrahens matrimoniũ, non amplius dat de ſuis ſecundæ coniugi, q̃ vni filiorũ primi matrimonij, & ea minus dederit: vt. C. de nu. §. optimum. &. C. de ſe. nu. l. hac edictali. §. quod nõ poteſt eſſe nus legitima vel ibi: vt. ſ. de nus. illud. ſed ſi eſſet hoc ſolus, totum poſſet habere: vt. C. eo. l. iij.

y *Fortuna.* vt. C. eo. l. quoniam deſideria.

z *Liberi.* à curia.

a *Adulterari.* ſic. C. de fi. inſtru. in prin. Acc.

b *Promeruerunt.* vbi enim eſt lucrum, & onus: vt. C. de fur. l. fi. de cadu. tol. §. pro ſecundo. in fi. &. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. fi. non ſolus. in fi. j. reſpon.

Legitimatus per curiæ oblationem, patri legitimus ſucceſſor efficitur & repudiare poterit hæreditatem patris, & ſe à curia liberare: teſtamen non poteſt ei in teſtamento relinquere plus quàm relinquat vni filiis cui minus relinquit. Angel.

Et quoniam variè etiã de huiuſmodi perſonarum ſucceſsione ſancitum eſt: non videtur abſurdum nobis, & de ſucceſsione, ſicut prædiximus, terminare. Si quis igitur naturalis ſecũdũ hoc ſchema, id eſt oblationis, fiat curialis: erit patri & ab inteſtato ſucceſſor, & ex voluntate: nihil diſſimilis legitimis, & ex donatione percipere poterit patris: ita tamẽ, vt nõ amplius habeat vno horũ qui ab initio legitimi ſunt, & inter omnes minus habente. [x] Cum ſemel autẽ illi ſuſceperint oblationem, & propterea ad ius legitimorum aſcenderint: non ſinimus eos abſtinere ſe patrum hæreditate, aut videri quaſi donationem in ſe factam, & ratam habitã ab eis, relinquere, & fortuna [y] recedere. Manentes itaq; curiales, relictam aut donatam (ſicut dudum à nobis dictum eſt) habebunt menſuram.

Si filius ab initio oblationẽ curiæ recuſauit, bona tamẽ paterna poſſidere reperitur: curiæ eſt adſtrictus. quod locũ habet etiã in filiabus. Ange.

Si vero ab initio refutauerint oblationem: manent liberi [z] præponentes, licet naturales, quàm fieri ditiores & curiales: deinde videantur poſtea aut in totum, aut ex parte poſsidere res donatas, aut relictas ſibi, aut etiam alienare: tenebuntur omnino curiali fortuna etiam inuiti: vt nõ adulterari [a] nobis videantur legiſlationem, & lucra quidem venentur, quę occaſione oblationis ſint: repellant autem fortunam propter quã lucra promeruerunt. [b] Et hoc ſimiliter ſancimus & in maſculis oblatis curiæ, & in filiabus nubentibus curialibus: nulla exiſtente differentia ſiue per maſculos quiſpiam

BIU Cujas

los quispiam curiæ munera agat, siue per generos curiam in filiab⁹ augere voluerit, & per illorũ filios nouos adiicere prioribus curialibus filios eorum.[a]

Filius legitimatus soli patri ab intestato succedit, non auo, vel ascendentibus, nec etiam cognatis patris, nec etiam agnascitur, licet sit legitimatus: nisi per quandam machinationem: nec ipsi eidem succedũt ab intestato: sed ex testamento vnus alteri succedere potest. Angel.

Filium vero per huiusmodi causam factum legitimum, ipsi soli genitori legitimũ facimus, non etiam extraneæ cognationi patris (dicimus [b] autem & ex quibus ille natus est, & qui ex vtroque [c] sunt, & qui ex eo ꝓcesserũt) facimus eum velut ex quadam machinatione cognatum. Sancimus enim oblatũ curię naturalem filium solummodo patri legitimum fieri successorem, nullũ tamen habere participium ad ascendentes, aut descendentes, aut ex latere agnatos vel cognatos patris: aut illos aliquod habere participium ad illorũ successiones: æquum etiam ei dantes priuilegium, vt sicut nec cognatis patris, nec illis sit iste successor, nec illi ad eius vocẽtur successionem, nisi fortè scripserit aut ipse illos, aut ab illis scribatur. soli enim patri fiunt legitimi, & cognati esse creduntur.

Si cum filiis aut nepotibus legitimatus decesserit, si curiales sint, ad eius successionem vocantur: nullo autem superstite eo decedente ab intestato, curialis ad nouem vncias vocatur, & ad reliquas tres, qui ex lege appellantur. Angelus.

rum non occurrit angustia: a cũ ratione simul ac religione tractantes prędictum priuilegium, vsque ad posibilem modũ deducere experimento retraxim', & iubemus in negotiis quæ antehac triginta annorũ remouebat exceptio, nunc venerabilibus eccleſiis, monasteriis, & xenodochiis, necnõ orphanotrophiis, & brephotrophiis, & ptochotrophiis quadraginta annorum protelatio conferatur: salua scilicet circa aliàs personas & causas virtute quã semper tricennalis sibi præscriptio vindicabat: quoniam hãc decem annorum adiectionem solis (vt dictum est) religiosis locis, eorúmque iuri vel cõtractibus indulgemus: vt sopitæ hoc temporis spacio tam personales quàm hypothecariæ actiones, in perpetuum conquiescant: nihil penitus aliis exceptionibus derogantes: sed tam in aliis, b quàm triennio vim robúrq; tenentibus. in illis namque (vt dictũ est) negotiis religiosos contractus memorato quadraginta annorũ priuilegio volum' perfrui, in quibus eis centum annorum prærogatiuam cõstitutio c nostra contulerat. Si quas planè causas ante hanc nostrã constitutionem ab eccleſiis cæteríſque sacris locis vbicunque cõmotas, iudicialis sententia aut transactionum cõuentio terminauit, nolum' refricari, sed in reliquum illis hanc obiici sanctionem, quas antehac sopitas octo lustrorum d silentio, moueri hactenus, aut motas terminari non contigit. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc generalem legem nostra statuit æternitas, edictis propositis ad omnium notitiam faciat peruenire. Datum kalen. Iuniis, Constantinop. imperij DN. Iustinia. perpetuo Augusti. † an. xv. Basilio V. C. Cos.

TITVLVS VIII.
Nouella 112.

DE LITIGIOSIS, ET de decima parte litis ab actore cautela præstanda.

Res litigiosa efficitur mobilis & immobilis, cum inter possessorem & petitorem de eius dominio causa mouetur per iudicialem conuentionem, aut principi precibus oblatis, & reo cognitis. Angelus.

Imperator Iustinian' August. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRAEFATIO.

MVlta quidem de litigiosis tã antiqua legislatorum prudentia, e quàm imperialis dispositio f promulgauit. sed in præsenti quidem iudices à nostra clementia petierunt, vt dubietatem discernamus, quæ adhuc pro huiusmodi causis in iudiciis commouetur, & leges necnon constitutiones super his positas aperti' explanemus: vt iam manifestissimum sit, quas res vocari litigiosas oporteat.

CAP. I. Quæ res litigiosa sit.

IDEOQVE sancimus litigiosam dici & intelligi rẽ mobilem & immobilem, seséque mouentem, de cuius dominio causa inter petitorem & possidentem g mouetur h aut per iudiciariam conuentionem, aut p preces † principi oblatas, & insinuatas iudici, ac per eum aduersario interpellatoris cognitas. in his enim casibus etiam præteritam constitutionẽ i mãsuetudinis nostræ per hanc volumus obtinere: k in qua scientes & ignorantes emptores discernimus. l & hoc adiiciendum esse perspeximus, m vt si lite de re litigiosa pendente pulsatum contigerit ab hac luce recedere, hæredes autem eius velle diuisionem rerum facere, sine aliquo obstaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigiosæ per successionem ad hęredes perueniunt, nõ debet alienatio intelligi earum inter cohæredes diuisio. n Et hoc autem præsenti nostra lege decernimus, vt si contigerit vnum pro tali causa litigantem, o ab humano consortio recedentem, per vltimam voluntatem res aliquas de quibus dominij dubitatio vertitur, legati nomine cuicunque relinquere: si quidem hæres iudiciali sentẽtia dominus earũ fuerit demõstratus, tunc legatarius quod ei relictũ est, modis omnibus consequatur. p Si verò hæres in iudicio victus extiterit, non habeat legatarius licentiã aliam rem pro eodẽ legato hæredem exigere: quoniã sciens testator rẽ litigiosam esse, litis euentũ legatario dereliquit. q Vnde dam' licentiã legatario (si hoc pdesse sibi putauerit) litis participem fieri: r vt ne aliquã fortè negligentiã seu proditionem hæredi posit obiicere. Ab hoc autẽ litigiosi vocabulo hypothecas separari decernim', & in his hãc distinctionẽ tenere: vt si quidẽ speciales res mobiles, vel ĩmobiles, aut se mouẽtes nominatim fuerint hypothecę suppositę, liceat quidẽ debitori eas, cui & quãdo volueri

dicas in dotis causa. & donat. propter nup. & transact. & legatis, & fideicommiss. vt. C. e. l. fina. §. fi. in fin. & infra proxi. §.

o *Litigantem.* actoris vel reum.

p *Consequatur.* quid si hęres agere nõ vult. Rñ. compellit eum legatarius: vt. ff. de legat. l. si sic. §. fina. Et nota hoc triplex ius. nã [illegible] veteri agebat hæres [illegible] in omnem euẽtum legatario tenebatur: [illegible] C. eo. l. iij. & hoc [illegible] Iusti. per Iustiñ. vt [illegible] agebat legatarius [illegible] periculo: vt. C. eo. l. [illegible] in fin. hodie vero [illegible] hæres, sed periculo [illegible] gatarij, vt hic subiicitur & secundũ hoc dicas [illegible] li. corriguntur hic [illegible] hoc. Accursius.

q *Dereliquit.* hoc [illegible] præsumimus, nec contrarij probationem [illegible] cipimus. Accursius.

r *Fieri.* sic & domi[illegible] cũ procuratore: vt [illegible] de procura. l. Paul' [illegible] spon. sic legatarius [illegible] eo qui cõuenitur querela: vt. ff. de inofficio[illegible] Tamen. l. si suspecta. [illegible] ff. de appel. l. si perii[illegible] rio. Accursius.

s *Ab hoc.* aliàs ad hoc. aliàs ad hoc. & quãbet est bona litera.

t *Et quando.* etiã pẽdẽte lite iam super hypothecaria: nã & hic dicere intẽdit. Sed nũquid tenetur actor ne in factum debeat qui alienat causa mutandi iudicij? Rñ. sicut ff. de alie. iudi. mu. causa. l. j. & licet ille [illegible] cũ habeat antequã res litigiosa, tamẽ multo magis post habet [illegible] cũ: vt arg. ff. de petit. si postea. Sed alij [illegible] ligunt hũc. §. vt si agitur rei vin. contra [illegible] quẽ, non ideo prohibeatur rem obligare, licet prohibeatur eam aliàs alienare.

BIU Cujas

a *Vindicare.* per hypothecariam, debitore scilicet possidente, qui nondum tradiderat eam emptori: vt supra de fideiuss.§. sed neque ad res.quæ est contra.secundum Ir. vel forte emptore etiã possidente.& ita hic corrigitur quod supra de fideiussore dicitur. & hoc secundum Bul. Vel tertio dic excussis tamen primitus bonis debitoris, & mandatoris, & fideiussoris,& sponsoris:vt supra de fideiuss.§. sed neque.col.j.secundum Albe. quod verum videtur. Vel hoc locum habet quãdo agit creditor,vt ex ipso pignore sibi satisfiat.vel aliud in tacito pignore, vt hic:cum hoc secũdum leges veteres erat:vt.ff. de iure fis.l. Moschis. & dixi.ꝛ. in prædicto contrario. Accursius.

b *Fiat.* vt.C. de pigno.l.debitorem.&.ff. de distra.pigno.l. si creditor.§.fina. & facit.ff. de pigno. act.l. quamuis.

c *Creditoribus.* qui possideant vel petant.

d *Aliquos teneri.* cum in præsentia sint. Ac.

e *Interlocutionibus.* id est præceptis.nam omne præceptum iudicis quod facit ad causam finiendam,est interlocutio: vt.ff. de arbi.l. qualem.in fin.

f *Et actis.* id est scriptura inde facta auctore iudice. Sed nunquid ex hac scilicet scriptura oritur actio reo? Respon. non:sed vt iudicis officium in exigenda decima interueniat: licet stipulatio nõ fuerit apposita secundum Azonem. si autem sit apposita,acquiritur vtilis etiam ex stipulatione executoribus:vt ff.rem pu. sal.fo.l. iiij. in prin.

g *Officii.* id est officialiũ,vt ponatur ministerium pro administrantibus.Accursius.

h *Præstiterit.* sed cui? Respon.executoribus. nam ex eorũ pacto habebit reus vtilem actionem, vt modo dixi.vel ipsi conuento sine dubio.

i *Permaneat.* scilicet actor. Sed contra. C. de app.l.eos.in fi. nam nullus cauet de prouocatione appellationis exercenda: vt ibi dicit. Sed dicas illud corrigi per istud, secundum Azo. Vel illud in appellatiõis causa,hoc in principali.

k *Expensarum.* No.quòd qui iniuste litem mouet, ad expensas tenetur:vt hic,&.C.de epi.& cle.l.omnes.in fin. & supra de exhib.§.quia vero.&.C.de iudi.l.properandum.§.si vero.Ac.

l *Decimam.* dicunt quidam quòd hæc decima non excedit vltra.xxxvj.aur. vt supra de execu.§.j. colla. vij. Alij dicunt quòd excedere potest:& illa authen. ante contestationem loquitur, hæc post. & sic hæc differt ab illa,nec altera est superflua. Tu dic quòd illa fit propter incipiendam causam,hæc propter finiendam. sed quæ cautio prius fiet? Respon.illa:tum quia est in ordine huiꝰ libri prior: tum quia respicit principium,quod prius esse debet: vt argu. C. de no. codi. compo.§. fin. Item an continue hæc post illam? Respond. sic. Vel dic secũdum Io.illa ante receptionem libelli:hæc post,licet antequã reo detur.Item quid si plus expendit quàm decimam? Respon. totum sibi restituitur,si hoc † iurat:vt argu. supra de exhiben.§. quia vero. col.v. & infra eo.§. omnem. &.ff. de iudi.l. eum.&.C.de iudi.l. properãdum.§.si vero.Sed videtur quòd hæc decima nullo modo sit prestanda:vt institu.de pœ.teme.liti.§.hęc autem. quæ est contra. Sol. illa corrigitur, vt hic. Item quod subiicit,quãtitatis,large accipe,& pro specie: vt ff.de leg.iij.l.quisquis. Et sic not.hic quòd etiam in actione personali debet actor dicere rem certam in libello: vt hic,&.ff. de rei vindi.l.si in rem.§.& si vestimenta.&.ff.de dolo.l. item exigit. &.ff. de iureiur.l.prætor. in princip.Accursius.

† *Facit ad idem.c. per vestras.iũcta glos.sup ver. poterit. extra de donat.iter vi. & ver.*

Libellus etiã in personali actione rem certam vindicet.

m *Hoc ipsum.* scilicet fideiussorem se dare nõ posse,quod subiicit:& quòd duo iurant. sic & infra vt nul. iudi.§. si vero crimen. &.C. de asser.tol.l.j.§.omnes.& ff. qui satisda.cog.l. de die.§.fina.& facit ad.§. infra de sanctiss.episco. §.nulli.colla.ix.&.ꝛ.de nup.§ qui vero. in fin. §.colla.iiij.

n *Prefiteatur.* scilicet quòd vsque ad finem litis permaneat. Accursius.

† *Facit ad hũc text. gl. l.ꝛ.c.cũ dilecti. post med. ibi,itẽ satisdatio. extra de appellat.vbi dicitur quòd coram ordinario non ꝓstatur satisdatio, sed suffricit pœna promissa.*

o *Denarum.* id est decem & decem:vt.ff. de leg.j.l.si quis testamẽto.§. Titio.

p *Detentus est.* id est citatus re & verbo.

q *Ex consensu.* id est arbitrio,secundũ quosdam. nam ibi nõ præstatur prædicta cautio secundum eos. Sed contra.ff. de arbit.l.j. dic ergo ibi, vt remittatur partium consensu. nam consensu partium de iure interdum relaxatur: vt argu.ff. de feriis.l. j.j.respon.

r *Constitutionibus.* q.d.sine huius constitutionis auxilio,ex quo partibus placet.

CAP. I. De litigiosis.

voluerit vendere:sic tamen, vt ex precio earum vsque ad debiti quantitatem satisfaciat creditori. Si autem hoc debitor non fecerit: damus licentiam creditori,qui rem venditam supposita habet,eandem rem vindicare, [a] donec ei satis pro debito fiat. [b] Hoc autẽ præcipimus obseruari,si non forte antè aut per generalem aut per specialem nominatim hypothecã eadẽ res aliis fuerit creditoribus [c] obligata. tunc enim secundum sacrarum nostrarum legum tenorem,temporũ priuilegia vnicuique creditorum seruari decernimus. Ex quo iam claret quòd generales hypothecas multo magis litigiosi vocabulo volumus contineri: sed earum actiones secundum veterum legum cõstituta examinari,& inde vim præcipimus obtinere. Et hæc quidem de litigiosis,& speciali necnon generali hypotheca disposuimus,vt iam nulla de his in iudiciis dubitatio generetur, sed secundum distinctionem huiusmodi certamina terminentur.

CAP. II. De cautione quæ ante reorum citationem præstari debet ab actore.

AD excludendas autem calumniosè mouentium intentiones,& executorũ fraudes, aliud inuenit prouidentia nostra remedium.Sancimus enim omnes iudices,siquando aliquos teneri [d] vel amouerit† voluerint,hãc conditionem in suis interlocutionibus [e] adiicere,vt non aliter conuentionales libelli pulsatis porrigantur,aut sportulæ executoribus dẽtur,nisi prius & in libello actor per se aut per tabularios subscripserit:& actis [f] interuenientibus fideiussorem idoneum periculo competentis officij [g] præstiterit [h] confitentẽ quòd vsque ad finem litis permaneat,[i] & suas intẽtiones aut per se aut per legitimum procuratorem exerceat:& si postea fuerit approbatus iniustè litem mouisse, sumptuũ & expensarum [k] nomine decimam [l] partẽ eius quantitatis quæ in libello continetur,pulsato restituat. Si autem dixerit nõ valere fideiussorem dare:tũc apud iudicem à quo causa examinanda est,sanctis propositis euãgeliis per sacramentum hoc ipsum [m] affirmet,& sic iuratoriam cautionẽ† exponat,& per eã hæc quæ superius dicta sunt,profiteatur. [n]

Si verò non hæc omnia quæ prædiximus,secundum ante latum modum processerint, nullatenus pulsatum respõsum facere executori concedimus. nã si citra memoratam dispositionem,aut aliquis iudicum, aut officium eius,vel quilibet executor negotij aliquem conuenire præsumpserit:iudex quidem & officium eius denarum [o] librarũ auri pœnam sustinebit:ipse autẽ executor negotij & confiscationem suæ substantiæ patietur, & exilio quinquennali damnabitur:pœna videlicet ex hac lege cõpetente,periculo viri magnifici pro tempore comitis rerum priuatarũ exigenda,& nostri fisci iuribus inferenda. Omne autem dispendium quod pulsatus ex hac conuentione præter tenorem nostræ legis factum perpessus fuerit,ex petitoris substantia pulsato resarciatur periculo iudicis, cuius ab executore detentus est,[p] necnon & officij quod eius iussionibus obsecũdat:vt vndiq; nostro imperio superna maiestare ac diuinitate crediti,pro sua indemnitate lætentur. Causas verò † quæ ex consensu [q] vtriusq; partis in iudicio mouẽtur,à pœna huius constitutionis liberas esse decernimus:& sicut aliis nostris continetur constitutionibus,[r] terminari.

CAP. III. Vt post annũ & tria edicta in actorem contumacem sententia feratur.

BIU Cujas

Actor qui actionem in iudicio propositam post litem contestatam prosequi differt, tribus iudiciariis edictis citatur: post quæ si adhuc venire recusat, iudex post annum sibi adhuc indultum sententiam profert. Bar.

OMNEM [a] verò † causarum finẽ volentes celeriter peruenire, illorum malignitatibus obuiamus, qui tantũmodo proponunt actiones, nolunt autem vsque ad finem exercere iudicium, dicentes legem [b] esse, quæ decernit neminẽ actiones suas exercere nolẽtem compelli. Et hanc igitur prauitatẽ extinguere festinantes, iubemus memoratæ legis auxilio non eos vti qui contra aliquem suas proposuerint actiones, siue per iudiciariam conuentionem, siue per preces principi oblatas, & iudici insinuatas, & per eum ad sciẽtiã aduersarij deductas, vel sub legitimi iudicis cœptas examine. Iniustè enim agere recusat, qui paratus aduersarium suum ad iudicium vocauit: cũ excusatio hæc pulsato magis quàm actori conueniat. Quamobrẽ [c] sancimus actorem cœptum negotium vsque ad finem litis exercere. [d] Si verò causam prosequi distulerit: damus pulsato licentiam, iudicem apud quem lis cœpta est, postulandi: vt ab eodẽ iudice actor ad iudiciũ [e] aut per se aut per legitimum ꝓcuratorem venire moneatur: & si hoc minimè fecerit, propositis tribus vocetur [f] edictis: vnaquaque cautione [g] † non minus quàm triginta † dierum spacio cõcludenda. Iubemus enim ordinarios iudices non solũ præconum [h] vocibus, sed etiam edictis propositis quamcunque litigatorum partem absentẽ in iudicium vocare. Vocem enim præconum pauci possunt, qui præsentes inueniuntur, audire: edicta verò per multos dies sic posita possunt penè omnes agnoscere. Aliis autem omnibus iudicibus qui per imperialem iussionẽ causas examinant, ex præsenti lege permittimus [i] partes quæ in iudicio non permanent, propositis edictis [k] vocare, ne causæ infinitæ permaneant. Si verò apud iudicem initium [l] lis non acceperit, sed tantùm cõuentionali libello [m] quicunque pulsatus [n] est, aut precibus nostræ oblatis clemẽtiæ: iussio nostra super hoc prolata, siue scriptis, siue per mandata [o] iudici fuerit intimata, & ea aduersario per eum cognita: etiam sic licebit pulsato ire ad competentem [p] iudicem, & per eum suum aduersarium simili modo vocare: vt si quidem sui præsentiã actor fecerit, causa secundum legum ordinem examinata finem legitimũ sortiatur. [q] Si verò propositis edictis vocatus ad iudicium venire, & suas intentiones aut per se aut per legitimum (sicut dictum est) procuratorem proponere noluerit: tunc & aliud [r] vnius [s] anni spacium ei concedimus: intra quod nisi suam intentionẽ fuerit prosecutus, damus licentiam iudici, & absente aduersario, partis permanentis [t] allegationes secundum nostras leges examinare: & veritate [u] subtilius requisita, legitimam proferre [x] sententiam.

a *Omnem.* sup. ad omnem &c.
b *Legem.* vt. C. vt nemo inuit. agere vel accu.
c *Quamobrem.* nunc incipit. & primo quando lis iam contestata est. postea quando non est contestata: vt. j. e. §. si vero. in fi.
d *Exercere.* Not. quòd qui semel voluit, ꝓsequi cogitur: vt. C. ad Vell. l. fi. in fin. & ff. mã. l. si mandauero. §. fi.
e *Iudicium.* aliàs negotium.
f *Vocetur.* vt veniat ad causam: vt. C. qui accu. non pos. l. iij.
g *Cautione.* i. dilationis: sic dicta, quia ad cautelã datur, vt possit ad peremptorium peruenire: & sic ad sententiã: vt. ff. de iudic. l. ad peremptorium. & quod dicit. xxx. dierum: dic ꝙ olim erant. x. vt. ff. eo. l. per interualla. &. C. de iudi. l. properandum. §. j. Sed illæ corriguntur per istam authen. istud etiam idem spaciũ credimus augeri in reo. nam non debet &c. vt ff. de reg. iur. l. non debet. & de fer. l. fi. secundum Io. sed dico grauari actorem, vt definitiua contra eum ferat̃, & ante lit. contest. vt. j. eo. §. si verò. & nõ dico in reo absente ante litem contesta. sed si agatur realiter, in possess. rei petitæ mittetur actor: vt. C. de præscri. triginta an. l. si quis. si personaliter, pro mensura debiti: vt. s. de exhib. §. si verò etiã. multa enim conceduntur reo, quę actori non cõceduntur: vt. C. de tẽpo. in integ. resti. l. petendæ. &. ff. de fer. l. fi. sed omne quod licet actori &c. vt dictum est. & est ratio: quia durius debet adstringi actor, qui prouocat inuitum: vt. s. pxi. iniuste enim &c. Sed videtur etiam quòd contra reum ferat̃ definitiua sentẽtia ante lit. contesta. vt supra vt omnes obed. iudici. §. si vero. col. v. Sed dic ibi quasi contesta. lit. contra dominum: cum alius ei responderit. vel non fertur definitiua, sed de rebus absentis satisfit. Item not. consuetudinarium esse tres dari potius quàm plures vel pauciores: siue maioris temporis, siue minoris in iure inueniatur: vt infra vt spon. lar. §. ad hoc. colla. ix. &. C. quomodo & quando. iu. l. consentaneum. & infra vt cum de appel. cog. §. sed hoc præsenti. Sed quæro, an hoc casu iudex possit hoc spacium minuere? Videtur quòd non: vt. ff. eo. l. per interualla. cum sit dilatio legalis: aliud autem si sit in iudiciali: vt. C. de dila. l. j. Vel dic posse minui: vt. ff. de iudi. l. non nunquam. Accursius.
h *Præconum.* hodie per tres nuncios ad domum missos: nec clamat præco per plateas, quia &c. olim enim per edicta in albo posita. vt hic continetur, secundum Ioan. Sed qualiter, cum semel esset scriptum in albo, iterum scribebatur? Respon. forte elapsis triginta diebus delebatur, & iterum scribebatur. Et not. quòd in hoc albo erant specialia edicta: vt de his citationibus. quædam generalia: vt ea quæ dicuntur prætorum edicta: vt ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quis id. in princip. Accursius.
i *Præsenti lege permittimus.* No. delegato principis licere citare ꝙ edicta. & sic est contra. s. de exhib. §. si vero quidam. ibi, nil facere valente. Sol. hic corrigit in his delegatis. Alij dicunt ꝙ hoc secundũ illam distinguitur: vt hic lite contestata nõ antè licet. Ac.
k *Edictis.* in albo.
l *Initium.* No. minus litis fieri per contest. sic. C. de plus petit. l. & C. de iudi. l. aperti. simi. &. C. vbi de crimi. agi opor. l. j. & ciunt ad ea quæ dicit de iurisdi. omniũ iudi. l. & quia. in fi. l.
m *Libello.* hic dereg. l. C. de edẽ. l. edicta. necesse habet. per re in veteri, vt hic. potest mutare libellũ secundũ Azo. etiã lit. contest. sed per licebat vsque ad lit. testatam. Accur.
n *Pulsatus.* coram ordinario.
o *Per mandata.* scicet sine scriptis: vt per nuntium.
p *Competentem.* id eũ qui delegauit, eodo est delegatus à superiori ordinario, vel à iudicem causæ. Azo.
q *Sortiatur.* per definitiuam, quando ante sunt præsentes, si ellis contesta. aliàs fieret vt dixi. s. e. §. proxi. vt extinguas reus vel actor sit absens. Accur.
r *Aliud.* sic crucifixus est Christus, & alij &c. sic. s. vt defun. seu fu. prin. colla. v. nec enim hic aliud simile spacium præcesserat.
s *Vnius.* propter triplex spatiũ. xxx. dierũ, quod est ei datũ inter edictum & edictum.
t *Permanentis.* in presenti.
u *Et veritate.* vt habeat actor bonã causam, nihilo minus vocat redditis reo expensis: vt. C. de iudi. l. fancimus. &. l. properandum. §. sin aũt ex gestis. &. de iudi. §. oportet.
x *Proferre.* quando lis iam est contest. & cognitum de causa per probationes rei. alioquin ab obseruatione iudicij tantum absolueret reum secundum quosdam. Tu autem breuiter mirabilia hic no. quia introducuntur hic testes ante lit. contesta. si reus vult in se onus probationis suscipere. sic. ff. de proba. l. circa. Secundum, quia fertur definitiua sententia ante lit. contesta. sic enim dicit, & veritate subti. &c. & hoc secundum M. & Io. Bul. contra, & dicebat legitimam sententiam de missione in pos. & hoc quando reus probat, vt dictum est. aliàs ab obseruatione iudicij tantum absoluitur reus: vt. C. de iudi. l. properandum. §. j. Item tertium nouũ no. quòd ampliatur numerus dierum, cum olim. x. hodie. xxx. sint: vt dixi. s. §. proxi. Itẽ quartũ quia ante triennium finitur instantia: licet aliàs regulariter triennio duret ciuilis: vt dices. j. proxi. Quintum no. quòd contrahitur eremodicium etiam actore absente, vt posit definitiua dari, & hoc idem erat per. l. properandum. §. sin autem reus. secus videtur iure veteri: vt. ff. de iudi. l. & post edictum. & est ar. pro hoc. ff. de rc. iur. l. non debet. Item sextum no. quia cadit quis ad actione

Prosequi cogitur, qui semel voluit.

† *Facit ad hunc. §. ca. præterea. cũ glo. 1. extra de dilat. & ex hoc. §. sumitur auth. quæ est sup. l. consentaneũ. C. quomodo & quando iudex. & incipit: qui semel.*

† *vocatiõe, in scriptis.*

† *Facit ad hũc tex. gl. 2. post princi. ca. 1. extra de dila.*

BIU Cujas

actione sua propter p-crastinationes suas & delusiones huiusmodi: vt.j.proxi.

a *Actorem.* sic.C. de iud.l.sancimus.&.ſ. de iis qui ingre.ad app.§. quia igitur.ibi,expensis modis omnib⁹ &c.colla.v.

b *Prædictas.*id est iterum de nouo faciẽdas. & sic si bene cõputes, habes biennium & sex menses,secũdũ Io. Vel dic q⁹ loquitur de prędictis:& sic habes annũ tantum & tres menses. quicquid tamen dicas, derogatur.l.properandum.quæ statuit triennĩ.nam vel intra biẽnĩ & sex menses, vel intra annũ & tres menses finitur hoc iudiciũ. sic & aliàs finitur per annum:vt.ſ.de hære.& Fal.§.illud.col.j.secũdum Azo.

c *Actione.*nũquid ipso iure? Respõderi potest & allegari qđ dixi.ſ. de incest. nup.§.j. Et not. hic arg.contra variantes.sic.ff.de procur.l.in causæ.in prin. Sed argu. contra.ff. de col.bo.l. nonnũquam.

d *Deterior.*No. deteriorem esse conditionem pluries delinquẽtis.sic &.C. de ſr.ſu.l. quicunque. &.ff. de re mil.l.iij.§.ſi plures.&.ff. de pœ.l.ſi quis aliquid.

e *Legis autem.* vt.C. vt nemo inuitus agere vel ac.

f *Priuilegio.*id est priuilegiis.

VT NEQVE miles, neque fœderatus &c.

§ *CVm domini.Vtilitates.*aliàs necessitates.

h *Quibus.*ſ.militibus.

i *Militant.*C.locati.l. vltima.

k *Rebus.*ſ.vt incontinenti Barbarorum refrenetur audacia,& publicę res augeantur,vt supra dixit.

l *Eis.*ſ.priuatis.Ac.

m *Implentes.*ſ.milites.

n *Triginta dierum.*argu.cõtra.ſ.vt factę no. consti.§.vt autem.colla.v.Sol.vt ibi.

o *Obseruauerint.* id est obedierint.

p *Optiones.* simile.j.vt liceat matri & auiæ.§. quod autẽ.simile.C.de iur.fiſ.l.penul.simile.ff. de bonis damna.l. divus.§.cum quis.Ac.

q *Reuertãtur.*id est reuerti faciant.

Si verò intra prædictum anni spacium venerit,& suas intẽtiones exercere voluerit: iubemus iudicem modis omnibus expẽsas vel sumptus quos propter litẽ pulsatus permanens in iudicio sustinuerit,ante omnia exigere actorem, a & pulsato dare: & sic actorem permanere, donec causa finem secundum leges accipiat. Nam si tantũmodo venerit, & expẽsis siue sumptibus datis solũ annale tẽpus interrumpere voluerit,& iterum à iudicio recedẽs,vsque ad exitum causæ non permanserit:iubemus eum post prædictas b edictorum & annalis spacij obseruationes,ab omni cadere actione c quam sibi competere contra pulsatum existimabat. Deterior d namque † dolus eius agnoscitur,qui interruptã iterũ litem deseruit,quàm qui semel acceptam dereliquit. Legis autem e priuilegio, f quæ nolentibus non imponit necessitatem proprias actiones mouere: illis tantũmodo vti cõcedimus,qui nullam secundũ prędictos modos aduersario mouerint quæstionem.Hęc autem omnia obtinere decernimus in causis quę necdum vel iudiciali sententia, vel amicabili conuentione, vel alia iuri cognita decisione finitæ sunt, Theodote parens charissime, atque amantissime. Illustris itaque & magnifica auctoritas tua præsentem nostri numinis legem in perpetuo valituram,edictis in hac regia vrbe propositis, & præceptionibus in vniuersis prouinciis sub tua constitutis iurisdictione directis faciat manifestam: vt omnes ea quæ pro vtilitate eorum sancimus,à se custodienda cognoscãt.Datũ.iiij. Idus Septẽb. Constantinopo.imperij.D. Iustiniani PP.A. ann.xv. Basilio V.C.Cos.

TITVLVS IX.

Nouell.a.116. De militib.

VT NEQVE MILES, neque fœderatus obseruetur domui priuatæ,aut possessioni alicuius.

Nullus militem vel fœderatum in domo vel propria possessione retinere præsumat.contra faciens,sua dignitate expellitur:& eius bona publicantur:milites militia priuãtur,& etiam iudices negligentes decem libris auri puniuntur,& exilio tradũtur. Angelus.

Imperator Iustinian⁹ August. Theodoro Orientalium prætoriorum præfecto.

CVm domini Dei benevolentia ad custodiam nostrorum subiectorum militarium rerum incipit ordinatio. His enim prouidentia Dei dispositis,Barbarorum quidem incontinentia refrenatur,reipublicæ verò res augentur. Et quoniam aliqui propriæ salutis pro nihilo facientes rationem,milites & fœderatos, qui debent pro libertate reipublicæ cõtra inimicos certare,præsumũt subtrahere,& in priuatas suas occupare vtilitates: g præuidimus per præsentem legem nostram omnibus interdicere,vt nullum decætero præsumant militem in quocunque relatum numero,aut fœderatum subtrahere,& in sua domo aut in propriis habere possessionibus, pro quibus h nos multos sustinemus labores.exercentur enim & militant, i vt communibus vtiles sint rebus. k

Sint igitur omnes scientes,qui milites,† aut fœderatos aliquos in suis habent domibus aut possessionibus,aut qualitercunque obseruantes, & quasdam eis l proprias implentes m vtilitates:quòd nisi intra triginta dierum n dilationem, computandorum ab insinuatione per loca præsentis nostræ dispositionis, eos expulerint: substantiæ quidem habentium eos,aut retinentium,publicationi subiectę, fisco applicabuntur: ipsi verò & dignitatibus & militiis quas habent, expellentur:milites verò & fœderati qui eis post dilationem obseruauerint, o non solum militia spoliabuntur,sed etiam vltima sustinebunt supplicia: scientibus etiam vniuscuiusque prouinciæ iudicibus, quia si aliqui inueniantur in locis quæ sub his sunt exactoribus, aut conuictoribus,aut personis aliquibus,aut dominiis,aut possessionibus,aut quibuslibet propriis vtilitatibus permanentes, & non celeriter istos comprehenderint, & suppliciis subdiderint, & milites quidem ad numeros suos transmittant in quibus militant, fœderatos verò ad proprias optiones: p ipsi decem librarum auri pœnam exigentur, & insuper exilio tradentur, vtpote nostras iussiones præsumẽtes negligere. Nemo igitur neque diuino quodam typo de hoc forsan facto, neque præceptis iudicum vtatur,neque aliquis nostrorum iudicum huiusmodi aliquos typos aut præceptiones iudicum suscipiat,sed cum omni celeritate militantes quidem ad proprios numeros,fœderati verò ad suas optiones reuertantur, q & pro communibus certent rebus. nullo enim modo decætero cõcedimus nostros milites aut fœderatos in quibusdam omnino priuatis vtilitatibus occupari. Quæ igitur placuerunt nobis, & per præsentẽ manifestata sunt legem,tua eminentia præcognoscens, in hac quidem fœlicissima ciuitate edictis secundum morem propositis,in prouinciis verò præceptionibus destinatis,omnibus manifesta constituere festinet. Datum idibus Aprilis Constantinop.imperij domini Iustiniani perpetuò Augusti an.xv.Basilio viro clarissimo Consule.

† *Cõcor.cũ hoc text.23. q.1.p totam illã quæstionẽ,& maximè in.c. militare.*

TITVLVS X.

Nouell.114.eius tantùm argumentum refertur in Scrimgeriana editione.

VT DIVINAE IVSSIONES SVBSCRIptionem habeant glorioſissimi quæstoris.

Nulla diuina iussio per aliquẽ iudicem recipiatur, nisi sit sub velata subscriptione quæstoris denotantis inter quos, & ad quem iudicem,& per quam personam directa fuerit. contrà faciẽs,pœna.xx.librarum auri multatur. Ange.

Imperator Iustinianus Augustus Theodoro sacrorum prætoriorum præfecto.

VT DIVINAE iussiones subscrip. &c.

a *Nostræ. Corrigendum.* sic. j. vt fra. fi. col. ix. in prin. arg. cõtra. ſ. qui. mo. na. effic. ſui. §. rtibus. colla. vij

† *Cõcor. sup verbo, generali. i. c. bonæ memoriæ. extra de postula. ſpla. & in gl. i. in pœ. decre. circa fin. & dicit impator in cap. eccleſia vestra. in gl. ſup verbo, vigiliis. extra de elec. & in. c. cũ inſtatia. in gl. i. extra de cenſi.*

b *Nam præſenti.* incipit constitutio. Ac.

c *Iussionem.* id est priuilegium in quo aliquid iubet vel concedit in fauorem. in cõmiſsionibus causarum forte est aliud, vt obseruari in curiis videmus. Azo.

d *Iudici.* id est ad quẽcunque iudicem. Accursius.

e *Quæstoris.* qui tribus modis dicitur: vel à q̃rendo, de quo non loquitur hic, vt credo. vel qui legendis principalibus libris vacat, de quo forte hic loquitur. tertio qui præest capitalib⁹ causis ad ferendas vel legẽdas sentẽtias: de quo fortè hic loquitur: vt. ff. de offic. quæſto. l. j. §. fin. &. ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde cum ærarium. & §. quia diximus. Ac.

f *Contineatur.* ex hoc §. sumitur quod est. C. de diuer. reſcrip. l. fin. §. fin.

g *Quibus iubemus.* ſcilicet iudicibus.

IN MEDIO LItis non fieri, &c.

h *OMnia. Disponentes.* ſcilicet nos per dictas iusiones.

i *Pragmaticum typum.* id est chartulam quam ſcribebant quid faciẽdum ſit. Accursius.

k *Præſcriptionem.* aliàs deſcriptionem. Ac.

l *Diſpoſitionẽ.* quia nos volumus, quod noſtrę Il. volunt: vt supra de iudi. §. omnes autẽ. colla. vj. sic. ff. ad Turpillian. l. j. §. j. ibi, pœnæ vero per ſe &c. Et sic no. quòd non licet ſup plicare lite pendente: vt hic, &. C. vt lit. pen. l. j. &. ij. & facit. C. ſi contra ius vel vti. pu. l. fin. Accurſius.

Lite pẽdẽte ſupplicare non licet.

m *Negotium.* ſcilicet relatum. Accurſius.

n *Aliqua.* ſcilicet nobis imperatoribus.

o *Apud iudicem.* ita neque iudicanda ab aliis aliorum doctrina. Azo.

p *Iudicium.* id est ſententia.

q *Dictum.* id est inchoatum, aut antiquatum.

r *A nullo valeat.* vt. ff. à qui. ap. non licet. l. j. §. rñ. &. ff. de minor. j. reſpon. & de ubi. l. nã magiſtratus. & ad Trebel. l. ille. § ꝯpeſtiuum.

ſ *Declarationem.* vt. ſ. de iudi. §. fin. & C. de legi. & con. l. cum de nouo. &. ff. de iudi. l. §. j. Et not. quòd etiam principis ſentẽtia debet eſſe ſcripta, ſicut & ex iuſlibet alterius: vt. C. de ſen. ex breui. rec. fin. Accurſius.

t *Referendariorũ.* id est facta à referẽdariis ꝯ ſtitate principis. Ac.

u *Sanctione.* aliàs ſanctione. Accurſius.

NOſtræ ſerenitatis ſolicitudo remediis inuigilat ſubiectorum, nec ceſſamus inquirere ſi quid ſit in noſtra republica corrigendum. [a] ideo nãque † voluntarios labores appetimus, vt quietem aliis præparemus. Vnde ad vniuerſorum vtilitatem pertinere perſpeximus, ſi ſacras etiam iuſsiones cum competenti iubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro ſua voluntate profiteri. Nam præſenti [b] lege decernimus nullam diuinam iuſsionem [c] neque per viri magnifici quæſtoris adiutores, neque per aliam cuiuſlibet militiæ aut dignitatis aut officij perſonam, cuicunque iudici [d] confectam, à quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri quæſtoris [e] annotatio ſubiecta non fuerit, qua contineatur [f] & inter quos, & ad quem iudicem, vel per quam fuerit directa perſonam: quatenus omni posthac ambiguitate ſubmota, nulla cuilibet excuſationis relinquatur occaſio: ſcientibus iudicibus vel adminiſtratoribus vniuerſis, quòd ſi in quolibet negotio ſacram ſuſceperint iuſſionem, niſi cui quæſtoris viri magnificentiſsimi fuerit ſubiecta annotatio, multa viginti librarum auri, & officium eorum ſimili pœna plectetur: quibus [g] iubemus, ſiqua talis iuſsio ad eos peruenerit, mox ad prædictum virum magnificum quæſtorem referre, aut cum illo qui hæc ingerit, deſtinare: vt in eum vindicta procedat, quam in falſarios iura noſtra cõſtituerunt, Theodote parẽs chariſsime, atque amantiſsime. Quam legem perpetuò valiturã celſitudo tua ad vniuerſorum faciat peruenire notitiam.

TITVLVS XI.

Nouella 113.

IN MEDIO LITIS NON fieri ſacras formas, aut ſacras iuſsiones: ſed ſecundum antiquas leges generales lites decidi.

Iudex de cauſa cognoſcens, iudicare & procedere in ea debet ſecundum legem, non ſecundum ſacras formas & inſsiones lite pendente emanantes: & ſententia principis in ſcriptis lata, non poteſt ab aliquo retractari. Angelus.

Imperator Iuſtinian⁹ Auguſt⁹ Theodoto ſacrorum prætoriorum præfecto.

OMnia ſecundũ noſtras leges agi volentes, & harũ virtutem ſeruari ſtudẽtes, perſpexim⁹ præſentẽ ſcribere legem ad ipſarum legum obſeruationem. Agnouimus enim quoniã quidam iudicum volentes eis qui cauſas dicũt, tergiuerſari, & celare ſuas feſtinantes dilationes, excuſant ſe frequẽter, dicẽtes q̃ ſacræ formæ aut ſacræ iuſsiones aut diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum inſinuatæ eis ſunt, tanquã diſponentes [h] quemadmodũ oporteat negotiũ examinari aut iudicari. Et propterea ſancimus, vt dum lis examinatur, ſiue in pecuniariis, ſiue in criminalibus, aut aliis quibuſcunque emergẽtibus cauſis apud iudices, ſiue hic, ſiue in prouinciis, neque pragmaticũ typũ, [i] neque aliã præſcriptionem, [k] neque ſacrã noſtrã quãlibet ex ſcripto aut nõ ſcripto iuſsionẽ aut diſpoſitionẽ [l] in hac regia ciuitate ſpectabiliũ noſtrorum referendariorum, aut alterius cuiuſlibet, diſponentẽ ꝯ quomodo decet inchoatum examinare aut iudicare negotiũ: [m] inſinuare iudicãtibus, aut inſinuatã valere ſed ſecundũ generales noſtras leges cauſas examinari & decidi. Quod enim in legum poſitũ eſt poteſtate, non egebit aliqua [n] extrinſecus diſpoſitione. Si q̃ enim ad nos negotiũ, apud iudicem [o] iam dictũ, aut antequã hoc principiũ ſumat, perſpeximus nos hoc per proprium noſtrũ iudicium [p] diſponere & dicere hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim à nobis per ſacrũ (ſicuti dictum [q] eſt) iudicium diſpoſita aut deciſa, non egebunt aliorũ examinatione, aut iudicio, aut retractatione aliqua: ſic nos (quibus deus † ſanciendi poteſtatẽ donauit) ſi aliquod iudicium in quolibet negotio protulerimus, nõ alij iudici hoc cõmittimus, ſiue per formas, ſiue p diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorũ referẽdariorũ, aut alterius cuiuſlibet, quomodo conuenit hoc negotiũ examinari aut iudicari: vtpote quia à nobis ſemel iudicatũ eſt, quod retractari à nullo valeat: [r] his videlicet tenentibus quãdo ſcripta talis aliqua noſtra procedit ſentẽtia. Si verò aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege: nunciet ad noſtram poteſtatẽ, & à nobis expectet cauſa ſcriptã declarationem [ſ] aut interpretationem, & ſecundum eam decidat litem. Si verò dum cauſa dicitur: pragmatica noſtra forma aut diſpoſitio ſpectabilium noſtrorum referẽdariorũ, [t] aut alterius cuiuſlibet, aut aliud aliquid horũ quæ dicta ſunt omniũ, iudicantibus inſinuetur, ordinans in his examinationẽ, aut ſententiam: iubemus iudicẽ quidem omnino non reſpicere: † ſed his vacantibus, & nullam penitus habẽtibus virtutẽ, ſecundũ generales noſtras leges cauſam examinare, & legitimo fini contradere. Si autem hoc non cuſtodierit iudex, decem librarum auri eum ſubiacere pœnæ: vt etiam aliam noſtram maiorem indignationem expectatur: eidem pœnæ ſubiecto & eo qui præſumet talem aliquam dictare formam, & miniſtrantibus ei, & talem aliquam diſpoſitionem facientibus ſpectabilibus noſtris referendariis. Et hæc dicimus ſiue ex ſacra noſtra ſanctione [u]

iudicare

iudicare quispiã deputatus est, siue ex præcepto iudiciali, siue secundum arbitrium, aut cõpromissariorum schema quæstionẽ audit, siue scripto, siue sine literis. Sed vel si quis iudicũ ppriã despiciẽs salutem, ex aliquo tali præsumpserit sententiã proferre: hanc ita infirmam esse volumus, vt neq; appellatione indigeat, neque ex compromisso inferatur pœna. Nos enim omnes iudices secundum generales nostras leges examinationes & sententias ferre [a] volumus. Illud quoque indubitatum erit, quia neque iudicialis quælibet valebit iussio extra quod ordinatum est hac nostra lege. Super hoc [b] autem & illud iudices nosse opus est, quia competẽs est eos & quæ adhuc & nunc mouentur quæstiones, secũdum generales determinare leges, [c] vel si quispiam præcessit impetrãs sanctionẽ disponentem iudicantis examinationem, aut sentẽtiam. ei enim qui tale aliquid impetrauit iam, sententiámque definitinam nondũ promeruit, nihil ex iis quæ impetrauit, prodesse volumus. Si enim semel peruenit sententia definitiua data: nequaquã [d] hãc ex nostra hac pscrutari lege iubem': licet appellatio subsecuta sit, aut retractationis [e] est aliqua species contra sententiam. Eam autem [f] iussionẽ, quæ nõ disponit quidem iudicantem, aut iudicare futurũ, quomodo oporteat quæstionem fieri, aut iudicium inferri: causam verò [g] fini studiosè tradi legitimo [h] vult: aut actorum imponet editionem, aut iudicem coget legitimam proferre sentẽtiam, aut simul alium iudicem secundum nostras præstitutas leges & fieri, & valere, & scripto, & sine scriptura non prohibemus. Vt autem omnes nostri subiecti, & maximè qui litibus atteruntur, nostram pro se nouerint prouidentiam, & nullus hanc sacrã nostram circumueniat legẽ, neque ignorantiam in ea proponat: sancimus in vnoquoq; negotio initium apud iudicem accipere ex procemiis [i] mox, & ante ipsam personarum firmationem inscribi eam, & monumentorum fieri partem. sic enim gestis præfulgens prohibebit ea quæ præter eius virtutem tentantur circa eam, & circa ipsam forsan personarum firmationem: & præuaricari eã nitentibus per multa interminata refrenabit à talib' eos præsumptionibus, & propriis tempus non sinet fieri pœnis. Vt enim iniquitatem simul & iniustitiam per omnia expellamus: propterea præsentem posuimus legem, vndique eam, & per eam alias cautas & incircumueniendas custodientes reipublicæ leges, secundum quas [k] & nos ipsi imperium, quod deo dante suscepimus, custodire, nostramque rempublicam ab his legibus muniri semper optamus.

Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo seruare quidem studeat: omnibus autem palam faciat, proponens quidem eam in hac fœliciſsima ciuitate, præceptis autem solennibus vtens ad prouinciarum præsides: vt omnes homines sciant eam quam super eos habemus prouidentiam. D.x.K.Decemb.CP. Dn. Iusti. PP. Aug. anno.xv.Basilio. V.C.Cons.

TITVLVS XII.

Nouell.115. quæ vt in Græcis editionibus notatum reperitur, sex habet capitula.

VT CVM DE APPELlatione cognoscitur, secundum illas leges debeat iudicari, quæ tempore latæ sententiæ obtinebant: non secundum eas quæ postea [l] promulgatæ sunt: & de aliis capitulis. [m]

In causa appellationis debet ferri sententia secundum legem quæ vigebat tempore sententiæ primæ: non secundum eam quæ post latam sentẽtiam nouiter emanauerit, etiam si in lege nouiter emanata dictum fuerit quòd protrahatur ad præterita. Angelus.

Imperator Iustinianus Augu. Theodoto Orientalium sacrorum prætoriorum præfecto.

PRAEFATIO.

PEruenit ad scientiam nostræ serenitatis quòd cum inter Eustathium virum reuerendiſsimum Tholonę † ciuitatis episcopum, & Pistum diaconum ecclesię Telmissensis fuisset causa cõmota, processit à rectore prouinciæ definitiua sententia, cõtra quam appellatio est porrecta. Iudices igitur apud quos appellatio vẽtilabatur, dubitantes, ad nostram clementiam retulerunt, an secũdum leges quę obtinebãt quando processit definitiua sentẽtia, an secundũ tenorem illius legis quæ post definitiuam sententiam à nobis promulgata est, eandẽ causam examinare deberent. Nos itaque iustũ esse perspeximus, [n] secundũ leges quę obtinebant tẽpore latæ sententiæ, [o] prædictam appellationis causam examinari, & terminũ secundum ipsas accipere. Præuidimus autem & post hanc si quandocũque dubitatio talis emerserit, eam simili ordine terminare.

CAP. I. Vt causæ appellationum dirimantur ex iis legibus quæ tempore latæ sententiæ obtinebant.

IDEOQVE sancim', siquãdo de aliqua causa

---

a *Ferre.* id est facere.

b *Super hoc.* quid addit prædictis hic. §. cũ dicat super hoc? Respon. hic dicit de causis quæ pendebant tẽpore huius. l. quibus pẽdentibus similiter dicit supplicationem vel impetrationem nõ teneri. Et sic not. leges ad præterita trahi, & ad præsentia: quia hoc cauetur: vt. C. de leg. & cõ. l. leges & constitutiones.

c *Leges.* leges dico disponentes iudicantis examinationem, aut sententias. vel pro etiam, si quispiam præcesit impetrans sanctionem. etenim. &c.

d *Nequaquam hanc.* sententiam definitiuam.

e *Aut retractationis.* forte ratione minoris ætatis seu supplicationis. Al. adeo etiam, vt si post sententiam fiat lex noua, non valeat, vt infra titu. proxi. in princip.

f *Eam autem.* sic construc, & habebis sensum. eam autem iussionem, quæ disponit quidem iudicãtem, aut iudicare futurum quęstionem, quomodo oportet fieri: aut repete, quomodo oporteat iudicium inferri.

g *Causam vero.* vero, pro sed.

h *Legitimo.* quasi dicat, illa iussio non valet, quæ disponit quomodo iudicet: sed illa sic, quæ vult iudicium cito finiri. Et sic not. quòd quatuor casibus hic supplicat lite pendente. Primus, vt iudicium procedat. Secundus, vt acta edantur. Tertius, vt sententiam det iudex. quod est idem quasi primus modus. differt autem, quia in tertio non restabat nisi sententia: in prima & media causa facienda erat adhuc. Quartus, vt associetur iudex, aliàs non supplicatur lite pẽdẽte, vt hic, &. C. vt lite pen. l. ij.

i *Ex procemiis.* quæ sunt huiusmodi procemia? Respond. anni domini qui fiunt. Item scribunt quidam: Hic incipit causa talis. Itẽ libellus cũ partis subscriptione. Item citatio, & similia quæ quasi procemia sũt: & post hoc debet hęc lex scribi, vt sit pars monumentorum, siue actorum. Tertio scribitur confirmatio personarum, scilicet satisdationis iudicio sisti. sed videtur quòd statĩ post prædicta procemia debeat fieri personarum confirmatio: vt supra de exhi. §. sancimus. & §. illud vero. colla. v. Respon. illa secundum hanc intelligit. sed hęc hodie non scribitur, cũ satis certa sit.

k *Secundum quas.* No. imperatorem suscipere imperium, vt secundum leges iudicet. sic C. de leg. & con. l. digna. & not. supra eo. §. j. ibi, quod enim in legem &c.

VT CVM DE appellatione cognoscitur, secundum illas leges debeat iudic. &c.

l Postea. *& sic ad præterita referantur negotia: vt infra eo. l. respon. in fine. quod est mirabile. Azo.*

m Et de aliis capitulis. *scilicet quæ sunt quatuor. nam quinque principales partes habet hæc constitutio, licet multa incidenter aliàs dicat: vt dixi & sum prosecutus in summa huius titu.*

n *Peruenit ad. Perspeximus.* circa illam facti quæstionem.

o *Sententia.* hoc quãdo post sententiam.

† τλῶ *est in Græco. Tlos autem ciuitas Lyciæ numeratur à Plinio, vt & Telmissus. lib. 5. c. 27. Centius.*

a *Relationes.* hoc quando post relationem ante responsionem, quæ expectanda non est: vt hic, & infra vt iudi. non expe. sacras iussi. §. fina. colla. ix. & C. de ap. l. iubemus. §. fina. & supra de iudi. §. pe. col. vj.

Ex futuũ tempus respicit.

b *Referentem.* No. leges ad futura tantum tempora trahi: vt & supra de nup. in fi. colla. iiij. & supra de testi. & ea quę pa. §. hoc igitur. & infra de here. ab intesta. §. fina. colla. ix. & supra vt factæ no. consti. colla. v. sed cum dicat hic non trahi ad præterita, etiam si hoc dicatur: est contra. C. de vsur. l. penul. & C. de legi. & constitu. l. leges & cõstitutiones. & ff. de leg. & sena. l. nõ est nouũ. Solu. hoc speciale. vel dic, trahitur ad præterita, scilicet facta in quibus iudicium nõ est inchoatum: secus si sit inchoatum: vt hic.

c *Suis allegationibus renunciare.* valet hic renunciatio propter allegationes iuris, & ꝓpter instrumenta. sed propter testes forte neproducantur, non valet: vt supra de testi. §. quia vero multi. colla. vij. sed sola scientia testificatorum.

d *Allegationes.* quę & in iure, & in facto, & in probationibus accipi possunt: vt. ff. de ritu nupt. l. si quis tu. & C. si ex fal. alle. l. j. & ij. & C. de aduo. di. iudic. l. laudabile. §. quoties. Accursius.

† *Ex hoc §. sumpta est authen. quæ est sup l. iudices. C. de iudi. & incipit, iubemus vt quando.*

e *Proponat.* iudice interrogante an aliquid noui addere velit: vt C. de iudi. l. iudices. & hic sumitur authẽ. quę est ibi.

f *Dilatione.* prima, vel vltima.

g *Præbeatur.* imò videtur quòd semel tantum, vel ad plus bis: vt ff. de fer. l. vl. contra. So. hic non loquitur de dilatione quæ datur presenti & petenti, sed de quodam spacio quod datur absenti, vt alleget. & eodem modo opponi potest de eo quod est supra de litig. §. omnem. vbi tria edicta, & pro quolibet dies triginta dãtur. Vel dic speciale hic, quando per allegationes petitur: vt arg. ff. quibus ex causis. l. ait prætor. §. finali. & l. j.

h *Præterire.* aliàs præteritæ. præteritio ad lineam fœmineam, exhæredatio ad masculinã. sic institu. de exhæred. li. §. mater. & quod subiicit, nec si per quanlibet donationem &c. not. quòd oportet iure instit. aliquid filio relinqui, nec sufficit iure legati. & sic corriguntur hic iura antiqua. ff. de inofficioso testamento. l. Papinianus. §. si quis mortis. contra. institu. de inofficioso testamento. §. penultimo. contra supra de mona. §. si vero filios. contra. & supra de trien. & se. §. j. contra. & si qua sunt similia, quibus dicitur quòd sufficit quoquo relicti titulo relinquere. sic ergo in minimo facta institurio excludit querelam: vt infra eodem. §. cæterum. & agitur ad supplementum: vt C. de inoffi. testa. l. omnimodo. & l. fcimus. & de rei vxo. act. §. vi. deamus. Vel dic quod prædicta iura loquuntur quando non faciebat testamentũ, sed codicillos, hic quando solenniter testabatur. de iure institu. sibi aliis debet relinquere. Tertij dicunt hanc telligi secundum illa & legunt sic istam. nec, pro dic si, id est quãuis quãlibet dona. vel gati, vel fideicommi si, vel alio quocunq modo dedit portionem: & non licet, exhæredare dico, nisi forsan Prima verior vt corrigantur.

i *Nominatim.* hic bat secũdum M. hodie querela cessi nisi inter fratres bus personis institue vt institu. de inoffi. ti sta §. j. hoc modo ter tenetur causam primere, vt hic & res probare: vt C. inoffi. testa. l. omnimodo. syllogiza ergo aut pater fecit tes mẽtum, aut non succedit filius ab stato: vt infra de ab intesta. §. j. & querela. si vero aut iseruit causam non. si non: ipso non valet, vt hic. si rò inseruit, aut ea bat hæres, & tunc pellitur filius, & nihil habet: vt supra de men. do. in fine. & cessat querela. aut probat: & tunc mentum pro non lido est, & ab intes succedet: vt infra. igitur. & sic cessemper querela. quare. M. non posuit authen. in. C. de inofficio. testa. & institu eo. dicẽtem: hodie cessat querela &c. & omnes rituli de inofficio. testa. sunt correcti. Sed dic prædicta vera, nisi in vltimo casu. nam si inseruit causam, & hæres nõ probat: tunc quo iure admittitur filius, nisi per querelam? & sic cessant prædicta. Item no. quòd Pla. dicit hanc authen. superfluam per. l. institutio. de exhære. lib. §. nostra. sed est falsum: quia ibi non dicit de causa inferenda: sed hic dicit. Accursius.

processerit definitiua sententia, & prouocatio fuerit subsecuta: appellationis examinatores secũdum leges quæ tempore definitiuæ sententiæ obtinebant, terminũ dare negotio: hoc eodem videlicet obseruãdo & in retractandis amplissimæ prætorianæ sententiis, & in suggestionibus iudicum, quãdo vtræque partes omnibus allegationibus B suis renunciauerint, & iudices per suas relatiões, [a] quid disponi debeat, interrogauerint. In omnibus enim prædictis casib' illas leges à cognitoribus seruari decernimus, quæ tẽpore sententiæ, aut certè relationis obtinebunt: tametsi contigerit postea legem promulgari noui aliquid disponentem, & tenorem suum ad præterita quoque negotia referentem. [b]

CAP. II. De his qui post renunciationem aduersariorum se allegationes habere dicunt.

Postquam vna pars renunciauerit allegationibus: alia cogi debet intra. xxx. dies C *proponere quicquid velit. & si hoc non fecerit, ad omnem eius malitiam superãdam duo menses dari debent: quibus elapsis iudex debet ferre sententiam legibus consonantem. Ange.*

SED & hoc † præsenti addimus sanctioni. Quia inter litigatores aliquando contingit vnam quidem partem suis allegationibus renunciare, [c] aliam verò scientem se malas causas habere, post cognitionalia certamina, & dilationes quas probationũ causa leges concedunt, nolle confiteri allegationes [d] sibi sufficere, ne cito causæ qualitas agnoscatur: iubemus, vt quã- D do vna pars allegationibus renunciauerit, alia verò pars dixerit se habere aliquid quod ꝓponat: [e] iudex negotij modis omnibus eam partem quæ vtitur dilatione, [f] compellat intra triginta dies postquam altera pars renunciauerit, quicquid velit sine aliqua intermissione proponere. quod si non fecerit, tunc ad eius malitiam conuincendam † alius vnus mensis indulgeatur à iudice. Si verò & sic distulerit, alterius vnius mẽsis ei dilatio præbeat: [g] ita vt si vsque ad prædictos tres mẽses quos litigatoribus protrahentibus concessimus, suas nõ proposuerit allegationes: tunc cognitor causæ non amplius expectans, modis omnibus proferat sententiam legibus consonantem: vel si voluerit, referat: ne litigatoribus malè certantibus liceat causarum exitum vltra protrahere.

CAP. III. Quæ sunt iustæ exhæredationis liberorum causæ.

Parenti non licet liberos præterire, vel exhæredare, etiam si legitimam eis reliquerit portionem, nisi iure institutionis eis reliquerit: vel nisi ingrati probentur expresse ingratitudine in testamento apparente: quæ causæ ingratitudinis hic per ordinem enumerantur. Bartolus.

ALIVD quoque † capitulum præsenti legi addẽdum esse perspeximus. Sancimus igitur non licere penitus patri vel matri, auo vel auiæ, proauo vel proauię suum filium vel filiam, vel cæteros liberos præterire, [h] aut exhæredes in suo facere testamento, nec si per quamlibet donationem, vel legatũ, vel fideicommissum, vel alium quẽcunque modum eis dederit legibus debitam portionem: nisi forsan probabuntur ingrati: & ipsas nominatim [i] ingratitudinis causas parentes suo inseruerint testamento. Sed quia causas ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diuersis legibus dispersas, & non apertè declaratas inuenimus: quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem visæ sunt: aliquæ verò cum essent dignæ, prętermissæ sunt: ideo necessariũ esse perspeximus eas nominatim præsenti lege cõprehẽdere: vt præter ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in huius constitutionis serie cõtinentur. Causas † autem iustas ingratitudinis

has esse decernimus: [a] Si quis parentibus suis manus intulerit: [b] si grauem [c] & inhonestam iniuriam eis ingesserit: si eos in criminalibus [d] causis accusauerit, quæ non sunt adnersus principem, siue rempublicam. si cũ maleficis [e] hominibus vt maleficus versatur: vel vitæ [f] parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentauerit. si nouercæ suæ, [g] aut concubinæ patris, filius† sese immiscuerit. si delator [h] contra parentes filius extiterit, & per suam delationem grauia eos dispendia fecerit sustinere. si quemlibet [i] de prædictis parentibus inclusum esse contigerit, & liberi qui possunt ab intestato ad eius succesionem venire, [k] petiti ab eo vel vnus ex his in sua eum noluerit fideiusione suscipere, vel pro persona, vel pro debito, in quantum esse qui petitur probatur idoneus. hoc tamẽ quod de fideiusione censuimus, ad masculos tantummodo liberos volumus pertinere. Si conuictus [l] fuerit aliquis liberorum ex eo quia prohibuerit parentes suos condere testamentum: vt si quidem postea facere potuerint testamentum, sit eis pro tali causa filium exhæredandi licẽtia. [m] Si autem in ipsa prohibitione, sine testamento aliquis ex parentibus decesserit, & alij siue qui ab intestato ad hæreditatem defuncti, aut cum ipso filio [n] qui testamẽtum fieri prohibuit, aut post illum vocantur, siue illi quos hæredes, aut legatarios habere volebat, vel qui læsionẽ aliquã ex prohibitione testamenti sustinuerũt, hoc ipsum approbauerint: secũdum alias leges [o] super hoc positas talia negotia terminentur. Si præter voluntatem [p] parentum inter arenarios vel mimos sese filius sociauerit, & in hac professione permãserit: nisi forsitan etiam parentes eiusdem professionis [q] fuerint. Si alicui [r] ex prædictis parentibus volenti suæ filiæ vel nepti maritum dare, & dotem secundum vires substãtiæ suæ pro ea præstare, illa non consenserit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Si verò † vsque ad viginti quinque [s] annorum ætatẽ peruenerit filia, & parentes distulerint eam marito copulare, & forsitan ex hoc contigerit in suum corpus eam peccare, aut sine consensu parentum marito se, libero tamen, coniungere: hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari: quia nõ sua culpa, sed parentum id commississe cognoscitur.

Filii furiosi si curam eius neglexerint, à patre sanæ mentis effecto exhæredari possunt. extraneus vero qui denuntiatione in scriptis facta filiis mandauit quòd curam de patre habeant furioso, & eis negligentibus, curam & diligentiam furioso exhibuit: ad successionem eius admittitur: testamento quo ad successionem euacuato: quo ad alia cuncta capitula in sua firmitate manente. Bartolus.

SI quis † de prædictis [t] parentibus furiosus fuerit, & eius liberi, vel quidam ex his, aut liberis ei non existentibus, alij eius cognati, qui ab intestato ad eius hæreditatem vocantur, obsequium ei & curam competentem non præbuerint: si quidem à tali sanatus fuerit infirmitate, erit ei potestas vtrum velit negligentem filium vel filios, aut cognatos, ingratum vel ingratos in suo scribere testamento. [u] Si autem aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit à suis neglectum liberis, vel cognatis, aut aliis ab eo scriptis [x] hæredibus, & pro misericordia voluerit eum procurare: damus ei licentiam attestationem eis qui ab intestato, vel ex testamento iam facto ad furiosi hæreditatem vocantur, scriptis dirigere, vt eum procurare festinent. Si autem post huiusmodi attestationem neglexerint, & extraneus in suam domum furiosum susceptum sumptibus propriis vsque ad finem vitæ ipsius procurasse mõstratus fuerit: eũ qui obsequium ac diligentiam furioso exhibuit, licet extraneus sit, ad eius succesionem peruenire decernimus, euacuata institutione eorum, vtpote indignorum, qui furioso (sicut diximus) curam præbere neglexerint: [y] ita tamen, vt cætera testamenti capitula in sua maneãt firmitate.

Successio testatoris qui à suis redimi negligitur, applicatur ecclesiæ, expendenda pro redemptione captiuorum. parcitur tamen minori vigintiquinque annis: cui etiã permissum est res captiui pro eius redẽptione vendere: qui cogitur habere ratum. Bar.

SI vnum de prædictis [z] parentibus in captiuitate detineri cõtigerit, & eius liberi, siue omnes, siue vnus non festinauerint eum redimere: si quidem valuerit

---

a *Has esse decernimus.* & sunt. xiiij. vt sequitur vsque ad. §. illũ, generalem autem &c. econtra quibus pater à filio exhæredatur, sunt septem: vt infra eod. §. & si quidé. vsque ad. §. si talis. at ille quib⁹ frater exhæredat fratrem, etiã turpi persona instituta, sunt tres: vt supra de nup. colla. quarta. §. ingratitudinẽ. sed si non turpi, tunc semper cessat querela: vt C. de inoffic. testa. l. fratres. & instit. de inoffic. testa. §. j.

b *Intulerit.* hæc est prima.

c *Si grauem.* hæc est secunda.

d *In criminalibus.* hæc est tertia. Accur.

e *Si cum maleficis.* hęc est quarta. Accur.

f *Vel vitæ.* hæc est quinta. Accur.

g *Si nouercæ suæ.* hæc est sexta.

h *Si delator.* hæc est septima.

i *Si quemlibet.* hæc est octaua. Accur.

k *Venire.* nã fœminæ impediuntur fideiubere per Velleianũ: vt. ff. ad Velleia. l. j. & ij.

l *Si conuictus.* hæc nona. Accursius.

m *Licentia.* sic & ecõtra: vt infra eod. §. & quod de ea.

n *Filio.* quia sunt fratres eius qui non prohibuerunt. Accur.

o *Leges.* quæ dicunt vt prohibenti actiones omnes debeant denegari: & fisco sua portio deferatur: vt. ff. si quis ali. testa. pro. l. j. in princ. &. C. si quis ali. testa. pro. l. ij. aliis vero quib⁹ aliquid sit relictum, non nocet quo minus percipiant, siue singulariter: vt. ff. si quis ali. test. prohi. l. j. §. sed si legatum, siue vniuersaliter: vt. ff. ad Trebellia. l. iij. §. fi. &. ff. si quis ali. test. pro. l. ij. §. fina. nam vnius factum alij non nocet, etiam fratri: vt. ff. si quis ali. test. pro. l. si quis dolo. §. j. hodie autẽ quod plus est, in duplum tenetur qui prohibuit: vt. j. vt nul. iudi. §. & hoc pertinet. Et sic no. teneri impediẽtem. & ad hoc facit. ff. de eo per quem fit. erit. l. ex hoc. & de condic. cau. da. l. iij. §. fi. in fin. & de lega. ij. l. Lucius. §. Sempronia.

p *Prater voluntatem.* hæc decima est causa.

q *Professionis.* nam nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego, & nil dolosus doloso: vt. ff. de dolo. l. si duo. &. C. de hæret. l. quoniã. &. C. de inoffi. testa. l. in arenam. Accursius.

r *Si alicui.* hęc est vndecima. & facit. C. de inoffi. testa. l. filiam.

s *Vsque ad viginti quinque.* ergo ecõtra si fuerit minor, & peccat in suum corpus: iusta est exhæredationis causa: vel etiam maior, si copulet se seruo. arg. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. j. ibi, huius rei † *Facit ad hunc. §. glo. in ca. inter* &c. &. j. proxi. §. ibi, libero &c. Accur.

t *Si quis de prædictis. dilectos. sup* hæc est. xij. hæc eadem *verbo, ac-* seruantur in filiis: vt. j. *cessorii. in* eo. §. siue igitur. ibi, si *fi. extra de* liberis, vel vno, &c. *fide instru.*

u *Testamento.* nam post eum instituere & *quæ glo. in* exhæredare, & propter *suo fi. facit* hoc. §. iste hic ponitur. *mentionem* si autem nil dixerit de *istius. §.* eo: hoc dices. j. eo. in fi. huius. §.

x *Scriptis.* Not. attestationẽ in scriptis dirigẽdam: vt. j. de tẽpo. non so. pec. §. contestationes. coll. vij. Itẽ no. de vi & auctoritate denuntiationis: vt hic, & infra proxi. §. &. C. de rei vin. l. si fundum. Itẽ not. quòd delicto hæredis, licet nec ciuitatem nec libertatem amiserit, amittitur hæreditas: vt infra proxi. §. Item no. quòd aufertur ab indigno, & non applicatur fisco, sed benefactori. Item not. q⁹ ex benefacto extrane⁹ fit hæres. Itẽ no. quòd legata valent, licet testamentum non valeat. quod plenius dices infra proxi. §. *Attestationes in scriptis fieri debent.* *Testamento infirmo valent tamen legata.*

y *Neglexerint.* quid si non faciat testamentum, nec aliquis extraneus eum procurauerit? Respon. filij vel agnati sunt hæredes: sed potest eis auferri hæreditas: vt. ff. de iis qui. vt indig. l. iij. Vel dic in hoc casu, sicut in sequẽti, quòd eis denegetur hæreditas ex suo delicto: vt in prox. §. Accursius.

z *Si vnum de prædictis.* hæc est tertiadecima.

calamitatē captiuitatis euadere, in eius sit potestate, vtrum hāc causam ingratitudinis testamēto suo velit adscribere. [a] Si autem per liberorum negligentiam vel contemptum non fuerit liberatus, & in captiuitate decesserit, illos ad successionem eius venire non patimur: † quia non festinauerunt eius redemptionem citius procurare. sed omnibus liberis in hoc negligētibus, res vniuersas ab eodem relictas, ecclesiæ ciuitatis ex qua oritur, applicari, inuentario scilicet sub publica attestatione celebrando: ne quid ex eius facultatibus pereat: ita vt quicquid exinde ad ecclesiam peruenerit, captiuorū redemptioni proficiat. [b] Sed hæc quidem quantum ad personas dicta sunt, quas exhæredare nō licet, nisi ingratitudinis causas vbique approbari contigerit. Occasionem autem nobis ad generalem legem promulgandam hæc præsens causa noscitur obtulisse. Sed vniuersaliter iubemus, vt si ille qui in captiuitate detentus fuerit, liberos nōn habuerit, & aliis qui ad eius hæreditatem vocati sunt, eum redimere non festinantibus, in captiuitate defunctus fuerit: nullus ex iis qui neglexerit, [c] ad hęreditatem eius perueniat, licet ante captiuitatem testamentum forsitan ab eo fuisset conscriptum, in quo memoratas personas scripsit hæredes: sed hac quoq; institutione hæredum infirmata, & cæteris testamenti capitulis in suo robore permanētibus, substantiæ talium personarum simili modo ecclesiis ciuitatum ex quibus orti sunt, applicentur, & nullis aliis causis, quàm in captiuorum redemptionibus expendantur: vt vnde illi à suis non sunt redempti, aliorum redemptio procuretur, & ipsorū quoque animæ ex hac causa piissima subleuentur. Hoc eodem obseruando & si aliam extraneam personam ante captiuitatem scripsit hæredem, & illa sciens se ab eo hæredem scriptam, eum redimere à captiuitate neglexerit. Hāc autem pœnam contra illos valere iubemus, qui octauum & decimum suæ ætatis annum compleuerint. In huiusmodi verò causis quando pro captiuorum redēptione necessarium fuerit dare pecunias: si quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, si memoratę sit ętatis, mutuandi pecunias, & res mobiles vel immobiles supponendi, [d] siue propriæ ipsius sint, siue illius qui in captiuitate detinetur: quoniam in prædictis omnibus quæ pro captiuorum redemptione data vel expensa probabuntur, contractus huiusmodi tanquam à personā suæ potestatis & legitimæ ætatis factos, ita firmos esse decernimus: nullo eis qui cum huiusmodi personis in memoratis causis quo prædictum est modo contraxerint, præiudicio generando: necessitatem scilicet habente eo qui ex captiuitate redierit, tales contractus ratos habere, & eis [e] tanquam suis debitis [f] obligari.

Catholico non succedunt filii nec propinqui hæretici: sed ecclesia succedit si clericus sit, & laico fiscus.

SI quis [g] † de prædictis parētibus orthodoxus cōstitutus senserit suum filium vel liberos non esse catholicæ fidei, nec in sacrosancta ecclesia communicare, in qua omnes beatissimi patriarchæ vna conspiratione [h] & concordia fidem rectissimam prædicant, & sanctas quatuor synodos, Nicænam, Constantinopolitanā, Ephesinam primam, & Calchedonensem amplecti seu recitare noscuntur: licentiam habeant pro hac maximè causa ingratos [i] eos & exhæredes in suo scribere testamēnto. Et hæc quidem pro ingratitudinis causa decernimus. Generalem autem † prouidentiam liberis catholicis deferentes, iubemus saluis legibus quæ iam de aliis hæreticis sunt prolatæ, & circa Nestorianos & Acephalos, hæc obseruari, vt siquando parentes inuenti fuerint siue Iudaico Nestorij furori dediti, siue Acephalorum amplectentes insaniam, & ideo ab ecclesiæ catholicæ communione separati: non liceat eis alios hæredes sibi instituere nisi liberos orthodoxos, & ecclesiæ catholicæ communicantes: vel liberis non existentibus, agnatos vel cognatos, qui scilicet catholici sint. Quòd si fortè ex filiis alij quidem sunt orthodoxi, & ecclesiæ catholicæ communicātes, alij verò ab ea separati: omnem parentum substantiam ad filios tantū catholicos peruenire sancimus: licet vltimas voluntates huiusmodi personæ fecerint cōtra tenoré huius nostrę cōstitutionis aliquid disponētes. Si verò post hac fratres ab ecclesia separati, ad eam conuersi fuerint: pars eis competens, in statu in quo inuenta fuerit tempore quo redditur, eis prębeatur, vt nullam de fructibus aut gubernatione medij temporis inquietudinem vel molestiam catholici patiantur qui antè prædictas res detinebant [k]: quoniā huiusmodi rerum quas ex fratrum parte non cōmunicantium catholici possidebant, sicut alienationem vetamus, [l] ita præteritorum temporum fructus aut gubernatione nullatenus ab his à quibus detenti sunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem vsque ad finem vitæ suæ in eodem errore non communicantes permanserint: tunc catholicos fratres, vel hæredes ipsorum, plenissimo iure dominij easdem res possidere decernimus. [m] quòd si filij quidem omnes peruersi, & ab ecclesię catholicæ cōmunione alieni inuēti fuerint, alij autē propinqui agnati vel cognati religionē catholicā colentes, & cōmunicatores esse fuerint approbati,

a *Adscribere.* quasi dicat, si vellet eū nihilominus instituere, posset: & sic non compellitur. Accursius.

b *Proficiat.* & sic fit inuentarium, quando captiui directè instituuntur: vt. C. de episc. & cle. l. nulli. Accur.

† *Facit ad hoc. C. de sac. ſan. eccle. l ſancimus. & ca. præcipim⁹. 12. q. 1. circa prin.*

c *Neglexerit.* sic & si eum ægrum non curauit: vt. ff. de his qui. vt indig. l. iij.

d *Supponendi.* not. minorem. xxv. annis posse alienare, & obligare: quod est speciale. aliàs contra. C. de his qui ve. æta. l. pe. & facit. ff. de reb. eo. l. si pupillorum. §. fi. Accur.

e *Et eis.* scilicet cōtractibus. Al.

f *Debitis.* ex hac auth. v. notantur mirabilia. Primum est, licet testamentum non valeat, legata tamen valent: quod est contra regulam. C. de fideicommiss. l. eam quam. Secundum est: quod aufertur ab indigno, non applicatur fisco. aliàs contra videtur. ff. de his quibus vt indig. l. Claudius. &. l. mulierem. & de leg. iij. l. si deportati. &. C. de his qui. vt indig. l. hæreditas. Tertium, quòd non dominus rē captiui alienat sua auctoritate. Quartum, quia minor. xiiij. annis nō patitur huius. l. pœnam, cum aliàs etiam impuberes & capaces doli non iuuantur: vt. ff. de regu. iur. l. pupillum. & instit. de obli. quæ ex deli. nasc. §. fin. Quintum, quia minores in alienatione tali non restituuntur. aliàs contra: vt. C. de in integ. restitu. mi. l. iij. &. iiij.

g *Si quis.* Hæc est quartadecima & vltima.

Conſpiratio quandoq; in bonā partem ſonat.

h *Cōſpiratione.* not. cō spiratio in bona parte.

i *Ingratos.* neque ab intestato succedunt: vt infra proximo. §. & infra de hæred. quæ ab intesta. §. finali. coll. ix. Accursius.

k *Prædictas res detinebāt.* & hoc in odium hæreticorum fratrum. sic & aliàs in fauorem cessat redditio rationum: vt. C. de episco. & cle. l. orphanotrophos. & infra de eccle. titu. §. pe.

l *Vetamus.* sic. ff. de iure do. l. si is. &. l. fina.

m *Decernimus.* sed nōquid filij loco patris sui, si. sunt orthodoxi, vocabuntur? Respon. sic: vt instit. de hæred. quæ ab intesta. §. cum filius.

probati: eos liberis hæreticis anteponi, & eorum hæreditati succedere. Si verò liberi & propinqui agnati vel cognati ab orthodoxæ religionis communione sunt extranei: tunc si quidem schema clericorum parẽtes eorum habuerint: [a] ad eccle siam ciuitatis vbi domicilium habebant, [b] res eorum volumus pertinere: ita, vt si eccleſiaſtici intra annale [c] ſpacium † huiuſmodi perſonarũ vindicare res neglexerint, earum dominium noſtri fiſci iuribus vindicetur. Si autem laici ſunt, [d] ſine aliqua diſtinctione ſubſtantias eorum ad res priuatas noſtras ſimiliter peruenire ſancimus. Quæ obtinere decernimus etiam ſi teſtamẽto nõ facto tales perſonę deceſſerint: Omnibus q̃ contra cæteros hęreticos ĩ aliis cõſtitutionib⁹ diſpoſita ſunt, & cõtra Neſtorianos & Acephalos, & alios omnes qui catholicæ eccleſiæ in qua prædictæ quatuor ſynodi & patriarchæ recitantur, nõ communicant, & ſucceſsiones eorum, ſimiliter obſeruandis. Si enim [e] pro cauſis corporalibus cogitamus: quanto magis pro animarum ſalute prouidentia eſt noſtræ ſolicitudinis adhibenda?

Teſtamenta parentum vel liberorum, liberis vel parentibus exhæredatis vel prætæritis, legitima cauſa inſerta & probata, valent. cauſa non inſerta, vel inſerta & non probata, nullum liberis vel parentibus exhæredatis vel prætæritis præiudicium generat teſtamento vacuato, & ab inteſtato eis ſucceſſione delata: in aliis capitulis teſtamento firmitatem obtinente. Item cauſæ ex quibus aſcendentes à deſcendentibus exhæredari poſſunt, hic ſpecialiter enumerantur. Bartolus.

SIVE igitur omnes memoratas ingratitudinis cauſas, ſiue certas ex his, ſiue vnam [f] quamlibet parentes in teſtamẽto ſuo inſeruerint, & ſcripti hæredes nominatam vel nominatas cauſas, vel vnam ex his veram eſſe mõſtrauerint: [g] teſtamẽtum ſuã habere [h] firmitatẽ decernimus. Si autem hæc obſeruata nõ fuerint, nullum [i] exhæredatis liberis præiudicium generari: ſed quantum ad inſtitutionem hæredum pertinet, teſtamẽto euacuato, ad parẽtum hæreditatem liberos tãquam ab inteſtato ex æqua parte peruenire, ne liberi falſis accuſationibus cõdemnẽtur, vel aliquam circunſcriptionem in parẽtum ſubſtantiis patiãtur. Si vero cõtigerit in quibuſdam talibus teſtamẽtis quędam legata vel fideicommiſſa, aut libertates, aut tutorum donationes relinqui, vel quælibet alia capitula cõceſſa legibus nominari: ea omnia iubemus adimpleri, & dari illis quibus fuerint derelicta: & tanquam in hoc nõ reſciſſum obtineat teſtamẽtũ. [k] Et hæc quidem de parẽtum ordinauimus teſtamentis. [l]

CAP. IIII. Quæ ſint iuſtæ cauſæ parentum exhæredationis.

IVSTVM autem perſpeximus & ecõtrario de liberorum teſtamẽtis hæc eadem cum aliqua diſtinctione diſponere. Sãcimus itaque non licere liberis parẽtes ſuos præterire, aut quolibet modo à rebus propriis, in quibus habent teſtandi licentiam, eos [m] omnino alienare: [n] niſi cauſas quas enumerauimus, in ſuis teſtamentis ſpecialiter nominauerint. Has autẽ eſſe decernimus, ſi parẽtes ad interitũ vitæ liberos ſuos tradiderint: [o] citra cauſam tamen quę ad maieſtatem pertinere cognoſcitur. Si venenis aut maleficiis, aut alio modo parẽtes filiorum vitæ inſidiati probabuntur. Si pater nurui ſuæ, [p] aut concubinæ filij ſui ſeſe immiſcuerit. Si parentes filios ſuos teſtamentum condere prohibuerint in rebus in quibus habent teſtandi licentiam: omnibus videlicet in huiuſmodi teſtamentorum prohibitione ſeruandis, quæ in parentum perſona diſtinximus. [q] Si contigerit autem virum vxori ſuæ ad interitum, aut alienationem mentis dare venenum, aut vxorem marito, vel alio modo alterũ vitæ alterius inſidiari: tale quidẽ, vtpote publicũ crimen cõſtitutũ, ſecundũ leges examinari, & vindictã legitimã promereri decernimus: [r] liberis autẽ eſſe licentiã, nihil in ſuis teſtamẽtis de facultatibus ſuis illi perſonæ relĩquere, [s] quę tale ſcelus noſcitur cõmiſiſſe. Si liberis, vel vno ex his in furore cõſtituto, parẽtes eos curare neglexerint: omnia & hic obſeruari præcipimus, quæ de parẽtib⁹ furioſis ſuperius diſpoſuimus. [t] His caſibus etiã cladẽ captiuitatis adiungimus: in qua ſi liberos detineri, & per parentũ cõ temptum vel negligentiã non redemptos, ab hac luce trãſire cõtigerit, nullatenus eorũ parẽtes ad facultates peruenĩãt liberorum, de quibus filij teſtari potuerãt: ſed omnia in hoc quoque capitulo ſeruentur, quæ & de parẽtibus vel cognatis atq; agnatis qui ab inteſtato ad talium perſonarum iura vocantur, aut de extraneis ſcriptis hæredibus ſupra cenſuimus. [u] Si quis de prędictis liberis orthodoxus cõſtitutus ſenſerit ſuum parentẽ vel parentes non eſſe catholicæ fidei: hæc & in eorũ perſona tenere, quæ ſupra de parentibus iuſſimus. [x] Si tales igitur cauſas, vel certas, aut vnã ex his liberi ſuis teſtamentis inſcripſerint, & ſcripti ab eiſdẽ hæredes, aut omnes, aut certas, aut vnã ex his ꝓbauerint: teſtamentũ in ſua firmitate [y] manere præcipimus.

Si

a *Habuerint*. id eſt ſi clerici ſunt parentes.
b *Habebant*. iſti mortui. Accurſius.
c *Intra annale*. Nota ergo quòd præſcriptio quæ aliàs eſt. xxx. an. vt in hæreditatis petitione: vt. C. de hære. pe. l. hæreditatis. erit hoc ca ſi eccleſiæ annalis: ſic & aliàs, prout. j. de ſan. epiſ. §. antepe. colla. ix. & ſunt hæc ſpecialia. aliàs cõtra. j. de eccle. tiũ. §. pro temporalibus. & poteſt hæc eſſe ratio qualiſqualis: quia eſt in acquirendis: vt argu. C. de acquir. poſſ. lĩn.
d *Laici ſunt*. ſ. parentes qui habent filios & agnatos hæreticos.
e *Si enim*. no. animam corpori præferendam, & aliis rebus. ſic &. C. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus. in fi.
f *Sive vnam*. Not. ſufficere vnã de pluribus cauſis: vt hic, & j. eo. §. fi tales. & C. de reuo. do. l. fin. Sed arg. contra. ff. de tranſact. l. cum hi. §. ſi prætor. ſed ibi fuerat à iure expreſſũ. Accurſius.
g *Monſtrauerint*. per Conſtantinũ probant filij ſe gratos. C. de inoffi. teſta. l. liberi. quæ eſt contra. Sed per Iuſtinianũ corrigitur: & probãt hęredes: vt hic, & C. de inoffi. teſta. l. omnimodo. Et ſic not. quòd propter præſumptionem etiam poſſidens probat: vt hic facit inſtitutus hæres: vt C. de proba. l. ſiue poſſidetis.
h *Habere*. & ſic etiam filius alimenta non habebit, imò nihil: vt hic, & C. de ſecun. nupt. l. finali. in princip. & ſupra de hęred. & Falc. §. exhęredatos. colla. prima. & ſupra de immen. do. in fin. collatio. ſeptima.
i *Nullum*. ipſo iure ſecundum M. & Azo. ſed ſecundum Io. & alios dic per ſententiam, & ſic aget querela. & ſecundũ hoc dices, euacuatio, id eſt euacuando per querelam. & ſic tempus pro tempore: vt ff. de le. iij. l. etiã. & C. de inſa. l. ſi Poſidoniũ. ſed primi proprie ponũt, ſcilicet ipſo iure. & hoc plene dixi. ĩ eo. § aliud. Accurſius.
k *Teſtamentum*. Nota ſcripturã pro parte teſtamenti, & pro parte non: vt hic, & C. de tranſac. ſi ex falſis inſtrumẽtis. & C. de Lati. li. tol. l. j. §. fin. arg. contra. ff. de mino. l. ex cauſa.
l *Teſtamentis*. nam & ſi parentibus &c. ſic. ff. de inoffic. teſta. l. nam etſi ad hoc. C. de impube. & aliis ſub. l. ij. in prin. & ff. de inoff. teſt. l. Papinianus. §. ſed nec ĩpuberis. & C. ad Tertul. l. fi. in prin. & ff. de mili. teſta. ſi à milite. §. fin. Accurſius.
m *Eos*. ſ. parentes.
n *Alienare*. à bonis ſcilicet exhæredando.
o *Tradiderint*. accuſando eos de aliquo maleficio.
p *Nurui ſuæ*. id eſt vxori filij. Accur.
q *Diſtinximus*. ĩ. e. §. ſi coniunctus.
r *Decernimus*. ĩ. e. §. j. Accurſius.
ſ *Relinquere*. hæc ingratitudo eſt per obliquum.
t *Diſpoſuimus*. ĩ. e. tit. §. ſi quis de prædictis.
u *Cenſuimus*. vt. ĩ. e. §. ſi vnum.
x *Iuſſimus*. vt. ĩ. e. §. ſi quis de parẽtibus. & §. generalem.
y *Firmitate*. immo

BIU Cujas

videtur quòd non: vt ff. de iniusto & rup. testa. l. filio. contra. Sol. illa corrigit istam.

a *Testamento.* scilicet per querelam, vt diximus. ſ. eo. §. siue igitur.

b *Leges.* vt. C. de inoffic. testa. l. omnimodo. &. l. scimus. Accur.

c *Considerare.* sic. ſ. de hære. & Fal. §. his omnibus.

d *Pulcherrimam.* aliàs Pulcherrimá: vt sit ꝓpriũ nomẽ. & aliàs pulcherimã, adiectiue.

e *Inualida esse.* immo maiores pœnas pati debet: vt. ſ. vt defun. seu fu. §. j. col. v. quę est cõtra. Sol. pœna amissionis proprij, & alterius tãti, & tertiæ partis bonorum locum habet cũ vel in moribundũ, vel adhuc viuentem iniuriatur, vel quia prohibet exequias fieri. sin autem in cautionibus exigendis locum hæc auth. habeat. Azo. Et sic not. quòd quædam causa funeris concedũtur, quæ aliàs non concederẽtur: vt hic, & .C. de iure deli. l. fi. §. in cõputatione. &. C. de sepul. viol. l. fi. &. ff. de in ius voc. l. ij. §. pe. &. §. fi.

f *Præiudicio.* no. quòd non fit præiudicium agere non valenti: vt. C. de præscrip. xxx. anno. l. sicut. in fi. & de anna. excep. l. j. in fin. & .C. quando actio de pec. est anna. l. pe. & .ff. de collu. dete. l. ij. § j. &. ff. de iudi. l. ij. §. pe. &. j. de san. episc. §. si vero episcopi. colla. ix.

Præiudiciũ nõ fit agere non valẽti.

g *Fieri præiudicium.* nã non potest quis cõstituere aliũ soluturum: vt. ff. de consti. pecu. l. eum qui. §. sed & si quis constituerit. & insti. de inuti. stipu. §. si quis alium. & .ff. de duobus reis. l. his verbis. sic econtra alij non potest constitui: vt in ea. l. §. Iul. scribit. & ar. ff. de verb. oblig. l. si mihi & Titio. in princip.

h *Imperſonaliter.* sic dicẽdo simpliciter, satisfiet tibi: nõ valet. & sic nota certa & specificata valere, quę aliàs non valerent: vt. ff. si qs cau. l. sed & si. §. quælitum. & de acquiren. hæredi. l. si quis mihi bona. §. iussum. & .ff. si certum pet. l. fi. §. Labeo. & .ff. de vsur. l. quod in stipulatione. & .ff. quod cuiusque vniuersita. l.

Specificata valent, quæ aliàs non.

Si autem hæc omnia non fuerint obseruata, nullam vim huiusmodi testamentum quantum ad institutionem hæredum habere sancimus: sed rescisso testamento, [a] eis qui ab intestato ad hæreditatẽ defuncti vocantur, res eius dari disponimus: legatis videlicet vel fideicommissis & libertatibus, & tutorum dationib[9], seu aliis capitulis, sicut superius dictum est, suam obtinẽtibus firmitatem. Si quid autem pro legatis siue fideicommissis & libertatibus, & tutorum dationibus, aut quibuslibet aliis capitulis, in aliis legibus inuentum fuerit huic cõstitutioni cõtrariũ: hoc nullo modo volum[9] obtinere. Et hæ quidem exhęredationis aut præteritionis pœnæ, quantum ad ingratitudinis causas contra prædictas personas statuendæ sunt: siquę autem ex his inter crimina reputantur, earum auctores etiam alias pœnas sentiant legibus definitas.

A

B

CAP. V. Vt non liceat creditori hæredes defuncti pro debito molestare ante nouem dies.

Nemini licitũ est hæredibus propinquis & affinibus & cõiunctis defuncti, & eius fideiussoribus vllã inquietudinem vel molestiam occasione debiti defuncti vel generaliter quacũque de causa ad præfatas personas spectante, ante spacium nouem dierum inferre: quicquid autem factum est intra prædictum spacium, est inualidum: nullo tamen ex hoc creditori circa tẽporalem præscriptionem præiudicio generando. Bar.

C

HAEC autem disposuimus, vt & parentes & filios à testamentorum iniuria liberos reddamus. Cæterum si qui hęredes fuerint nominati: etiam si certis rebus iussi fuerint esse contenti, hoc casu testamẽtum quidem nullatenus solui præcipimus: quicquid autem minus eis legitima portione relictum est, hoc secundum nostras alias leges [b] ab hæredib[9] impleri. Sola enim est nostræ serenitatis intentio, à parentibus & liberis iniuriam præteritionis & exhæredationis auferre. Considerare [c] nãque debent parẽtes, quia & ipsi filij fuerunt, & eadem à suis parentibus sperauerunt. Et similiter qui nunc filij sunt, debent studere parentum animos sanare: quia & ipsi parentes fieri desiderãt, & à suis filiis optant honorari. Vnde & constat ad vtriusque partis vtilitatem atque cautelam, præsentẽ legem fuisse prolatam: quam ex hac occasione promulgãdam esse perspeximus. In aliquo autem negotio disceptãtes, inuenimus pulcherrimam [d] filiam gratam quidem à sua genitrice fuisse dictam, exhæredatam autem testamento nominatam tam in paternis quàm in maternis facultatibus: & talem quidem scripturã, quia dolo eam & machinatione quorũdam compositam fuisse comperimus, nullo modo permisimus obtinere: filiam autem hæredẽ patris ac matris iusimus fieri: sicut & in scriptis prolatum super hac causa nostrũ manifestat arbitrium. ¶ Meminimus insuper legẽ à nobis fuisse prolatã, per quam iusimus nulli penitus esse licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentũ eorum facere sepulturæ. Sed in præsenti quendam cognouimus cuiusdam mortui genitorẽ à sepultura filij redeuntem, nomine debiti tenuisse: ideoq; pius & humanum esse perspeximus talem crudelitatẽ hac lege piissima coërcere. Sancimus † itaque nulli penitus esse licentiam, aut hæredes, aut parẽtes, aut liberos, aut coniugem, aut agnatos, vel cognatos, aut alios affines eius, aut fideiussores ante nouem dierum spacium, in quibus videtur lugere, conueniẽdi, aut quocunque modo inquietãdi, aut aliquã admonitionem eis offerendi, aut in iudicium eos vocandi, siue debiti gratia quod à defuncto descẽdit, siue alterius cuiuscũque causæ nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis. Si vero intra nouem dierum spacũ aliquis ausus fuerit quamlibet de prædictis personis aut conuenire, aut aliquam cautionem seu promissionem vel fideiussionem exigere ab ea: hæc omnia inualida esse [e] decernimus. Post nouẽ autem dierũ excursum, si quis contra tales personas aliquas habere putauerit actiones: eas secũdum leges exerceat, nullo videlicet præiudicio [f] actoribus ex hoc interuallo circa temporalẽ præscriptionẽ, aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

D

CAP. VI. De constituta pecunia.

Qui constituit vel spopondit pro alio: si quidem personaliter est locutus dicendo, satisfaciã, obligatur in quantitate quam dixit. si dixit, satisfaciat me, & ab illo: illo nõ consentiente, pro rata est obligatus. Si vero alterutrum, satisfiet à me, aut ab illo: illo non consentiẽte, ipse in solidum tenetur. Si vero cõstituens locutus fuit imperſonaliter, nullus tenetur: saluata tamen manente actione contra illos contra quos de iure competit: his obtinentibus in quibuscunque casibus nondum finitis. Bartolus.

AD hoc, † aliud capitulum ad pecuniæ constitutionem seu promissionem respiciens, hac lege præuidimus definire. Sancimus igitur, siquando aliquis aut pro se, aut pro alia persona pecuniam constituerit, vel spoponderit, dicens forte cuicunque, Satisfaciam tibi: † eum in quantitatem quam dixit, modis omnibus obligari, atque promissionem seu sponsionem suam adimplere, & debitum compelli persoluere.

Si quis autem dixerit, Fiet tibi satis à me, & ab illo & illo: illis quidem quos nominauerit, non consentientibus, nullum ex tali voce fieri præiudicium: [g] sed nec ipsum qui hoc dixerit, pro illis personis quas nominauit, aliquam exactionem sustinere: pro se autem, quod secundum leges debere monstratus fuerit, pro rata tantùm portione persoluere. Si autem dixerit, Fiet tibi satis aut à me, aut ab illo & illo: tunc nominatis quidẽ simili modo nõ consentientibus nullum fieri præiudicium: ipsum autem qui hoc promiserit, integrum quidem debitum cogi persoluere. Si quis autem dixerit, Fiet tibi satis: eum tali verbo, vt imperſonaliter [h] dicto, tanquam si nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum seruari.

BIU Cujas

seruari. Si quam autem contra A nominatas personas putauerit sibi actionem competere: eam secundum leges aduersus eos proponere, & legis auxilio perpotiri.

EPILOGVS.

HAEC autē obtinere sancimus in causis omnibus quæ nondum iudiciali sententia, vel amicabili conuentione sopitæ sunt, parens charissime atque amātissime. Celsitudo itaque tua præsentem nostri numinis generalem constitutionem edictis quidē in hac regia ciuitate more solito proponendis, præceptionibus autem ad prouinciarum rectores dirigendis, ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. Kalē. Feb. C P. Domi. Iustinia. P P. Aug. anno. X V. Basilio. V. C. Cons.

TITVLVS XIII.

Nouella. 117. De diuersis capitulis.

VT LICEAT, MATRI & auiæ, & aliis[a] parentibus post legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint residuam facultatem suam diponere, & alia capitula plura.

CAP. I. Si quis filiumfa. hæredem instituerit vt pater ipsius vsumfructum hæreditatis non habeat.

Contra voluntatem testatoris, vel contrahentis, patri nō acquiritur vsusfructus. quòd si testator nihil disposuit, aut à testatore electus decesserit: iudiciarius cum cautione dabitur curator. Baldus.

Imperator Iustinianus Augustus Theodoro præfecto Oriētalium prætoriorum.

DIuersis capitulis ad nos relatis, necessarium esse perspexim[9] generali hac lege disponere. [b] Sancimus igitur licentiam esse & matri & auiæ, aliisque parentibus, postquam reliquerint filiis partem quæ lege [c] debetur: quod reliquum est suæ substantiæ, siue in solidum voluerint, siue in partem, filio vel filiæ, nepoti vel nepti, & deinceps descendentibus donare, aut etiam per vltimā relinquere volūtatem, sub hac definitione, atque conditione, si voluerint, vt pater, aut qui omnino eos habent in potestate, in his rebus neque vsumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium. [d] Hoc enim & extraneis relinquere poterant, vnde nulla parētibus vtilitas nasceretur. Hoc itaque non solum parentibus, B sed etiam omni personæ [e] licere præcipimus. Res autem ita relictas siue donatas positis sub potestate personis, si quidem perfectæ sint ætatis: licet sub potestate sint, licentiam habeant quo volunt modo disponere. [f] Si vero ætate minores sint: per quem perspexerit testator, aut donator, hæc gubernentur donec illi quibus donata sunt aut relicta, ad perfectam ætatem veniant: licentiam habente testatore, vel donatore, & matri & auiæ horum quibus res collatæ sunt, ipsarum rerum si voluerint gubernationē cōmittere, licet maritis iunctæ sint memoratæ mulieres: ita tamen, si & ipsæ huiusmodi gubernationem suscipere voluerint. Si vero forsan is qui relinquit, aut donat, nullum his dispensatorem ordinauerit, aut ab eo datus huiusmodi gubernationem subire noluerit, aut moriatur antequam illi perfectæ fiant ætatis: iubemus iudicem competentem curatorem fide dignum cum legitima fideiusione rebus talibus [g] ordinare, qui debeat relictam talibus personis C substantiam gubernare atque custodire, donec illi ad perfectam (sicut dictum est) ætatem perueniant. In illis enim casibus legem quæ vsum parentibus [h] præbet, volumus custodiri, quibus non inest specialiter huiusmodi conditio.

CAP. II. De eo qui in aliquo instrumento nominatus est filius.

Liberi de libera muliere nati, cum qua nuptiæ esse poterant, si à patre nominati fuerint filii non adiecto hoc verbo, naturales, legitimi efficiuntur: & matrimoniū inter illa verba proferentem, & mulierem ex qua nati sunt, interceßisse monstratur: & si pater vni ex filiis talia verba dixerit, omnibus prodest qui ex eadem matre sunt orti.

D AD hoc autem† & illud sancire perspeximus, vt si quis filium aut filiam habēs de libera muliere cum qua nuptiæ consistere possunt, dicat in instrumento, siue publica siue propria manu conscripto, & habente subscriptionem trium testium fide dignorum, siue in testamento, siue in gestis [i] monumentorū, hunc aut hanc filium suum esse, aut filiā, & non adiecerit naturalem: huiusmodi filios esse legitimos, & nullā aliam probationē ab iis quæri, sed omni frui eos iure quod legitimis filiis nostrę conferunt leges: vtpote ipso patre (sicut dictum est) filios proprios eos vocante. [k] ex hoc enim & cum eorū matre monstratur [l] legitimum habuisse matrimonium: vt neq; ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipsa muliere multos filios habēs, vni ex eis testimonium quolibet ex prædictis præbuerit modis; sufficere ex eadem

item. §. j. & ff. man. l. qui mutuam. §. salarium.

VT LICEAT matri & auiæ &c.

Hæc prima pars expeditur vsque ad. §. ad hoc autem & illud.

a Et aliis. *hæc expeditur ab inde per totum.*

b *Diuersis capitulis. Disponere.* scilicet quid iuris sit in istis capitulis. Accursius.

c *Quæ lege.* vt. ſ. de trien. & semiſ. §. j.

d *Participium.* nam & iure veteri hoc licebat: vt ff. ad Trebel. l. imperator. & ff. de hære. institu. l. quidam. licet non posset testator dicere vt illud castrensis esset peculij, nisi illud esset verū: vt. ff. de castré. pecu. l. si forte. quę est argu. cōtra: quia sic ibi quoddā falsum inducitur. sed hoc dic vt in summa huius tit. in princ. Sed nunquid etiam in naturali debito hanc conditionem adiicere potest, vt patri non quæratur? Respō. siccū in hoc filius non grauetur, immo ei[9] cōditio melior efficiatur: vt. C. de inoffi. testamē. l. filius matrem. Acc.

e *Personæ.* scilicet extraneæ relinquēti. Ac.

f *Disponere.* ergo & testamentū facere secundū quosdā: qđ non puto: vt. ff. de dona. caumor. l. tam is. §. filiusfamilias. nam etiā in proprietate aduētitiorū filius non testatur: vt. C. de bo. quæ liber. l. fi. §. filiis autem. Accursius.

g *Rebus talibus.* Not. rebus dari curatorem: vt & quando patre recusante filius adit hæreditatē delatam ex aduentitia causa: vt. C. de bo. quæ liber. l. fina. §. finautem patre. nō autem personæ datur: vt C. de cura. fur. l. fin. in princ. Accursius.

h *Parentibus.* quæ est C. de bo. quæ liber. l. cum oportet. & sic no. hic casus in quibus vsusfructus in aduentitiis patri nō quæritur. Primus, quādo sub hac cōditione relinquitur vel datur à parente, vel ab extraneo: vt hic. Secundus, si pater remittat vsumfructum: vt. C. de bo. quæ libe. l. cum oportet. §. finautē. Tertius in hæreditate fratris, vel sororis, in quātacunque parte admittitur: vt. ſ. de hæredi. ab intestato. §. si vero. Quartus in hæreditate quam adit filius patre nolente: vt. C. de bonis quæ libe. l. fin. §. finautem patre. Quintus est in seruo filio legato vt cum manumittat: vt. C. de bonis quæ liber. l. fi. §. fi. Sextus in lucro dotis, vel donationis propter nup. quam lucrifaciūt filius vel filiasa. vt. C. de bo. quæ libe. l. non sine. Sed hoc non placet. Idem videtur in septimo: scilicet in rebus quæ filio obueniūt parentibus soluētibus matrimoniū sine causa rationabili: v. ſ. vt nul. iudi. §. quia vero aliquid. Idem & in octauo, quando scilicet vsusfruct. filio relinquitur. nam in eo pater vsumfructum habere nō potest, cū seruitus seruitutis &c. vt. ff. de ser. lega. l. j.

i *In gestis.* in figura sci licet iudicij.

k *Vocāte.* Ex hoc no. quòd patris professio in scriptis valet ad legitimationem: vt hic, & ar. ſ. qui. mo. na. effi. sui. §. si vero. & §. generaliter. colla. vij. sic & valet vt seruus liber fiat: vt. C. de Lati. lib. tol. §. simili quoq; modo. & instit. de adop. §. fi. & sic in inuētario professio in scriptis valet: vt. C. arbi. tut. l. fi. & ad hoc. C. de non nu. pec. l. generaliter. non autem prodest vt de extraneo filius efficiatur: vt instit. de adop. in fi. & ff. de iur. pa. l. Caius Seius.

l *Monstratur.* id est fingitur. Accursius.

† *Concor. cū hoc. §. ea. p tuas. in gl. super verbo, appellauit. ante me. ibi, item si pater filiū. extra qui ſi. ſint legi.*

BIU Cujas

eadem muliere natis, [a] ad legitima iura patris testimonium vni datum.

CAP. III. De muliere quæ sine dotalibus instrumentis nupsit.

Liberi nati ex nuptiis legitimè contractis, licet non solennibus, ad paternam hæreditatem pariter vocantur cum filiis natis ex nuptiis soleniter cõtractis: siue præcesserint eos, siue sequantur. Barlus.

HOC quoque præsenti cõstitutioni perspeximus adiicièdum, vt si quis ex non scripto per affectũ nuptialem vxorem acceperit, & ex ea filios procreauerit: soluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere coniugem cum dotalibus instrumẽtis, & ex ea similiter filios procreare: nullum circa paternam hæreditatem aliis filiis ex indotata coniuge natis præiudicium fieri: sed cum aliis filiis ex secunda natis vxore, quæ cum dotalibus instrumentis copulata est, ad patris etiam illos hæreditatem vocari: cum etiam ex solo affectu possit consistere [b] matrimonium. quod similiter valere volumus etiã si prius quidem cũ dotalibus instrumẽtis iungatur aliquis vxori, post illam vero alteram ducat solo nuptiali affectu.

CAP. IIII. De nuptiis illustriũ vt cum dotalibus instrumentis fiant.

Maximis dignitatibus decorati vsque ad illustres inclusiue & exclusiue, sine dotalibus instrumentis nuptias non possunt cõtrahere, exceptis Barbaris. Inferiores autem cũ dotalibus instrumentis & sine, nuptias contrahere possunt. Angelus.

QVIA vero † legem dudũ protulimus [c] iubentem aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes ꝓcedere factas apud ecclesiæ defensores, per quas nuptias competat confirmari, aut certe sacramenta præberi: in præsenti perspeximus melius disponere ea quæ de his pridẽ sancita sunt. Et propterea iubem' eos qui maximis dignitatibus decorati sunt, vsque ad illustres, [d] non aliter nuptias celebrare, nisi dotalia scribantur instrumenta: nisi tamen aliquis antequam mereretur huiusmodi dignitates, ex affectu solo duxit vxorem. tales enim nuptias ante dignitates factas, & post dignitates, legitimas manere præcipimus, [e] & ex his natos legitimos esse filios. Postquam vero honorati fuerint aliqui huiusmodi dignitatibus: non aliter ducere vxores, nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis subtilitatem concedimus [f] subiectis nostræ reipublicæ Barbaris, licet dignitatibus huiusmodi decorati [g] sint, vt etiã sub affectu possint ipsi volentes contrahere nuptias: reliquos autem omnes præter eos qui maximis (sicut dictum est) dignitatibus decorati sunt, cuiuslibet sint dignitatis, aut militiæ, aut studij, si quidem voluerint, aut potuerint, non prohibemus eos cũ dotalibus instrumẽtis ducere vxores. Si aũt etiã hoc non custodierint, & ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, & ex eis natos, legitimos esse filios iubemus. [h]

CAP. V. Vt cum matrimonium est sine dote, & cõiux superstes inops, mortui quartam partem accipiat.

Vbi matrimonium est sine dote, & præmoriens est locuples: superstes laborans inopia ei succedit in quarta parte: quãuis tam ex illo quàm ex alio matrimonio extent liberi, minori tamen numero tribus: quia tunc cum eis pro virili succedit. Alexan.

QVIA vero legem [i] dudũ posuimus præcipientem, vt si quis vxorem aliquãdo sine dotalibus [k] acceperit, cum affectu solum nuptiali, & hãc sine causa legibus agnita proiecerit: accipere eam quartam partem substantiæ eius. & aliam post hãc fecimus legem decernentem, [l] si quis indotatam vxorem per affectum solum acceperit, & vsque ad mortem cum ea viuens, præmoriatur, accipere similiter & eam quartam illius substantiæ portionem: ita tamen, vt non transcendat hoc centum librarum auri quãtitatem: in præsenti melius [m] vtranque legem disponentes, sancimus in vtroque [n] casu ex talibus matrimoniis natos filios, legitimos esse, & ad paternam vocari hæreditatem: vxorem autem ex vtroq; horum casuum, si quidem vsque ad tres habuerit [o] filios eius vir, siue ex eo, siue ex alio matrimonio, quartam partem ex substãtia viri [p] accipere. Si autem amplius fuerint filij: tantum in vtroque similiter casu accipere [q] iubemus mulierem, quãtum vni competit filiorum: ita quippe, vt vsum solum in talibus rebus mulier habeat: dominij autem illis filiis seruetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit: iubemus etiã dominij iure habere eã res quas ex viri facultatibus ad eam venire per præsentẽ iussimus legẽ. Quę tamẽ irrationabiliter exclusa [r] est: in ipso tẽpore expulsionis partem iubemus accipere, quæ continetur hac lege. Virũ enim in talibus [s] casibus quartam, secundum priorem nostram legem, ex substãtia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus.

CAP. VI. De Leoniana & Constantiniana constitutione.

ILLO indubitanter obseruando, vt Leonis piæ memorię cõstitutio in omnibus aliis casibus qui non continentur præsenti lege, propriam habeat fortitudinem.

a *Muliere natis.* no. beneficium vni datum, & aliis similibus datũ videri: vt. C. de diuer. re. l. j. & C. de aduo. diuer. iudi. l. restituendæ. §. ad hoc. & ff. de testa. tut. l. si quis ita. in prin. Sed arg. contra. C. de trãsac. l. j. & ff. de iudi. l. cum prætor. in princ. & ff. de interro. act. l. ij.

b *Consistere.* sine dote, & sine instrumento: vt hic fuit, &. ꝟ. quib. mo. nat. effic. legi. §. pe. colla. vj. & supra de nup. §. nuptias. col. iiij.

c *Protulimus.* vt. ꝟ. qui. mo. na. effic. leg. §. quãtũ vero in militiis. Ac.

d *Ad illustres.* inclusiue & descensiue. Ac.

e *Præcipimus.* no. quod à principio valuit, non rumpitur, licet in eam causam veniat, a qua incipere non potest: vt insti. quib. mo. test. infir. §. furiosi. & de leg. §. si quis debitori.

f *Concedimus.* id est remittimus. Accursius.

g *Decorati.* sed quare maius priuilegium eis concedit? Respon. immo dedecus, cum inter viles computentur: vt infra, reliquos autẽ &c. & intelligo hoc de illis Barbaris qui nobis subiecti sunt. aliàs quomodo in eos legẽ faceret? hic ergo subiugati erãt sub imperio Romano. Accursius.

h *Iubemus.* Hic no. ꝙ matrimonium valet etiã sine scriptura & dote: vt hic, &. ꝟ. proxi. not. hoc autem fallit in tribus casibus. Primus in illustribus, & qui supra eos sunt: vt in hoc §. &. j. eo. §. illo. Secũdus, si aliquis in dignitate positus libertam in vxorem accipiat: vt. ꝟ. vt liber. decæ. §. si quis autem. colla. vj. Tertius est si quis concubinam in vxorem accipiat: vt. C. de nat. lib. l. cum quis. & vbicunque lex de hoc facit mentionẽ. semper enim dicit cũ dotalibus, id est cum dote & instrumẽto. vel certe hoc fit ad filiorum legitimationem, non autem ad matrimonium: quia & sine his valet: vt hic dixi, & instit. de nup. §. fin. Itẽ est & alius, vt quãdo scenicam vel aliquã meretricem quis accipit: vt. C. de nupt. l. imperialis. §. j. in fi.

Matrimonium an sine dote & scriptura valeat. †*Concor. cũ hoc. §. gl. in cæ. Raymtius. Super verbo, clare. in me. ibi, quãdoq; tamẽ. extra de testa.*

i *Quia vero legem.* scilicet. C. de repu. l. vlti. & ꝟ. de nup. §. si quis enim. col. iiij.

k *Dotalibus.* scilicet documentis.

l *Legem decernentem.* vt. ꝟ. de exhib. §. quoniam vero.

m *Melius.* Nota ergo quòd corrigit vtranque, & sic non dicitur esse contrariæ.

n *In vtroque.* scilicet quando eam reliquit, & quãdo prædecessit maritus.

o *Habuerit.* scilicet mulier.

p *Ex substantia viri.* scilicet quartam partem. scilicet si habet tres liberos, vel pauciores. si vero plures: tunc virilem, vt dictum est.

q *Accipere.* scilicet quartam: vt in principio huius. §. sed in alio casu accipit demum viro mortuo.

r *Exclusa.* id est reiecta, vel repulsa.

s *In talibus.* Quare in vtraque prædictarũ corrigitur: illa scilicet supra de nupt. §. si quis enim. & illa. ꝟ. de exhib. §. quoniam vero. vt in neutro casu vir succedat vxori? Quidã quod sic. & pro eis est hac lex.

BIU Cujas

dinē. Constantini vero pię memoriæ legem ad Gregoriū scriptam, & super ea factā interpretationem à Martiano piæ memoriæ, per quam mulierū coniunctiones (quas Constantini lex abiectas vocauit) ad quosdā dignitatibus decoratos, prohibentur: nullo penitus modo valere permittimus: [a] sed licētiam volentibus præbemus (etsi quibuslibet magnis dignitatib⁹ decorentur) huiusmodi mulieres cum dotalibus instrumentis sibimet copulare. Reliqui vero citra eos qui maioribus dignitatibus decorati sunt, licentiā habebunt huiusmodi mulieres accipere, siue scripto voluerint, siue solo affectu nuptiali: si tamen liberæ sint, & cum quibus liceat nuptias celebrare.

CAP. VII. Soluto per repudiū matrimonio quomodo & apud quem liberi alantur.

Diuortio celebrato liberi ad parētum hæreditatem nihilo minus vocantur: & alendi sunt apud parentem qui diuortii causam non præstitit, expensis alterius parentis cōmittentis causam diuortii: nisi alius inops sit. tunc enim apud diuitem alendi sunt: his pariter obtinentibus in parentibus & liberis. Bartolus.

ILLVD quoque † disponendum esse perspeximus, vt si quando inter maritum & vxorem nuptias solui contigerit: ex huiusmodi nati filij, nullo modo lędantur ex separatione nuptiarum, sed ad parētum hæreditatem vocētur, ex patris substantia indubitāter alendi. Et si quidem pater occasionem separationis prębeat, & mater ad secundas non venerit nuptias: [b] apud matrem [c] nutriātur, expēsas patre præbente. Si vero per causam matris ostendatur solutum matrimonium: tunc apud patrē maneant filij, & alantur. [d] Si autem cōtigerit patrem quidem minus idoneum esse, matrē vero locupletem: apud eā pauperes filios manere, & ab ea nutriri iubemus. Quemadmodū† enim filij locupletes coguntur matrem egentem [e] alere: ita iustū esse decernimus & à matre locuplete filios pasci. [f] Quod autem de alenda matre, & filiis indigentibus definiuimus, hoc quoque in omnibus ascendentibus descendentibusque personis vtriusque naturæ valere præcipimus.

CAP. VIII. De iustis diuortiorum causis marito permissis.

Marito atque vxori diuortium celebrare permittitur ex causis hic enumeratis. Bar.

QVIA vero plurimas in veteribus [g] & nostris legibus [h] inuenimus causas ex quibus facilè [i] nuptiarum solutiones fiunt: ea causa perspeximus [k] ex his abscindere aliquas quæ nobis indignæ ad soluendas nuptias visæ sunt: & eas solūmodo nominatim præsenti inserere legi, pro quibus rationabiliter potest siue vir siue mulier repudium mittere. Nunc autem causas ex quibus maritus repudium mittere sine periculo potest, & dotem vxoris lucrari seruato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiabus: quibus non extantibus, [l] frui etiā proprietate: has esse decernimus: Si contra imperium cogitantibus aliquibus conscia est mulier, aut etiam viro suo non indicet. Si autem vir hoc à muliere denunciatū tacuerit, liceat mulieri per quācunque personam hoc declarare imperio: vt vir nullam ex hac causa repudij inueniat occasionem. Si de adulterio † marit⁹ putauerit posse suam vxorē conuinci: oportet virū prius inscribere [m] mulierem, aut etiā adulterū: [n] & si huiusmodi accusatio verax esse ostenditur, tūc repudio [o] misso habere virum † super ante nuptias donationem, etiā dotē: & ad hoc, si filios non habeat, tantū accipere ex alia vxoris substantia, quantū dotis tertia pars esse cognoscitur: vt eius ꝓprietati, & dos, & à nobis definita pœna applicetur. Si enim filios habuerit ex eodē matrimonio: iubemus etiam dotem (secundum quod de hoc cēsent leges) aliamque mulieris substantiam filiis cōseruari: & ita adulterum legitime conuictum, vnà cum vxore puniri: & si quidem habeat vxorem adulter, accipere eam & dotem propriam, & propter nuptias donationem: & si filios habeat, solo vsu mulier fruatur, donationis proprietate [p] secundum leges filiis seruanda. aliam vero mariti substantiam eius filiis ex nostra largitate donamus. filiis autem non existentibus, antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere sancimus: aliam vero mariti substan-

tera quæ dicit talibus casibus: quasi de vtroque prædictorū faciat mētionē. Tu dic quòd tātum illam de nuptiis corrigit in eo quod de viro dicit hic: vt patet statim cum dicit, secūdum hanc priorem nostram. nam de illa de nup. dicit: sed corrigit per aliam quæ dicit nō distinguendū hoc casu quando vnus alium sic reiicit: vt. j. vt fra. fi. §. fina. col. ix. & facit ad hunc. §. j. vt nul. iud. §. & si quando. & .C. de secun. nupt. l. cum aliis. Item quæro hic, quid si nullus filiorū est, sed ascendentes? Respon. præfertur vxor in summa centum aureorum: vt etiam proprietatem habeat: in aliis rebus præferuntur parētes vxori: vt. C. vnde vir & vxor. l. j. Item quid si nullus descendentium vel ascendentium est, sed tantum transuersales? Respō. vxoré quasi iure accrescendi in totum vocari, secundum Bul. Sed Pla. contra. & verum dicit per. d. l. j. vnde vir & vxor.

a *Permittimus.* prædictas constitutiones nō habemus. nam' lex illa C. de de inceſt. nup. l. humilem. quæ hoc dicit, est Valentini, non alicuius istorum. non autem placet vt dicas loqui de ea quæ est. C. de pac. cōué. l. ex morte. quia illa nihil de hac materia dicit.

b *Non venerit nuptias.* secus si veniret: quia tunc non nutrirentur apud eū: vt. C. vbi pup. edu. de. l. j.

c *Matrem.* quomodo hoc, cū dicat ius quòd sunt alendi vbi pater iussit: vt. ff. de ven. inspi. l. j. §. apud eum? Respond. ibi dicit quando pater decesserat, hic quando viuebat. Item hic prætitit causam diuortij, quod ibi non fuit.

d *Alantur.* addit Ir. matris locupletis expensis.

e *Egentem.* secus si locupleti: vt. ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. §. si impubes. & l. vlti.

f *Filos pasci.* Nota alimenta hinc inde in necessitatibus præstanda esse: vt hic, & .C. de alim. præ. à pa. l. j. & .ij. & .iij. & supra neque virum quod ex dote. §. fina. colla. viij. & supra qui. mo. na. effic. sui. §. pen. colla. vij. & .ff. de libe. agno. l. si quis à liberis. & .C. de bo. quæ libe. l. fina. §. hoc proculdubio. Item not. haberi distinctionem personarū apud quem debeant esse: vt hic, & .C. diuor. fa. apud quem libe. l. j. & .C. vbi pup. edu. de. l. j. & supra de nup. §. eius. & .C. de pa. po. l. filia. Hoc tamen not. quòd vsq; ad triēnium mater alere debet: vt .C. de pa. po. l. pe.

g *In veteribus.* vt .C. de repu. l. consensu.

h *Legibus.* vt supra de nuptiis. §. si igitur. colla. iiij. & .C. de repu. l. pe. & fi.

i *Facilè.* id est sine pœna.

k *Perspeximus.* sunt autem septem, vt subiicit. Item tres aliæ adiiciuntur: vt infra eo. §. prædictis.

l *Extantibus.* scilicet filiis.

m *Inscribere.* si accuset iure extranei, non iure mariti, intra. xl. dies accusanti non imponitur necessitas inscriptionis: vt. C. ad le. Iuliā de adult. l. quamuis. Vel hoc nouū ius: illud autem vetus dicitur. quod est verius. Accursius.

n *Etiam adulterum.* quasi dicat, non ambos simul: quia hoc fieri nō potest: vt argu. ff. ad le. Iuliam de adul. l. fi. maritus. §. fi.

o *Repudio.* olim prius debebat repudiare, q̄ accusare: vt. C. ad leg. Iuliam de adult. l. crimen. & .ff. ad legem Iuliam de adul. l. miles. §. volenti. quæ sunt contra. Sed hodie potest: vt hic, & infra vt nulli iudi. §. fiquando vero. col. ix.

p *Proprietate.* not. hic lucrari virum, si contra vxorem inscribat. Sed videtur monasterio dari, in qđ est mittenda hæc fœmina: vt infra vt nulli iudi. §. adulterā. col. ix. quæ est contra. Sol. illud quādo includitur in monasterio. sed hoc nihil est: quia semper debet includi: vt dicitur ibi. Quare dicūt alij quòd hic in dote: ibi in alia substātia mulieris dicit. Sed hoc nō valet: qa in fine illius. §. adulteram. dicit

† *Concor. cū hoc tex. ea. tuæ fraternitatis. in glo. 2. in fi. extra de p. cura.*

† *Concor. cū hoc tex. c. 1. in glo. 1. extra vt lit. nō contest.*

BIU Cujas

dicit pacta seruãda viro circa dotem. si enim lucraretur eam per legem, vt hic dicit, quare diceret ei in hoc seruari pactum? Dic ergo tu q̃ hęc secundum illam intelligitur. Accur.

a *Fisco*. sed hoc hodie corrigitur. nam nõ sunt cõfiscanda aliqua sic indistincte: vt. j. vt nulli iudi. §. fi. Accur.

Culpa alterius nõ proficit ei qui causam p̃stitit.

b *Exístat*. Not. non proficit alterius culpa, cũ ego præstitero causam: vt hic, &. C. de asser. tollen. l. j. §. fi. &. ff. de eo per quẽ fac. est. l. fi. §. fi. & supra de testi. §. & hoc multoties. colla. vij.

Denuntiare quis cogitur.

c *Si quolibet*. No. hic quem teneri ad denuntiandum: vt hic, &. ff. loca. l. item quęritur. §. exercitij.

d *Vlciſci*. agendo iniuriarum, vt in publico crimine: vt. ff. de iniur. l. j. §. item aut. & instit. de iniur. §. patitur.

e *Continẽtur*. id est vt vxor habeat vsum & proprietatẽ filij: vt. C. de diuor. l. consensu. §. si verò filio. Accur.

f *Comprobata*. quod est generale in aliis accusatoribus: vt. C. de accu. l. fin.

g *Nõ abstinuerit*. Nota primò alicui nuntiãdum vt de offensa satisfaciat, vel desinat: vt hic, &. C. de iis qui latro. l. ij. &. C. de pa. pote. l. iij. &. ff. de serui. vrb. prędi. l. quidã Hyberus. &. C. de postul. l. prouidendum.

h *Matrimonia soluebant*. vt. C. de repud. l. si constante.

i *Castitatis*. etiam si in monasterium non intret: vt hic innuit. de hoc tamen plenius dic vt dixi. ŝ. de mona. §. si vero vxorem. Accur.

k *Penè*. philosophicum temperamentum. nam & sine ferè habet Azo. sed hodie aliter de his bonis disponi videtur: vt. j. vt nul. iudi. §. quia vero. col. ix. quę est contra. & facit ad hoc. j. de san. epis. §. si vero constat. &. §. spõsalibus. &. j. eo. §. prædictis. &. ŝ. de nup. §. mitiores. coll. iiij. Item no. hic cum diu postea tradatur substantia, q̃ nõ statim quãdo pater monasteriũ intrat, tenetur bona dare filiis.

l *Quod autem à nobis sancitum*. vt. ŝ. de nup.

tiam omnem fisco[a] secundum antiquas applicamus leges. Si quolibet modo mulier vitæ viri fuerit insidiata: aut aliis hoc facientibus cõsentiens, viro nõ indicauerit. Si cum viris extraneis nolente marito conuiuatur, aut cum eis lauatur. Si nolente viro foris domum manserit: nisi forsan apud proprios parẽtes. Si circensibus, aut theatris, aut amphitheatris ĩterfuerit ad spectandum ignorante aut prohibente viro. Si vero contigerit aliquem citra vnam prædictarum causarũ, vxorem suã à domo propria expellere, & illa non habens parentes apud quos possit manere, ex necessitate foris habitet nocte: iubemus nullam esse marito licentiam propter causam hanc repudium mittere vxori, eo quòd ipse huius rei auctor exístat.[b]

CAP. IX. De iustis diuortij causis mulieri concessis.

CAVSAS autem pro quibus rationabiliter potest viro à muliere mitti repudium, ex quibus potest & dotem recipere, & propter nuptias donationẽ exigere, similiter filiis seruanda donationis proprietate, aut filiis non extantibus habere etiã huiusmodi dominium, has esse solas disponimus: Si contra imperiũ aut ipse cogitauerit aliquid, aut cogitantibus conscius non indicauerit imperio aut per se, aut per quamcunque personã. Si quolibet[c] modo vir insidiatus fuerit vitæ mulieris, aut aliis hoc volentibus sciens non manifestauerit vxori, & studuerit secundum leges vlcisci.[d] Si maritus vxoris castitati insidiatus, aliis etiam eam adulterandã tẽtauerit tradere. Si vir de adulterio inscripserit vxorẽ, & adulterium non probauerit: licere mulieri volenti, etiam pro hac causa repudium destinare viro, & recipere quidem propriam dotem, lucrari autem & antenuptialem donationem: & pro huiusmodi calumnia, si filios nõ habuerit ex eodem matrimonio, tantum secundum proprietatem accipere mulierẽ ex alia viri substantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit, iubemus omnem viri substantiam filiis cõseruari: firmis manentibus, quæ de antenuptiali donatione aliis legibus continẽtur:[e] ita tamen, vt etiam propter illatam adulterij accusationem, & non probatam, illis quoque maritus subdatur suppliciis, quæ esset passura mulier si huiusmodi fuisset accusatio comprobata.[f] Si quis in sua domo, in qua cum sua coniuge cõmanet, contemnens eam, cum aliis inueniatur in ea domo manens: aut in eadem ciuitate degens, in alia domo cum alia muliere frequenter manere conuincitur, & semel & secundò culpatus, aut per suos parentes, aut per mulieris, aut per alias aliquas fide dignas personas, huiusmodi luxuria non abstinuerit:[g] licere mulieri pro hac causa soluere matrimonium, & recipere datam dotem, & antenuptialem donationem, & pro tali iniuria tertiam partẽ æstimationis quam antenuptialis facit donatio, ex eius substantia percipere: ita tamen, vt si filios habuerit, vsu solo mulier potiatur rerum quas ex antenuptiali donatione, & pœna tertiæ portionis mariti substantiæ acceperit, dominio communibus filiis conseruando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio: habere eas talium rerum etiam proprietatem præcipimus.

CAP. X. Vt non liceat consensu matrimonium dissoluere nisi ex causa probabili.

Nuptiæ regulariter consensu non soluuntur, nisi castitatis concupiscentia, dote & donatione propter nuptias liberũ seruata: alterò autem vtroque alias nuptias postea contrahente, vel aliter luxuriosè viuente, de facultatibus quinquentis substantia ad filios debet peruenire, filiis minoribus per iudicem gubernatore dato. Filiis vero non extantibus, ad fiscum earum substantia debet peruenire. Bartolus.

QVIA verò ex consensu aliqui vsque ad præsens alterna matrimonia soluebant,[h] hoc decætero fieri nullo sinimus modo, nisi fortè quidem castitatis[i] concupiscentia hoc fecerint. Si autem huiusmodi personæ filios habuerint: tam dotem quàm antenuptialem donationem eorum filiis conseruari disponimus. Si quis autem horum, aut maritus forsan, aut vxor, postquam propter castitatem ex consensu soluerit matrimonium, inueniatur alias contrahens nuptias, aut luxuriosè viuens: iubemus si quidem (sicuti dictum est) filij fuerint ex memorato coniugio, super dotem & propter nuptias donationem, eis tradi & proprietatem penè[k] substantiæ illius quæ conuincitur deliquisse personæ. Si vero filij minoris sint ætatis: gubernari eos & pasci ab illo parente præcipimus, qui nihil præsenti legi contrarium egerit. Si autem ambo parentes in huiusmodi vitium incidant, tunc vtriusque parentis substantiam filiis applicari: dispensatorem autem iis qui in minori sunt ætate constituti, ordinari prouidentia competentis iudicis, & aliorum quibus hæc ex nostris legibus sunt commissa. Si autem filij non sint: vtriusque personæ substantiam fiscalibus applicari, & eos qui talia deliquerunt, legitimis subdi suppliciis. Aliter enim separationem matrimoniorum fieri ex consensu, nulla ratione permittimus.

CAP. XI. Quod tempus expectare maritum in expeditione degentem debeat mulier.

QVOD autem † à nobis sancitum[l] est de iis qui in expeditionibus sunt & in militiis constituti, siue milites sint, siue fœderati, siue scholares,[m] siue alij quidam sub alia quacunque militia armata constituti: melius

§. nouimus. vbi de decennio dixit. sed antea per Constantinum statutũ fuerat quadriennium: vt. C. de repud. vxor.

m *Scholares*. ordines sunt de armata militia vt sequitur. j. e. §. si vero scholaris. & supra. neq; miles neque scho. &. C. loca. l. fi.

BIU Cujas

melius ordinare perſpeximus, & iubemus quantoſcunque annos in expeditione manſerint, ſuſtinere[a] eorum vxores, licet nec literas nec reſponſum aliquod à ſuis maritis ſuſceperint. Si qua vero ex huiuſmodi mulieribus ſuum maritum audierit eſſe mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias ſinimus, niſi prius acceſſerit mulier, aut per ſe, aut per ſuos parentes, aut per aliam quamcunque perſonam, ad priores numeri chartularios, in quo huiuſmodi maritus militabat, & eos ſeu tribunũ (ſi tamen adeſt) interrogauerit[b] ſi ꝓ veritate mortuus eſt eius coniunx: vt illi ſacris euãgeliis propoſitis, ſub geſtis monumentorum deponant ſi pro veritate vir mortuus eſt: & poſtquam hæc geſta monumentorum cõfecta mulier pro ſuo teſtimonio perceperit, etiã poſt hoc iubemus manere eam per vnius anni ſpatium, [c] vt etiã poſt hunc decurſum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem præter hanc obſeruationem mulier præſumpſerit ad aliud venire matrimonium: & ipſa, & qui ducit eam vxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui ſub geſtis monumentorum cum iureiurando teſtati ſunt, conuincantur etiam falſum poſtea [d] depoſuiſſe teſtimonium: [e] ipſi quidem militia denudati, decem auri librarum pœnam compellentur exoluere illi quem mentiti ſunt mortuum eſſe: ipſe vero licentiam habeat, ſi voluerit, ſuam vxorẽ recipere. Si vero ſcholaris fuerit ille de cuius morte dubitatio eſt, à primis ſcholę & actuario: ſi autẽ fœderat[o], [f] ab optione eius memoratam depoſitionem accipere eius vxorem: his obſeruandis & circa alios omnes qui in armata militia referuntur.

CAP. XII. Ex quibus cauſis matrimonium ſine pœna ſoluatur.

Matrimonium etiam ex tribus aliis cauſis ſuperioribus additis diſtrahi poteſt, & exceptis hac conſtitutione numeratis: & ex nullis aliis matrimonia diſſoluuntur. Bart.

PRAEDICTIS itaque cauſis [g] proſpeximus etiam has nominatim adiicere, ex quibus matrimonia ſine pœna licet tranſigere: hoc eſt de iis qui nõ potuerunt ab initio nuptiarum miſceri ſuis vxorib[9], & quæ per naturam viris conceſſa ſunt, agere: inſuper de iis viris ac fœminis, qui conſiſtente matrimonio ſanctimonialem conuerſationem & monaſterij habitationem elegerint, & de iis perſonis quæ in captiuitate aliquãto tempore detinentur. in his enim tribus caſibus, quæ de eis prioribus noſtris legibus continentur, firma eſſe ſancimus. Memoratas igitur omnes cauſas, quæ in præſenti noſtra lege continentur, ſolas ſufficere iubemus ad trãſactionẽ legitimorum matrimoniorum. Reliquas autẽ omnes vacare pręcipimus: nullámque aliã cauſam citra eas quæ nominatim inſertæ ſunt huic legi, poſſe ſoluere legitimũ matrimonium, ſiue noſtris, ſiue veteribus legibus continentur.

CAP. XIII. Si mulier ſine iuſta cauſa marito ſuo repudiũ miſerit.

Mulier & vir peccantes, pœna legitima puniuntur, & iudices & officiales negligentes. Bartolus.

QVIA vero quædam mulieres inhoneſtè volentes viuere, feſtinant propria matrimonia ſoluere: ſancimus, ſiquando mulier citra aliquã prædictarũ à nobis cauſarum voluerit matrimonium ſoluere, licẽtiã quidem eã non habere hoc agere. ſi vero permanſerit in huiuſmodi impia volũtate, & repudiũ marito trãſmiſerit: iubemus dotem quidem viro dari, [h] cõmunibus filiis ſecundũ legem ſeruandã. Si autem filios nõ habuerit, lucrũ fieri marito: mulierẽ verò periculo iudicis negotiũ audientis tradi epiſcopo ciuitatis in qua cõmuniter domiciliũ habuerint: quatenus illius prouidẽtia in monaſteriũ ipſa mittatur, vt quoad vixerit, debeat ibi cõſiſtere: & ſi quidẽ filios habuerit [i] huiuſmodi mulier, duas partes propriæ eius ſubſtãtiæ dare filiis: tertiã verò monaſterio in quod mittitur, applicare iure proprietatis. Si vero filios nõ habuerit, ſint autẽ ei parentes: duas partes quidem ipſius ſubſtantię monaſterio præberi vbi mittitur, tertiã vero partẽ illius parentibus dari: niſi tamen ſub poteſtate eã habẽtes, irrationabili repudio cõſenſerũt. in hoc enim cõſentientes, nihil eos penitus ex ſubſtantia filiæ habere permittimus, ſed hæc omnia venerabili monaſterio volumus applicari. Porro neque filiis neq; parẽtibus exiſtentibus ei, omnem ſimiliter eius ſubſtantiã competere monaſterio. Si vero iudex qui negotium examinat, hoc non fecerit, id eſt tradiderit [k] † in hoc deprehenſam ciuitatis epiſcopo, vt debeat in monaſterium mitti, ſi quidem in hac feliciſſima ciuitate ſit iudex, ipſe quidem. xxv. librarũ auri pœnam exigatur: officium autem eius alias. x. Si vero in prouincia ſit huiuſmodi iudex, & non egerit quæ à nobis in hac iuſſa ſunt, x. librarũ auri perſoluat pœnã, & officiũ eius alias. v. Si vero iudex fuerit nõ habẽs cingulum: [l] ipſe quidem pœnam. x. librarum auri exigatur, miniſtrantes

a *Suſtinere*. id eſt expectare. ſed certe imino per quinquennium tantum: vt. ſ. de nupt. §. ſed & captiuitatis. quæ eſt cõtra. Sol. hic cum eſt in expeditione, ibi captus. vnde ibi per quinquenniũ expectatur, cõputandum à tẽpore quo cœpit dubitari: vt ibi dicit. & eſt pro hac ſolutione. ij. e. §. prædictis. in fin. Sed nunquid in quacũque militia ſic obtinet qđ hic dicitur? Reſpon. nõ puto, niſi ſit cõtra Sarracenos, vel cum principe contra hoſtes. aliàs ſerua legem antiquam. C. de repud. l. vxor. Sed iure canonum generaliter ſeruat hæc authen.

b *Interrogauerit*. Nota interrogari mulierẽ debere ſi habet quẽ ſcit. ſic. ff. de bo. poſ. l. in bonorũ. & quis or. in bo. poſſeſ. ſeruetur. l. ij. §. fin.

c *Spacium*. poſt ſacramentum præſtitum, vt hic dicit. Sed videtur quòd ſi iam tẽpora luctus cucurrerunt, quòd ſtatim die ſequenti poteſt nubere: vt. ff. de in ſal. genero. in fin. quæ eſt contra. Sol. quidam dicunt illam corrigi. Vel ibi quando certum erat mortuum eſſe: hic quãdo dubium: licet vn[9] iurauerit, cui non per omnia creditur. arg. C. de teſti. l. iuriſiurandi. Item quia ſimpliciter iurat, eſt arg. quòd teſtis tenetur dicere cauſam ſui dicti: ſed contrarium verius eſt: vt. ſ. de teſti. §. & licet. col. vij.

d *Poſtea*. id eſt poſtquam nupſit etiã poſt annũ. & ſic valuit matrimoniũ: vt ſupra ibi, & poſt hoc &c. quare ergo permittitur viro recuperare? Reſpond. quia matrimoniũ contractum fingitur fuiſſe nullum, licet tenuerit vere: vt ſupra dixit ibi, & poſt hoc &c. vel quia hic mulier à marito, ſcilicet ſecũdo, ſine pœna poteſt & etiã debet & tenetur diuertere: vt ita alienata per ſecundum matrimoniũ recipiatur à marito, ſci licet primo: nam vxor duorum eſſe non poteſt: alioquin diuortij cauſam præſtitiſſe videbit primo marito ſi à ſecũdo ſe nõ ſeparauit.

e *Teſtimonium*. Not. ergo quòd ſacramentum reuocatur prætextu periurij: [a] vt. j. vt liti. iu. §. ſi quis. in fin. & C. de rebus credi. l. fin. regulariter tamen contra: vt. C. de rebus credi. l. ij. & ff. de in li. iu. l. fin. & ff. de re iudi. l. poſt rem.

a *Concor. ca. in dolo. 22. q. 2.*

f *Si autem fœderatus*. hoc nomen habuiſti. ſ. vt neque miles.

g *Prædictis itaque cauſis*. quas dixit ſupra eo. §. quia vero plurimas. adiungit tres quæ erãt per ordinem: vt hic ſunt in tribus. §§§. ſupra de nup. §. ſecundum occaſionem. & §. per occaſionem. & §. ſed & captiuitatis. & eas confirmat in hoc §. Accurſius.

h *Viro dari*. id eſt datã ſeruari. vel proprie, ſi eſt data. Accur.

i *Habuerit*. cum olim de adulterio accuſabatur à primo viro: vt. C. ad leg. Iul. de adul. l. pe. & fa. ad hoc. C. de repu. l. iubemus. & infra vt fratrũ filij. §. fin. col. ix. Accurſius.

k *Tradiderit*. repete, non.

l *Cingulum*. id eſt adminiſtrationem. & ille dicitur magiſtratus.

† *aliàs legitur, non tradiderit. Accur. repetẽdã particulam nõ, admonet in glo.*

BIU Cujas

ministrantes autem ei quinque: quatenus multa quæ hinc accedit à memoratis personis, per comitem rerum priuatarum, & palatinorum scholam exigatur, & nostro assignetur ærario. Si autem & vir circa mulierē trāsigere studuerit matrimonium, & irrationabiliter repudiū destinare: iubemus reddere quidē eum quam susceperit dotē, vnà cum spōsalitia largitate, & tantum ex alia eius sustantia præberi mulieri, quantum tertiam partem sponsalitiæ faciat largitatis. [a] & si quidem ei filij sunt, solū vsum & antenuptialis donationis, & à nobis additæ tertiæ partis mulierē habere: proprietatem vero filiis conseruare. filiis autem nō existentibus, habere mulierē super † vsum in ipsis rebus etiam proprietatem. & prædictas [b] quidem dispositiones dissolutis rationabiliter aut etiā irrationabiliter nuptiis ordinamus: & omnia de memoratis casibus secūdum hanc nostram constitutionem iudicari & decidi decernimus.

CAP. XIIII. Si quis vxorem suam flagellis castigauerit.

SI quis autem propriam vxorem flagellis aut fustibus ceciderit sine aliqua causarū quas cōtra vxores ad matrimonij solutionē sufficere iussimus, [c] matrimonij quidem solutionē ex hoc fieri nolumus: [d] virum autē qui mōstratur sine huiusmodi causa vel flagellis vel fustibus cecidisse vxorem suam, tātum pro huiusmodi iniuria ex alia sua dare substantia vxorī etiā constante matrimonio, quātum tertia pars antenuptialis facit largitatis.

CAP. XV. Si quis suspicatus fuerit de aliquo velle eum pudori vxoris suæ illudere.

Adulterium præsumptā iuris præsumptione probatum, punitur sicut & verum, vindicta sua marito quandoque permissa: his obtinentibus in casibus futuris, & pendentibus nondum finitis. Bartolus.

HIS quoque † etiā illud adiicimus, vt si quis forsan suspicatur aliquem velle suæ vxoris illudere castitati, & cōtestationes ei ex scripto [e] tres destinauerit habētes testimonia trium virorum fide dignorum, & post has tres ex scripto contestationes inuenerit eum cōuenientē † suæ vxori: si quidem in sua domo, aut ipsius vxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis: esse licentiam marito propriis manibus talē perimere, [f] nullum periculum ex hoc formidanti. Si verò in alio loco talem inuenerit cum sua vxore loquentem: non minus tribus testibus fide dignis conuocatis, per quos probare possit quòd eum cum sua vxore comperit: iudici tradere [g] crimina examinati. Illū vero pro veritate cognoscētem, post tres ex scripto contestationes cum tali muliere eum inuētum: talem quidem tanquam ex hoc solo adulterij crimini subiacentem, nulla alia ratione quæsita punire: [h] licentiam autem exequi crimen. [i]

Quia vero ita comperiuntur aliqui impij, vt etiam in venerandis domibus præsumant in talibus se miscere sceleribus, & ibi de peccatis tractare, vbi cōsueuerunt deum timentes, peccatorum veniam [k] postulare: iubemus, vt si quis talis inueniatur in locis venerabilibus alienæ vxori de qua in suspicione est, post tres (sicut dictū est) cōtestationes loqui, licentiam esse eius marito vtrasque personas defensori ecclesiæ aut aliis clericis tradere: vt ad eorum periculum diuisim isti seruētur, donec iudex hoc cognoscens mittat ad episcopū ciuitatis, quatenus ei illi tradantur, vt debeant sustinere tormentum secundū leges quæ [l] interdicunt adulteros à sanctissimis ecclesijs vindicari: [m] nullam neque in hoc aliam iudice quærente de adulterio probationem, nisi tres (sicuti iam supra diximus) contestationes. his enim tribus contestationibus ostēsis, omnibus modis illi sicuti adulteri punientur. Non enim debent huiusmodi personæ in venerabili loco munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt. [n] nam si eos qui alibi rapinas mulierum, aut adulteria committunt, & ad orationum domos confugiunt, ab eis [o] vindicari nostræ leges non sinunt: [p] quomodo illis qui in ipsa ecclesia tale scelus studuerint perpetrare, permittim⁹ aliquod auxilium ex ecclesiasticis terminis inuenire? sed omnibus modis iudicibus eos tradi, & pœnam sustinere qua digni sūt qui sanctissima loca violare præsumit. Quis enim ibi delinquit, vbi salutē petat? Et generaliter disponim⁹, vt si quis inuenerit suā vxorē, aut filiā aut neptē aut spōsam in venerādis locis cū aliquo loquētē, [q] & suspicat⁹ fuerit turpis gratiæ causa eos colloqui: tradat eos defensori, aut aliis sanctissimæ eius ecclesiæ clericis, vt ipsi suo periculo vtrasque personas diuisim tamdiu custodiāt, donec iudex eos accipiat, & secundum leges causas decernat. Quæ igitur per præsentem & in perpetuum valiturā legē nostra definiuit tranquillitas, in omnibus prædictis casibus valere volumus: nisi tamen nondum aut iudiciali decreto, aut amicabili [r] cōuentione decisa sunt: quæ sua robur habere sancimus. Gloriosa igitur & eminentissima

a *Largitatis.* Hæc pœna de tertia parte non fuit imposita, scilicet in persona mulieris: sed detrudatur in monasterium. Hodie eadem vtriq; imponitur pœna: vt. j. vt fra. fi. §. pe.

b *Prædictas.* refert se non ad omnia quæ hac cōstitutione dixit. nam aliquando de licito diuortio, aliquando de illicito dixit: & hic dicit totū seruari sicut dixit.

c *Sufficere iussimus.* vt supra eo. §. quia vero plurimas. & §. prædictis. Et sic in illis casibus verberare permittit. & facit. ē. de nup. §. adscriptitio. Accur.

Vxoris castigatio viro permittitur.

d *Nolumus.* filius tamen potest dimittere patrem, cogendo eū vt se emancipet: vt. ff. si à patre quis fuerit ma. l. fi.

† *præter.*

e *Ex scripto.* sic. ē. de tempore non sol. pe. §. contestatione. Accur.

f *Perimere.* si talis sit qui per legē Iuliam potuerit occidi: vt. C. de adult. l. Gracchus. de quib⁹ dicitur. ff. de adulte. l. marito.

g *Tradere.* scilicet esse licentiam marito dicimus. Accursius.

h *Punire.* No. hic aliquem ex præsumptione damnari: vt hic, &. j. vt nul. iu. §. pe. &. C. de adult. l. si qui. Sed contra. ff. de pœ. l. absentē. in prin. Sol. hic est speciale in odium spernētis denuntiationem. argu. ff. de ope. no. nun. l. prætor. §. j. Et no. quòd vtraque parte præsente dari debet sententia, nisi actor crimine probato recesserit ex causa: vt. C. de adult. l. quāuis indubitati. & damnatur reus ad mortem ad instar sacrilegi: vt C. de adult. l. quamuis. in fi. fœmina vero cōuicta per sententiam, in monasterium mittitur verberata prius: vt. j. vt nul. iud. §. adulteram. col. ix.

Præsūptione dānatur quis aliquando.

† *Facit ad hunc. §. c. si quis contra. extra de cohabi. clert. & mulie. vbi tractatur late de hac materia suspicionis.*

i *Crimen.* scilicet volumus esse iudici.

k *Peccatorum veniam.* Not. in ecclesia potius quàm alibi orandū: quę gremium non claudit redeuntibus: vt. C. de summa tri. l. fi. licet alibi orare liceat: vt. ē. vt in priua. do. §. j. in prin.

Ecclesia prius orandi locus dicitur.

† *colloquētem.*

l *Leges quæ.* simplex est hæc relatio: vt ibi, mulier quæ damnauit, saluauit. nam non eædem leges puniunt quæ interdicunt.

m *Vindicari.* id est defendi: & cōsecutive dicas. nam ex quo quisque tenendus est, nemo eum defendere debet.

n *Despexerunt.* nō debet quis eius in quem deliquit, implorare auxilium: vt. ff. de min. l. auxilium. in fin. & ff. si quis ali. testa. pro. l. principe. & ff. de arbit. l. si seruum. in fi. & l. fi. & ff. de leg. ij. l. cum pater. §. libertis. & C. pac. l. cum proponas. de transac. l. sine ap. acta. & l. si quis mai. Accursius.

o *Ab eis.* scilicet ecclesiis. Accursius.

p *Non sinunt.* quemadmodum extrahantur: vt. de man. princ. §. nos autem. coll. iij. Accur.

q *Loquentem.* præcedentibus denuncia-tionibus: vt. ē. diximus vxore. alias esset aliquum. Accursius.

r *Amicabili.* Hic vide de adulterio trāsigi posse amicabiliter. Sed contra. C. de trāsac. l. trāsigere. Sol. quod hic dicitur, non refert si adulterij causam, de qua transigi non licet

ſed ad cæteros ſuperiores caſus omnes, qui ſunt in iſta conſtitutione ſecundum Ioan. Alij dicunt hoc ius nouum. vel gratis fieri poteſt remiſsio accuſationis non propter pecuniam, ſicut in aliis capitulis quæ non irrogant pœnam ſanguinis: vt.ff.de iure fiſ.l. in fiſci.&.l.eius. Vel hoc trahitur ad præterita facta, vel fieri poteſt tranſactio ante litē conteſtatā vel cœptā, non poſtea.

DE HAEREDIBUS ab inteſtato venientibus &c.

a *Venientibus. Hic incipit collatio.ix. conſti. 1. ſed quidam habent in conſtitutione ſuperiori principium huius col.*

b *Parcimas. Introducta.* nam vſque ad tempora huius legis inter deſcendentes erat differentia, vt emancipati iure ciuili nō ſuccederēt, licet iure prætorio ſic: vt inſtitu. de hære. quæ ab inteſta. §. emācipati. Item qui erant nepotes ex filiab⁹, ſuccedebant cum deminutione: vt. C. de col. l. illam. licet hoc etiam ante hāc ſit correctū: vt ſupra de triē. & ſe. §. neque. col. iij. ex tranſuerſali autē cognati iure ciuili nō admittuntur, ſed nec iure prætorio, niſi poſt agnatos: vt patet inſtit. de ſucceſ. cog. in prin. & de bono. poſſeſ. §. & cum de teſtamentis. & ff. ſi tabu. teſta. nul. ex. l. j. in princip. omnes ergo prædictæ differentiæ & aliæ ſi quæ ſunt, hac conſtitutione tolluntur. Et no. quòd hic appellat cognatos ex mare & fœmina meritò: quia commune eſt nomen ad cognatos & agnatos: quia tamen quædam priuilegia dabat lex. xij. tabu. agnatis: vt certo nomine eos poſſet appellare, agnatos eos vocauit. ſunt tamen ipſi cognati: vt patet ex definitione agnati: vt. ff. de leg. tute. l. ſunt autē. & inſtit. de leg. agna. tut. §. j.

c *Vacantibus.* ſcilicet quæ contra hāc legem facerent. nec enim alias corrigit quę ſaluari poſſunt: vt ſupra quib. mo. na. effi. ſui. §. tribus. Accurſius.

d *Seruari.* ſcilicet volumus. Accurſius.

e *Conſtituimus.* tunc ſcilicet. Accurſius.

f *Cognoſcitur.* vt hic, &. ff. de gradi. cogna. l. j. in princip. & inſti. eo. §. j. Accurſius.

g *Cognatoſque.* cognati ex parte matris, agnati ex parte patris: vt inſtitu. de legi. agna. ſuc. in princip.

h *Succeſſionem.* in hoc lex. xij. tabu. mutatur: vt inſtitu. de hære. quæ ab inteſta. §. j.

i *Parentibus.* non ſolū agnatis & cognatis ex latere: vt hic, &. C. Authentica.

ſima auctoritas tua in hac quidem inclyta ciuitate edictis ꝓpoſitis ad notitiam perducat vniuerſorū: in prouinciis autem per præcepta ad clariſsimos ꝓuinciarū iudices deſtinata, hæc omnibus facere manifeſta feſtinet: vt nullus penitus ignoret quæ pro vtilitate noſtrorū collatorum à nobis diſpoſita ſunt: ita tamen, vt omnibus per propria præcepta pronunciet: quatenus ſine quolibet iniuſto diſpēdio noſtris collatoribus præſentis legis fiat inſinuatio. Dat. XV. Kalē. Ia. Domi. Iuſti. P P. Aug. an. XV. Baſilio. V. C. cōſ.

TITVLVS I.

Nouel. 118. quam late explanaui in libello de hæreditatibus & bono. poſſ. ab inteſtato. Contius.

DE HAEREDIBVS AB inteſtato venientibus, a & de agnatorum iure ſublato.

COLLATIO NONA

Si moriens deſcendētes reliquerit, præferuntur parentibus & agnatis & cognatis ex latere: & filii filiorum ſuccedunt in ſtirpes, non in capita: ſublata differentia emācipationis, & patriæ poteſtatis, agnationis, & cognationis. Angel.

Imper. Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſsimo præfecto ſacrorum prætoriorum Orientis.

PLurimas & diuerſas leges veteribus temporibus prolatas inuenientes, per quas nō iuſtè differentia ab inteſtato ſucceſsionis inter cognatos ex maſculis & fœminis introducta b eſt: neceſſariū eſſe perſpeximus, omnes ſimul ab inteſtato cognationum ſucceſſiones per præſentē legem clara compendioſaque diuiſione diſponere: itaque prioribus legibus pro hac cauſa poſitis vacantibus, c decætero ea ſola ſeruari, d quæ nūc conſtituimus. e Quia igitur omnis generis ab inteſtato ſucceſsio tribus cognoſcitur f gradib⁹, hoc eſt aſcēdentium, & deſcendētium, & ex latere (quæ in agnatos cognatoſque g diuiditur) primam eſſe diſponimus deſcēdentium ſucceſsionem. h

CAP. I. De deſcēdētiū ſucceſsione.

SI quis igitur deſcendentiū fuerit ei qui inteſtatus moritur, cuiuſlibet naturæ aut gradus, ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœminarum deſcēdens, & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſit: omnibus aſcendētibus & ex latere cognatis præponatur. Licet enim defunctus ſub alterius poteſtate fuerit: tamen ei' filij, cuiuſlibet ſexus ſint aut gradus, etiam ipſis parentibus i præponi pręcipimus, quorum k ſub poteſtate fuerit qui defunctus eſt, in illis videlicet rebus quæ ſecundum noſtras alias leges patribus non acquiruntur. l nam in vſu m harum rerum qui debet acquiri, aut ſeruari, noſtras n de his omnibus leges parentibus cuſtodimus: ſic tamē, † vt ſi quem horum deſcēdētium filios relinquētem mori contigerit, illius filios aut filias, aut alios deſcēdentes, in proprij parentis locum ſuccedere, ſiue ſub poteſtate defuncti, ſiue ſuæ poteſtatis inueniātur: tantā de hæreditate morientis accipientes partem, quanticunq; ſint, quantam eorū parens ſi viueret, habuiſſet: quā ſucceſsionē in ſtirpes vocauit antiquitas. o In hoc enim ordine gradum quæri nolumus, ſed cū filiis & filiabus ex præmortuo filio aut filia, nepotes vocari ſancim⁹: nulla introducēda differentia ſiue maſculi ſiue fœminæ ſint, & ſeu ex maſculorum ſeu fœminarū prole deſcendant, p ſiue ſuæ poteſtatis q ſiue ſub poteſtate ſint cōſtituti. Et hæc quidē de ſucceſſionibus deſcēdentiū diſpoſuimus. Conſequens autem eſſe perſpeximus & de aſcēdētibus cōſtituere quomodo ad deſcēdētiū ſucceſsionem vocentur.

CAP. II. De aſcendentium ſucceſsione.

a *Venientibus. Hic incipit collatio. ix. conſti. 1. ſed quidam habent in conſtitutione ſuperiori principium huius col.*

b *Parcimas. Introducta.* nam vſque ad tempora huius legis inter deſcendentes erat differentia, vt emancipati iure ciuili nō ſuccederēt, licet iure prætorio ſic: vt inſtitu. de hære. quæ ab inteſta. §. emācipati. Item qui erant nepotes ex filiab⁹, ſuccedebant cum deminutione: vt. C. de col. l. illam. licet hoc etiam ante hāc ſit correctū: vt ſupra de triē. & ſe. §. neque. col. iij. ex tranſuerſali autē cognati iure ciuili nō admittuntur, ſed nec iure prætorio, niſi poſt agnatos: vt patet inſtit. de ſucceſ. cog. in prin. & de bono. poſſeſ. §. & cum de teſtamentis. & ff. ſi tabu. teſta. nul. ex. l. j. in princip. omnes ergo prædictæ differentiæ & aliæ ſi quæ ſunt, hac conſtitutione tolluntur. Et no. quòd hic appellat cognatos ex mare & fœmina meritò: quia commune eſt nomen ad cognatos & agnatos: quia tamen quædam priuilegia dabat lex. xij. tabu. agnatis: vt certo nomine eos poſſet appellare, agnatos eos vocauit. ſunt tamen ipſi cognati: vt patet ex definitione agnati: vt. ff. de leg. tute. l. ſunt autē. & inſtit. de leg. agna. tut. §. j.

c *Vacantibus.* ſcilicet quæ contra hāc legem facerent. nec enim alias corrigit quę ſaluari poſſunt: vt ſupra quib. mo. na. effi. ſui. §. tribus. Accurſius.

d *Seruari.* ſcilicet volumus. Accurſius.

e *Conſtituimus.* tunc ſcilicet. Accurſius.

f *Cognoſcitur.* vt hic, &. ff. de gradi. cogna. l. j. in princip. & inſti. eo. §. j. Accurſius.

g *Cognatoſque.* cognati ex parte matris, agnati ex parte patris: vt inſtitu. de legi. agna. ſuc. in princip.

h *Succeſſionem.* in hoc lex. xij. tabu. mutatur: vt inſtitu. de hære. quæ ab inteſta. §. j.

i *Parentibus.* non ſolū agnatis & cognatis ex latere: vt hic, &. C. Authentica.

A de ſecun. nup. l. ſi quis prioris. in princ. &. C. de bo. quæ li. l. quod ſcitis. & inſtitu. de grad. cog. §. repetitis. ſed cum pater ſit in primo gradu, vt filius: quare nō ſic cito admittitur vt filius? Reſpō. propter commune votum naturæ, quod vult potius deſcendere quàm aſcendere: vt. ff. de bo. dam. l. cum ratio. &. ff. ſi tabu. teſta. *Succeſſio ſequitur vocationē naturæ.*

nullæ ex l. j. & vnde lib. l. ſcripto hærede. in fi. &. ff. de inoff. teſt. l. nā & ſi parētibus. & Paulus ait, Si filius, ergo hęres per deum. Item in quo peculio dices loqui, in caſtrenſi, vel quaſi? videtur ꝙ non, cum filio inteſtato moriente pater iure peculij occupet omnia bona: vt. ff. de caſtren. pecu. l. ij. Item in aduētitio non. nam in eo etiā ſi expreſſe diſponeret, diſpoſitio non teneret: vt. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. filiis. multo minus in profectitio, quod pater vt peculiū ſerui occupat poſt filij mortē: vt inſtitu. quib. non eſt per. fa. teſt. §. j. & ſic in nullo? Reſpō. in caſtrēſi & quaſi & aduētitio loquitur: nec obſtant iura prædicta: quia in eo quod dicunt patrē occupare prædicto modo, corriguntur per id † quod hic dicit: in profectitio autem nō: vt. j. eo. §. & ſic nota quòd hodie filius familias habet hæredē ab inteſtato deſcēdentē: ſed ſi nō eſt deſcendens, habet aſcendētem hæredem: vt. j. proxi. §.

Calat. 4.

† *Concor. c. Raynutius. iuncta. glo. ſuper verb. clare. in prī. extra de teſta.*

† *Ex hoc tex. ſumpta eſt authen. quæ eſt ſuper. l. ſi autē. C. de lēgi. hære. & incipit, poſt fratres.*

k *Quorum.* ſcilicet parentum.

l *Acquiruntur.* vt ſunt caſtrēſia & quaſi aduētitia ratione proprietatis: vt. C. de bo. quæ libe. l. cū oportet. ī prin. &. §. j. &. ij & inſtit. per quas perſo. no. acqui. §. igitur. vſusfructus autē aduētitiorū patri dū viuit, ſeruatur: licet filius decedat, vt hic ſubiicit.

m *In vſu.* i. in vſufructu. nā nudus vſus minus eſſet: vt inſti. de vſu & habi. §. minus.

n *Noſtras.* ſ. prædictas cū oportet: vt inſti. per quas perſo. no. acqui.

o *Antiquitas.* vt inſti. de hær. quæ ab inteſta. §. cū filius. & de ſuis & leg. l. ij. & ſic in ſtirpes inter deſcēdentes diuiditur hæreditas: ſed inter trāſuerſales nō, ſed in capita: vt inſti. de legagna. ſuc. §. hoc etiam. in fi. §. & hoc iure veteri. Hodie vero vſq; ad fratres & filios eorum in ſtirpes diuiditur, vltrà in capita, & ſeruatur ius antiquum: vt. j. eo. §. ſinautem defuncto.

p *Deſcendant.* hoc nō erat neceſſe dici: quia iam erat correctum per id quod eſt. ſ. de trien. & ſemiſ. §. neque. col. iij. vt dixi. ſ. eo. in princip. Accurſius.

q *Poteſtatis.* hic adiicit Irn. ſola naturali cauſa inſpecta. Vnde quæritur,

BIU Cujas

quæritur an succesio adoptiuorum sit sublata? Et dic quòd non: quia verbum sola, tollit differétiam sexus & patriæ potestatis tantum. sic &. C. de iurisd. omnium iudi. l. ij. Item not. quòd hic corrigitur totus ille titulus. ff. de coniun. cum eman. lib. quo cauebatur, vt si habeo filium emãcipatum, & ex eo nepotem in potestate: quãuis iure prætorio solus filius mihi succedat inspecto iure ciuili, scilicet legis xij. tab. solus nepos, vt institu. de hære. quæ ab intest. §. emancipati. tamen vtrũque simul vocauit tit. prædictus: vt ff. de coniun. cum emãcipa. li. in rubri. & l. j. §. j. nã cum hodie nulla sit differentia, vt hic dicit: cessat prædictus titulus. Accursius.

†*Concor. cũ hoc tex. gl. l. in. c. fin. extra de pignо.*

†*In Haloandri Græca & Latina editione peruerse hic addebatur, fratrũq; filiis. nam hi primũ hoc casu vocari cœperũt per Nouellam 127. j. Contius.*

a *Parentes.* quos accipe in infinitum: vt. ff. de in ius voc. l. quísque. §. parétes. licet quidam vsque ad tritauum. superiores vero maiores dicuntur, inspecta cõsuetudine Romanorũ: vt. ff. de gra. cogna. l. iurisconsultus. §. parétes. Accursius.

†*Rursũ & hic perperã editio Haloandrina inculcat fratrum filios. Cõtius.*

b *Declarabitur.* vt. j. eo. §. si vero cum ascendẽtibus. Accursius.

†*derogat. l. cũ oportet.*

c *Proximi.* ergo auũ maternum excludit pater, cum mater non superstit. sed aliud in descendentibus, si habeo filium, & ex alio præmortuo nepotem: vt. ŝ. eo. §. sic tamen.

C. de bo. quæ lib. Contius.

d *Quantoscunque.* vnde si paternus auus ex vna parte est, ex altera maternus auus & auia: tãtum hic solus, quantum illi duo, habet.

e *Vtrisque parẽtibus.* id est ex patre & matre.

Proximus quis dicatur.

f *Proximis.* proximum accipe quẽ nullus præcedit: vt. ff. de verbo. signifi. l. proximus. Sed quidam dicũt cum patre & matre tantum, vt hi proximi tãtũ vocẽtur: & sic dicunt fratrẽ repellere auum: cũ pater cum quo admittitur, repellat dictũ auũ: vt arg. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. de accessionibus. & hic, & C. de legi. hære. l. in successione. sed secundum primã dic illam. l. de successione esse correctam per istam.

†*In vetustis scriptis non habetur vox, fratres.*

Vsumfructum habet

g *Vsum.* id est vsumfructum. Et sic nota

Parentes succedunt descendentibus liberis ipsorum descendentium non extantibus, gradus prærogatiua seruata. Si vero parentes eundem gradum obtinent, æqualiter admittuntur: cum quibus fratres ex vtroque parente coniuncti defuncto vocantur: nec patri vsusfructus portionis eius filiis contingentis acquiritur. Bartolus.

SI igitur† defunctus descendentes quidẽ non relinquat hęredes, pater autẽ, aut mater, aut alij parentes [a] ei supersint, omnib' ex latere cognatis hos prę-
ponи sancimus: exceptis solis fratribus † ex vtroque parente coniunctis defuncto, sicut per subsequentia declarabitur. [b] Si autem plurimi ascendẽtium viuunt, hos præponi iubemus qui proximi [c] gradu reperiuntur, masculos & fœminas, siue paterni, siue materni sint. Si autem eundem habent gradum, ex æquo inter eos hæreditas diuidatur: vt medietatem quidem accipiant omnes à patre ascendẽtes, quanticunque fuerint: medietatem vero reliquam à matre ascendentes, quantoscunque [d] eos inueniri contigerit.

Si vero cum ascendentibus inueniantur fratres aut sorores ex vtrisque parentibus [e] coniuncti defuncto: † cum proximis [f] gradu ascendentibus vocabũtur: si autem pater aut mater fuerint, diuidenda inter eos quippe hæreditate secũdũ personarum numerum, vti & ascẽdentium & fratrum singuli æqualem habeant portionẽ: nullum† vsum [g] ex filiorum aut filiarũ portione in hoc casu valente patre sibi penitus vindicare: quoniã pro hac vsus portione, hæreditatis ius & secundum proprietatem per præsentem dedimus legem: differentia nulla seruanda inter personas istas, siue fœminæ, siue masculi fuerint, qui ad hæreditatem vocantur: & siue per masculi, siue per fœminæ personam copulãtur: & siue suæ potestatis, siue sub potestate sint eius cui succedunt fratres.† Reliquum est vt tertium ordinem decernamus qui vocatur ex latere, & in agnatos & cognatos diuiditur: vt etiam hac parte dispositа, vndique perfecta lex inueniatur.

CAP. III. De successione ex latere venientium.

Non existentibus descendentibus vel ascendentibus vocantur fratres vtrinque coniuncti: quibus non extantibus vocantur coniuncti ex vno latere tantum: & existentibus vtrisque vocantur ex vtroque latere coniuncti ipsi, & eorum filii: exclusis coniunctis ex vno latere tantum. Item filii fratrum vnà cum aliis vocantur, alii autem excluduntur. Angel.

SI igitur † defunctus neque descendentes neque ascendentes reliquerit, primùm ad hæreditatem vocamus fratres & sorores ex eodem patre & ex eadem matre natos: [h] quos etiam cum patribus ad hæreditatem vocauimus. [i] His autem non existentibus, in secundo ordine illos fratres ad hæreditatem vocamus, qui ex vno parente coniuncti sunt defuncto, siue per patrem solum, siue per matrem.

Si autẽ defuncto fratres fuerint, [k] & alterius fratris aut sororis præmortuorum filij, vocabuntur ad hæreditatem isti cum de patre & matre θείοις [l] masculis & fœminis: & quanticunque fuerint, tantam ex hæreditate præcipient portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere si superstes esset. Vnde consequens est, vt si forte præmortuus frater cuius filij viuunt, per vtranque partem nunc defunctæ personæ iungebatur, superstites autem fratres per patrem solum forsan, aut matrem ei iungebantur: præponantur istius filij propriis θείοις, licet in tertio sint gradu, siue à patre, siue à matre sint θεῖοι, & siue masculi, siue fœminæ sint: sicut eorum parens præponeretur si viueret. Ex diuerso si quidem frater superstes ex vtroque parẽte coniungitur defuncto, præmortuus autem per vnum parentem iungebatur: huiusmodi filios ab hæreditate excludimus: sicut ipse si viueret, ab hæreditate excludebatur.

Huiusmodi vero priuilegium in hoc ordine cognationis solis prębemus fratrum masculorum & fœminarum filiis * aut filiabus, vt in suorum parentum [m] iura succedant. Nulli [n] alij omnino personæ ex hoc ordine veniẽti, hoc ius largimur. † Sed & ipsis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur θείοις masculis & fœminis, siue paterni, siue materni sint. Si autem cum fratribus defuncti etiam ascendentes (sicut iam diximus [o]) ad hæreditatem vocãtur: nullo modo [p] ad successionem

quòd licet generali- ter in aduentitia patris quæratur vsusfructus, vt. C. de bo. quæ libe. l. cum oportet. tamen hic fallit: & aliàs, vt de xi. ŝ. vt liceat matri & auiæ. in fi. j. respon.

h *Natos.* potiores sunt ergo qui duplici iure vtũtur, quàm qui vnic vt supra de consan. & vteri. fratribus. §. si colla. v.

i *Vocauimus.* vt. ŝ. xi. §.

k *Fratres fuerint.* Nota si fuerint fratres. hoc notatur quòd fratris defuncti vocatur in stirpes quando cum patruis succedunt suo patruo. si vero nullus frater superest defuncto, sed filij fratris hi forte in capita vocabuntur. Azo. Sed contra dico: vt arg. ĩ. eo. §. si vero. in princip. innuit idem esse si sunt fratrum filij, in quod dicitur, si vero neque &c. Accursius.

ADDITIO. Accursij opinionẽ in recessu quam frater habentem multis nib' tueri conatus in lib. sing. de hæredi. ab intesta. vbi inter tera argumenta ĩ sus sum, nepotes solos siue cum patruis semper succederẽt pes ex quo semel hoc beneficium raliter datũ est leg. tab. vt in parẽtum succederẽt. Anto. tius.

l *Θείοις.* id est patruis, vel auunculis videtur fratres vocari: vt institu. leg. agn. suc. §. hoc tiã. in fin. qui est cõtra Sol. hęc illam corrigit

m *Parentum.* & ita stirpes. Sed contra stitu. de leg. agn. suc. hoc etiam. in fi. vbi cit in capita. Solu. corrigit illam &c.

n *Nulli.* sic ergo pi uilegium ad alium transit: vt. ff. quod eo. l. sed si. §. soli. & quarum rerum act. datur. l. j. §. pe. & re iudica. l. & si fideiso sor. & ff. pro socio verum. in fi. j. respon.

o *Sicut iam diximus.* vt supra eo. §. si vero cum ascendentibus.

p *Nullo modo.* sed hodie vocantur etiam cũ θείοις & auis: vt in authen. vt fra. fil. j. respõ. quæ est cõtra. Solu. hic corrigitur.

BIU Cujas

corrigitur.

a *Quandoquidem.* id eſt quia. ratio enim erat, quia vocatur frater cum aſcēdētibus: quod eſt contra ius commune huius conſtitutionis quæ tres tantum facit ordines ſuccedēdi: vnde ad cōſequentiam non producuntur. & hoc hic dicit: ar.ff. de legi. & ſenatuſcon. l. quod vero contra rationem.

b *Si etiam.* id eſt quāuis. ſed quare, cum in eodem ſint gradu? Reſpondeo, iſti vocantur cum fratribus defuncti, qui pro certo repellūt patres, patruos, & auūculos, & amitas, & materteras: ergo & iſti nepotes debēt repellere.

c *Cognatos.* ſed vſque ad quem gradum? nunquid ſeptimū vt olim? Reſpon. quia ſic eſſet differentia inter agnatos, qui vſque ad. x. vocantur, & cognatos: ſed trahe omnes ad. x. cum debeas ſucceſſiones dilatare: vt inſtit. de ſucceſ. cog. §. fi. & de bo. poſ. §. adhuc autem.

d *Cognationis.* quæro ergo, an dominus cognato ſerui ſui ſuccedat, cum nihil niſi natura ſpectetur? Reſpō. non: quia neque per prætorem vocabatur, qui ſolam naturalē cauſam intuebatur: vt. ff. de grad. l. ij. & inſtitu. de ſer. cogn. in princip. & in fi. & repetas hic quæ dixi diligēter. ſ. de cōſang. & vteri. fra. in illa glo. hic diſtingue &c. col. vj. Accur.

e *Agnatorū.* olim autem agnatis tantum dabatur: vt. C. de leg. tu. l. jnquæ eſt cōtra: ſed hic corrigit.

f *Aut auia.* de matre etiam iure veteri dicitur: vt. C. quando mu. offi. tut. l. ij. ſed de auia hic addit.

g *Ordinem.* primo ergo mater, & poſtea auia admittitur. Sed an idem erit in cura quod hic in tutela dicit? Reſpon. ſic, cum ſit eadem ratio: vt ar. C. de cura. fu. l. cū repudiāte. Item nunquid hæc mater eſt legitima tutrix vel datiua? videtur legitima: vt. C. ad Tertul. l. omnem. ſed à iudice datur, vt hic, cum legitimos nemo det, ſed lex xij. tab. eos vocat: vt. ff. de leg. tut. l. legitimos.

ab inteſtato fratris aut ſororis filios vocari permittimus, neque ſi ex vtroque parente eorum pater aut mater defuncto iungebatur: quandoquidem [a] fratris & ſororis filiis tale priuilegium dedimus, vt in propriorum parentum ſuccedentes locum, ſoli in tertio cōſtituti gradu, cum iis qui in ſecundo gradu ſunt, ad hæreditatem vocentur.] Illud palam eſt, quia bonis defunctis maſculis & fœminis, ſiue à patre, ſiue à matre, præponuntur, ſi etiam [b] illi tertium cognationis ſimiliter obtineant gradum.†

Si non ſunt fratres, nec filii fratrum, vocantur cæteri agnati & cognati ſecundum gradus prærogatiuam in capita: ſublatā differentia agnationis & cognationis. Angelus.

SI vero neque fratres, neque filios fratrum (ſicut diximus) defunctus reliquerit: omnes deinceps à latere cognatos [c] ad hæreditatem vocamus, ſecundum vniuſcuiuſque gradus prærogatiuā: vt viciniores gradu, ipſi reliquis præponantur. Si autem plurimi eiuſdem gradus inueniantur, ſecundum perſonarum numerū inter eos hæreditas diuidatur: quod in capita noſtræ leges appellant.

CAP. IIII. De agnatorū iure in hæreditate ſublato.

NVLLAM vero volumus eſſe differentiam in quacunque ſucceſsione aut hæreditate inter eos qui ad hæreditatem vocantur, maſculos ac fœminas, quos ad hæreditatem communiter definiuimus vocari, ſiue per maſculi, ſiue per fœminæ perſonam defuncto iungebantur: ſed in omnibus ſucceſsionibus agnatorum cognatorumque differentiam vacare præcipimus, ſiue per fœmineam perſonam, ſiue per emancipationem, ſiue per alium quemlibet modum prioribus legibus tractabatur, & omnes ſine qualibet huiuſmodi differentia ſecundum proprium cognationis [d] gradum ad cognatorum ſucceſsionem ab inteſtato venire præcipimus.

CAP. V. De legitima tutela liberorum, & de matre & auia.

Tutela legitima defertur ſecundum gradum & ordinem quoad hæreditatem vocātur, ſi idonei ſunt: agnationis & cognationis differentia ſublata, regulariter mulieribus expulſis, exceptis matre & auia: quæ omnibus ex latere venientibus præferuntur, ſolis teſtamentariis eas præcedentibus. pluribus autem in eodem gradu exiſtētibus, magis idoneus eligendus eſt, tutelæ periculo omnibus imminente: legibus quæ de hæreticorum ſucceſsione loquuntur, firmis manentibus. Bartolus.

EX his† autem quæ de hæreditate diximus & diſpoſuimus: & quæ de tutela ſunt, manifeſta conſiſtunt. Sancimus enim vnumquenque ſecundum gradum & ordinem quo ad hæreditatem vocatur, aut ſolum, aut cum aliis etiam functionem tutelæ ſuſcipere: nulla neque in hac parte differentia introducenda de agnatorum [e] ſeu cognatorum iure: ſed omnibus ſimiliter ad tutelā vocandis, quíque ex maſculorum, quíque ex fœminarum prole deſcendunt minori coniuncti. Hoc autem dicimus ſi maſculi & perfectæ ætatis ſint, & nulla lege prohibeantur tutelam ſuſcipere, neque excuſatione competēte ſibimet vtātur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelæ ſubire officium, niſi mater † aut auia [f] fuerit. His enim ſolis ſēcūdum hæreditatis ordinem [g] & tutelam ſubire permittimus, ſi inter geſta [h] & nuptiis aliis & auxilio Velleiani ſenatuſconſulti renūciant. [i] Hæc enim ſeruātes [k] omnibus à latere cognatis quo ad tutelā præponuntur: teſtamentariis ſolis tutoribus præcedentibus eas. defuncti nanque voluntatē & electionem præponi volumus. Si autem [l] plurimi eundem cognationis gradum habentes ad tutelam vocantur: iubemus communiter conuenientibus apud iudicē cui huius partis ſolicitudo eſt, vnum aut plures, quanti ad gubernationem ſubſtantiæ ſufficiant, ex ipſis eligi, [m] & denunciari, & cum vel eos minoris res gubernare: tutelæ periculo omnibus imminente qui ad tutelam vocantur, & ſubſtantiis eorum [n] minori ætate tacitè ſubiacentibus pro huiuſmodi gubernatione.

CAP. VI. De vi & poteſtate huius conſtitutionis in perſonis & in rebus.

HAEC autē† omnia quæ de ſucceſsionibus ſancimus, obtinere in illis volumus qui catholicæ fidei ſunt: in hæreticis autem iam à nobis poſitas leges firmas præcipimus eſſe, nullam nouitatem aut immutationem ex præſenti introducentes lege. Quæ igitur per hanc conſtitutionem in perpetuum obſeruādam ſanciuit noſtra tranquillitas, in illis volumus obtinere caſibus, qui à principiis Iulij mēſis præſentis ſextæ indictionis ſeu venerunt, ſeu poſthac emergent. Præcedentes nanque caſus qui vſque memoratum tempus pertranſierunt, ſecundum veteres leges [o] decidi præcipimus. Tua igitur gloria, per præſentē legem à nobis diſpoſita, ad omniū cognitionem venire procuret: in hac enim regia ciuitate edictis cōſuetè propoſitis: in prouinciis autem præceptis dirigendis ad clariſsimos

Sed dic dici legitimā, id eſt ſecundum legem à iudice datam.

h *Geſta.* ſcilicet corā iudice.

i *Renunciant.* & omni alij auxilio: vt. ſ. vt ſine prohi. ma. §. quia vero multam. col. vij. quæ renūciatio quo ad matrimonium non præiudicat: vt prædicto. §. Sed quo ad Velleianū ſic: vt. ff. ad Velle. l. pe. Sed cū fiat iudici, quo modo agenti proderit? Reſpon. ſi actio quæratur ex ſtipulatione iudicis, multo magis replicatio: vt ſi opponatur de Velleiano, & replicet aduerſari de renunciatione: vt. ff. rem pu. ſal. fo. l. non quaſi. Item contra. C. de procu. l. alienam. Sol. hic ſpeciale. Accurſius.

k *Seruantes.* id eſt his renunciantes mulieres.

l *Si autem.* nunc redit ad materiam ſuperiorem. Accurſius.

m *Eligi.* hæc electio propter cōmodiorem adminiſtrationē fit, vt communis hic, & ff. de admi. tut. l. ij. Accur.

n *Eorum.* tacite obligatis. C. de admini. tut. l. pro officio. Accur.

o *Veteres leges.* vt. ſ. vt cum de appel. cog. §. ſi quis de prædictis. & §. generaliter.

† *Ex hoc §. ſupra eſt authen. quæ ſuper. l. 2. C. quādo mu. tu. offi. fun. poteſt. & incipit, matri & auiæ. & cōcor. glo. vnica ante med. in ca. ex parte M. extra de ap pel.*

† *Concor. gl. 2. in ca. dilecti. circa fi. extra de arbi. & quæ hic dicūtur, recitantur in c. ex parte M. in gl. vnica ante me. ibi, hodie tamen p auth. de appella.*

† *Facit ad hunc. §. c. excōmunicamus. circa me. ca. extra de hæreti. vbi excluduntur à ſucceſsione & puniuntur hæretici aliis pœnis in d. c. contentis.*

BIU Cujas

VT SPONSALITIA LARGITAS &c.

a *Ponsalitiã largitatẽ.* Spõsalitia largitas dicitur hic impropriè, id est donatio propter nuptias. proprie enim diceretur quod donaret sponsus sponsæ. sed hæc fit ad recompensationem dotis: vt hic subiicit, & supra de æqua. do. §. j. cum ergo hoc fit, dicitur specialis contractus: vt hic, & supra de na. lib. in curia. depu. in princ. ij. col. ibi, excipim⁹ autem &c. hoc est per se contractus. Item & cp in se habet speciale aliquid. nam cum alię donationes exigant insinuationẽ si fiant vltra quingentos solidos: vt institu. de dona. §. aliæ. & hæc eadẽ exigebat: vt. C. de donatio. ante nup. l. fi. §. similiq; modo. nisi esset minor, aut fœmina: vt. C. de dona. ante nup. l. minoribus. tamen hæc hodie non exigitur, & sic aliis non cõnumeratur, id est assimilatur in hoc. Item nec in hoc: quia alia est simplex: hæc ob causam: vt. ff. de dona. l. j. Accursius.

Donationes quingentos aureos excedẽtes debẽt insinuari.

†*Sic puto restituendam subscriptionem, cum ex epitome Iuliani, tum ex meis manu scriptis. nam in Scrigeriana editione corrupta est. Contius.*

†*Malim dicere, Vt propter nuptias donatio &c. vt et in ipso textu constitutionis, quia & hoc significat διὰ τὸς γάμους δωρέα in Græcã scriptione, quæ differt in multis à sponsalitia largitate: & sic quoq; trãstulit Iulianus. Anto. Contius.*

b *Apud virum.* quid est hoc dicere, apud virum? Respon. quòd reuocare non potest. Itẽ si factum est hincinde pactum in casu alicuius eorum præmorientis, lucrabitur quilibet secundum pactum: siue fuerit insinuatum, siue non, per hanc authen. sed in hoc hodie corrigitur. nam si vir nõ insinuet, & pacta doralia cedant parti viri: nullam habẽt exactionem pro eo quod excesserit, & insinuatum nõ fuit: vt infra vt fra. fil. succe. §. illud quoque.

c *Fiat.* hoc pactum scilicet quatenus &c. Accursius.

d *Conscribat.* scilicet vir.

e *Testari.* quod est in quatuordecim annis: vt ff. de testa. l. qua ætate. &. C. de testa. l. si frater.

f *Lege.* Aelia Sentia: vt instit. qui ma. non pos. §. eadem lege. & iure medio: quod ibidẽ dicitur. Et not. quòd hic loquitur in vltima voluntate: & liber Institutionum similiter. vnde patet legem Aeliam Sentiam non esse correctam etiam inter viuos facta manumissione à minore. Accur.

g *Documento.* priuato. secus forte si publicum alterius publici faciat mentionem, secundum Alb. quia tunc creditur exemplo. ar. infra vt fra. fil. §. illud. &. ff. de admi. tut. l. chirographis. Sed tu dic secundum Io. etiam si publicum sit exemplificatum. nam ad hoc creditur exemplificato, quia sic contineatur in alio. & potest esse quòd in originali erant aliæ literæ vel cancellationes quæ non continentur in exemplo. vnde non probatur plene per exemplum: vt hic, &. C. de eden. l. procurator. &. ff. famil. erciscun. l. si quæ. &. l. Pomponius Philadelphus. & de fid. instru. l. ij. nisi originale sit officio iudicis ordinarij publicatum. & sic intelligitur infra vt fra. fil. §. illud. & ff. de admin. tut. l. chirographis. Accursius.

h *Aliud documentum.* scilicet originale. Ac.

i *Memoria.* id est mẽtio.

k *Alia.* puta per testes.

l *Exhibeatur.* hoc quod &c.

m *Quę & quantæ.* scilicet hæc.

n *Legibus.* vt. ff. fami. erciscun. l. si quæ cautiones. & ff. de fide instru. l. ij. & C. de eden. l. procurator. & ff. quòd admo. testa. aper. l. fin. Accursius.

o *Inducias.* id est fine biennij.

p *Die.* scilicet tertio secundo in fine. & hoc innuit verbũ illud inferius scilicet, in decẽtis diebus.

q *Examinare.* scilicet velle.

r *Præiudicium.* siue ergo stet per imperatorem qui iudex sit appellationis: vt supra de appel. §. j. siue per alium iudicem, vt hic: non currit tempus quantum ad effectum, quia datur restitutio: vt. ff. quib. ex cau. ma. l. fed si per. §. ait prætor. hoc in causa appellationis. in causa vero principali triennio finitum durat, quicquid contingat: vt. C. de iudi. l. properandum. Sed quid si steterit per vilium? Respond. minus currit tempus, sed agitur contra eum de dolo: vt. ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo. sed & ille non esset solutus, restitueretur ad tem: vt. ff. de eo per quẽ fac. erit. l. fin. Accur.

s *Examinari.* immo videtur quòd nõ: vt supra de iis qui ingre. appel. quæ est contra Sol. ibi per partes finitit: hic per iudicem arg. ff. quib. ex cau. ma. l. j. §. penul. & l. fed si §. ait prætor. & ff. de dãno infect. l. finita. §. eleganter. & fine vi fiat ei qui in possessi. fi. §. fi.

t *Indigens.* scilicet ca-

clarissimos præsides earum: vt nulli nostri imperij subiectorum sit ignota nostræ circa eos mansuetudinis prouidentia: ita tamen, vt sine omni dispendio ciuium, aut prouincialium, in omni loco præsentis legis fiat insinuatio. Datum. VII. Kalẽ. Augu. C P. Domi. Iustinia. P P. Augu. anno. XVII. post consulatum Basilij. V. C. anno secundo.

TITVLVS II.

Nouella 119.

VT SPONSALITIA largitas, †specialis sit contractus, & de diuersis capitulis.

Sponsalitia largitas quæ est specialis cõtractus, ex omni parte valet, cuiuscunque sit quantitatis, etiam sine insinuatione. Bar.

Imper. Iustinianus Augustus Petro gloriosissimo prætoriorum præfecto.

CAP. I. Donatio propter nuptias insinuanda non est.

SPonsalitiam largitatem a contractũ specialẽ esse & iudicari, & non aliis donationibus eam connumerari, per præsentem sancimus legem: quoniam pro ea æqualitas dotis offertur. Siue igitur fiat sub gestis monumentorum eius insinuatio, siue etiam non: iubemus eam per omnia suũ robur habere tã apud mulierẽ, quàm apud virum, b siue ab ipso viro, siue ab altero aliquo mulieri detur seu conscribatur, vel in viri personam donatio fiat, c quaten⁹ ipsas res in nuptialem donationem cõscribat. d & hoc valere præcipimus cuiuscũque sit donatio quantitatis: vel si nõ (sicuti dictum est) insinuetur.

CAP. II. Minor in testamento seruos manumittere potest.

Minores ex quo possunt testari, possunt libertates relinquere, antiqua lege cessante. Bartolus.

ET hoc quoq; præsenti cõstitutione sancimus, vt licentia sit minoribus in ipso tempore in quo licet eis testari e de alia substantia, etiam suos seruos in vltimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimento ætatis faciendo: sed vacãte lege f quæ hoc primitus prohibebat.

CAP. III. Vt aliter credatur instrumento de altero instrumento facienti mentionem, quàm si id ipsum probetur.

Si vnum instrumentorum facit mentionem alterius instrumenti: in eo quod de alio instrumento mentionem facit, & non editur, non probat nisi originale producatur: vel per alias probationes cõprobetur. Bar.

ET hoc† insuper iubemus, vt si quis in aliquo documẽto g alterius faciat mẽtionem documenti: nullam ex hac memoria fieri exactionem, nisi aliud documentum h cuius memoria i in secũdo facta est, proferatur: aut alia k secundum leges probatio exhibeatur, l quia & quãtitas m cuius memoria facta est, pro veritate debetur. hoc enim etiam in veterib⁹ legibus n inuenitur.

CAP. IIII. De appellationibus.

Appellationis tempus ipso iure non currit, si per iudicem stetit quo minus causam examinet, & sententiam proferat. Bar.

HOC quoque sancimus, vt siquando appellatione secuta, in nouissima induciarũ o die, p† aut pars vtraque, aut solus qui appellatione vsus est, occurrerit, & suam præsentiam manifestauerit iudici futuro appellationis examinare q iudiciũ, aut consiliariis eius, aut qui lites intromittunt, & iudex eum in definitis diebus suscipere differat: nullũ præiudicium r partibus † aut vni earũ ex hoc penitus fieri, sed & post hoc examinari s appellationes huiusmodi, & sententia legitima terminari.

CAP. V. De retractationibus sententiarum P. Prætorio.

A sententia præfecti prætorio appellari non licet: sed supplicari intra decem dierum numerum. quæ sententia executioni mandari debet fideiussione præstita, supplicatione porrecta: aliter non: retractationis iure illi seruando, qui se grauatum putauerit. Bartolus.

ALIVD † ad hoc capitulũ nostra indigens t prouidẽtia p. speximus emendare. quia enim nostræ u leges decernũt, siquãdo gloriosissimi præfecti sacrorum prætoriorũ sententiã protulerint, nullam appellationem

pitulum.

u *Nostræ.* vt. ff. de offic. præfe. præto. l. j. §. j. &. C. de sen. præfe. præto. l. j.

BIU Cujas

aduersus eam offerri, sancimus quoties sententia gloriosissimorum præfectorum cuiuscunque regionis proferatur, & vnus forsan litigatium putauerit se grauari, habere eum licet iam petitionem [a] offerre gloriosissimis præfectis qui sententiam protulerunt, aut eorum cõsiliariis, aut causas introducentibus, [b] intra decẽ dierũ inducias post [c] prolatam sententiam: vt hoc subsecuto, non aliter executioni sententia contradatur, nisi prius fideiussiones dignas prębuerit victrix pars, tantæ quãtitatis, quãtæ fuit condemnatio: vt si post hanc retractationem modo legitimo procedente sententia resoluatur, res ei cum augmentis legitimis restituatur. Si verò intra memoratas decem dierum inducias post prolatam sententiam nõ obtulerit libellũ is qui putat se læsum: iubemus causæ executionẽ sine fideiussore ꝓcedere, retractationis iure seruando [d] illi qui se grauatum putauerit.

CAP. VI. Si minor. 25. annis restitutionem aduersus additionẽ hæreditatis petere voluerit.

Si minor restitutionem petit, vt se ab hæreditate abstineat: creditores in præsentia constituti, vocandi sunt. omnibus autem, vel quibusdam in absentia constitutis, & legitimè expectatis, restitutio nihilo minus indulgenda est, curatore bonis dato, & bonorum inuentario facto. Bartolus.

AD hæc quoque sancimus, vt si cõtigerit minores velle se abstinere ab hæreditate in se deuoluta, & à se suscepta: [e] si quidem omnes creditores præsentes fuerint in illis locis in quibus in integrum restitutio postulatur, vocentur à iudice creditores: [f] & prẽsentibus omnibus, †ab huiusmodi hæreditate se minores abstineãt. Si verò omnes, aut aliqui [g] creditorum absentes fuerint: iubemus minores volentes hoc agere, locorum iudicem, in quibus ipsi degũt, adire; illum verò per cõsuetas citationes vocare creditores: & si intra spaciũ trium [h] mensium nusquam [i] appareant creditores, licere minoribus sine periculo ab huiusmodi hæreditate abscedere: †iudice prouidẽte, apud quem agitur in integrum restitutio, vbi debeant hæreditariæ res mobiles [k] & immobiles custodiri: [l] quantitate quippe harum, publica descriptione sub gestis monumentorum manifestanda.

CAP. VII. De præscriptionibus. aliàs, De mala fide possessoris res alienantis.

Habens titulum & bonam fidem, à male fidei possessore præscribit inter præsentes spacio decem annorum, & viginti inter absentes, si verus dominus hunc possidere scivit, & ipsum nõ inquietauit. Sin autẽ ignorauit, tunc non præscribit nisi spacio. xxx. annorum.

RVRSVS sancimus, † vt si quis mala fide rem possidens, aut per venditionem, aut per donationem, aut aliter hãc rem alienet: qui verò putat easdem res competere sibi, hoc agnoscens, [m] intra decem annos inter prẽsentes, & viginti inter absentes nõ contestatus [n] fuerit secundũ leges emptorem, aut donationem accipientem, aut illum ad quem res alio quolibet modo translatæ sunt: eum qui tales res habet, firmè eas habere, post decennij videlicet inter præsentes, & vicennij inter absentes discursum. Si autẽ ignorat verus alienatarum rerũ dominus & quia res ei competũt, & quia alienatio facta est: non aliter excludi hunc, nisi per trigennalem præscriptionem: non valente dicere eo qui res hoc modo possidet, quia ipse bona fide possidet, [o] quandò ipse à mala fide possidẽte hoc accepit.

CAP. VIII. De absentibus & præsentibus in decẽnij præscriptione.

Si quis fuerit præsens certis annis, & certis absens: supra decennium ad præscriptionem complẽdam adiici debent tot anni quot fuit absens. Ang.

DE præscriptione verò decennij hoc ordinare prospeximus, vt siquando quispiam in prædicta decẽnij tẽporali præscriptione in quibusdam quidem annis præsens sit, in quibusdam verò absens: alios tantos ei annos super decennium adiici, quantos ex ipso decennio absens fuit. [p] Hæc autem omnia quæ de temporali præscriptione decreuimus, non in præteritis, sed in futuris tantum post præsentem legem negotiis atque causis valere præcipimus.

CAP. IX. De testatore non cogendo propria manu nomina hæredũ scribere.

Testamentum suas vires obtinet, siue testator per se, siue per alium nomen hæredis scribat, vacante lege quæ contrarium asserebat. Bartolus.

a *Petitionem.* id est libellum. sed supplicatio tantum principi sit facienda. & sic correctæ sunt leges quæ dicunt supplicari præfecto: vt C. de preci. impe. offe. Isi quis. & de sen. præ. præto. l. j. Sed dico ꝙ inter hanc petitionem & illam supplicationẽ nulla sit differentia: nec sit necessarius libellus. Accursius.

b *Introducentibus.* qui referendarij dicuntur: vt. j. vt litig. iur. §. fi. & supra de referen. sed an ipsi cognoscent de appel? Respon. absit: cum sint minores: vt. ſ. de appel. §. fina. sed princeps tantum, vel cui ipse cõmittet: vt. ff. de mino. l. minores. in princ. &. §. pe. Accursius.

c *Inducias post.* mandatur ergo sententia executioni interim. sed cõtra in appellatione seruatur: vt. ff. nil inno. appel. penden. & in rubri. & in tex. nisi in casu vt. j. de san. episco. §. œconomus. est & alia differentia quare potest bis appellari, sed supplicari semel tantũ, vt. C. de preci. impe. offe. l. si quis aduersus.

d *Seruando.* intra biẽnium: vt. C. de sen. prę. fi. præto. l. j. quę est cõtra. sed ibi biennium post sententiam datur, & post publicationem. hic autem dantur decem dies ante supplicationem. Accursius.

e *A se susceptа.* quod faciunt quandoque: vt C. si minor ſu maio. di. per totum: vt quia sit litibus & sumptib⁹ impedita: vt. ff. de minor. l. minor vigintiquinq; annis. Accursius.

f *Creditores.* idem in legatariis: quia eos hæc res tangit. argu. ſ. de hære. & Falcid. §. hinc nobis. & C. de aucto. præstan. l. fina. aliàs nõ valet restitutio: vt. ff. de mino. l. etiam §. fina.

g *Aliqui.* non ergo præiudicatur per præsentes plures absentibus paucioribus. Argu. contra. ff. de pact. l. maiorem. & l. reſcriptum. & de cura. bo. dan. l. ij. Sed & hoc dici potest, vt absentibus per præsentes prẽiudicetur, dũmodo vocentur absentes. Accursius.

h *Trium.* Quare triũ? Respond. sic video & aliàs: vt supra de liti. §.

i *Nusquam.* aduerbiũ loci.

k *Mobiles.* nisi quædã perierint per imbecillitatem ætatis: vt. ff. de mino. l. ait prætor. §. fi.

l *Custodiri.* scilicet custodiendo curatorem: vt. ff. de curato. bonis dan. l. j.

m *Agnoscens.* quocũque modo sciat. ff. de pet. hære. l. itẽ veniũt. §. petitam. in fin. Et sic not. scientiam suam ei nocere: vt arg. C. de nup. l. si vicinis. sed ex quo tempore hoc tempus. x. &. xx. an. computatur? quidam distinguunt, si possessor velit vti accessione sui auctoris: tũc ex tempore quo possedit antecessor qui fuit malæ fidei: & tunc. xxx. an. nõ ex tempore sciẽtiæ domini. argu. C. de præscrip. longi tempo. l. j. &. ff. de acquiren. pos. l. Pomponius. §. cũ quis. Alij dicũt quòd etiam si quandocunque dominus sciat hoc, decennio vel vicennio sibi noceat. & hoc dicunt ex hac litera quæ dicit, intra. x. ann. &c. Sed secundum hoc quid si in vltima die sciat, & iudicis copiam non habet? hoc autem tempus continuum est: vt. ff. de vsucap. l. nunquam. §. j. q. d. iniquitas occurrit. Dic ergo primum verius esse, vt ex tempore scientiæ domini computetur.

† *Ex hoc. §. sumpta est authen. quæ est super. l. C. de præscri. long. tẽp. & incipit, malæ fidei possessore. & facit ad hunc. §. glo. 2. i med. in fa. vlti. extra de præscrip.*

n *Contestatus.* etiam ex missione executoris: vt C. de præscrip. triginta an. l. cum notissimi. &. l. sicut. & de his hic fit mentio.

o *Possidet.* scilicet ꝙ præscripserit. & quod subiicit, quando, id est quia, vel temporaliter. Et sic not. hodie quòd mala fides venditoris emptori nocet hoc casu. olim contra: vt. ff. de publica. l. eum. §. prætor. & C. de præscrip. longi tempo. l. j. & de pericu. & commo. rei vindi. l. dolum. Acc.

Mala fides venditoris emptori nocet.

p *Absens fuit.* vt duplicetur tempus absentię: vt si absens fuit quiquennio, ei dentur iterum quinque anni post reuersionẽ: & hoc quãdo ex voluntate abest. si autem ex necessitate: tunc ipso iure nõ currit, vel

BIU Cujas

rit,vel restituitur: & dic de qua absentia hic loquatur,scilicet de ea quæ est de vna in aliam prouinciam : vt.C. de præscrip. lon. temp.l.fi.& fa.ad hunc.§.ff.de mino.l.interdum.&.ff.qui. ex cau. maio.l.necnó.§. si quis sæpius.

a *Hanc legem.* vt.C. de testamen.l.iubemus.

b *Volũtatem.*quod esset necesse, si testaretur per nuncupationem.

c *Priscam.* vt in.l.illa quæ est.C. de testa.hac consultissima. nam per illã non cogebatur ipse vel testes scribere nomen hæredis.

d *Inscripserit.* dũmodo ipse expresserit : qđ est scribendum, secundum quosdam.si igitur nutu exprimat,non valet secundum eos. Ar. contra. ff. de leg. iij.l. nutu. satis enim exprimit cum annuit.

e *Legem verò.*sic est.ſ. in colla.v. in constitu. vj. vt decætero cõmutationes.cõtra. Sol.hęc corrigit.

f *Peruenerunt.* nẽ per consequentiam res ecclesiæ alienentur.

g *Alienari.* hoc præceptum est seruandum: vt.C.de reb.alie.l.fi.

h *Alienationem.* alienaret autem legatarius in hæredẽ hærede Falcidiã retinẽte. sed certe immo videtur quòd non:quia Falcidia ipso iure remanet in bonis hæredis, & in reliqua parte legati dominium in legatarium trãsit: vt C.ad legem Falcid.l.fina.Respõ.hoc facit hic volũtas expressa testãtis, ne fiat alienatio. Et sic not. vnũ casum vbi cessat Falcidia. Sunt & alij, vt si est relictũ ad pias causas: vt.ĵ.de eccle. tit.§. si autem hæres.Item quando testator expresim vetuit:vt ſ.de hæred.& Falc.§. si vero expresim. coll.j. Item quando quibusdã in solidum soluit hæres : vt.ſ. de hæred. & Falc.§.non autem.aliàs generaliter habet locũ: vt.C.ad leg.Falc.l.ij.

Falcidia in multis locũ non habet.

DE ALIENATIONE, & emphyteusi, & locatione, & hypothecis &c.

i *Vltis.Legibus.*scilicet prolatis:& sic sunt ablatiui absoluti.& dicit de illa quæ est.ſ.de non alie.colla. j.Item & de illa,de eccle.re.immo.alie.colla. v.Item de illa.ſ.consti. quæ ex adscrip.§. fina. Item de illa.C. de sacrosan. eccle. l. sanci-

QVIA verò ante hanc legem[a] protulim⁹,vt testator, aut manu ꝓpria, aut per testes nomina hæredum scribat in testamẽto:agnouimus autem ex huiusmodi subtilitate plurima testamenta destructa,testatoribus non valentibus huiusmodi custodire subtilitatem, aut forsan nolentibus scire aliquos suã voluntatem: [b] iubemus licentiam quidem esse volẽtibus hoc seruare in propriis testamentis. si enim hoc non obseruãt, sed secundum priscam[c] consuetudinem testentur,etiam sic firmum testamentum esse sancimus:siue per se aliquis, siue per alterius personam nomen hæredis inscripserit: [d] si omnino reliquam legitimam obseruationẽ in testamento testator obseruauerit.

CAP. X. De rebus immobilibus quæ locis venerabilib⁹ pertinẽt.

Res ab ecclesia in principem translata, potest à principe in alium transferri, non obstante lege in contrarium loquente. Bart.

LEGEM verò[e] per quam sanximus nõ transferri ad alios res quæ ad nostram domum ex venerabili ecclesia peruenerunt, [f] vacare sancimus tam in iis quæ iam ad nostram domum legitimè peruenerunt, quàm quæ postea peruenire futura sunt.

CAP. XI. De lege Falcidia in rebus alienari prohibitis cessante.

Falcidia cessat in re à testatore alienari prohibita. his obtinentibus in casibus præteritis nondum finitis. Bartolus.

SI quando autem aliquis testamentum faciat, & aliquam rem immobilem suæ familiæ aut alteri cuicunque personæ nomine legati reliquerit,& specialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienari, [g] sed aut apud hæredes,aut apud successores illius cui relicta est, permanere: in hoc legato iubem⁹ Falcidiam legem locũ penitus non habere : quoniã alienationem[h] eius testator ipse ꝓhibuit. Hæc autem obtinere præcipimus in illis casibus qui nondum iudiciali decreto, aut per amicabilem conuentum, aut quolibet modo legitimo decisi sunt. Eminẽtia igitur tũa,quæ per prẽsentem legem in perpetuũ valituram nostra sanxit tranquillitas: edictis quidem in hac regia ciuitate propositis, præceptis autem ad omnium prouinciarum iudices destinatis, ad omnium notitiã venire procuret. Dat. XIII. Kalen. Feb. CP. Domi. Iusti. PP. Augu. anno* Basili. Conſ.

A mus.& de aliis,quas non habemus.

k *Reliquis.* ſubaudi, & aliis contractibus, qui sunt reliqua administrationis earum rerũ.& hoc in rubrica. nam alienatio pertinet ad administratorem:vt.ff. ad Trebell. mulier. Azo. Argu. cõtra. ff. de offic. procon. l.j. §.j.& hoc si habes in litera, & reliqua administrationis &c. si autem habes, & reliquis administrationib⁹,plenum est.

l *De plantantibus.* scilicet ipsas ecclesias forte.

m *Omnes.*scilicet predictas leges.

n *Licentiam.* hoc notaciter in rebus ecclesiasticis obseruãdum cõsuetudinem vt fieri debeat earum alienatio consensu patroni, si quis ibi fuerit, vel plebani, si capella plebanum habeat.alioqui cum auctoritate episcopi: & si non faciat, reuocatur: cautamen cognita, scilicet an decepta sit in contractu ecclesia.Item a precium sit in eius vtilitatem conuersum.donare quoque potest amicis bene merentibus, [a] secundum Al. Item secundum consuetudinem regni etiã sine eius consensu vel auctoritate solus prælatus dat in feudum.

o *Monasteriis.* id est monasteria possint alienari,secundum hoc vt infra eod.§. & hoc quidem.ibi,in aliis.

p *Sub alterno.* id est pari donatione: vt nouel.eo.tit.

q *Ad imperialem.* vt supra de non alie.§. finimus. col. ij. & supra vt decæte. commu. principi. colla.v. & ſ. not.quòd priuilegiatus à priuilegiato accipit. Ar.cõtra.ff.de reb. eo. l. si pupillorum. circa principi.

r *De colonis.*id est adscriptitiis.

ſ *Dari.* id est vendi, vel donari, vel alio modo.

t *Concedimus.*quia inter mobilia computatur : vt supra de non alie.§.j.

u *Commemoratorum.* alias memoratorum, ſubaudi,prælatos.

x *Iubemus.* id est permittimus.

y *Instantis.* scilicet præsentis pensionis sigue reditus.

z *Dimittimus.*aliàs deminuimus.

Præsitis.

BIU Cujas

proastiis† [a] ipsi sanctissimæ maiori ecclesiæ,& nominatis [b] venerabilibus domibus in regia hac ciuitate,aut in eius regione aut mansione constitutis: iubemus,si quidem hic reditus [c] habeant,integro canone ab iis ordinatorib' qui regũt ipsa venerabilia loca,emphyteusim hanc secundum prædictum modum accipienti,& aliis duabus successionibus dari,& nullam omnino releuationem,sed augmẽtum [d] fieri. Si verò non habeãt ipsa proastia aliquos omnino reditus:licentiam prębemus ordinatoribus venerabilium locorum in alia quantitate [e] hoc (sicut prædictũ est) in emphyteusim dare. Si verò contigerit quamlibet rem ex aliquo prædictorum locorum venerabiliũ emphyteutico iure datam, aut in imperialem domum, [f] aut in sacrum nostrum ærarium,aut in ciuitatem aliquam,aut in curiã, aut in aliquam venerabilem aliam domum peruenire: [g] licentiam prębemus ordinatoribus venerabilium locorum à quibus à principio emphyteusis facta est, mox vt peruenerit in vnam prædictarum personarũ [h] ipsa emphyteusis, manifestare suam voluntatem intra biennium:& aut ab his derelinqui eandem rem, ad quos [i] peruenit,& annuam pensionem quæ pacto cõtinetur,inferri,aut hoc recipere [k] emphyteusi soluta, [l] eo quòd hoc sibi prodesse existimant. [m] Si verò † quædam [n] sunt loca aut ipsi sanctissimæ ecclesię maiori,aut alicui venerabilium domorum [o] competentia,in quibus antiquæ habitationes depositæ [p] sunt,& ex quibus nullus prębetur reditus: prædictæ verò venerabiles domus quibus competunt hęc loca,reædificare non possunt, licentiam damus ipsis ordinatoribus earum in emphyteuses [q] perpetuo [r] iure tradere ipsa loca:ita tamen, vt emphyteusis in tertia parte [s] pensionum quæ ex habitationibus adhuc stantibus colligebantur, ex principiis tẽporis emphyteuseos ꝓcedat: [t] aut si emphyteuta maluerit,magis sub isto pacto accipiat loca, vt primitus ædificet,& ex adiectis illic per æstimationem pensionibus medietatem partis dari venerabili domui à qua ipsa loca accepit:& hoc fieri cõcedimus. vtatur ergo huiusmodi emphyteuta & illic inuenta de depositis habitationibus materia.

CAP. II. Si quis vsus nomine rem ecclesiæ habere voluerit.

SI verò aliquis voluerit quãlibet rem immobilem nomine vsus accipere à sanctissima maiore ecclesia regiæ ciuitatis,aut vnius memoratarum venerabiliũ domorum, [u] non aliter hoc accipiat,nisi aliã rem mox dominij iure prębuerit, ex quo eandem rem accepit,tantũ habentem reditum,quantum habeat res quæ ei datur: & non maioribus fisci præstationibus prægrauatam:vt post eius mortẽ,aut post tempus in quo datio vsus conuenit, non transcendentem videlicet accipientis vitam, vtraque res integra & in dominium & in vsum in eandem venerabilem domum perueniat.

CAP. III. Vt liceat vsque ad 30. annos res ecclesiasticas locare.

LOCATIONES [x] verò ab ipsis venerabilibus domibus fieri concedimus in quãtoscunque contrahentibus annos placuerit,non transcendentibus videlicet triginta annorũ temporibus.

CAP. IIII. Vt liceat res ecclesiæ immobiles pignori obligare.

SI verò † contigerit aliquã prædictarũ venerabilium domorum nomine fiscalium tributorum,aut alterius cuiuslibet superuenientis necessitatis venerabili domui,pecuniis egere: liceat eius ordinatoribus immobilem rem aut supponere aut dare in speciale [y] pignus,& creditor possideat eandẽ rem, & eius fructus colligat, & reputet sibi tam in his creditis pecuniis, quàm in vsuris, non autem maioribus quàm quartam partem centesimæ. Si verò persoluerint debitum præpositi eiusdem venerabilis domus,aut ex fructibus adimpleatur [z] creditum:redeat iterum res ad venerabilẽ domum ex qua data est.

CAP. V. De emphyteusi & hypotheca rerum ecclesiæ.

EMPHYTEVSEIS verò & hypothecas & vltra quinquenniũ volum' fieri à sanctissima maiore ecclesia regiæ ciuitatis,cõscientia & consensu beatissimi huius ciuitatis episcopi & patriarchæ, iurantibus

an ille qui accepit in emphyteu.rem ruinosam, vult soluere statim, an postea q̃ reædificauerit: vt in primo casu fiat deminutio in sexta parte ab eo qđ poterat colligi habitatione constante. quod intelligunt R.& Py. vt tertia pars præstetur,& duę remittantur. Io. econtra,scilicet vt duæ pręstentur,& tertia remittatur. si autẽ à principio soluere nõ vult: tunc præstet medietatẽ adiunctæ pensionis: vt si tunc reddebat.x. cũ erat ruinosa, & nũc lx.additio est in quinquaginta:& sic.xxv.dabit annis singulis:vt hic dicit.& hoc eodem casu dabit cõstantem,scilicet.x.& sic.xxxv. dabit:vt.ŝ.de non alien.§. si vero minui. quæ videtur contra.nam cum in hoc eodem casu loquatur,vt hic dicit:videtur cõstantem nunc pensionem solui. Sed solue vt dictum est.Sed nõne secundum prædicta magis grauatur qui soluit statim,cum tantum ei tertia remittatur,huic autem medietas? Respõ.hoc sibi videtur melius & leuius quod elegerit: vt insti. de act.§.huic.

t *Procedat*. hinc sumitur authen. si quas ruinas.

u *Domorum*.nam.l.iubemus.C. de sacrosan. ecc. in Constantinop. ciuitate habet locum, sed hæc in aliis ibidem adiacentibus.sed hodie idem est vbique: vt.j. eodem.§.quæcũque. & facit ad hunc.§.C. de sacrosan.eccles.l. iubemus.§.fina.&.ŝ. de non alie.§.si quis autem voluerit.

x *Locationes*. scilicet simplices.

y *Speciale*.multo magis generale.nã & per superiorem legem de non alie.specialiter ꝓhibentur:vt ibi dicitur §. alienationis. &.§. si enim.Accursius.

z *Adimpleatur*. quod debet fieri:vt hic,&.C. de pigno. act.l.j. &.ff. de pig.l. si is.§.j. & de distra.pig.l.j.

† *Supra est ex hoc.§. authen.quæ est sup.l.iubem⁹ nulli. C. de sacrosan. eccles.* & incipit, *itẽ prædiũ. quæ authẽ. est canonizata.* 10.q. 2.§.*itẽ prædium.*

a *Proastiis*.de proximæ villæ agris, vt dicunt.sed magis videtur de remotis dicere: à pro, quod remotionem significat: vt dicimus in proconsule. Sic enim licet à nominis interpretatione argumentari: vt institu. de de don.§. est & aliud. Sed primum verius est, vt innuit litera sequẽs.

b *Nominatis*. repete, & nominatis.

c *Si quidem hic reditus*.i. proastia.Albe.

d *Augmentum*.scilicet fieri potest.

e *Quantitate*. non dicit de qua.vnde ad arbitrium boni viri dico faciendum. hoc enim quod sequitur,sicut ꝓximus &c.vult quòd in sextã partem fiat deminutio. nam illud locum habet quando aliquos habet reditus:vt supra de nõ ali.§. si verò.cõtra.secundũ Alb. sed hoc stare non potest:quia ille.§. si vero. expresse dicit, quando nullos habet reditus, fieri tamen cõputationẽ intra.xx. annos. nisi diceres hic in ecclesia Cõstan.ibi in aliis.Vel dic quod hic dicit,sicut prędictũ est,subaudi.sũ illo.§.si vero.qui est.ŝ.de non alie.

f *Domum*.scilicet priuatam,vt differat à sequenti.

g *Peruenire*. à Titio puta.

h *Personarum*. id est domorum.

i *Ad quos*. eis subaudi,ad quos &c.

k *Recipere*.ſ. rem ipsam.

l *Soluta*.i.dissoluta.

m *Existimãt*.aliàs existimauit.

n *Si verò quædam*. licet materia præsens vsque ad.§.& hoc quidẽ. sit de ecclesia tantum Cõstãtinopolitana: vt infra eo.§. & hoc quidem. tamen iste generalis est,vt ex hac litera colligitur: vt infra eo.§.quæcunque ideo. cum nota.

o *Domorum*.prędictarum.

p *Depositæ*. id est destructæ ad terram.

q *In emphyteuses*. perpetuas.aliàs in emphyteusim.

r *Perpetuo*. hoc expone vt diximus.ŝ.de non alie.§.alienationis.

s *In tertia parte*. distinguunt hic quidam,

bus præsentibus Deo amabilibus œconomis & chartulariis [a] eiusdem sanctissimę maioris ecclesiæ, quòd nó ad præscriptionem iuris eius contractus efficiatur. In aliis verò venerabilibus domibus [b] si quidem sint chartularij, ipsos æquali modo iurare præsente eo qui præest venerabili domui. Si verò non sint chartularij, ab iis qui præsunt venerabilibus domibus, ꝓpositis sanctis euangeliis, contractum fieri in scriptis cum iureiurãdo addito huiusmodi instrumentis, quòd non ad læsionem aut præscriptionem venerabilis domus contractus efficitur. Oeconomis verò & orphanotrophis, & reliquis venerabilium domorum ordinatoribus, necnon omnib' chartulariis, & parentibus eorum, & filiis, & aliis qui per gen' eis, vel nuptiarum iure coniuncti sunt, interdicimus emphyteusim & locationes siue hypothecas rerum ipsis venerabilibus domibus cõpetentium, aut per semetipsos, aut per interpositam personam accipere: [c] scientibus eis, quòd si tale aliquid fiat, & hoc inualidum erit: & omnem substantiam tam eorum qui accipiunt, quàm œconomorum & chartulariorũ & ordinatorum, quibus secundum prædictum modum coniuncti sunt, in venerabilem domum de qua rem accipiunt, post obitum eorum peruenire iubemus.

CAP. VI. De rebus aliarũ ecclesiarum extra ciuitatem Constantinopolitanam.

ET hoc quidẽ super iis qui maioris ecclesiæ sunt, & prædictarum venerabilium domorũ quæ sunt in hac regia ciuitate, vel eius circuitu adhærentium disposuimus. In aliis verò sanctissimis ecclesiis, & monasteriis, & xenodochiis, & nosocomiis, seu reliquis venerabilibus domibus, [d] quæ in omnib' prouinciis nostræ reipublicæ positæ sunt, verumetiam monasteriorum in hac regia ciuitate, & eius circuitu adhærentium, cõsequenter definire præuidimus.

Licentiam igitur damus prædictis venerabilibus domibus, non solum ad tempus emphyteusim facere immobilium rerum sibi competentium, sed & perpetuè [e] hæc eis emphyteutico iure volentibus dari. Et si quidẽ sanctissimæ ecclesiæ sint, vel aliæ venerabiles dom', quarũ gubernationem loci sanctissimus episcopus aut per se, aut per venerabilem chorum clericorum faceret, cũ voluntate eorũ & consensu [f] fieri huiusmodi contractum, iurantibus præsentibus œconomis, & administratoribus, & chartulariis [g] ipsius venerabilis domus, [h] quòd ex hac emphyteusi nullũ damnum eidẽ venerabili domui infertur. Si verò ptochia, aut xenones, aut nosocomia, aut reliquæ venerabiles domus sint ꝓpriã administrationem habẽtes: si quidem venerabilia oratoria esse cõtigerit, cũ voluntate maioris partis ibidẽ ordinãtium [i] clericorũ, necnon & œconomi.

Si verò xenones, aut ptochiũ, aut nosocomiũ, aut alia sit venerabilis domus, apud præpositũ ipsius fieri contractũ, iurantibus ordinatoribus earũdem [k] venerabilium domorũ in præsentia Deo amabilis episcopi à quo præponũtur aut ordinantur, quòd nihil ad læsionẽ [l] aut præscriptionem ipsarum venerabiliũ domorum de huiusmodi contractu efficitur. In venerabilibus verò monasteriis primates eorũ cũ ampliore & maiore parte ibidem deseruientiũ monachorũ contractũ efficiant. In prædictis verò omnibus iubemus inscribi instrumentũ cũ iureiurãdo, quòd non ad læsionẽ aut præscriptionẽ earũdẽ [m] res [n] agitur. hac verò obseruatione huiusmodi præcedẽte, releuationem non amplius fieri à sexta parte reditus quem habet res [o] quæ in emphyteusim datur. Quæcũque verò de lapsis domibus cõpetentibus venerabilib' domibus quæ in regia sunt positæ ciuitate, superius [p] disposuimus: hæc in his [q] venerabilib' domibus valere præcipimus. Hoc etiã super ipsis venerabilibus domibus definire præuidimus, vt si quæda ex eis siue ꝓ publicis collationibus [r] siue pro alia necessaria causa eiusdẽ domus debitis obnoxiæ fiãt, & nó est possibile de reb' mobilibus eadẽ persolui debita: primo quidem ordine in speciali [t] pignore dari rem immobilẽ creditori, vt ei' fructus colligẽs, reputet sibi tã in ipsis debitis mutuis pecuniis, q̃ in vsuris [u] nó ampli' quarta parte cẽtesimæ. [x] Si verò noluerit' isto modo debitũ transigere, iubem' per eos quidẽ qui à sãctissimo patriarcha ordinant, siue metropolitę, siue alij episcopi sint, siue archimãdritę, siue orphanotrophi, aut nosocomi, aut xenodochi, aut aliarũ venerabilium domorum ordinatores, apud sanctissimos patriarchas,

a *Et chartulariis.* illi qui scribebãt ecclesiastica acta, & erãt de ipsa ecclesia, & habebant omnia ad manus melio quàm alij. arg. ff. de edẽ. l. argentarius. §. j. Et sic no. quòd in omnium præsentia fit etiã venditio rei ciuitatis &c. præsentibus euãgeliis: vt. C. de ven. re. ad ciui. perti. l. fi. lib. x.

Vẽditio rei ciuitatis fit in omnium præsentia.

b *Domibus.* id est monasteriis. nã de his exceperat: vt supra eo. in prin.

c *Accipere.* nó admittuntur vt quilibet: qđ dic vt infra eo. §. œconomis.

d *Domibus.* in prouinciis constitutis, de quibus modo incipit tractare.

e *Perpetuè.* hic dic vt dixi supra de non alienan. §. alienationis.

f *Et consensu.* sic venditio rei ciuitatis: vt. s. dixi. & C. de ven. re. ad ciui. perti. l. fina. in fi. & idem in vẽditione rei quæ fuit curialis, quæ fit à curia: vt. C. de prędiis curia. l. ij.

g *Chartulariis.* i. tabellionibus, vel scriptoribus.

h *Domus.* siue oratoria, id est ecclesia: vt differat à superiori.

i *Ordinantium.* id est ordinatorũ. aliàs adorantium, id est seruiẽtium. Accursius.

k *Earundem.* scilicet domorum venerabilium.

l *Ad læsionem.* Nota aliqua permitti fieri ad vtilitatem, quæ ad dãnum non permittũtur: vt hic, & ff. de transac. l. cum hi. §. eam. & inst. de aucto. tut. in prin. & ff. de bo. aucto. iu. pos. l. prætor. §. meum. Accursius.

Vtilitatis oratia quædam licent, quæ aliàs non.

m *Earundem.* scilicet domorum venerabilium.

n *Res agitur.* i. cõtractus. Albe.

o *Res.* si habet modo talem, vel maiorem reditum, quàm tunc quãdo ad venerabilem domũ deuenit: aliàs si minorem parum, tunc tẽpus quod venit cum ea deminutiõe de qua hic dicit: vt. s. de non alie. §. quia vero Leonis. si vero multum deminuta substantia est ob cladem: tunc serua quod dicitur. j. proxi. §. quæcunque &c. &. s. eo. §. si vero. Et nota quòd hic sumitur illa authenti. perpetua &c. vsque illuc, soluto &c. reliqua sumitur. s. de non alienan. §. quia vero Leonis. &. §. si vero. Accursius.

p *Superius.* vt. s. eo. §. si vero quædam.

q *In his.* id est in omnibus aliis per prouinciam constitutis.

r *Collationibus.* ad quas tenentur ecclesiæ: vt C. de sacrosan. eccles. l. placet. sed hodie non per. l. Friderichi, ad decorem. §. j. col. x.

f *Obnoxiæ.* aliàs obnoxij. Accursius.

t *In speciali.* olim tutum generale permittebatur: vt supra de nó alienan. aut permutan. §. alienationis. &. §. enim. quæ sunt contra. sed hoc corrigitur, & permittitur etiam speciale.

u *In vsuris.* hoc est in omni debitore & creditore: vt. C. de pigno. actio. l. j. & de distractio. pigno. l. j. & cautibi: quia licet hic permittat in forte, potest tamen prius in vsuris percipere creditor: vt C. de solutio. & libera. l. j. & sic non seruatur ordo scripturæ: vt instit. de lega. §. ante hæredis. vel dic speciale in ecclesia: vt hic.

x *Centesimæ.* centesima dicitur, quæ anno sorti æquiparatur, quæ si rotunda: vt centenarius numerus est rotundus. & hoc raro permittitur. quarta ergo dicitur, q̃ quatuor annis æquiparatur. & sic si bene computes, fiet quinque denarios pro qualibet libra & qualibet mense.

y *Si verò noluerit.* id est, creditor non vult

huiusmodi pignus sic accipere. Accursius.

a *Patriarchas.* & sic quilibet apud suum ordinatorem: vt hic,& infra ibi,per eos vero &c. in casu tamen fallit,scilicet cum archiepiscopus vendit.nam de sua synodo duo debent interuenire episcopi: vt supra vt nullus fabricet orato.do.§.fina.

b *In eis.* Nota duo, & maiorem partem,& deseruientiū.maior autem pars attenditur primò in numero: secundò in dignitate: vt.ff. de pact.l. maiorem.deseruientium autē ideo: quia si qui monachi sint de eodem monasterio, non tamen ibi deseruiunt, sed in suis cellulis stant, non exigitur cōsensus eorum. Item neque absentiū: oportet tamē esse præsentes duas partes omnium ordinatorum: vt ff. de decret. ab ordine fa.l.ij.&.ff.quod cuiusque vniuersi.l. nulli. & l. plane. & maior pars illarum duarum partiū debet consentire: vt.C. de decur.l.nominationum. & de prædi. cu. l.ij.lib.x.

c *Debitum.* scilicet per eos: vt supra posuit. Sed quid si nesciunt, quia nouiter fuit electus: & sic non interfuit, quia parum est quòd fuit electus? Respon. non compellitur peierare. arg.ff. de in lit. iur.l. videamus.sed forte iurabit œconomus, vel alius qui ibi maior sit: vt argu. supra eo.§.licentiam.in fi.§.

d *Possibile.* id est cōmode: vt arg.ff.de verbo.sig.l. Nepos Proculo.

e *Metropolitas.* id est archiepiscopos. Accursius.

f *Sustinere.* scilicet debeant.sic nihil dabitur tabellioni: vt.C. de episco.audien.l tam dementis. Accursius.

g *Volumus.* aliàs non volumus. Accursius.

h *Vēditionē fieri.* supra de non alien. aut per. §.nos igitur. contra. Solu. ibi regulare. hic specialiter pemittitur.

i *Dando.* emptor enim soluet creditori: vt.ff. de rebus eo.qui sub tu. l.magis.§.ne tamen. &.§. de eccle. re. immobi.alie.§. sancimus. Accursius.

k *Decima.* scilicet si res valeat decem,detur pro.xj. Alij,si valet.xj. detur pro.x.sed tunc nō decima,sed nona adderetur. Azo. Alij, vt si res valeat decem,detur pro nouem: quia cum in vno grauetur quòd accipit eam inuitus,in alio releuetur. ar.§. de trien.§. studium. coll. iij. Sed prima verior est: vt argu. infra de eccle.titu.§.sin autem annale. Accursius.

l *In hoc.* id est in solutione.

m *Per electionem.* imò ad electionem creditoris: vt supra de fi-

patriarchas,[a] à quibus ordinātur,aut præponūtur, monumēta fieri,& cū iureiurando ordinatorum, & cōsensu amplioris partis in eis[b] deseruientium debitū[c] manifestari,& quia nō est possibile[d] de rebus mobilibus istud persolui: per eos verò qui à metropolitis ordinantur, siue episcopi sint,siue archimandritæ,siue orphanotrophi,siue ptochotrophi,aut aliorum venerabilium locorum ordinatores, apud eos similiter metropolitas episcopos huiusmodi monumēta cōscribi. ab illis verò episcopis q aut à patriarchis,aut à metropolitis episcopis ordinātur, & habent sub propria iurisdictione aut monasteria,aut ptochia,aut xenones, aut nosocomia,aut alias venerabiles domos,sub similem modum fieri gesta: ita tamen,vt siue apud patriarchas,siue apud metropolitas,[e] siue apud episcopos alios huiusmodi gesta fiant, nullum pro his dispendium aut expensam venerabiles domos sustinere.[f] Propterea enim volumus[g] decætero apud iudices prouinciarū, aut defensores locorum huiusmodi monumēta à memoratis personis siue domibus agi, vt nullum dispendium sentiant. postquam verò ista subsecuta fuerint apud memoratos sanctissimos aut patriarchas, aut metropolitas,aut alios episcopos: tunc per prædictos ordinatores debitricis domus venerabilis in scriptis in publico ciuitatis loco proponātur per viginti dies:& isto modo hortentur eos qui emere voluerint immobilē rē: vt qui plus præbet,aliis præponatur. His verò omnibus præcedentibus, vēditionem fieri[h], precio modis omnibus pro debito dādo:[i] vt nō aliter habeat emptor munitionem, nisi precium pro ipso debito persol-

A deiur.§. quod autem. quæ est contra. Solu. ibi creditor pretiosius metallum,scilicet aurum mutuauerat. vnde in rebus pretiosioribus solutionem debet recipere. vel hoc speciale in ecclesia,quod est verius. *Aurum est pretiosius metallum.*

n *Aut episcopo.* nec sufficit quòd is qui accipit,solitus erat in vtilitatem ecclesię vertere: vt.ff. de in rē verso.l.quod si.§.quod tamen.

o *Crediderit.* scilicet aliquis creditor in præterito vel in futuro credet: vt subiicit.

p *Neque eis.* s. creditoribus. Accursius.

q *Profecerunt.* no. credentem ecclesiæ debere probare in vtilitatē ecclesiæ conuersum, vt hic. sic & credentē minori: vt.C. si aduer. credi.l.j.sic & agens de in rem ver. vt.ff. de in rē ver.l.iij.§.sed & si. sed agens exercitoria, sufficit si probat nauem indigere eo tempore quo mutuat: vt.ff. de exerci.l.fi. & intellige versum siue à principio vertit alendo familiā, vel soluēdo creditori: vt.ff. de in rem ver.l.j. &.ij.§.j.siue ex postfacto: vt.ff ad Macedo.l. sed Iulianus.§. proinde.&.§. & si ab initio. Sed quid si solitus erat hic prælatus vertere in vtilitatem ecclesiæ,& diligens esse? Videtur quod hic præsumitur vertisse: argu.ff. de p-ba.l. cum de indebito. §.j.&.ff.de re mili.l.nō omnes.§.à Barbaris. Sed dico cōtra: vt hic, & argu.ff.de in rē ver. l.iij.§.sed & si.in fin.§. Item no.hic factū personæ in damnum ecclesiæ non redundare. hoc tamen fallit in tribus casibus. Primus est de hæreditate hæretici: vt supra vt cum de ap.cog.§. si vero liberi. Secundus est in hæreditate raptoris: vt infra de sanctiss.episco.§. pen. Tertius est in naue extructa contra fœlicem embolam: vt C. de sacrosan. ecclesiis.l. iubemus. & hæc sunt contra. huic. sed certe non contrahendo, sed delinquendo illud euenit. Item quid si mutuauerit pecuniam toti capitulo? adhuc dico habere locum quod hic dicit, vt melius debeat probare: licet quidam dicant contra. sed Azo dicit probari posse per præsumptionem,per.l.fin.ff.de exercito. vel quia sit diligēs,per.l.ff.de,p-ba.l.cum de indebito.§.j. vel quia omnibus simul sit data,per.l. C.de sac.san.eccle.l.iubemus. sed illa in delicto loquitur, vt ibi dixi. præterea hæc litera vult subtiliter probari, sicut in rem ver. vt dixi per.l.ff.de in rem ver.l.iij.§.sed si sic. *Mutuās ecclesiæ, vt eius vtilitatem versum probare debet. Personæ fidei in damnū ecclesiæ non redundat.*

B

C

D

CAP. VII. De permutatione rerum ecclesiasticarum.

r *Aut hæredes.* vt supra de non alienan.§. œconomum. col.iij. & argu.ff.si certum peta.l.ciuitas.

Facere.

a *Facere.* permutat ergo cum ecclesia, vel cũ alio venerabili loco: vt hic, & supra consti. quę ex adscrip. §. fi. colla. v. Item cũ principe: vt. ĭ. de non alienan. §. sinimus. & ĭ. vt decæ. non fi. pi. §. j.

b *Concedimus.* Hic no. quinque casus in quibus ecclesia nullo modo alienat. Prim⁹, quãdo à principe res data est: vt hic. Secundus, quando ipsum monasterium vel ecclesia alienatur: vt. ĭ. §. proxi. Tertius, quando ipsemet emeret, vel cognato venderet: vt. j. eo. §. œconomus. Quartus, quando sub hac conditione ecclesię res data est, ne alieneturi: vt. j. e. §. sanctissimas. Quintus est, quia hæretico non alienat: vt. j. de ecclesiasti. tit. §. iubemus. His enim casibus prohibetur alienatio, etiã si tali modo fieret, in quo aliàs permitteretur. permittitur autem alienatio in sex casibus: quod dic vt supra de non alie. §. nos igitur. in fin.

Ecclesia in quinq; casibus alienare nõ potest.

c *Vindicare.* quomodo vindicantur ecclesiastica, sicut hic dicit, & C. de sacrosan. eccl. l. sancimus. & l. iubemus. §. sane. in fin. §. & maxime ipsum monasterium: vt hic dicit, & supra de non alienan. aut permu. §. quia vero cognouimus. cum vindicatio domino detur: & ideo cum in talibus dominium quis nõ habeat, cessare debeat vindicatio: vt. ff. de rei vindi. l. in rem. §. loca. quæ est cõtra? Respon. vindicatur vtili, non directa. vel dic, non quasi sua vindicat, sed quasi ecclesiæ, & eius nomine: vt & tutor nomine pupilli.

d *Grauatum.* sed hic quæritur, nonne tributa propter sterilitatem minuuntur: vt. C. de alluuioni. l. ij? Respon. propter præterita tributa non soluta dicitur inutile. nam à possessore semper petuntur: vt. ff. de publica. l. imperatores.

e *Scripturis.* ſ. super sancta euangelia.

f *Præsente.* scilicet episcopo. Alb. vel alio prælato vendente.

g *Quòd neque.* nunc cõputat sacramentum.

Omnes ecclesiæ, excepta maiore Constantinopolitana, & venerabilibus locis ei subiectis, permutare adinuicem possunt, vtriusque ecclesiæ indemnitate seruata: ea verò quæ ab imperiali domo processerunt, nullo modo alienari possunt, nec etiam monasteria. prædium autem inutile propter onus tributorum fiscalium alienari permittitur, excepta maiore ecclesia, & exceptis œconomis & propinquis, quibus acquirere est prohibitum. Bartolus. A

HOC verò iubemus, vt excepta sanctissima maiore ecclesia regiæ ciuitatis, & venerabilibus orphanotrophiis, xenonibus, & ptochiis, quæ sunt in regia ciuitate, sub eius constitutis ordinatione, licentiam esse B omnibus sanctissimis ecclesiis, & venerabilibus domibus, necnon & monasteriis, tam in hac regia ciuitate, quàm in diuersis prouinciis constitutis, permutationes adinuicẽ facere, [a] quãdo vtrique venerabili domui seruatur indemnitas: consentientibus in scriptis aut per depositiones huiusmodi contractui, non solum ordinatoribus vtriusq; venerabilis domus, sed etiam ampliore parte in eis deseruientium. Ea verò quæ ab imperiali domo in quamlibet venerabilem domum peruenerũt, aut postea peruenerint: nullo modo vẽdi, aut pignori supponi, aut permutari, aut omnino alienari concedimus, [b] neque si ad alteras venerabiles domos tale aliquid egerint. Et quoniam cognouimus ab aliquibus fieri alienationes monasteriorum, vt hæc à sacra figura in priuatorum conuersationem transferantur: & hoc omnibus modis prohibemus. Si verò tale aliquid factum deprehendatur: licentiam præbemus sanctissimo loci episcopo hoc monasteriis vindicare, [c] & C in antiquam figuram reducere. Si verò quis de prædictis venerabilibus domibus quæ in hac regia ciuitate, siue in aliis prouinciis sunt, (excepta sanctissima maiore ecclesia regiæ ciuitatis) prædium habeat plurimis fiscalibus tributis grauatum, [d] ex quo nullus inferatur reditus venerabili domui: licentiam prębemus eiusdem venerabilis domus ordinatoribus tale prædium alienare quolibet modo voluerint, ad perfectam securitatem eiusdem venerabilis domus, gestis monumentorum videlicet in huiusmodi alienatione conficiendis ab illis à quibus ordinatores talium locorum pręponuntur siue ordinantur, & iurantibus in sanctis scripturis, [e] psente [f] antistite iusdẽ venerabilis domus, & ampliore parte in ea deseruientium, ꝙ neque [g] per proditionem, neque per gratiam, aut quamlibet [h] præscriptionem alienatio fiat, sed vt seruetur immunitas [i] eidem venerabili domui. Oeconomis verò & ordinatoribus clericorum, & chartulariis vbicunque venerabilium domorum constitutarum, aut parentibus eorum, & filiis, & quibus secundum genus aut secundum matrimonij iura eõiunguntur, locationes aut emphyteuseis, aut emptiones, aut hypothecas rerum immobiliũ ipsis venerabilibus domibus cõ petentium subire aut per se, aut per interpositã personam, [k] secundum quod & iis qui in regia ciuitate sunt, prohibemus. [l]

CAP. VIII. Si emphyteuta ecclesiæ per biennĩ in soluendo canone cessauerit.

Si conductor vel emphyteuta rem acceptam deteriorem fecerit, vel canonem per biennium non soluerit, potest reiici de re: & damnum & pensionem soluere cogendus est, nulla actione pro melioratione competente. ecclesia autem repellere nolente exigere potest quod ei debetur. Bartolus. C

SI verò quis [t] aut locator aut emphyteuta cuius [m] rei competentis aut sanctissimæ maiori ecclesiæ, aut alteri venerabili domui in quolibet loco nostræ reipublicæ constitutæ, aut deteriorem faciat rem, quã quidem aut accepit, aut post hoc acceperit, aut per biennium [n] non intulerit quod ab eo promissum est emphyteuticũ, aut locationis canonem: damus licentiam venerabili domui ex qua locatio aut emphyteusis facta est, & quæ debentur solùm pro præcedente [o] tempore, & antiquum statũ locatæ siue emphyteuticæ rei exigere, & eiicere de emphyteusi, siue de locatione, non valentẽ de emponematis † actionem aliquam contra venerabiles domos mouere. Si verò noluerint prædicti ordinatores expellere eum, exigi quidem eum præcipimus quę pro locatione siue emphyteusi debere cognoscitur: vsque ad definitum verò tempus completum, sibi datam rem tenere eum, & quæ placita sunt dare. [p] Si verò refugiat, licentiam D

præbemus

h *Quamlibet.* scilicet pecunia accepta.

i *Immunitas.* id est indemnitas.

k *Per interpositam personam.* No. non admittuntur isti vt quilibet, vt & iudex de officio suo: vt. ff. de contrahe. emp. l. non licet. & tutor de tutela: vt. ff. de aucto. tuto. l. pupillus. & de re. eo. l. quamuis. & creditor & emptor in emptione pignoris vt. C. de distrac. pignor. l. qui sub imagine. nec fideiussor: vt. C. de fi. l. j. sed videtur ꝙ clerici possunt accipere vt infra de san. episco. §. si autem. Solu ibi de clericis subditis, hic de prælatis.

l *Prohibemus.* id est sicut prohibuimus de rebus ecclesię regiæ ciuitatis: vt supra eod. emphyteusis. ita in aliis ciuitatibus. Accur.

m *Cuius.* id est alicuius.

n *Per biennium.* Not. hic in emphyteusi ecclesiæ vel conductore biennium, vt hic. in emphyteusi priuatorum nium: vt. C. de iure emphyteu. l. ij. in colono priuati bienniũm vt. ff. locati. l. quæro. §. inter. Sed quid si ecclesia habeat? Respon. seuabo quod hic dicit argu. C. de fructibus & lit. expen. l. fina.

o *Præcedẽte.* hoc ideo quia contractus à principio secundum legem est initus: alioquin pro futuro tẽpore solui: vt supra de non alie. re. eccle. §. si vero quispiam. collat. Azo. quæ est contra & infra eodem. §. si vero emphyteusis. quæ est contra. & sic secusu locupletaretur ecclesia cum aliena iniura. sed sibi imputaret cum quis sua culpa damnum sentiret, &c. ff. de regulis iur. l. quoniam quis.

p *Dare.* compellitur reconducere, vel tenere conductionem. ff. de pu. & vect. l. ottem. §. fina. argu. contra in eod. titu. de publica. l. locatio. §. j. & de iure fisc. l. iij. §. cum quinquennium. Acc.

BIU Cujas

præbemus præpositis eorũdem venerabilium locorum indẽnitatem venerabilibus domibus de eiusdem rebus fieri, non valente neque hic de emonematis[a] † aliquid prætendere.

CAP. IX. *Vt liceat pro redẽptione captiuorum res immobiles ecclesiæ alienare.*

Immobiles res ecclesiæ possunt alienari pro redemptione captiuorum, nisi earum alienatio ecclesiæ fuerit expresse interdicta. Item Hierosolymorum ecclesia res immobiles alienare legitimè potest pretio statuto. Bartolus.

SANCTISSIMAS verò ecclesias [omnes seu œconomos] † ciuitatum[b] præcipimus alienare res immobiles pro captiuorũ redemptione: nisi sub hac conditione possessiones aliqui eis dederint, vt nullo modo has alienent.[c] Hoc autem concedimus, vt Hierosolymorum sanctissima ecclesia † licentiam habeat domos competentes ei nõ positas in eadem sancta ciuitate vẽdere, nõ minori pretio quàm de pẽsionibus eius in quinquaginta[d] annis colligitur: vt ex earũ pretio redit⁹ meliores emat. Si verò quidã cuilibet venerabili domui, siue in hac regia ciuitate, siue in prouinciis positæ, steriles possessiones donauerit, aut vendiderint, aut alio modo cõcesserint,[e] aũt dereliquerit:[f] iubemus pro talibus rebus nullam læsionem sustinere venerabilem domum in quam huiusmodi possessiones peruenerũt: aut fiscalium nomine,[g] aut alterius cuiuslibet causæ gratia prægrauari: sed omne huiusmodi onus in dantes & eorum hæredes recurrere: necessitatem habentibus recipere datas huiusmodi possessiones, & restituere de propria facultate venerabili domui omne damnũ quod ex huiusmodi occasione ei contigerit. Si verò etiam talis dolus in re subsecutus est, vt aliquę pecuniæ pro hoc venerabili domui darentur, & eas iubemus in proprium lucrum venerabilem domũ habere, steriles verò res ei qui dedit & hæredibus eius omnino restitui. Ad hoc iubemus, vt nulla necessitas sanctissimis ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis tam in regia ciuitate, quàm in omnibus reipublicę nostræ prouinciis positis inferatur possessiones steriles aut frugiferas vbilibet constitutas emere: vt non inueniantur per hanc occasionẽ, & quas habent perdere, aut debitis obnoxiare. Si verò quis voluerit rem immobilem nomine vsus accipere ab aliqua prædictarum venerabilium domorum (secundum quod superius de venerabilibus domibus quæ in regia ciuitate sunt positæ, disposuimus[h]) non aliter hoc accipiat, nisi aliam mox rem dominij iure præstiterit venerabili domui à qua eandem rem acceperit, tantum habentem reditum, quantum habet res quæ ei datur, & non maioribus tributis grauatam: quatenus post eius transitum, aut tẽpus in quo datio vsus est placita, non transcendens scilicet eius qui acceperit vitæ tempus: vtranque rem integro iure, & secundum dominium, & secundum vsum in ipsam venerabilem domum peruenire. Et hoc quidem de immobilibus rebus iubemus.

CAP. X. *De sacris vasis cuiusque ecclesiæ vel oratorij.*

DE sacris † autem vasis competentibus sanctissimæ maiori ecclesiæ regiæ ciuitatis, aut aliis venerabilibus oratorij domibus, in qualicunque loco nostræ reipublicæ positis generaliter constituimus, vt non aliter hæc vendantur, aut supponãtur, nisi pro captiuorum redemptione.[i] Si verò sunt plura vasa in aliqua memoratarum venerabilium domorum, nullum necessariũ vsum facientia, & contigerit huiusmodi venerabilem locum debitis aggrauari, & non sint aliæ manifestæ res, de quibus debeant debita reddi: licentiam ei damus gestis monumẽtorum (sicuti superius dictũ est) cõstitutis, prædicta superflua vasa aut aliis venerabilibus locis necessaria non habentibus vẽdere: aut conflare,[k] & similiter vendere, & eorum pretium in debitum præbere: vt non immobiles res alienentur.

† *Ex hoc §. est sumpta authen. quæ est sup. l. sancimus nemini licere. C. de sacrosan. ecc. & incipit, præterea si habet.*

CAP. XI. *Quibus pœnis subiiciantur qui præsentem constitutionem violauerint.*

Contrahentes cum ecclesia contra vel præter formam huius constitutionis, pœna hic inserta puniuntur, & etiam tabellio qui talia contractuum instrumenta conscripserit. Bartolus.

SI verò præter hæc quæ inserta sunt præsenti legi, contractus fiat super competentibus rebus mobilibus & immobilibus vni memoratarum venerabilium domorum: reddi quidẽ eidem[l] sanctissimæ ecclesiæ siue venerabili domui rem super quam tale[m] aliquid subsecutum est, cum medij temporis fructibus: maneat autem apud eam & pretium aut antidorũ, aut quod pro permutatione, aut alia qualibet occasione datũ est ei. Si verò emphyteusis agatur præter hæc quæ disposita sunt à nobis, reddi sanctissimæ ecclesiæ, siue venerabilibus domibus vel locis eandẽ rem iubemus, & emphyteuticum secundũ quod placitum est, dare, & pactum finiri secundum virtutem emphyteucalium instrumentorum. Si verò donetur res ecclesiastica, aut alterius venerabilis domus, & hanc reddi sanctissimæ maiori ecclesiæ, aut aliis venerabilibus domibus cum medij temporis fructibus, & tantum aliud quãtum valebat ipsa res. Si verò hypothecæ contra hæc dentur, creditor quod ei debetur, perdat, & res venerabili loco reddatur: tabelliones præsumentibus præter hanc nostram legem talibus ministrare instrumentis, perpetuo exilio condemnandis. Si verò aliquid ante hanc nostram legem secundum antiquas constitutiones factum est: hoc iubemus omnibus modis propriam virtutem habere. Omnia verò quæ contra antiquas leges facta sunt, reuocari

a *De emonematis*: id est de meliorationib⁹. Et sic no. quòd si deiicitur propter non solutam pensionem, nihil obiicit de huiusmodi meliorationib⁹. secus in colono priuato hoc eodẽ casu: vt. ff. loca. l. colonus. quæ est contra. Accur.

b *Curatum*. id est ecclesiarum quæ sunt in singulis ciuitatibus. & est ad hunc. §. C. de sacrosanctis eccles. l. sancimus. in fine. vbi dicit quòd animæ hominũ &c. Accur.

c *Alienent*. quod pactum est seruandum: vt C. de re. alie. non ali. l. fin. & de pact. inter emptol. fina. & s. vt spon. larg. §. fina.

d *Quinquaginta*. sic & aliàs pretium ex reditu cõstituitur: vt infra de eccle. tit. §. si autem annale. & s. eod. §. quod autem præbetur.

e *Concesserint*. scilicet inter viuos.

f *Dereliquerint*. in vltima voluntate. & hoc declarat verbum relinquere: vt. ff. de tabu. ex. fil. j. in fine.

g *Nomine*. non futuritẽporis nomine: quia nõ potest cogi amplius præstare, quàm percipiat: vt. C. de allu. l. ij. & sic nullum esset privilegium: sed præteriti cuius nomine possessores tenentur: vt. ff. de publi. l. imperatores. & concordat ad hunc. §. supra de non ali. §. sicut autem. in fin. tit. coll. ij.

h *Disposuimus*. vt. s. e. §. si vero aliquis.

i *Redemptione*. hoc autem idem erat iam constitutum: vt. C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. & supra de non alie. §. iisdem.

k *Conflare*. id est confringere, & sic vendere, quod sequitur scilicet, cuicunque.

l *Eidem*. & sic hoc casu & sequentibus lucratur cum aliena iactura. & sic est cõtra. ff. de cõdic. indebi. l. nam natura. Solu. ecclesia non iniuria, sed iure sit locupletior: qa emphyteutæ suo potest obiici culpa: vt. ff. de regulis iur. l. quod quis ex culpa. & dixi supra eo. §. si vero quis. & concordat huic & seq. §. quod est supra de non alie. §. quia vero Leonis. cum sequen. & quę ibi diximus, hic possunt repeti.

m *Tale*. scilicet illicitum.

BIU Cujas

a *Loquebantur.* scilicet si contra legem istam loquantur.

VT IVDICES non expectent &c.

b QVoniam. *Tranquillitatem.* vt se exonerét, nisi pro defectu iurisdictionis: vt. ff. de offic. procon. & leg. l. solent. & l. si quid. & C. de fal. l. vbi. vel nisi pro dubitatione iuris: vt. ſ. de iudi. l. j. §. fin. & nō facti: vt ibi dixi per. l. ff. de iudi. l. cum qui.

c *Examinationis.* quia oportet quòd princeps per se vel per alium à capite videret.

Maior numerus trāscendit minorem.

d *Sententiam.* Not. q quilibet debet iudicare: & plurium sententia tenet si sunt impares: vt. ff. de re iudi. l. duo ex tribus. & de arbi. l. item si vnus. si vero pares in causa liberali, pro libertate. in aliis autem pro reo valet: vt. ff. de re iudi. l. inter pares. & l. Pomponius. & hoc in ordinariis: in delegatis paribus expectatur declaratio delegantis: vt. ff. de re iudi. l. duo Acc.

VT LITIGANtes iurent &c.

Hic debet esse, Iudices nō expectēt sacras iussiones.

e Iurent. *Hæc prima pars expeditur infra eo. vsque ad. §. & hoc.*

f De sportulis. *Hæc secunda expeditur infra eo. §. & hoc quoque.*

g Et vt quæ. *Hæc expeditur infra eod. §. quia vero. vsque ad finem.*

h PRæsentem legē. *Suffragium.* id est pecunia pro suffragio data. Accursius.

i *Lites.* principales.

k *Appellationes.* sic ergo iuratur de calūnia in causa appellationis, & sic est in alia causa? Respon. est alia causa: sed quod dicit, iuratur, intellige si primò non fuit iuratum: aliàs non: vt supra de iis qui ingre. ad appel. §. finali. & iuratur ideo tunc, quando non fuit primò iuratum: quia & probatio calūnioſè posset dari, cum partibus de nouo probationes inducere permittatur: vt. C. de appel. l. eos. §. si quis. & de temp. appel. l. pèr hanc. Sed quo ad hunc articulū quòd nihil dabit iudici: dicō quòd iurer, licet iurauerit prius, cum alius reuocari sancimus, & res quæ contra virtutem earum data est, venerabilibus domibus reddatur, & decætero secundum præsentem legem omnia fieri disponimus: vacantibus posthac aliis omnibus constitutionibus quæ super talibus casibus duduum loquebantur. a Eminētia igitur tua, quæ per præsentem legē in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, inconuulsa obseruare festinet: edicto in solennibus & legitimis locis per decem dies proposito: & nullo pro tali occasione in prouincias destinando. Nos enim prouidemus quali modo sine collatorum læsione omnibus præsens nostra generalis cōstitutio manifesta fiat. Dat. VII. Id. Maij Constantinop. Dn. Iustinia. P P. A. *Basilio. V. C. consule.

In editionib. Scrimg. & Haloan. sequebantur Nouell. 121. Vt particulares vsurarum solutio. Nouell. 122. de formula artificum. Nouel. 123. De ecclesiasticis diuersis capitulis. quas omnes postea reperies aliis locis, vel Colla. 10. Contius.

TITVLVS IIII.

Nouella CXXV.

VT IVDICES NON EXpectent sacras iussiones, sed quæ videntur eis, decernant.

Iudices vt exonerent se, & ratione odii euitandi, relationem ad principem facere non debent, sed ipsi per se debent secundum iussitam pronuntiare: & si fuerint duo vel plures iudices, & discordant, omnes suam debent ferre sententiam. Bartolus.

Imperator Iustinianus Augustus Gabrieli glorioſissimo prætoriorum præfecto.

QVoniam quidā iudicantiū post multa litis certamina, & plurima à litigātibus facta dispendia in negotiis apud eos motis, suggestionibus vtuntur ad nostram trāquillitatem: b præsenti generali lege hoc perspeximus emendare, ne dilationes negotiis ex hoc fiant, & aliud rursus principiū examinationis c accipiant. Iubemus igitur nulli iudicantiū quolibet modo vel tēpore pro causis apud se propositis nuntiare ad nostram tranquillitatē, sed examinare perfectè causam: & quod eis iustum legitimúmque videtur, decernere: & si quidem partes cessauerint, in iis quæ decreta sunt, executioni tradi sententiam d secundum A legum virtutem. Si autē aliquis putauerit ex prolata nouissima sententia se læsum, appellatione vtatur legitima: & hoc secūdum ordinem legibus definitū examinetur, & perfectum suscipiat terminū. Si autem duo vel amplius fuerint cognitores litis, & aliqua inter eos emergat dissonātia: etiā sic iubemus vnūquemque eorum secūdū quod videtur ei dare suam sentētiam. Quæ igitur per præsentem legē in perpetuum valituram nostra tranquillitas definiuit, tam tua celsitudo, quàm omnes alij iudices maiores & minores cu- B stodire festinent: vt nullus penitus ignoret, quæ pro vtilitate nostrorum collatorū à nobis disposita sunt: ita tamen, vt vniuersis intimatis proprio præcepto, quatenus sine vllo inuisto dispendio nostris collatoribus insinuatio legis præsentis fiat. D. Id. Octob. Constātinop. Dn. Iusti. P P. A. Basilio. V. C. consu.

TITVLVS V.

Nouella. 124. *De litigatoribus &c.*

VT LITIGANTES IVRENT e IN EXOdio litis, quia neque promiserunt dare iudicibus, neque dabunt: & de sportulis: f & vt quæ g iubentur, referendarij compleant, & non misceant semetipsos causæ, & per se exequantur.

C *Principalis nullus sportulas potest exigere vltra modum à lege statutum: contrà facientes ablatum parti restituet, & triplum erario nomine pœnæ soluet: & si iudex in prædictis vindicandis fuerit negligens, comes rerum priuatarum ipsum coget ad dictam pœnam soluendam. Bartolus.*

Imperator Iustinianus Augustus Petro glorioſissimo sacrorum prætoriorum præfecto.

PRæsentem legem proferimus, vt & iudicum puritas appareat, & non valeat litigātium suffragium h circūuenire legem.

CAP. I.

IVBEMVS igitur, quoties apud quoscunque iudicātes aut administratores, lites i aut appellationes k examinantur: præ omnibus principales litigantium personas, aut illos ad quos in medium negotium forte l migrauerit, in præsentia iudicum tangentes sancta euangelia, iurare quòd nihil penitus iudicibus, aut patrocinij causa ipsis, vel alij cuicunque personæ pro hac causa quolibet modo dederunt, † aut promiserunt, aut postea dabunt, vel per se, vel per aliam quācunque mediam personam: exceptis iis quæ propriis aduocatis pro patrocinio præstant, aliisque personis m quibus n nostræ leges dari disposuerunt. Hæc autem seruari præcipimus & in sacro nostro consistorio, quando cōsultationes o intromittuntur, vt sub præsentia sacri senatus memorata sacramenta præstentur. Si autem (vt contingit) aliqui litigantium nequeunt ad iudices venire, p tunc iubemus præsentes quidem iurare prædictum iusiurandum: ad absentes autem dirigi ex officiis ministrantibus aliquos cum aduersa parte, vt eis præsentibus memorata sacramēta similiter præbeantur. Si vero mulier fuerit, quæ propter honestatem vitæ extraneis viris se monstrare non consueuit: tunc & absente aduersario, ex officio missos memorata suscipere sacramenta. q Si autem

D

l *Forte.* vt sunt hæredes: vel fortè procuratores. aliàs scilicet in rem suam. aliàs de calūnia non iurant quod plene dicit. C. de iura calum. l. ij. §. sinautem.

m *Personis.* vt exceptoribus sportulæ.

n *Quibus.* aliàs quæ.

o *Consultationes.* id est lites. Accursius.

p *Ad iudices venire.* propter infirmitatem licet sit in ciuitate: vel differat à. §. sinautem abesse.

q *Suscipere sacramenta.* forsitan, si hoc iudex sit iuder: vt. C. de appel. l. eos.

tem abesse partes in aliis locis[a] A cõtingat, aut vnam earum: præcipimus absentem in prouincia in qua degit, iusiurandum modo à nobis dicto sub gestis monumentorum apud iudicem prouinciæ, aut apud locorũ defensorem præbere. Illo videlicet † generaliter obseruando, vt si quis litigantium absens vel præsens huiusmodi iusiurãdum præbere noluerit, & hoc manifestetur iudici: per sententiam eius[b] actor quidẽ casum actionis, reus autem condemnationem sustineat.[c] B

CAP. II. Si pœnitentia ductus litigator personam cui aliquid dedit proferat.

Litigator pœnitentia ductus si personã declarauerit, veniam meretur. sed ille qui dationem vel promissionem suscepit, pœna hic inserta punitur. Litigator autem si probare nequiuerit, etiam punietur, iureiurando ab eo præstando, qui dicebatur suscepisse: sed periurio postea detecto periurus de periurio postea est puniendus: tutoribus & curatoribus iurisiurandi necessitate & pœnæ periculo imminente. Bartolus.

SI quis autem ex litigatoribus dixerit se dedisse alicui, aut promisisse, & personam declarauerit, & hoc probauerit: ipse quidem in euentu litis[d] veniam C mereatur: qui verò accepit,[e] aut promissionem suscepit, aut ei probetur: si quidẽ pecuniaria sit causa, quicquid datur, triplũ: quod vero promittitur, duplũ à comite rerũ priuatarum[f] exigatur, & dignitatem seu cingulum quod habet, in vtroque[g] casu amittat. Si autẽ criminalis sit accusatio, confiscationẽ propriæ substantiæ patiatur, & mittatur in exiliũ, qui propter acceptionem alienũ crimen in se transponi festinauit. Si autẽ datũ aut promissum litigator probare nequiuerit: iuret persona D quæ datum aut promissum dicitur suscepisse, quia neque per se neque per aliam personã aut accepit, aut promissionem habuit: & hoc præbito sacramento,[h] ipse quidem liber sit: litigator autem qui non potuit[i] ostẽdere, in pecuniariis quidẽ causis æstimationem litis à comite rerum priuatarum exigatur: lite quippe euentum[k] proprium sustinente. in criminalibus autem causis confiscationem suarũ rerum sustineat, & causæ apud cõpetentes iudices secundum ordinem legum terminẽtur. Si autẽ à litigatore manifestetur persona quæ memoratum refutauerit iusiurandum, tam in criminalibus quàm in pecuniariis causis memoratis subiaceat pœnis. Si quis autem litigantium iurauerit non dedisse, aut non promisisse, intra decem verò menses post prolatam sententiam numerandos ostendatur[l] dedisse: memoratæ pœnæ & cõtra dantes & contra accipientes habeant locum. In causis autem quæ per tutores aut curatores aguntur, sacramenta quidem tutores aut curatores præstent.[m] Si qua verò memoratarum pœnarum locum habuerit per talia sacramenta: hanc tutores aut curatores sustineãt,[n] nullo ex hoc præiudicio generando iis qui sub tutela aut cura esse noscuntur.

CAP. III. De illicitis sportulis prohibendis.

Iudices prouidere debent, ne sportulæ à litigatoribus illicitè exigantur, pœna eis imminente si tale delictum vindicare neglexerint. Item ipsis litigatoribus à quibus sportulæ licitè exiguntur, licet contra exigentes propria auctoritate resistere. Bartolus.

ET hoc quoque præcipimus ab omnibus iudicibus tam militaribus quàm ciuilibus in C omni loco nostræ reipublicæ custodiri, vt neque magisterianis, neque præfectianis,[o] neque alij cuicunque executori concedant aliquid amplius à quacunque persona sportularũ nomine percipere, quàm nostris legibus[p] declaratum est, nec si sacram nostræ tranquillitatis proferant iussionem. Sed si quidem inuenerint aliquid amplius exigentem: licentiam habeant & cõprehendere hunc, & includere, & quadruplum exigere quod plus acceperit: vt simplum quidem damnũ passo reddatur, triplum verò inferatur ærario. Si autem ciuilis aut militaris iudex siue interpelletur, seu quolibet modo neglexerit lęsum (sicut diximus) vindicare: ex sua substantia quadruplum secundum prędictum exigetur modum.[q] Ipsam verò pœnam exigi iubemus per comitem nostrarũ rerum priuatarũ. D Et competẽtes iudices si cognouerint aliquos ex suis officiis executores sportularum nomine contra nostras leges aliquid exigere, & hoc neglexerint vindicare, damus licentiam exactis nihil amplius exigentibus quàm ex nostra constitutione definitum est, dare: & si quid amplius exigere eos voluerint, licentiam habeant eis resistendi.[r]

CAP. IIII. Ne iudex aliquos ad transigendum compellat.

Iudex vel referendarius nullum cogere potest ad pacta vel transactiones faciendas cum aduersariis. Et si quis coactus hoc fecerit, nullum præiudicium sibi generatur. Angel.

QVIA verò lex tã piæ memoriæ patris nostri, q̃ etiam nostræ[s] trãquillitatis dispositi nullo mòdo iudices suis sentẽtiis inscribere tãquã ex imperiali verbo ex nõ scripto procedẽte iussum sit aliquos adhiberi, aut præsentari, sed etiã[t] spectabiles referendarios nostras iussiones secundũ quod competit, facere manifestas:

quibus nostris, cũ nullas dicat? sed omnes dicunt vt ista, facientes de aliis mentionem: vt supra de man. princ. §. deinde. colla. iij. & supra vt iudi. sine quo quo suffra. §. volumus. colla. ij. & infra vt disse. iudi. §. fina. Dic ergo quòd has leges de quibus hic fit mentio, non habemus. Vel dic earum sensus est talis vt dicitur. ff. de iudi. §. nullo. in clericis autem hodie certæ sportulæ constitutæ sunt: vt infra de sanc. episco. §. sportularum. & de his dices vt dixi instit. de actio. §. tripli. Accur.

q *Modum.* & sic iudex tenetur: vt. ff. de damno infec. l. iiij. §. in eum.

r *Resistendi.* Not. dari priuato licẽtiam resistendi: vt. C. de iure fisc. l. prohibitum est, & C. de appel. l. quoniam. *Priuato data resistẽdi facultas.*

s *Etiã nostræ.* istæ leges erant in primo libro. C. qui fuit ante illum quem habemus, vt in nouellis eo. titu.

t *Sed etiam.* secundum dictum prædictarum legum, quæ duo dicebant.

[a] *Locis.* scilicet remotis.

[b] *Eius.* iudicis scilicet, & quàm longissimè expellantur: vt. C. de iuramen. calum. l. ij. §. quòd si actor.

[c] *Sustineat.* hic adiunge. §. infra eod. in causis. & habebis authen. quod hic sumitur ſ. C. de iur. calum. l. ij. in princip.

[d] *In euentu litis.* paritur sponte confitentis sic. C. de iis qui se defe. l. j. &. ff. de iure fisc. l. edicto. &. C. ne tu. vel cura. l. j. &. ff. de re militia. l. non omnes. §. fina.

[e] *Accepit.* & hoc cõstat, quia cõfitetur tũc,

[f] *Priuatarum.* comes palatij erat iste.

[g] *In vtroque.* & cum accepit, & cum stipulatus est. Accur.

[h] *Præbito sacramento.* simile sacramẽtũ est. ff. de eden. l. prætor. §. sed & si. & de arbi. l. si de meis. aliàs incipit, idem Põponius scribit si de meis. §. arbiter. &. C. de fide instru. l. fi.

[i] *Non potuit.* Not. qui non probat, calumniari videtur: sic. C. de aduo. diuer. iud. l. j. Sed arg. contra. ff. ad Turp. l. j. Sol. ibi loquitur in casibus vbi calumnia non punitur, vt in marito: vt. C. de adult. l. quauis. & aliis casibus nota. in sum. ad Turpil. Accursius.

[k] *Euentum.* licet incertus sit, vel esse possit: vt. ff. de pecu. l. quod debetur seruo.

[l] *Ostendatur dedisse.* speciale est hic, vt periurium arguatur, quia à iudice delatum fuit sacramentum. sic. ff. de iureiuran. l. admonendi. aliàs contra: vt. C. de rebus credi. l. j.

[m] *Præstent.* vt. C. de iureiuran. propter ca. l. ij. §. sin autem.

[n] *Sustineant.* vt supra de trien. & semis. §. studium. in fin. &. C. vnde vi. l. meminerint. in fin.

[o] *Præfectianũ.* genera sunt executorũ, vt innuit litera sequens.

[p] *Nostris legibus.* sed quibus nostris, cũ nullas dicat? sed omnes dicunt vt ista, facientes de aliis mentionem: vt supra de man. princ. §. deinde. colla. iij. & supra vt iudi. sine quo quo suffra. §. volumus. colla. ij. & infra vt disse. iudi. §. fina. Dic ergo quòd has leges de quibus hic fit mentio, non habemus. Vel dic earum sensus est talis vt dicitur. ſ. de iudi. §. nullo. in clericis autem hodie certæ sportulæ constitutæ sunt: vt infra de sanc. episco. §. sportularum. & de his dices vt dixi instit. de actio. §. tripli. Accur.

[q] *Modum.* & sic iudex tenetur: vt. ff. de damno infec. l. iiij. §. in eum.

[r] *Resistendi.* Not. dari priuato licẽtiam resistendi: vt. C. de iure fisc. l. prohibitum est, & C. de appel. l. quoniam. *Priuato data resistẽdi facultas.*

[s] *Etiã nostræ.* istæ leges erant in primo libro. C. qui fuit ante illum quem habemus, vt in nouellis eo. titu.

[t] *Sed etiam.* secundum dictum prædictarum legum, quæ duo dicebant.

BIU Cujas

a *Exponere*. vt.ff. de leg.j.l.huiusmodi.in fi. contra.sed ibi non est pactum vel transactio: quia nec adinuicé habebant rixam: licet vnus vna actione, alius alia rem peteret à quodam tertio. pręterea ibi erat iudex competens: hic non.

DE ECCLESIASTICIS titulis &c.

Titulus varia significata habet.

Titulus.i. dignitas. Ité titulus.i. scriptura quædam: vt.C. de iis qui pot. no.l.1. Item titulus, id est superscriptio, quæ sic vulgo appellatur. Ité titulus, id est priuilegium: & sic hic accipitur: & quod subiicit, & priuilegiis: & pro id est priuilegiis &c.

b DE regulis ecclesiasticis. *Obseruamus.* Nota canones pro legibus obseruãdos: vt hic, &.ĩ. quomodo opor. episco. §. j. &. §. sed etiam. sic & de mona. §. fina. &. §. si vero relinquẽs. &. ĩ. vt cleri. apud pro. episco. §. fin. & ꝓpter hoc cum canones dicãt prohiberi vsuras, intelliguntur per. l. ꝓhibitæ. In hac opinione fuit dominus meus Azo. nec obstat quòd dicunt quidam alij hic confirmari tantum illos canones qui sunt de quatuor cõciliis. nã in illis etiam conciliis ꝓhibitæ sunt vsuræ, vt i Niceno. vt. xlvij. dist. c. quoniam. præterea si nullus canon hoc diceret, nec lex, videtur ꝙ non possunt, quia sunt cõtra legem dei: & inferior non potest legẽ superioris tollere: vt. ff. de arbi. l. nam magistratus. & ad Trebell. l. ille à quo. §. tempestiuũ.

Canones ꝓ legibus obseruari debent.

Inferior superioris legem tollere non potest.

Act. 9. a Item Paulus, Durũ est tibi contra stimulũ calcitrare. Præterea cum hæc lex sit de vltimis Iustiniani, quasi iã cõuersus hoc voluisse videtur. Sed contra infra de naut. vsu. sed illud speciale est in nautico fœnore. Item contra. j. eo. §. si autẽ distulerit. Solu. ibi speciale fauore vltimæ volũtatis, & ad pias causas.

c *Sacerdotum*. vt supra vt Ro. eccle. cen. an. gau. pri.

d *Archiepiscopum*. & patriarcham.

e *Primæ Iustinianæ*. Haloander & post eũ multi hic turpiter errarũt Salonam Dalmatiæ ꝓ Iustiniana prima accipientes. Anto. Conc.

f *Priualis*. Triballęx legendũ ex Græcis editionib. sed Iuliani epitome habet Priualenos. propriam autẽ hac de re constitutionem scripserat idẽ Iustinia. quã postea adscripsit in decima collatione. Cõtius.

g *Eum*. scilicet archiepiscopum.

h *Sustinere*. hoc idem erat iure Codicis: vt C. de sacrosan. ec. l. placet. & l. neminem. & de episco. & cle. l. ij. Item ad pontes & ad fin. conferebãt. vt hic subiicit, &. C. de sacrosan. eccle. l. ad institutionem.

i *Reparationis*. pontium.

k *Venerunt*. scilicet per successionem.

l *Sancimus*. Not. priuilegium dari hæredibus, quod defuncto competebat: sic econtra hæredibus non datur, quod defuncto debatur: vt. C. de priuil. do. l. j. sed regulariter hæres etiã priuilegia defuncti vti debet: vt ff. de iure fi. l. fiscus. quæ est ar. cõtra. & facit C. de sacrosan. eccle. l. penin fine. &. C. de impolu. descrip. l. j. lib. x.

A *CAP. I. De quatuor sanctis cõciliis, & ordine sedẽdi patriarcharũ.*

SANCIMVS igitur vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ à sanctis quatuor conciliis expositæ sunt, aut firmatæ, hoc est in Nicęna trecentorũ decem & octo, & in Constantinopolitana sanctorum centum quinquaginta patrum, & in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus, & in Chalcedonia in qua Eutyches cum Nestorio anathematizat' est. Prędictarũ enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipim', & regulas sicut † leges obseruamus. [b] Ideoque sancimus secũdum earum definitiones sanctissimum senioris Romæ papam, primum esse omnium sacerdotum: [c] beatissimum autẽ archiepiscopum [d] Constantinopoleos nouæ Romæ, secundum habere locum post sanctã apostolicam senioris Romæ sedem: aliis autem omnibus sedibus præponatur. per tẽpus autem beatissimum primæ Iustinianæ [e] nostræ patriæ archiepiscopum habere semper sub sua iurisdictione episcopos ꝓuinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripensis Priualis, [f] & Dardaniæ, & Mysiæ superioris, atque Pannoniæ, & ab eo hos ordinari: ipsum verò à proprio ordinari concilio, & in subiectis sibi prouinciis locũ obtinere eum [g] sedis apostolicę Romę, secundum ea quę definita sunt à sanctissimo papa Vigilio. Simili quoque modo ius pontificis quod episcopo Iustinianæ Carthaginis Africanæ ciuitatis dedimus ex quo deus hãc nobis restituit, seruari iubem'. Sed & aliæ ciuitates, & earũ episcopi, quib' in diuersis locis metropoliticũ ius pręstitũ est, huiusmodi priuilegio in perpetuũ potiãtur. Oĩa autẽ priuilegia, vel solatia quæ ex imperiali munificentia, aut etiã alio quolibet modo sãctissimis ecclesiis aut aliis venerabilib' dom' & locis collata sunt, firmę eis per omnia cõseruẽtur.

B

C

D

CAP. II. Vt omnes ecclesiæ à sordidis muneribus habeant immunitatem.

Ecclesiæ habent immunitatem à sordidis & extraordinariis muneribus: exceptis iis quæ pertinent ad refectionem & readificationem murorum, viarum & similium: & liberæ sunt à lucratiuorũ descriptione.

AD hæc sancimus omniũ sanctarũ ecclesiarũ & omniũ venerabilium domorũ possessiones, neq; sordidas functiones, neq; extraordinarias descriptiones sustinere: [h] tamẽ itineris sternendi, aut pontiũ ędificii vel reparationis, [i] si op' fuerit, ad instar aliorũ possessorũ, huiusmodi opus & sanctas ecclesias & venerabiles domos cõplere, dum sub illa possident ciuitate, sub qua tale sit opus. Si quæ verò res ex curialium substantiis ad quãlibet sacrosanctam ecclesiam, aut aliam venerabilem domum secundum leges venerũt, [k] aut postea venerint, liberas eas esse sancimus descriptione

Nouell. 131. De ecclesiasticis canonib.

DE ECCLESIASTICIS titulis, & priuilegiis, aliisque capitulis.

Princeps sacras regulas in sanctis quatuor conciliis expositas confirmat, & præcipit pro legibus obseruari: & sedes ordinat & disponit, omniaq; priuilegia ecclesiis & venerabilibus locis indulta confirmat. Bar.

Imperator Iustinianus Augustus Petro glorioss. præfe. sacro. prætoriorũ.

DE regulis ecclesiasticis & priuilegiis, aliisq; capitulis ad sacrosanctas ecclesias & reliquas venerabiles domos pertinentibus præsentem proferimus legem.

BIU Cujas

descriptione lucratiuorum. [a]

CAP. III. Vt omnes præscriptiones contra ecclesias sint.40.annorum.

Omnes præscriptiones triginta annorũ aduersus priuatos currentes,in ecclesiis ad quadraginta annos extenduntur:hoc obtinente & in legatorum & hæreditatum exactione,& ad pias causas relictorum. Bartolus.

PRO temporalibus autem præscriptionibus decem,& viginti,& triginta annorũ, sacrosanctis ecclesiis,& aliis vniuersis venerabilibus locis solã quadraginta [b] annorum [c] præscriptionem opponi præcipimus: hoc ipso seruãdo & in exactione legatorum & hæreditatum quæ ad pias causas relicta sunt.

CAP. IIII. De ædificatione ecclesiarum.

Monasterium & oratorium per episcopum orationibus,& cruce ibi fixa inchoari debent:& ipsi fabricatores & eorum hæredes compellendi sunt adimplere. Bartolus.

SI quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium, aut monasterium, [d] præcipimus non aliter inchoandam fabricã, nisi locorum sanctissimus episcopus † orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit crucem. Si verò semel cœperit aut nouã ædificare basilicam, aut veterẽ renouare: modis omnibus cõpellatur à beatissimo locorum episcopo,& œconomis eius,& ciuili iudice,eam explere. & si is distulerit,hoc moriente hæredes eius opus inchoatum adimpleant.

CAP. V. Ne in priuatis locis sacra ministeria fiant.

Qui in domo vel suburbano prædio ecclesiasticum ministerium celebrare præsumpserit, aut alii celebranti consenserit sine clericis,dominium amittit,& ecclesiæ applicatur. sed si domino rei ignoranti aliquis permiserit: ipse debet puniri,& non dominus. Bartolus.

SI quis in sua domo, aut in suburbano ecclesiasticum ministerium ministrare præsumpserit,aut aliis celebrare concesserit sine clericis sanctissimo locorũ episcopo subiacentibus: [e] iubemus hanc domũ,aut suburbanum,aut prędium,vbi tale aliquid delinquitur, loci illius sanctissimæ ecclesiæ vindicari per deo amabilem episcopum, & œconomum eius,& ciuilẽ iudicem locorum. Si verò nesciente † locorum domino,eius curatores,aut conductores, aut emphyteutæ contrariũ aliquid exerceri permiserint,dominum quidem loci nullum præiudicium aut dispendium sustinere: eos autem qui hoc fecerint,aut fieri permiserint, ex prouincia vbi hoc commissum est,expelli, rebus [f] eorum loci illius sanctissimæ ecclesiæ vindicandis.

CAP. VI. Vt legatum Deo relictum,illi ecclesiæ deputetur vbi testator domicilium habet.

Legatum vel hæreditas relictum simpliciter sub nomine magni dei,debetur ecclesiæ illius ciuitatis vbi testator habet domicilium. Ange.

SI quis in nomine magni dei [g] & saluatoris nostri Iesu Christi hæreditatem aut legatum reliquerit, iubemus ecclesiam loci illius in quo testator domicilium habuerit, accipere quod dimissum est. Si quis autem vnum sanctorum hæredem scripserit,aut legatũ ei reliquerit,& non specialiter nominauerit locum in quo est venerabilis domus, [h] inueniantur autem in eodem loco aut ciuitate plura oratoria eiusdem sancti: illi magis domui quæ pauperior [i] est,† quod relictũ est, præbeatur. Si autem non est in ciuitate basilica nominati sancti, inueniatur autem in territorio eius,illi detur. Si autem neque in territorio eius reperitur huiusmodi domus: tunc ecclesiæ ciuitatis in qua testator domicilium [k] habuerit,quod dimissum est,præbeatur.

CAP. VII. Si quis oratorium ædificari iusserit.

Si quis oratorium iusserit ædificari, debet intra quinque annos compleri,sed xenodochium intra annum:& hæredes adimplere cogendi sunt,& etiam designata persona per testatorem: episcopus autem loco inutilium personarum alium exigere debet. Bartolus.

SI quis ædificationem venerabilis oratorij,aut xenodochij,aut ptochij, aut orphanotrophij,aut nosocomij, aut alterius reuerendæ domus,in nouissima voluntate fieri disposuerit: oratorium quidem intra quinq; annos cõpleri iubemus prouidẽtia locorũ episcopi & ciuilis iudicis:xenodochiũ autẽ aut ptochium,aut aliã venerabilem domũ intra vnum fieri annum. † si autem intra annum non fecerint hæredes xenodochium,aut quamlibet venerabilem domum à testatore dispositam fieri:iubemus eos domum aut comparare aut locare, [l] vbi posint quæ iussa sunt adimplere [m] donec huiusmodi domus venerabilis expleatur. Et si quidem ipse testator decreuerit qui debeant xenodochi fieri, aut ptochotrophi,

---

a *Lucratiuorum*. mos est & lex,quòd si curialis donabat aliquid ecclesiæ,quarta ei⁹ dabatur curiæ:quod hæc lex tollit, &.d.l.C. de sacrosan.eccle.l.pe.

b *Quadraginta*. nisi in casibus: vt supra vt rum de ap.cog.§.si vero liberis.colla.viij.cõtra.& infra de sanc. episco.§. si quis rapuerit.in princip. Accursius.

c *Annorum*. quid si ecclesia contra priuatum velit se tueri? Respon.eo modo se tuebitur quo & alius priuatus:nec obstat quod est in.ff. quod quisque iur.l.j.quia ex liberalitate non per impetrationẽ fuit ecclesiæ cõcessum: vt in eo.titu.l. iij. Item quid si ecclesia cõtra ecclesiã ? Respon. quadraginta an. secundum Ioan. argu. contra.ff.quib. ex cau. ma.l.vlti. &.ff. de mi.l. verum.§. pen. nec obstat quod est in.C. de inoffic. testa.l. in arenam ibi enim turpitudo est impedimento. Item nonne hæc superflua est per illam suã. pra, hæc consti. inno. co- constit? Respond. non: a. quia in ea nihil dicitur de præscriptione de- cem vel viginti an.sed xx.tantum,quæ ad.xl. reducitur. Itẽ quid de redhibitoria, & quanto minoris, & cæteris similibus? dic quòd remanent in suo statu: vt supra hæc constitu. in fin. Sed nunquid restituitur ecclesia, cum vsucapio & cæterę minores pscriptiões currant contra eam? Respon.sic, vt minor,secundum omnes. Sed vsque ad quod tempus? Respon. quidam dicũt vsque in infinitum: alij vsque ad quadrienniũ ex quo læsa est.

d *Aut monasterium*. idem in qualibet ecclesia:vt supra de mona.§. j.& supra vt nullus fabri. ora.do. §.j. colla.v.

e *Subiacentibus*. Not. non licere sacra ministeria fieri nisi in ecclesiis, licet orare aliàs quis posit. aliàs dominus perditur:vt hic,& supra vt in priua.do.§. j. &.ij. &. C.de hæret. l.quicunque.§.vniuersi. &.§. sequen. sic & publicatur loc⁹ in quo

vt lite non contestata.

f *Expelli, rebus*. Not. tutorẽ pro facto quod pro pupillo faciebat, puniri:sic & miseri punientur,qui eorum pupillorum pecunias fœnerant:ad quod nõ tenentur: vt ij qui ob.sẽ ha.perhi.§.quoniã autem. nec enim bonam fidem agnoscere prohibentur; vt.ff. de administra. tuto.l. quoties.§. sicut.in fin.§. & facit.C. de fal. mone. l.j. in fin. &.ff. de public.l. cotem.§. dominus.

g *Magni dei*.id est ipsi⁹ Christi. Accursius.

h *Venerabilis domus*. consecrata in honorem sancti cui reliquit.

i *Pauperior*. Not. prodest paupertas: vt hic, &.ff. manda.l. si procuratorem.§. si ignorantes.&.ff. de transac. l.cũ hi.§.in persona.& §. si in annos.&.C. de oper.lib.l.j.&.ff.qui & à quib.l. si quis hæres. & de episco. & eleri. l. si quis ad declinandam.§.sinautem. Econtra nocet: vt supra de testa.§.sancimus. &.ff. de excusa.tuto. & curat.l.spadonem. in fin.

Paupertas aliquando prodest.

k *Domicilium*. Not. domicilium testatoris in dubio sequi:vt.ff. de conditioni. & demonstrat.l. quæ conditio. §.j.

l *Comparare aut locare*.id est conducere. nã promiscuè vtimur: vt ff.de actio. empt.l. veteres. Accursius.

m *Adimplere*.sic & ei⁹ seruatur volũtas in dispositione tutoris, qui administret: vt. ff. de admini.tuto.l.iij. sic & in funere à quo debeat funerari: vt.ff.de relig. l.si quis sepulchrum.§. & hoc edictum.

† *Idẽ dicitur in ca.3. iũcta gl.2. extra de testa. & vlti. volunta.*

† *Simile habes in.c.3. extra de testa.vbi testator pcepit per constrũ monasterium per hæredes.*

BIU Cujas

ptochotrophi, aut alteri tales gubernatores, siue suis hæredibus huiusmodi electionem cõmiserit: iubemus modis omnibus hæredes eius, quę ab eo definita sunt, adimplere: locorum beatissimis episcopis inspicientibus si gubernatio rectè procedit: & si inuenerint non vtiles existentes rectores, licẽtiam habentibus sine dãno alios pro eis opportunos efficere.

CAP. VIII. *Vt legata pro redemptione captiuorũ relicta præstentur ab episcopis &c.*

Legato vel hæreditate pro redemptione captiuorum, aut alimentis pauperibus derelictis, persona à testatore designata secundum testatoris voluntatem debet omnia adimplere: persona autem non designata, episcopus vel œconomus adimplere debet quod testator aut donator prohibuerit. Si verò persona designata semel & secundo monita adimplere distulerit, omni lucro priuatur: & episcopus vel superior secundum testatoris voluntatem distribuere debet. Bart.

SI quis autẽ pro redemptione captiuorũ aut alimentis pauperum hæreditatem aut legatũ reliquerit in rebus mobilibus, aut immobilibus, siue semel, siue annale, & hoc modis omnibus secundum testatoris voluntatem [a] ab iis quibus iussum est hoc facere, cõpleri. [b] Si autẽ specialiter dixerit quomodo pauperibus hoc reliquit: præcipimus sanctissimum episcopũ ciuitatis in qua testator habuit domicilium, percipere easdem res, & eius ciuitatis pauperibus erogare. [c] Si autẽ pro redemptione captiuorũ aliquid relinquatur, & non nominatim testator dixerit per quem oporteat fieri redemptionẽ captiuorum: etiã sic iubemus res ad hoc relictas, locorum episcopũ & eius œconomos accipere, & huiusmodi pium opus implere. in omnibus enim talibus piis voluntatibus sanctissimos locorũ episcopos volumus prouidere, vt secundum defuncti volũtatem, † vniuersa procedãt: licet [d] præcipue à testatoribus aut donatoribus interdictũ sit eis habere ad hoc aliquod participium. Si autem qui hoc facere iussi sunt, semel & secundo [e] à beatissimo locorum episcopo aut eius œconomis per publicas personas admoniti distulerint quæ dispositа sunt adimplere: iubemus eos omne lucrum relictũ eis ab eo qui hoc præceperit, amittere: [f] & locorum episcopos omnes res cunctis (sicuti dictum est,) piis causis distributas, cum fructibus & augmentis medij temporis & memorato lucro vindicare: & quæ testator disposuit, adimplere: scientes quia si neglexerint, pro his omnib⁹ rationem deo persoluent. Si autem sanctissimus locorum episcopus reliquerit [g] aliquid horum quæ à nobis dicta sunt: liceat sanctissimo eius metropolitæ hæc omnia exigere, & cõplere: & omni alij licẽtia sit huiusmodi mouere quæstionem, & studere vt modis omnibus causæ piæ compleantur.

CAP. IX. *Vt in piis legatis cesset Falcidia.*

Falcidia cessat in relictis ad pias causas: & hæres soluere recusans intra sex menses ab insinuatione testamenti numerandos, ad vsuras & fructus tenebitur: & annale legatum alienari non potest, nisi in prouincia remota fuerit relictum. Bartolus.

SI autem hæres quæ ad pias [h] causas relicta sunt non impleuerit, dicens relictam sibi substantiam non sufficere ad ista: præcipimus omni Falcidia [i] vacante, quicquid inuenitur in tali substantia, proficere prouisione sanctissimi locorum episcopi ad causas quibus relictum est. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur causas: iubemus intra sex menses [k] ab insinuatione testamenti numerãdos, hoc modis omnibus præberi quibus relictum est. Si autem distulerint qui in hoc onerati sunt, huiusmodi præbere legatum, & fructus & vsuræ [l] & omne legitimum exigatur augmentum à tempore mortis eius qui hoc reliquit. Si autem annale legatum cuilibet venerabili domui relinquatur: si quidem qui hoc dare iussi sunt, aut locus ex quo iussum est hoc præberi, [m] in ipsa, aut vicina prouincia fuerit: iubemus nullo modo legatum alienari. Si vero loca aut personę ex quibus hoc dari præceptum est, longius fuerint: tunc liceat illis quibus hoc relictum est, si etiã pars obligata consentit, commutare legatum, & pro eo percipere reditus idoneos, & cum augmento nõ minus quartæ partis relictæ quantitatis, [n] & neque plurimis tributis fiscalibus prægrauatos: aut vendere, si voluerint huiusmodi legatum, & nõ minus pro pretio percipere, quàm ex tali legato intra vigintiquinque annos colligitur: ita tamen, vt huiusmodi pretium ad vtilitatem prędictę venerabilis domus vbi relictũ est, proficiat.

CAP. X. *Vt de iis quæ post episcopatum adquisierint episcopi, testari non possint.*

De bonis post adeptam dignitatem quæsitis, episcopi testari prohibentur, nisi præsumantur quæsita intuitu personæ, non ecclesiæ: in piis tamẽ causas possunt expendere. Baldus.

INTERDICIMVS † autem sanctissimis episcopis, res mobiles aut immobiles, seseque mouentes, quæcunque post episcopatum ad eos quoquo modo peruenerint, in proprios cognatos aut in alias quascunque transferre personas. In captiuorum vero redemptionem, & egentium pabula, & alias pias causas, aut pro vtilitate propriæ ecclesiæ, ex his expendere licentiam habeant: & quicquid ex huiusmodi rebus post obitum eorum in ipsorum facultate remanserit, iubemus hoc ad proprietatem ecclesiarum quarum sacerdotium habuerunt, competere. [o] In illis enim solummodo rebus licentiam eis alienandi aut

a *Voluntatem.* qui dixit tantum talibus pauperibus, tantum talibus religiosis.

b *Compleri.* isti sunt quos vulgo Bononiẽses commissarios appellant. Sed an habeant hi aliquam actionem cõtra hæredem si hæres recuset? Respon. sic: vel condic. ex lege: vel offic. iudi. ex hac. l. cum enim ipsi teneantur: vt infra eo. tit. §. si autem qui hoc facere. debent habere ius contra hæredem: vt. C. de epis. & cle. l. nulli.

c *Erogare.* forsitan, cum non sint xenones vel ptochotrophia in ea ciuitate, vel eius territorio: vt. C. de san. episc. l. si quis ad declinandã. &. ẽ. e. §. si quis. & hoc secũdum Al. licet alij dicant. l. Codicis innouatam esse.

d *Licet.* hinc sumitur quod est. C. de episco. & cleri. l. nulli autẽ licet. Accursius.

e *Secundo.* dic vt. ẽ. de hære. & Fal. §. si quis autem. diximus.

f *Amittere.* not. amitti lucrũ, si defuncti volũtati nõ paret: vt hic, &. ff. de excu. tu. l. Nesennius. in princ. &. C. de lega. l. pe. in fi. &. ff. vbi pu. edu. de. l. j. in fi. &. ff. de relig. l. si quis sepulchrum. §. & hoc edictum.

g *Reliquerit.* id est nõ cõpleuit prædicta, quæ sunt ab eo complenda. vel proprie lege.

h *Ad pias.* s. ecclesiæ, orphanotrophio, nosocomio, xenodochio, vel pauperibus: vt. C. de sacrosan. eccle. l. illud. &. ẽ. eod. §. si quis autem. Al.

i *Falcidia.* quia forte locum habet cũ hæres quæ ad pias causas relicta sunt, ab initio forte implere noluit. si enim sponte testatoris voluntati paruisset, Falcidiam habere posset: vt. ff. ad leg. Falc. l. j. §. ad municipium. &. C. ad leg. Falc. l. ij. secundum Al. & secundum R. Vel distingue vtrũ ecclesiæ simpliciter, id est deo: quo casu locum habet Falcidia. aut ecclesiæ, & ad causam piam, aut pro redẽptione captiuorũ: quo casu locum non habet, vt hic & ibi. vel melius fauore ecclesiæ dic correctum.

† *Concor. e. tua nobis. cũ glo. l. extra de testa. vbi verba huius tex. recitantur in glo. super verb. piis voluntatibus.*

k *Sex menses.* immo intra annũ videtur: vt supra de hære. & Fal. §. illud. contra. Solu. hic est speciale.

l *Vsuræ.* hoc est contra. ẽ. e. in pri. sol. vt ibi.

m *Præberi.* puta fandum, vel vineam.

n *Quantitatis.* sic supra de alie. & empho. §. si vero secundũ prædictum. & facit. ff. de transac. l. cum his. §. cum transactionem.

o *Competere.* olim in omnibus poterat tolli: vt. C. de episc. & cleri. l. sacrosanctæ. quę hic corrigitur. Accur.

BIU Cujas

aut relinquendi quibus voluerint, damus quas ante episcopatum probãtur[a] habuisse: post episcopatum vero, quæ ex genere sibi coniuncto ad eos deuolutæ sunt,[b] quibus ab intestato vsque ad quartum[c] gradum succedere poterunt. Hæc autem omnia quæ diximus de rebus quæ post episcopatum deuolutæ sunt ad sanctissimos episcopos, & in reuerendissimis orphanotrophis, & ptochotrophis, & nosocomis, & xenodochis,[d] & gerontocomis, & omnibus aliis rectoribus venerabilium domorum valere sancimus in rebus quæ in tempore propriæ administrationis secũdum prædictum modum ad eos peruenerũt. Si quis autem† episcopus, aut clericus, aut cuiuslibet ecclesiastici gradus minister, aut ecclesiæ diaconissæ moriantur sine testamentis & legitimis successoribus, horum successio ecclesię[e] competat, in qua constituti fuerint.

CAP. XI. Ne hæretici ab ecclesiis vel priuatis res immobiles quoquo titulo accipiant: & ne speluncam fidei suæ ædificent.

Hæretici res ecclesiarum ab ecclesiis nullo modo recipere possunt. Item hæretici & Iudæi synagogam & speluncam constituere non debent. Item etiam ab aliis quàm ecclesiis per emphyteusim vel conductionem possessiones accipere prohibentur. Bart.

IVBEMVS autem nullum hæreticorum,[f] neque per conductionem, neque per emphyteusim, neque per emptionem, aut alio quolibet modo res immobiles accipere à qualibet sancta ecclesia, aut alio venerabili loco. si quid vero hæreticus pro tali causa præbuerit, amittat: huiusmodi vero res venerabili loco à quo etiã datæ sunt, vindicentur: rector autem domus qui ipsas res dedit hæretico, omni gubernatione remoueatur, & in monasterio recludatur, & vno anno à sancta cõmunione segregetur: eũ hæreticis prodiderit Christianos. Si autem orthodoxus possessionem habens, in qua est & sancta ecclesia,[g] alienauerit, aut reliquerit, aut per emphyteusim, aut per conductionem, aut quamlibet gubernationem hãc dederit Iudæo, aut Samaritano, aut Arriano, aut alij hæretico: sancta ecclesia eiusdem vici huiusmodi vindicet proprietatem A alienationis. Si quis autem hæreticorum (quibus etiam connumeramus Nestorianos, & Acephalos, & Eutychianistas) pũsumpserit speluncam suæ incredulitatis ædificare, aut Iudęi nouam synagogam constituere: locorum sancta ecclesia ędificia suæ proprietati defendat. Si vero quis per emphyteusim, aut conductionem, aut etiã per quamcũque aliam gubernationem dederit possessionẽ huiusmodi personæ: si quidem sciebat dominus possessionis eius quia hæretico hãc commisit: omnes reditus illius temporis quod in contractu transiit, ecclesiæ ciuitatis sub qua possessio constituta est, vindicari. [h] si vero ignorabat dominus possessionis quia hæreticus erat cui hæc commissa est, ipsum quidem dominũ propter ignorantiã indemnẽ seruari: [i] hæreticũ vero in vtroque casu expelli de possessionib[9], & eius substãtiã applicari fisco.

B

C

D

CAP. XII. Vt Orphanotrophi sint tutoribus similes, & ad instar eorum inuentarium conficiant.

Orphanotrophi sunt similes tutoribus & curatoribus: & debent conficere inuentarium sub gestis personarum publicarum. Bart.

ORPHANOTROPHI vero, tutorum & curatorum fungantur officio:† ita tamen, vt etiam sine satisdatione[k] conueniantur de rebus orphanotrophiis & ipsis propriis orphanis competentibus. Res autem competentes alicui orphanorũ, publicis præsentibus tabulariis, aut sub gestis monumentorum in hac quidẽ regia ciuitate apud magistrum census habitis: in prouinciis autem apud iudices earũm, aut defensores locorũ, orphanotrophiis accipere & custodire: & si necessarium putauerint, etiam alienare,[l] & pretia earum orphanis conseruare, aut alias res pro illis emere: non autem subiacere[m] tutelaribus aut curatoriis rationibus. seruari autem iubemus venerabili orphanotrophio huius regiæ vrbis, & xenodochio quod vocatur sanctæ Mariæ† Sanso, & sub eius gubernatione cõstitutis oratoriis, aut xenonibus, aut venerabilibus domibus omnia priuilegia quęcunq; habet maior sanctissima ecclesia Cõstantinopolitana. Quæ igitur per præsentẽ legẽ in perpetuũ valituram nostra sanxit tranquillitas, tua celsitudo edictis solẽniter in hac regia vrbe ꝓpositis, ad omniũ studeat peruenire notitiã. Nos enim prouidebimus quatenus sine collatorũ dispẽdio fiat etiã in ꝓuinciis manifesta. D.XV. Kal. Apri. Cõstan. Dn. Iusti. PP. A. *Basil. V. C. cons.

†*Facit glo. v.c. auditis. super verbo, minoris. post princ. extra de in integ. restitu.*

†*Legendum Memoriæ. huius xenodochi meminit Procopius. Cæs.*

TITVLVS VII.

Nouella CXXVII.

VT FRATRVM FILII SVCCEDANT PARITER ad imitationem fratrum etiam ascendentibus extantibus. Et vt mulieres non insinuata antenuptiali donatione non lædantur: non insinuans autem vir, vel si competat nuptiale lucrum, eo non fruatur. Et rursus vt mulieres non secundò nubentes, dominæ sint partis sponsalitiæ largitatis, quantum pars facit vnius filij. Et vt similes sint pœnæ vtriusque sexus, dum sine causa rationabili repudium mittitur.

Filii fratrum ex vtroque latere coniuncti succedunt vnà cum fratribus defuncti, & etiam cum ascendentibus, sublata lege quæ contrarium disponebat. Angelus.

Idem A. Basso præfecto prætoriorum.

NOstras leges emendare nos non piget,[n] vbique vtilitatẽ subiectis inuenire volẽtes. Meminimus igitur scripsisse legẽ,[o] per quã iussimus, vt si quis moriat relinquẽs fratres, & alteri[9] fratris filios ꝑmortui: ad similitudinem

Q

a *Probantur.* est ergo præsumptio pro ecclesia. sic. C. de dona. inter virum & vxorẽ. l. etiã. & ff. de dona. inter virum & vxo. l. Quintus. argu. contra. C. arbi. tu. l. si defunctus. Item not. quòd ecclesiæ reseruare tenentur: vt & supra de restit. §. j. colla. viij.

b *Deuolutæ sunt.* etiam per donationes inter viuos factas, secundum Ioan.

c *Ad quartũ.* de quarto gradu ideo dixit, qa vsque ad eum gradum verisimile est quòd à talibus cognatis habẽt, non occasione rerum ecclesiæ. sed in remotioribꝰ cõtra est. Azo. si ergo vltra gradum illum daret sibi quis, & non occasione rerũ ecclesiæ: idem, vt sit tantum iuris præsumptio secundum Al.

d *Xenodochis.* nisi forte renuntiauerint secundo. nam tunc non possunt facere de aliquo testamentum: vt supra de mona. §. illud. colla. j. & not. hanc. l. de prælatis. de subditis autem dices. j. de sanctissi. epis. §. presbyteros.

e *Ecclesiæ.* & sic ecclesia vt vxor præfertur fisco: vt. C. vnde vir & vxor. l. j.

f *Hæreticorũ.* Not. hęreticos ab actibus huiusmodi prohiberi. qđ facit ad id quod est. C. de iure emphy. l. fin. §. finautem. & facit ad hunc. §. C. loca. & cõdu. l. curialis. & l. milites. & l. fi.

g *Et sancta ecclesia.* scilicet si ita est. & facit. C. de hære. l. si quis orthodoxæ. in princip. Accursius.

h *Vindicari.* scilicet præcipimus.

i *Indemnem seruari.* sic ff. loca. l. si qs ignorãs.

k *Sine satisdatione.* iudicatum solui.

l *Alienare.* scilicet ꝑcipimus. & concordat C. de episco. & cleri. l. orphanotrophos.

m *Subiacere.* immo hodie contra: vt. j. de sanc. epis. §. œconomus. vel illa in œconomis, & aliis gubernatoribus.

VT FRATRVM filii succedant &c.

Quatuor habet partes, in quibus quatuor corriguntur. l. i. infra eod. expeditur vsque ad. §. illud. Secunda ab inde vsq; ad. §.

quia vero mulieres. Tertia ab inde vsque ad. §. fi. Quarta in. §. fin. Prima est, vt fratrum &c. secunda, & vt mulieres &c. tertia, & rursus &c. quarta, & vt similes &c.

n *Nostras.* Nõ piget. melius est seipsum corrigere, quàm ab alio corrigi expectare: vt supra de nup. §. ij. colla. iiij.

Corrigere se est honestiꝰ, quàm ab alio corrigi.

o *Legem.* ff. de hæred.

BIU Cujas

dinem fratrum, & præmortui fratris filij ad hæreditatem vocentur, paternum adingredientes gradũ,& illius ferentes portionem. Si vero moriens relinquat aſcendentium aliquos, & fratres ex vtriſq; parentibus cõiunctos ſibi,[a] & filios ex præmortuo fratre:fratres quidẽ iuſſimus † per ipſam legẽ cum parentibus vocari: fratris vero filios excluſimus.

CAP. I. Vt fratrum filij ſuccedant etiam aſcendentibus primi gradus extantibus.

HOC itaque iuſtè corrigẽtes, ſancimus, vt ſi quis moriens relinquat aſcendentiũ aliquem,& fratres qui poſsint cũ parẽtibus vocari,& alterius prẹmortui fratris filios:cum aſcendentibus & fratribus vocentur etiam prẽmortui fratris filij:& tantam accipiant portionem,quantã eorũ futurus erat pater accipere ſi vixiſſet.Hoc vero ſancimus de illis filiis fratris,quorum pater ex vtroque parẽte iungebatur defuncto.& abſolute dicimus:ordinẽ,quando cum ſolis vocãtur fratribus, eũdem eos habere iubemus & quando cũ fratribus vocantur aliqui aſcendentiũ ad hæreditatem,[b] [hoc iubẽtes ex kalendis Ianuariis præſentis indictionis vndecimæ.]†

CAP. II. Quando donatio propter nuptias inſinuationi ſubiaceat.

ILLVD quoque dignũ correctione aliqua eſſe iudicantes,partẽ hoc præſentis facimus legis. ex ipſo enim rerũ inuenientes experimento,neceſſariũ eſſe mulieribus, actis monumentorum antenuptiales donationes inſinuari, vt vel ſi principalia inſtrumenta pereant, (quod facile eſt) per monumẽta[c] matrimonij eius ꝓbatio maneat:ſancimus neceſsitatẽ habere viros ipſos,aut etiam qui pro eis[d] antenuptiales donationes ſcribũt, ſi quingentorũ ſolidorũ tranſcẽdit quantitatẽ, inſinuare eam in actis monumentorum, in regia quidẽ ciuitate apud magiſtrum cenſus:†in prouinciis autẽ apud vniuſcuiuſq; ciuitatis defenſorem,aut apud quos omnino talia documenta cõfici[e] poſſunt. Si vero non inſinuent eas: quãtum quidem ad partem mulieris etiam ſic eas valere iubemus: & ſi tẽpus fiat exactionis,[f] donationis,[g] & [h] partis eius: non opponi mulieri non inſinuatam fuiſſe[i] donationem. Si vero dotalium pacta & horũ euẽtus parti viri concedunt actionem dotis, aut etiam eius partis:[k] nullam eum habere iubemus actionem,[l] ſi nõ donationem inſinuauit in actis monumentorum,ſicut dictum eſt.viris enim habẽtibus poteſtatem inſinuare donationes, pro non inſinuatis periculum mulieribus imminere, ineptum nobis eſſe videtur.

CAP. III. Vt mulier quæ ad ſecundas non tranſit nuptias,tantum habeat quantũ vnus filiorũ.

QVIA vero mulieres ad ſecundas nuptias non venientes, portione aliqua dignas vltra eas quæ ſecundò nubunt, eſſe putamus:[m] ſi qua amiſſo viro, alterius abſtineat nuptiis,habere quidẽ eam vſum antenuptialis donationis, ſicut prius ſancimus:[n] habere vero eã & proprietatis tantum, quantum filiorum quantitas faciat: vt ſecundum proprietatis rationem vnius & ipſa filij perſonam obtinere videatur.[o] Hoc vero valere non in matribus ſolis iubemus, ſed etiam in patribus,& aliis aſcendentibus volumus ad ſecundas nuptias nõ venientibus.

CAP. IIII. Matrimonium ſine cauſa diſſoluendum non eſſe.

QVIA vero interdiximus dudum per noſtram legem & viris[p] & mulieribus repudia mittere, & trãſgere[q] matrimonia (niſi tamen quædam ſit cauſa noſtræ legi cognita)& pœnas hoc facientibus & viris & mulieribus impoſuimus: mutationem quandam circa pœnas viri ac mulieris facientes, & ad melius hoc tranſformantes, ſancimus nullam eſſe differentiam[r] quantum ad pœnam inter virum & mulierem hoc præſumentes: ſed iiſdem pœnis quæ contra mulieres à nobis definitæ ſunt ſi ſine cauſa noſtræ legi cognita[s] matrimonia diſtrahant,etiam viros ſubdi hoc[t] præſumentes,& ſimiles pœnas eſſe in viro,[u] & in muliere. In delicto enim æquali proximas[x] eis imminere pœnas iuſtum eſſe putamus. Præſentem igitur generalem legem noſtram manifeſtam tua gloria faciat per edicta ſolennia & iis qui hanc maximam ciuitatem,& qui prouincias habitant: vt nullus hominum, quæ ad ſalutem cõmunem ſancita ſunt à nobis,ignoret.D.V.Kal.Septemb.Conſtan.Dn.Iuſti.PP.Aug. anno.XXII.poſt conſ.Baſilij.V.C.anno.VII.†

Deſunt hîc multæ Nouellæ,quæ poſtea reperientur.

TITVLVS VIII.

Nouella CLIX.

DE RESTITVTIONE FIDEICOMMISSI, & nomine familiæ quod vſque ad quartum †gradum locum habet,& quòd familiæ nomine nurus etiam continetur.

Alienationis

---

ab inteſt.§.ſi igitur defunctus.in fine.quã corrigit hic.

a *Sibi.* ſcilicet ſimiliter reliquerit.

b *Ad hæreditatẽ.* q.d. idem eſt ordo caſus & ius, ſiue hi nepotes cũ ſolis theiis vocantur, ſiue cum theiis & ſuperioribus.

†*Hinc conſtat in Haloandrina editiõe perperã eſſe deprauatam Nouell.118. de qua hic loquitur.Cõ.*

c *Monumenta.* id eſt exempla primi inſtrumenti & exemplificata coram iudice. creditur ergo exemplo : vt.C. de re iudi.l.fi. & ſic eſt contra ſupra vt ſpon. larg.§.ad hæc.Solu.hic fuit facta inſinuatio coram ordinario iudice: vt patet ex ſequẽtibus: quia ſic dicit,quòd debet fieri.tunc enim exẽplum valet:vt hic,&.ff. de admini. tuto.l. chirographis. &.C.de teſta. l. publicati. aliàs ſi non ſic inſinuetur,non valet:vt in contrario.

d *Pro eis.* puta patres. Accurſius.

e *Confici.* vt corã defenſore ciuitatis : vt in auth. de defen . ciui.§. nulla. &.C. de dona.l. in hac.

f *Exactionis.* quia extitit caſus quo mulier pacta eſt de lucranda donatione ꝓpter nup. puta prẹmortuo marito:ſecundum Ioan.

†*Incluſa deſunt in Græco Scrigeri. ſed leguntur in Græc. Haloandri. & oĩbus vulg. manuſcrip. Contins.*

g *Donationis.* ſcilicet totius.Accur.

h *Et.* pro id eſt.

i *Inſinuatã fuiſſe.* hic innouat : vt.ſ. vt ſpon. lar. in prin. & ſumitur hic quod eſt.C. de do. ante nup.l. fi. & auth. eo decurſum.in fi.

k *Partis.* id eſt datum ei lucrum caſu exiſtẽte de quo pactus eſt de lucranda dote : vtputa præmortua vxore ſecundum Ioan.

l *Actionem.* ſcilicet in eo quod excedit eam quantitatem quæ non debet inſinuari ſecundum Io. vt argu.C. de do.l. ſi quis argentũ.§. ſed in omnibus. & hoc ideo dico,quòd vir vel mulier debet lucrari ex pacto in alio in quo non eſt pactum lucrari: cum non ſit ſimplex donatio,& non eſt neceſſaria inſinuatio.

†*Cl.in.c.cũ in iure. ſuper verb.ſedis.in me.in verſi.item ſi ſententia redacta eſt. extra de offi.deleg. inducit hunc textum ad*

m *Putamus.* vt ſupra de nup.§. hinc nos. & C.de ſecũ. nup.l. generaliter.

n *Sancimus.* per.l. illam.ſ.neque virũ quod ex do.§ præterea.

o *Videatur.* corrigitur ergo quod eſt.ſ. neque virum.§. præterea. vbi non diſtinguebat.

p *Viris.* quæ eſt.ſ. vt ſupra li. ma. & auiæ.§. quia vero legem dudum.

q *Trãſigere.* i.ſoluere.

r *Differentiam.* quantum ad pœnam.

ſ *Cognita.* quæ cauſa ſunt in ꝓdicta cõſtitutiõe vt lice.ma.& auiæ.§.quia vero plurimæ.

t *Hoc.* ſcilicet ſeparare matrimonia ſine cauſa legitime cognita.

u *In viro.* contra.§. lice.ma.& auiæ.§. quia vero legẽ dudum. Sed hic illã corrigit: vt ſupra diximus. Alij dicũt hæc æquiparare corporales pœnas, non pecuniarias:quod nihil eſt.

x *Proximas.* Non paris delictum parem exigere pœnam: vt.C.de epiſco. & cle.l.ſi quis quam. fallit.ff.de pœn. quædam. & de incen. rui.nau.l.Pedius.

DE RESTITV. tione fideicom.&c. Huius ſenſum accipere rubricæ: & ponit tantum de vno teſtamento, in quo multa ſunt diſpoſita: & de quodã codicillo: & alterã non lego,niſi vt nota ar.j.eo.§.manifeſtum.

Alienationis prohibitio perpetua vltra quartam generationem non extenditur, nominalis autem alios non continet. & vltimus de familia superstes res ad eum venientes in quamcunque personam alienare potest: appellatione quoque familiæ nurus cõtinetur. Bartolus.

Imp. Iustinianus. A. Petro glorioſiſſacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconſuli & patricio.

TAnta nobis humanitatis cura eſt, vt neque priuatas cognitiones, quæ videntur nobis quæſtionẽ excedere iudicialem, legibus noſtris definire dedignemur: neque cognitionem priuatam excedentem audire iudicia, per circuitus longos litigantes tradere afflictioni. Alexãder igitur glorioſus ſuggeſsit nobis multoties Hieriũ glorioſæ memoriæ patrem ſuum ſcribentẽ teſtamentum nominibus iſtis vſum: Volo autẽ & iubeo meos hæredes Cõſtantinum quidem virum clariſsimũ deputatam ei domum cum omni (ſicut ſuperius ſcriptũ eſt) coniuncto ei iure: & proaſtium quod in Cupariis eſt, cum omni (ſicut ſuperius dictum eſt) cõpetenti ei iure, & domum quæ in Antiochia eſt, Catamianum. Antimium vero dulciſsimũ proaſtium quod in Blacernas eſt. Çataeugeniũ, & Iulianum glorioſę memoriæ viros proaſtium quod in ſummitate ſinus Subſtẽticij eſt, quondam Cataarchaliriũ glorioſæ memorię. Calliopium vero virum clariſsimũ proaſtium Habitarium ſiue Cataphilotium. Alexãdrum virũ glorioſiſsimum proaſtium quod in Venetis eſt, nõ alienari, non per venditionẽ, non per donationẽ, non per cõmutationem, non aliter quolibet modo neque eiici, neque alienari ipſam domũ, aut ſupra ſcripta proaſtia à meo nomine, & mea familia: ſed ſi quid orandũ eſt mihi, fiãt eis filij: & in filiis & in nepotibus legitimis, aut naturalibus, ſi defuncti ſunt, relinquere vnũquẽque eorum quod deputatũ eſt proaſtium, & domus tam in adiacentibus huic regiæ ciuitati, quàm in Antiochia filiis & nepotibus ſingulorũ legitimis, ac naturalibus. credo enim q̃ non deponant neque ſuper naturalibus filiis aut nepotibus meam diſpoſitionẽ & volũtatem. Si vero omnino ſine filiis omnes, aut quidam, aut vnus ex eis moriatur (quod abſit) volo & iubeo eos qui ſine filiis aut ſine filio futuri ſunt morituri, reſtituere ſuperſtitibus, ſiue ſuperſtiti eorũ fratri ſupraſcriptas domos, tam hic quàm in Antiochia, & præmaniſeſtata quinque proaſtia, cum omni eorum iure, & omnibus cõpetentibus indeſinenter, vacante videlicet inter eos de fideicõmiſsis aut legatis ſatiſdatione. volo enim & iubeo nõ exigere eos abinuicem huiuſmodi ſatiſdationes, preſumentes ſiue præſumẽtem præter meã paternam & amabilẽ circa eos intentionem exigere fratres ſuos aut fratrem ſatiſdationẽ in his prohibitis alienari rebus: omnino eos fideicõmiſſo cadere. Et hæc q̃dẽ in teſtamẽto dixit: ſcripſit autẽ & codicillos huiuſmodi, & in ipſis vſus eſt huiuſmodi verbis: Manifeſtum igitur facio, quia dudũ quidẽ in ſcriptis feci teſtamentũ, & quæ in eo ſunt, ſecundum placitũ mihi modũ diſpoſui, volo & iubeo omnia quæcũque eodẽ teſtamẽto cõtinentur, omnimodo valere, præter illa ſola, quę in hoc meo codicillo permuto, aut ſubtraho [a] aliqua derelicta legata. Volo igitur & iubeo proaſtiũ meũ quod appellatur Cuparia, quod in prædicto teſtamento Cõſtantino viro magnifico filio meo dereliqui, dari & pertinere perfecto poſſeſsionis & dominij iure Hierio viro clariſsimo, & Eugeniſtato meo nepoti filio Cõſtantini viri magnifici integrũ ipſum proaſtium cũ omnibus quæ in eo ſunt prætoriis, & aſcenſum, & deſcenſum: omnib⁹ etiã cõiunctis ſiue illatis cũ cõclaui domuũ, & ergaſteriis, & balneo, & hortis, tã intra q̃ extra muros: & hippodromũ, & quod in eo eſt ortũ, & ciſternam, & omnia omnino quocũque modo cõpetentia mihi iura ſuper iſto ipſo proaſtio: dari quidem volo eundẽ proaſtiũ prędicto viro clariſsimo meo nepoti Hierio facto ſuæ poteſtatis per emancipationẽ à ſuo patre poſt obitũ meum: nulla data licentia ei viro honeſto nepoti meo, ſed neq; his, ſiue ex hoc meo teſtamẽto, ſiue ex teſtamẽto eiuſdẽ viri clariſsimi mei nepotis ſuſcipiẽtib⁹ iura eius vẽdere aut permutare, aut donare alicui, aut quocũq; modo alienare aut ipſum proaſtiũ, aut partẽ aliquã ex eo, aut ius: propter quod volo eundẽ proaſtiũ, ſiue domũ adiacẽtẽ intra ianuas, quæ ducũt circa venerabile oratoriũ ſanctæ eccleſię, permanere per omnia & perpetuare in mea familia, & nunquã egredi de meo nomine. Volo autẽ & iubeo, ſi cõtigerit prædictũ virum honeſtũ meum nepotem Hieriũ mori impuberẽ, aut poſt pubertatẽ, ſine filiis tamẽ ex legitimo matrimonio ei progenitis, peruenire & cõpetere ſiue reſtituere poſſeſsionẽ & proprietatem eiuſdẽ proaſtij ſiue domus viro magnifico eius patri Cõſtantino, ſub eadẽ cõditione nõ alienari aliquãdo de mea familia, aut de meo nomine: in iſtis quidẽ ipſum procedere. Hierij vero glorioſiſsimi domũ quæ in Theopolitis adiacet ei, & ex paterna in eum peruenit ſucceſsione, aliis vẽdidit perſonis: eam vero domũ, quæ in hac feliciſsima ciuitate, inſuper & per codicillos datũ ſibi proaſtiũ, in quibus omnibus alienatio interdicta eſt, Conſtantino glorioſiſsimo eius trãſmittere filio. Illũ vero mox prægnantẽ relinquẽtem vxorẽ vita functũ, ſcripſit teſtamentũ per quod diſpoſuit, ſi nõ naſcantur filij, aut natus impubes moriatur: tam matrẽ ſuam Mariã glorioſiſsimam, q̃ eius vxorem nobiliſsimã Mariã, in eius vocari ſucceſsionem: & quoniã nata fuit filia, & ipſa pupilla & tenera adhuc ætate ex hominibus deceſsit, in prædictas nobiliſsimas peruenire mulieres: reliquę vero ſubſtãtiæ quę in hac magna ciuitate ſunt, dom⁹ inſuper & proaſtium expreſsim in codicillis glorioſiſsimo relicta ſunt Hierio: locũ forſitan tã ex teſtamento, q̃ ex codicillorũ ſermonib⁹ adhibere: ipſe domũ, & proaſtiũ defendere ſolus, de Hierij glorioſiſsimi familia derelicta: quæ nũc & primũ habens in Hierio meo nomine gradum. Sed ij qui pro Maria & Maria glorioſiſsimis fœminis verba faciẽbant, teſtamenti quidẽ verbis nullũ dicebãt locum habere, neque eum legitur Alexãdrum virum glorioſiſsimũ locum habere, & vtrũque ſuum perficere ipſum & citra Cõſtantinum glorioſæ memoriæ quàm ad hos tanquã ad locũ, & alienantẽ proaſtium quod ei derelictum eſt: ſuper quod alienationẽ inæqualiter aliis quod ei pater interdicẽs cõpetit, & alios fratrũ ei⁹ hoc facere, & noſtras leges: quoniã omnes cõtinue, in quibus tale aliquid diſpoſitum eſt, trãſgredi defuncti voluntatẽ omnibus ſimiliter ſubſtitutionẽ dicere, vt nõ permittas eis inuicem pulſantes multis ꝑ vna cognitione iudiciis ſubiiciãt. Ideo poſitas nos rememorare leges. Alexander vero

[a] go pro opi. Io. quòd in codicillo poteſt adimi teſtamẽto legatum relictum, licet non ſit teſta. cõfirmatum: & pro hoc. ff. de ali. & ci. leg. Liber. ſed Pla. & M. cõtra. niſi ſint teſtamento cõfirmati: & pro ſe inducũt. ff. de teſta. l. hæredes palam. §. ſed quia poſſet. Sed certe in inſtitutione illa intelligimus, vt mutari non poſsit, niſi à capite omnia fiant.

BIU Cujas

Alienationis prohibitio vltra filium nō extenditur.

a *Voluisse.* Nota prohibitionē alienationis vltra filium non extēdi: nisi expresse dicatur. & facit. ff. de leg. j. l. filiusfamilias. §. diui.

VT NVLLI IVdicum liceat &c.

b *Qvacunque. Subiectorū.* subaudi, pertinēt.

c *Semper.* subaudi, cupientes. Accur.

d *Iudicibus.* repete, inuenimus.

e *Legem.* vt. ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuffr. fiāt. col. ij. Accur.

f *Ciuitate.* ſed idē prohibet: vt ſupra de coll. §. ad hoc prohibemus. Accurſius.

g *Vocauerit.* aliàs exegerit, id eſt fuerit neceſsitas nutriméti. Ac.

glorioſus magis quidem, & de propriis alterutrum rectè viſus eſt appellare. Super codicillum enim ſapientem, & de reſiduis rebus voluntatem ſuam defunctum facientem; familiæ reſeruari volens: ſed in proaſtio iuſtioribus verbis vſus, nihil rectè ei alienationem cōferre: illas ex imperiali hoc facere impellenti iuſsione, venerabilibus pro his verbis vſa eſt pars alterutra, tā teſtatoris interpretantis voluntatem, quàm noſtris vtentis legibus, quæ ſibi expedire putabant. Nos igitur legis & teſtamenti interpretationē propoſitam, non ſola ſententia, ſed lege complecti cognitionis deciſionem putauimus oportere: vt tā præſentem quæſtionem decernamus, quàm reliquis auferamus de huiuſmodi contentiones. vnde ſubtilius teſtamentum conſiderantes, verbis ipſis inuenimus hæredibus demōſtratis filiis alienationem interdictam, quando futuri eſſent ſine filiis fungi vitam: non vlterius vero iis qui ſolum eis ſucceſſerint filiis: ſed ſufficere defunctorum vſque ad filiū ſtare interdictionem. Si enim & ipſi filios relinquentes moriantur, quod eſt relictū, neque in longiore à filiorum vita alienationis prohibitionem voluiſſe[a] facere: codicillum vero in proaſtio ſolo factū prohibere: & iis qui ex teſtamento Hierio glorioſæ memorię iuniore dicimus res ſuſcipientibus proaſtiū alienare. Etenim iſtis qui remāſerunt, velle defunctū perpetuè in familia manere ſua: ea quidē quæ in quęſtionem deducta ſunt: talia conſiderantes oportere humilitatis cognitionem in aliis quidem rebus quæ Conſtantinus glorioſæ memoriæ Hierio ſeniori, de quibus ex teſtamēto factus eſt dominus, nihil accipere: ex his exiſtimauimus bene ſuggerere quæſtionem: vacare vero in iſtis actione non Alexandrum ſolum virum glorioſum, ſed etiam reliquam omnem familiam: ex teſtamenti verbis, vſque ad filios ſolum ſtare prohibitionem: & ipſum Hierium glorioſæ memoriæ filium, per quos ei facientes homines ſmaripoſeos Hierij iura, qui poſt eos familiæ ſubſtituentes partem alienauerunt, quæ apud eos tanquam in ſubſtitutione ex voluntate interdictorum vnius: in proaſtio vero, neque ſi dominum codicilli Hierium oſtendant glorioſæ memoriæ: multum nobis viſum eſt plenum eſſe pietate quatuor poſtea generationes huiuſmodi in medium deduci quæſtionem. Nunc igitur glorioſis fœminis Maria & Maria adhuc ſuperſtitibus, quas & ipſas in familia iacēdo noſtris legibus, & huiuſmodi verbis pro meritis non rectè, neque competenter Alexander glorioſus ad ſe venientem inſtituit litem: tranſeundo vero, & iſtorū quatuor iam generationes tranſiſſe videntur: non facere quidē antiquam taliter iudicis cognitionem tradi maxime conſtituens filia adhuc pupillaris taliter ætatis functa vita: vt ſi etiam ſine teſtamento ille eſſet, in matrem eius peruenire proaſtium: non ipſius nouellæ vero legi: vtpote factę horum cauſa, & nullis Hierij glorioſæ memoriæ hæredibus circa volūtatē peccantibus eius. etenim teſtamentum Cōſtantinus ſcribens ſubſtitutiones aliquas fecit, filia defuncta impubere: attamen nil ex hoc introducitur magnū: & ipſius ſecundum hoc legis pupillæ matri ſubſtantiam præbēte marito circa tranſitum eam. Sancimus igitur, neque Alexandrum virum glorioſum, aut eius filios, neq; ſucceſſores relinquere Hierij glorioſæ memoriæ ſenioris filios, neque aliquendam ex omnibus in eius conſtitutum familia, aut contra Mariam & Mariā glorioſas fœminas occaſione rerum apud eas conſtitutarū: aut contra alios agere, apud quos res conſtitutę ſunt. nunc autē in quibus futuro peruenerint tempore, in quibus Hierius glorioſæ memoriæ prohibēs fecit alienationē, aut omnino quo memoriam prohibitione, & familiæ nomē, & aliquod ius fabricare ex hoc vt aliis Hierij glorioſæ memoriæ filiis ipſis alienantibus, & conuenientibus ſicut & reliquorum alienationibus, & primitus lecrētur, & ipſis ſucceſſoribus quæ poſſunt actiones cōpetere de hoc, & aliis quos apprehendentes relinquimus intellectui ad huiuſmodi nobis ſufficientibus iudicium & legiſlationem: & hanc eſſe deciſionem non præſentis cognitionis ſolum, ſed reliquarum in quibus prohibitiones factæ huiuſmodi ſucceſsiones tactæ proceſſerunt, & hæredū vltimus per medium alicquem pupillum ſucceſſerit. tunc enim tempus & ceteris à familia primi prohibētis licentiam habebit et præſenti noſtra lege tranſmittere res. communē enim hanc fecimus legem tam præſentis cognitionis, quàm poſt hanc euenientium taliter prohibitionem, tam euenientē nunc dirimentes contentionem, q̄ eas quę futuræ ſunt, reſecantes. D. Kal. Ianua. Conſtanti. Da. Iuſti. P P. A.* Iohānes & Curius ſubditis optulimus.

TITVLVS IX.

Nouell. 134. De vicariis.

VT NVLLI IVDICVM LICEAT habere loci ſeruatorem † niſi certis ex cauſis diuina conceſſerit iuſsio.

Nullus iudex poteſt in loco cuius ſibi gubernatio commiſſa eſt, constituere loci conſeruatorem, id eſt vicarium, niſi imperator tempore expeditionis vel neceſsitatis ei conceſſerit. Angel.

In nomine domini Ieſu Chriſti dei noſtri. Imperator Cæſar Flauius, Iuſtinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, felix, pius, glorioſus, victor, triumphator, nunquam nō colendus Auguſtus, Muſonio præfecto vrbis.

PRAEFATIO.

QVæcunque ad vtilitatem noſtrorū ſubiectorum, [b] intentionē habere ſemper inuenimus diuerſas læſiones noſtris ſubiectis inferri ab emiſsis vicariis in prouincias ab aliquibus ciuilibus & militaribus iudicibus: [d] & de hoc dudum legem [e] ſcripſimus, particularem aliquam facientes rei emendationem.

CAP. I. Ne vlli magiſtratuum liceat conſtituere vicarios.

NVNC vero perfectè iuuare noſtros ſubiectos ſtudentes, ſancimus nullā licentiam habere pro tēpore præfectos tam Oriētis quàm Illyrici prætorio aut comitem largitionum, aut comitem priuatarū, locorū ſeruatores deſtinare in prouincias, aut ipſos prouinciarū iudices facere, & proprij cinguli loci ſeruatores emittere. Sed neque vicaneos iudices in credita eis prouinciis loci ſeruatores emittere in qualibet ciuitate. [f] Solū vero iubemus eſſe loci ſeruatores præfecturæ in Hoſdruma, † & in Meſopotamia: & ſi neceſsitas vocauerit, [g] in aliis locis tēpore expeditionis pro nutrimēto eis deſtinato: & hoc quidē per noſtrā iuſsionē. His inſuper iubemus, vt neq; magiſtri militum, neq; duces in prouinciis in quibus adminiſtrare iuſsi ſunt, loci ſeruatores, aut biocolytas, aut latronū expulſores.

BIU Cujas

expulsores.[a] Si vero contigerit, necessitate faciente, siue magistros militum, siue duces destinari per nostram iussionem in aliis locis: tunc fieri loci seruatores absentes, & hoc secũdũ nostram præceptionem. Nulli vero liceat ciuili aut militari iudici circumire prouinciam sine causa necessaria. Si vero aliqua necessitas vocauerit tale aliquid fieri: expensis propriis† hoc facere iubemus[b] tam iudices, q̃ competens & obediens eis officiũ. Neque vero angariis, aut iis quæ vocãtur epidemiticis,[c] B aut alio quolibet dispẽdio grauare nostros subiectos: neque consuetudines nominare, aut quærere, quas forsitã aliqui prędictorum in proprium lucrum iniuste adinuenerunt. Malè[d] enim † adinuenta, malæque consuetudines, neque ex longo tẽpore, neque ex longa cõsuetudine confirmantur: scientibus omnibus prędictis iudicibus ciuilibus & militaribus, quòd si aliquid præter hoc fiat, & qui facit, si loci seruator est, viginti librarum auri inferet pœnam, & cingulo spoliabitur: & qui fieri se acquieuit, cadẽs propria substantia, exilio subiicietur. Ad maiorem autem nostrę dispositionis cautelã, iubemus per loca episcopos, & prouinciarũ rectores, & eos qui ciuitates habitant, nullum contra præsentẽ nostram dispositionẽ suscipere biocolytam, aut latronum persecutores. omnino enim nullũ iudicum ciuilium aut militariũ constitutũ in prouincia, habere loci seruatorem concedimus. Præcipue quidẽ iubemus prouinciarũ rectores sic rectè cõuersari, aut res gubernare, vt non necessitas fiat de qualibet D re debente[e] quæri, aut gubernari,[f] ad prouincias aliquẽ destinari. Si vero opus fuerit trãsmitti aliquos in prouincias occasione publicarum exactionũ, aut quarumlibet emergentium querelarum: neque ordinẽ, neque nomen habere loci seruatoris. Destinatus vero in prouinciam, nullum subiectis inferat dispendium: creditum vero sibi opus adimpleat, iudice ꝓuincię eum & eius officium adiuuante. Si vero contra ipsum iudicem fortè accusatum transmittatur: tunc iubemus & prouinciale officium obedire ei. Quemadmodum enim A prohibemus loci seruatores fieri: ita omne periculum iubemus habere iudices prouinciarum, & eorum officiũ: vt solicitudinem faciant tam publicarũ exactionum, quàm locorũ quietem: & vt omnis iniustitia & læsio sustendatur. In quibus vero prouinciis aut iudices,† aut exactores sunt fiscaliũ, & opus habuerint aliquo adiutorio: iubemus iudices prouinciarũ & officia eorum omne solatium & studium eis cõferre, vt sine impedimẽto fiscaliũ exactio procedat. Et omnes quæ motæ fuerint siue ciuiles siue criminales causæ, & competentes prouinciarum iudices, ipsos iubemus inquirere, vt illi proprio periculo has discutiãt, & legitimũ finem eis imponãt. Super hoc autẽ iubemus[g] prouinciarum iudices mox qui futuri sunt cingula suscipere, siue præsentes, siue absentes sint, cautelam impendere tam præfecturæ, quàm nostris largitionibus, & comiti priuatarũ pro inferendis pecuniis vnicuique prędictarum dignitatũ: cum etsi non caueant, tanquam facientes cautelam, ita iubemus eos & eorum officia subiacere prædictis dignitatibus. In illis vero ciuitatibus & prouinciis nolumus iudices periclitari pro fiscalibus, & exigi, in quibus neq; scriniarij, neque iudices, neque alij quidam proprio periculo exactionem faciunt.

†*Legẽd. vindices. de his vide apud Nicephorũ in eccles. historia. Cõ.*

Nullus occasione lucrorum iniquitates & iniustitias facere debet. Item iudices ordinarii, ac etiam delegati, etiam si sint delegati à principe, appellationes suscipere debent: quibus pendentibus nihil innouari debet. Bartolus.

ET hoc peruẽnit ad nos, quòd quidam prouinciarum iudices ita inique agunt occasione lucrorum, vt neque testamenta cõcedant facere, neque facta insinuare, neq; nuptias aliquas facere, aut super nuptialibus donationibus monumenta componere, neque defunctorum corpora sepulturæ tradi: neque rerum descriptionem[h] concedũt fieri, aut aliud quid huiusmodi agi aut ex gestis aut ex testimoniis. Propterea interdicimus omnibus iudicibus tam ciuilibus quàm militaribus, & eorum officiis, aut alij cuilibet tale aliquid præsumere. Si vero quidam huiusmodi odibilẽ rem in quolibet loco nostræ reipublicæ præsumpserit agere, aut ministrare ei qui hoc præsumpserit facere: iubemus huiusmodi extra cingulum factos, in exilium destinari: & de substantia eorum eueniens dispendium, lęsis in duplum restitui:[i] non sublato ab eis neque alio quidem ex legibus adiutorio. Omnem vero damus licentiam locorum sanctissimis episcopis, & primatibus ciuitatum, huiusmodi præsumptiones prohibere: & studere vt hæc omnia sine impedimento & sine dispendio secundum legum virtutem procedant, & de his nobis nuntiare. Illas vero quæ secundũ leges offeruntur appellationes, suscipere volumus omnino iudices,[k] & eos qui secũdum nostram iussionem specialiter (quia[l] & à diuinis licet appellare iudicibus) audiunt, siue maiores siue minores sint: & edere gesta sine aliqua dilatione[m] litigantibus, vt quęstio legitima de his procedat. Super hoc iubemus appellatione porrecta secundũ leges, neque exactionem fieri,[n] neque possessiones rerũ transferri, vsque ad definitum super ea iudicium.

Iudices debent secundum leges delinquentes punire, non alios pro aliis comprehendere, nec damna inferre: nec pignorationes, nec repræsalias facere, nec delicta vendere, pœna contrà facientibus imminente. Bartolus.

† *Iste. §. est elegantissimus, & plenus philosophia.*

QVONIAM vero† contingit adulteria, aut raptus mulierũ, aut homicidia, aut alia quælibet crimina in ꝓuinciis cõmitti: iubemus prouinciarũ iudices

a *Expulsores.* subaudi, destinent. Accur.

b *Hoc fieri iubemus.* vt supra de mãda. principum. §. illud. colla. iij.

c *Epidemiticis.* genus est expensæ. Accur.

d *Malè.* Not. malam consuetudiné non seruãdam: vt hic, &. C. de vsur. l. eos. in fi. &. ff. de legi. & senatusc. l. quod non ratione. &. C. quæ sit lon. consuet. l. ij. in fi. & in decre. dist. viij. cap. iij. & dist. xj. cap. j. & in noua cõstitutione Friderichi de statutis. §. j.

e *Debente.* aliàs debẽtem. i. ad quærendũ debentem aliquam rem.

f *Aut gubernari.* id est ad gubernandum quãlibet rem. aliàs est in littera, de qualibet re debentem: aliàs, de qualibet re debente.

g *Super hoc autem iubemus.* fingit ergo cautũ esse vbi nõ est cautum: vt. ff. de adop. l. his verbis. &. C. de rei vxor. act. in princ. &. ff. si cui plusquam per leg. Falc. l. j. in fi. j. respon.

h *Rerum descriptionẽ.* puta inuentarium.

i *Restitui.* No. in duplum teneri illum qui impediuit aliquid mihi relinqui. olim percipiebat quod testator volebat: cætera fisco dabantur: vt. ff. ad Trebel. l. iij. §. fi. & dixi. s. vt cum de appel. cog. §. si coniunctus. colla. viij.

k *Iudices.* si est recipienda appellatio, iudex eam recipere debet: aliàs punitur: vt hic, &. s. de iudi. §. nostros. &. C. de appel. l. quoniã. etiam si à principe sit delegatus: & tunc ad principem appellatur: vt hic, &. C. quorum app. nõ re. per totum. Item si non est recipienda, non debet recipere: vt quia præfectus licentiam dedit: vt supra vt spõ. larg. §. aliud. hac colla.

l *Quia.* interpositio est. Accursius.

m *Dilatione.* C. de ap. iudicibus. contra. ibi dicitur q̃ intra. xxx. dies debet edere, hic sine dilatione: vnde hãc secundum illam: & dic sine dilatione, scilicet maiore.

n *Exactionem fieri.* nã nihil est innouandum appel. pen. vt. C. de appel. l. iij. &. ff. nil innoua. per totum.

BIU Cujas

omnia secũdum leges vindicare, & peccantes tenere, & non alios[a] † pro aliis, aut ex quibus nati sunt vicis[b] qui crimina p̃sumpserunt, alium pro alio cõprehendere, [c]aut damnum eorum inferre vicis: sed neque pignorationes facere propter peccantem, aut criminis vindictam proprij lucri causa inferre, aut delinquentium res propriũ lucrũ facere. Nos enim reos quidem ex legibus pœnas sustinere volumus: damna vero subiectis nostris, aut lucrum ex hoc iudicibus, aut eorũ hominib[9] [d] siue officialibus fieri nullatenus concedimus: vt ne propter rerum desiderium inueniãtur iniuste aliquos castigãtes, aut peccantes vendere. Si enim præter hæc fiat: ipse prouinciæ iudex omne ex hoc accidens damnũ læsis medebitur: & suppliciis subiectus, exilio tradetur: & cõsiliarius eius simile sustinebit supplicium, si factis à iudice contra leges, in scriptis consentiat. Officium vero eius, & alij qui circa hoc propter lucrum proprium ei obsecundant: non solum damna læsis compellentur restituere: sed culpabiliores eorum legalibus suppliciis subiecti, exilio tradentur.

CAP. II. *Vt rei criminum edictis legitimis euocentur.*

Crimino sus edictis legitimis est vocandus: & eo latitante iudex legitime procedere debet. eo vero in alia prouincia degente, capiendus est: & ad locum delicti transmittendus, vt ibi supplicium patiatur: pœna contrà facientibus imminente. Bartolus.

SI vero † quis comprehensorum criminũ latuerit, aut reliquerit prouinciã illam in qua crimina deliquit: iubemus legitimis edictis à iudice euocari eum: & si non obediat, illa in eum procedere quæ nostris legibus definita[e] sunt. Si vero cognoscatur quòd in alia prouincia degit, iubemus prouincię illius iudicẽ in qua peccari quid huiusmodi contigerit, epistola publica vti[f] ad prouinciæ illius iudicem in qua delinquẽs persona degit: ille vero qui publicas susceperit literas, & periculo sũo & officij sui comprehẽdere [g] huiusmodi, & ad iudicem prouinciæ transmittere in qua peccauit, suppliciis legitimis subiiciendum. Si vero qui publicam epistolam susceperit, neglexerit hoc facere, aut officium eius tradere, aut imperata neglexerit: tunc & ipsum iudicem tres auri libras, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Si vero iudex aut aliquis officij eius propter lucrũ huiusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens nõ transmittat, & hoc agens cõuincatur: spoliatus cingulo, exilio tradatur.

CAP. III. *Vt iudex compleat quod decessori mandatum est.*

Iudex alterius iudicis successor iussionem prædecessori suo factã adimplere debet, nisi sit contra ius, vel publicam vtilitatem, quia tunc etiam secunda iussio expectatur. Bart.

ET hoc vero † iubemus obseruari ab omni administratore, vt si contigerit in scriptis nõ stram iusionem fieri ad aliquẽ iudicẽ, & interea iste quiescat[h] ab administratione: is qui post illum susceperit dignitatem, accipiat[i] eã, & insinuet.[k] & si quidẽ priuata est causa: & implere eam, & assequi, quemadmodum ad eum promeruit rescriptũ.[l] Si vero huiusmodi in scriptis iusio[m] publicũ respicit, inquirat eam: & si quidẽ non lædatur fiscus, quæ in ea comprehensa sunt adimpleat. Si vero ad læsionem est fisci, nihil super ea omnino agi: nũtiare vero nobis primum, vt secunda † nostra fiat de hoc iusio. Si vero & p̃cepta cuiuslibet iudicis sint, & priusquam insinuentur hæc, aut præcipientem,[n] aut ad quem præcepta facta sunt, contigerit remoueri de cingulo: sic qui factus fuerit iudex, hæc suscipiat & exigat, si legitime facta sunt: si vero contra legem, aut cõtra publicũ facta sunt hæc, pro nõ scriptis esse iubemus.

CAP. IIII. *Ne quis creditor filium debitoris pro debito retinere præsumat.*

Creditor qui filios debitoris præsumpserit pro debito retinere, à debito cadit: & tantundem dabit eis, aut parentibus eorum, & corporalibus pœnis afficietur. Bart.

QVIA vero † & huiusmodi iniquitatẽ in diuersis locis nostrę reipublicę cognouimus admitti, quia creditores filios debitorũ præsumunt retinere aut in pignus, aut in seruile ministerium, aut in conductionẽ: hoc modis omnibus prohibemus: [o] & iubemus, vt si quis huiusmodi aliquid deliquerit, non solũ debito cadat, sed tantã aliã quantitatem adiiciat dandã ei qui retẽtus est ab eo, aut parẽtibus[p] eius, & post hoc etiã corporalib[9] pœnis ipsum subdi à loci iudice: quia personã liberam pro debito præsumpserit retinere, aut locare, aut pignorare.

CAP.

à *Et non alios*. vt. C. de pœnis. l. sancim[9]. & ff. de. pœ. l. crimen.

† *Concor. l. sancim[9]. C. de pœnis. & c. quæ sunt. extra de his quæ fi. à ma. parte cap. & in gl. penul. in c. sicut tuis. cum glo. super verbo, deprehensum. extra de simo.*

b *Vicis*. Not. contra potestatem qui punit contratam pro aliquo delinquente. Accur.

c *Comprehendere*. vt. s. vt non fiant pigno. §. j.

d *Hominibus*. vt supra de mã. prin. §. oportet. colla. iij. plene dices. j. eo. §. fin. Accur.

e *Definita*. vt requiratur, & bona eius annotentur: vt. ff. de requi. re. l. ij.

f *Vti*. Not. epistolam mitti: vt hic, & supra de quæsto. §. damus. colla. vj. sic & cum quæritur fugitiuus: vt. ff. de fugi. l. j. §. j.

g *Cõprehendere*. sic ergo inuitus ad locũ vbi deliquit, trahitur. sed videtur quòd ita demum ibi conueniatur, vel accusetur, si ibi inueniatur: vt. ff. de iudi. l. hæres absens. in prin. quæ est contra. Sol. speciale est in delictis secundum Io. vt hic, & C. vbi de cri. agi oportet. l. vlti. &. s. vt iudi. sine quo. suffr. §. necessitatem. & idem vbicũque certæ personæ cognitio mandatur, vt præsidi: vt. C. ne li. poten. l. j. &. C. vbi quis de curia. vel cohor. l. vlti. sed in contractibus, si ibi non inuenitur, bona quæ ibi habet, possidentur: nõ tamen inuitus reducitur si alibi versetur, nisi habeat forum, vel domicilium, vel si aliter latitat: tunc enim potest idem quod in criminalibus dici. Azo. Vel si velis, dicas vt super cõtraria. l. diximus.

Conuenitur quis etiam inuitus vbi deliquit.

† *Facit ad hunc. §. c. vlti. in glo. fi. in fi. extra de fo. cõpe. vbi dicitur quòd si crimen est graue: remittitur criminosus puniendus ad iudicẽ vbi deliquit.*

h *Quiescat*. vel quia finitum est eius officiũ, vel recessit.

i *Accipiat*. iussionem nostram. Al.

k *Insinuet*. id est deducat eã in publica acta.

l *Rescriptum*. sed quomodo hoc hic est, &. j. proxi. cognoscit successor: cum morte mandatarij iurisdictio expiret: vt & aliàs mandatum: vt. ff. de iurisd. omiu. l. & quia. §. ideoque? Respon. hic non personæ, sed officio fuit facta commissio, vel delegatio.

m *Iussio*. non enim facilè cõtra publicã vtilitatem concedendum est rescriptum: vt. ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. si quis à principe. &. C. si cõtra ius vel vti. pu. l. fi. & de preci. impera. offe. l. nec damnosa. ideoque secunda iussio exigitur: vt hic, & ff. de mã. prin. §. deinde. quia melius deliberatur. si sit vna tantum. arg. vt cũ de appel. cog. sed hoc p̃senti. col. vi.

n *Aut præcipient*. hic videtur negari nõ posse iurisdictionem finiri quando mortuus est delegans, vt hic fuerit ff. de iurisd. om. iu. l. quia. §. ideoque. nam etiam in dignitate in officio præcepit, durat vltra tempus administrationis: vt de pœ. l. fi. Respon. testt dici quòd hic comperat delegatus & hoc innuit cũ dicit, fuerit iudex. Vel quòd successor confirmauit: vt ar. ff. de iud. venditor. §. fi. &. §. iudices. Vel hic non fuit delegatio, sed iussio dam. Item quod subdicit pro non scripto esse. s. quod iussit princeps, vel præcepit iudex: quomodo sententiam sui prædecessoris infirmat: vt. ff. de re. iu. l. Paulus respõdit. & C. sen. rescin. non posse. Respon. auctoritate hoc fit. Vel verius non rescindit, sed rescissum declarat: nam ipso iure nõ valet quod in præiudicium publicæ vtilitatis factum est: vt. C. si contra ius vel vti. pub. l. fi. Accur.

o *Prohibemus*. Nõ valere contractum super libero homine, licet filio debitoris. C. de act. & obli. l. æs. etiam patre volente, vel pignorante: nisi quæ res pig. obli. posset. fin. &. C. quæ res pig. obli. l. qui filios. nisi in casu quo & vendere permittitur: vt. C. de pa. qui fi. dist. l. ij.

p *Parentibus*. in eorum potestate est, agitib[9] eius nomine. Azo. sed videtur in quadruplũ: vt. s. vt non fi. pig. §. j. sed ibi in alio casu dicit. Azo.

BIU Cujas

CAP.V. De itercessionib' mulierũ.

Si vxor crediti instrumento consentiat proprio viro in damnũ suum, vel suam substantiam aut seipsam pro eo obliget: ipso iure nõ tenetur, nisi manifeste appareat pecuniã in ipsius vtilitatẽ fore cõuersam. Bar.

ET illud vero præuidimus pro subiectorum vtilitate corrigere, vt si qua mulier crediti [a] instrumento cõsentiat proprio viro, aut scribat, & propriam substantiam aut seipsam obligatam faciat: iubemus nullatenus huiusmodi valere aut tenere, siue semel, siue multoties [b] huiusmodi aliquid pro eadem re fiat: siue priuatum, siue publicum sit debitum: sed ita esse ac si neque scriptum esset: nisi manifeste probetur quia pecuniæ in propriam ipsius mulieris vtilitatem expensæ [c] sunt.

CAP. VI. Ne mulieres in carceribus includantur.

Mulier in causis ciuilibus non debet in carcere includi: in criminalibus vero committẽda est fideiussoriæ aut iuratoriæ cautioni, vel debet tradi mulieribus custodiẽda. B.

Necessarium vero credimus & illud competenti adiutorio emendare, vt nulla mulier de qualibet [d] re includatur, aut custodiatur: sed si quidem pro fiscalib' debitis aut priuatis pulsetur, secundum legem mulier aut per virum suum, [e] aut per se, aut per quam voluerit personam legitimè respondeat, & transigat rem. Si vero vidua sit, aut non à principio viro coniuncta: liceat similiter mulieri aut per se, aut per quos voluerit propria iura proponere secundum legem. Eum vero qui præter hæc præsumpserit agere aliquid prædictorum, iubemus si quidem maiores iudices sint, viginti auri librarum: si vero minores sint, decem librarum auri pœnæ subiacere: obedientes autem eis in prædictis causis, spoliatos cingulo, pœnis subiici, & in exilium destinari.

Si vero mulier post legitimã admonitionẽ noluerit instituere aliquem qui pro ea respondeat, aut litigans addicta sit, nec sic includi aut custodiri eã, sed legitima iura in cõpetentibus ei rebus procedere. Si vero † crimen sit quod infertur mulieri, in quo necessarium est ipsam custodiri: si quidem fideiussorem personæ præstare potest, ipsi credatur. Si vero iurauerit non posse se dare fideiussorem, iuratoriam cautionem faciat de obseruatione iudicij. [f] Si vero grauissimum inueniatur crimẽ in quo accusatur, in monasterium aut in ascæterium mittatur: aut mulieribus tradatur, per quas potest publicè & liberè custodiri, donec causa eius manifestetur: tunc autem illa procedant in eam quæ legibus definita sunt. Nullam enim mulierem pro pecunia fiscali siue priuata causa, aut pro criminali quolibet modo aut in carcerẽ mitti cõcedimus, aut à viris custodiri: vt non per huiusmodi occasiones inueniãtur circa castitatem iniuriatæ. Monastriam quidem aut ascetriam per nullam actionem trahi cõcedimus de propriis monasteriis, aut ascæteriis. [g]

CAP. VII. Quæ sit mulieris adulteræ pœna.

In crimine adulterii pœna legitima masculus puniendus est: mulier vero in monasterium mittatur. Bartolus.

Siquando vero adulterij crimẽ probetur, iubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Constantinus [h] diuæ memoriæ disposuit: & illis similibus subiiciẽdis pœnis, qui medij ministri huiusmodi impio crimini facti [i] sunt. De substantia vero adulteri, si habeat vxorem, dotẽ, & propter nuptias donationem ei saluari: aut partem à nostra lege [k] datã, si dotalia instrumenta nõ subsecuta sunt. residuã vero eius substãtiã, si quidẽ sint ascẽdẽtes aut descendẽtes vsq; ad tertiũ gradũ, accipiãt hi secũdũ ordines & gradus. Si vero † nõ sunt huiusmodi aliqui: fisco applicari hęc iubem⁹.

† *Cõcor. hic tex. ca. tuæ fraternitatis. in glo. I. extra de p̃cur. & caudemus. de conuer. cõiug. quod cap. est extractum ex hoc. §. vt dicit glo. super verbo clausris.*

Adulterã vero mulierem cõpetentibus vulneribus subactã, in monasteriũ mitti: [l] & si quidẽ intra biẽniũ recipere eã vir suus voluerit, potestatẽ ei damus hoc facere, & copulari ei, nullũ periculũ ex hoc metuẽs: [m] & nullaten⁹ ꝓpter ea quæ in medio tẽpore facta sũt, nuptias lædi. Si vero prædictũ tẽpus trãsierit, aut vir priusquã recipiat mulierẽ, moriatur, tõderi eã, & monachicũ habitũ [n] accipere, & habitare in ipso monasterio in omni proprię vitę tẽpore: & si quidẽ habeat descẽdẽtes, duas [o] partes accipere eos substãtiæ, secũdũ legũ ordinẽ diuisas, reliquã vero tertiã partẽ monasterio in quod mittitur, dari. Si vero descẽdẽtes nõ fuerint, sed ascendẽtes inueniantur non cõsentientes huiusmodi iniquitati: quatuor vncias [p] eos secũdũ leges diuisas accipere, octo vero vncias dari monasterio in quo includitur huiusmodi mulier. Si vero neq; descẽdẽtes neq; ascẽdẽtes habeat, aut ascẽdẽtes cõsẽferint huiusmodi iniquitati, omnẽ eius substantiã accipere monasteriũ, illi cõseruãdã: vt per omnes casus viro pacta dotalibus illata instrumentis seruentur. [q]

Matrimonio sine causa diuortio aut cõsensu soluto, delinquẽtes i monasteriũ mittẽdi sunt, pœna legitima eis iminẽte, aut etiã eorũ ministris: reconciliato autẽ matrimonio cõsensu vtriusq; priusquã i monasteriũ mittãtur, pœna remittitur: sed altero recusante, ille solus pœna legitima punitur. B.

a *Crediti.* crediti nomen generale est: vt. ff. si cer. peta. l. j.

b *Multoties.* immo si cõsensit multoties, debet sic teneri: vt supra vt immo. antenup. do. §. j. cõtra. Solu. hæc illam corrigit secundum Pla. & C. ad Vell. l. antiquæ. & l. si mulier. Sed Ro. & alij dicunt hanc loqui quando ꝓ marito intercessit: quia quanto citius pro eo intercedit, tanto facilius ei succurritur: ne mutuo &c. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. ij.

c *Expensæ.* vt de creditore ecclesiæ. ĩ. de alie. & emphy. §. si vero. aut episcopo: & excipe similiter si ipsa circunuenit creditorẽ: vt. C. de dist. pig. l. si iter. Itẽ excipe alios casus quos dixi. ff. ad Vell. l. j. ĩ prĩ.

d *De qualibet.* id est ꝓ qualibet.

e *Suum.* vt. C. de procura. l. ij. & l. maritus.

f *Iudicii.* forte etiam hoc iurat quòd fideiussorem dare non poterat: vt supra de litig. §. ad excludendum. col. viij. & not. quòd fauetur mulieri: vt hic, & C. de offic. di. iu. l. j. secus in mare. C. de custo. reo. l. ij & ij. Ac.

g *Aut ascæteriis.* vt. j. de sanc. episc. §. siquando.

h *Constantinus.* C. de adul. l. quamuis. Acc.

i *Facti.* vt. j. de rapto. virgi. in princip.

k *Lege.* vt. ĩ. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero legem dudum. & C. de rep. l. vlt.

l *In monasterium mitti.* sed videtur alteri corpori ad puniendum nõ dari: vt. C. de pœ. l. ne quis. quę est cõtra. Sol. hic speciale: & illa corporibus, nõ causa religionis facta intelligit.

m *Metuens.* hic corriguntur omnia iura in quibus cauetur vt maritus in adulterio deprehensam non detineat: vt. ff. de mino. l. auxilium. §. in delictis. neque dicat aliquis ꝙ hic loquitur quando ignorabat maritus: nam eo casu etiã iure veteri potterat retinere eã, cum suam scientiam poterat obumbrare: vt. ff. de adult. l. maritus. Ac.

n *Habitum.* non tamẽ est monacha, secũdum Ioan. quod ex eo probat, quia pacta dotalia locum non habẽt, nisi ea mortua: vt. j. co. in fi. huius. §. si autẽ esset monacha, contrarium esset: quia ꝓ mortua habetur: vt. C. de episco. & cle. l. fi. §. j.

o *Duas partes.* immo videtur quòd tantũ legitimam habeant filij: vt. j. de san. episco. §. si qua mulier. quæ est cõtra. Sol. hæc per illam corrigitur. vel hic quãdo inuita ingreditur, plus habẽt filij. ibi quãdo volẽs, minꝰ habet. si tertiam, & ecclesia duas partes. & eodem modo opponitur. j. §. proxi. & eodẽ modo soluitur.

p *Vncias.* sed cum filij loco monasterij habentur: vt. j. de san. episc. §. sed hoc præsenti. quare non est prima causa filiorum: vt. ĩ. de hęre. ab intesta. §. j. Respon. hic loquitur quãdo inuita intrauit. si autem volens, monasterium præfertur ascendentibus: vt ibi. Vel dic quòd tẽpore huius legis nõ præsumebat ecclesia ꝓ filio, vnde potior erat causa parentum, vt hic: sed hodie sic per. l. contrariã. vnde secundum hoc hæc corrigitur, & parentes nihil habebunt. Vel verius hic non se monachauit, sed tantum totondit.

q *Seruentur.* patet ergo

Authentica.

BIU Cujas

quòd prius non fuit facta monacha: licet fuerit tonsa. sed nonne ꝓbato adulterio maritus etiam sine pacto dotem lucratur: vt. C. de repu. l. consensu. & supra vt li. ma. & auiæ. §. quia vero plurimas? Respō. illud corrigi secūdum quosdam. Vel dic quòd cum est ciuiliter conuicta, maritus dotē lucratur. sed cum accusata & damnata criminaliter, substantia diuiditur: vt hic. Vel hoc cū extraneus accusat, illud cum maritus.

a *Delictis.* i. delictum.

b *Præter.* hæc verba cancellata sunt in quibusdam libris, & dicūt eam esse nothā. sed cōtra eos est arg. ꝯ. vt lice. ma. & auiæ. §. quia vero quædam. col. viij.

c *Vsumfructum.* & sic est iste vnus de casibus specialibus quibus vsusfru. patri non quæritur: vt dixi. ꝯ. vt liceat matri & auiæ. §. j. in fi.

d *Consenserint.* idem in collateralibus consentientibus: vt. C. de inces. & inuti. nup. l. si quis incestas. §. testandi. Accursius.

e *Concedimus.* id est remittimus. Accursius.

f *Turpiter conuersatus.* C. de adul. l. si quis. & ꝯ. vt lice. matri & auiæ. §. is quoque. Accursius.

g *Articuli dissoluuntur.* vt quia tamdiu trahebat ei brachium donec auellebat ab armo. similis prouidentia habetur. C. de pœ. l. si qs in metallum.

h *Transmittatur.* repete, secundum legum virtutem &c.

i *Abscissionem exigat.* quod fit quandoque: vt ꝯ. de man. prin. §. coges. col. iij. &. C. de ser. fugi. l. iij. Sed quam? Respon. in qua minus potest. ar. C. de pœ. l. penul. Alij contra.

k *Pro furto autem.* suspenduntur enim: vt. ff. de pœ. l. capitalium. §. famosos.[a]

l *Proscriptionem.* aliàs deportationem.

m *Mulieres.* scilicet vxores.

n *Filios.* quod dic vt ꝯ. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero legem dudum. col. viij.

o *Tunc fisco.* ꝯ. de incest. nup. §. j. contra. Solu. quidā dicunt istā corrigere. Alij dicunt ibi speciale, vt esset in crimine læsæ maiestatis: vt. ꝯ. eo. in fi. alij dicunt non esse contrariam. ibi enim cōfiscatio fit bonorum eo viuēte, & in ciuitate permanente qui deliquit. vnde cum ciuis remaneat, pœnam sentit amissionis bonorū, vbi vero de capitali crimine damnatur: quia ei nulla est pœna cōfiscatio bonorum, vtpote

a Vt scilicet terreantur tali aspectu, vt dicit ibi textus, & in c. clericos. extra de cohabi. cleric. & mulier.

Quia vero aliqui nostrā legem transcendere studēt, in qua euidenter causas enumeraui mus, ex quibus solùm repudia possunt transmitti aut à viro, aut à muliere: iubemus præter illas causas nullo modo repudia fieri, aut per consensum nuptias solui, & concedere inuicem delictis.[a] Si vero præter[b] à nobis definitas causas præsumpserint aliqui soluere matrimonium: iubemus, si quidē descendentes habuerint siue ex ipso, siue ex alio matrimonio, substantiam eorum illis dari secundum legum ordinem, & tam virum quàm mulierem in monasterium mitti in omnibus vitæ suæ temporibus, & de singulorū facultatibus quaternas vncias monasteriis in quibus mittuntur, separari: viro nihilo minus neque vsum habente datæ partis filiis: quoniam pater rerū filij in potestate positi non habet vsumfructum.[c] Si vero descendentes non habeant, sed ascendētes inueniantur: tertiam partem substātiæ accipere eos, si non iniquitati solutionis matrimonij consenserint: duas vero partes monasteriis in quibus vnusquisque mittitur, separari. Si vero neque descendētes neque ascendentes inueniantur, & ascendentes consenserint[d] facto: iubemus omnem substantiā monasteriis in quibus missi sunt, dari: vt non propter hunc contemptum, & dei iudiciū cōtēnatur, & nostra lex transgrediatur. Sed & ministros talis solutionis nuptiarum, aut qui huiusmodi infanda instrumēta cōposuerint, corporalibus pœnis subiici iubemus, & in exiliū destinari. Si vero ij qui matrimonium soluere præsumpserunt, voluerint iterum sibi coniungi priusquam mittantur in monasterium: licētiam eis damus hoc facere, & prædictas pœnas concedimus[e] eis, & proprias habere substantias, & ita adinuicem viuere, tanquam si nihil delictū fuisset. Vno vero volente matrimonium reuocare, si non cōsentiat alia persona: contra eum qui noluerit, teneant pœnæ.

Hæc vero omnia seruari iubemus tam in regia hac ciuitate quàm in prouinciis, tā à comite priuatarum, quàm à palatinorū schola, & prouinciarum iudicibus, & officiis eorum: scientibus quòd si neglexerint huiusmodi alicuius delicti, & non omnia hæc custodierint, & exilium & proscriptionem bonorū sustinebunt. Hæc vero iubemus seruare locorum sanctissimos episcopos: vt quidētia eorū traditæ personæ in monasteriis mittantur: & de rebus earum quod à nobis definitum est, monasteriis vindicetur.

Accusatus de adulterio, & absolutus: si postea cum eadē muliere turpiter conuersari inueniatur, vel inter eos matrimonium esse secutum, matrimonium non valet: pœna ei mulieri imponente, nulla alia probatione exquisita. Bartolus.

Si quis vero accusatus de adulterio, per proditionem iudicum, aut alio quolibet modo à legibus pœnas effugerit, & post hoc inueniatur cum muliere de qua accusatus est, turpiter conuersatus,[f] aut in matrimonium accipere eam, & hoc fiat viuente marito, aut post eius mortem: neque matrimonium valere iubemus: sed eum qui hoc delinquere præsumpserit, & si prius profugerit, attamen licētiam damus omni iudici & comprehendere eum, & post tormenta vltimis suppliciis subiicere: nulla alia excusatione aut ꝓbitione facienda: & mulierem castigatam, & detrusam, monasterio immitti iubemus: & ibi manere in omne tempus propriæ vitę: vtriusque vero substantiā secūdum prædictum ordinem diuidi, periculo (sicut prædiximus) tam comitis priuatarum, quàm iudicis loci

CAP. Vlt. De pœnarum omnium moderatione.

Pœnæ corporales & pecuniariæ minuuntur certo modo: præterquam in crimine læsæ maiestatis. Bartolus.

QVIA vero nos oportet humani generis infirmitatem protegere: corporales pœnas secūdū aliquas partes imminuentes, interdicimus alterutras manus aut pedes abscindi, aut huiusmodi quædā inferri supplicia, per quæ articuli dissoluūtur:[g] quia membrorū dissolutio grauior est vtriusq; manꝰ abscisione. Propter quod iubemꝰ, si quidē tale aliquid delinquatur, vnde leges mortē delinquentibus inferunt, secūdum legū virtutē sustinere eum pœnas. si vero tale fuerit crimen quod morte dignū non sit, ipse aut castigetur, aut in exiliū transmittatur.[h] Si vero criminis qualitas mēbri abscisionem exigat[i] fieri: vnā solam manū abscindi. Pro furto autem[k] nolumus omnino quodlibet membrū abscindi, aut mori: sed aliter eum castigari. Fures autem vocamus, qui occulte & sine armis huiusmodi delinquūt. Eos vero qui violēter aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis, in domibus, aut itineribus, aut in mari: pœnis eos legalibꝰ subdi iubemus. Vt autem† non solū corporales pœnæ, sed etiā pecuniariæ mediocres fiāt, sancimus eos qui in crimibus accusantur, in quibus leges mortē aut proscriptionē[l] definiunt: si cōuincātur, aut cōdēnentur, eorum substātias nō fieri lucrū iudicibus, aut eorū officiis, sed neque secundū veteres leges fisco eas applicari: sed si quidē habeant descendentes & ascēdentes vsq; ad tertiū gradū, eos habere. Si vero mulieres[m] habeant qui condemnati sunt: omnibus modis iubemus istas & dotē & antenuptialē donationē accipere. Si vero sine dote talibus personis cōiūcte fuerint: à legibus definitam partē de tota substātia cōdemnati eas accipere, siue filios[n] habeant, siue non. Si vero neminem prædictorum habeat qui deliquit: tūc fisco[o] sociari

BIU Cujas

cum bonis amodo non vtetur: merito cessat confiscatio. non enim res deliquit, sed persona: vnde persona tantum puniri debet: per confiscationé vero nó puniretur: vt.ſ. de man. prin.§. oportet.

a *Leges.* quæ sunt. C. ad legem Iuliam maie. Lſi.§.pe. &.l. quisquis. Accursius.

VT DIFFE-rentes iudices &c.

Prima pars expeditur.ij. co. vsque ad.§. ſi vero cõtigerit. secunda, & vt quãdo &c. expeditur posta vsque in finem.

b *Ex quo. Prouinciæ.* Hæc eadem dicũtur.ã. de man.prin.§. sit tibi quoque tertium. col.iij.

c *Si vero cõtigerit quẽdam.* nunquid tam in actore quàm in reo hic loquitur? Respõ. vt dixi.ſ. de execu. & iis qui con.& re.§.ſi.

d *Iudicem.* id est præſidem.

e *Conuentum.* quid dicem? ſi lex illa nõ corrigitur quę est.ff. de arbil. sed ſi in seruum.§. ſi quis iudex. nunquid totus mũdus errat? nam omnes vidimus partes cogi vt in ſe compromittãt. nam & arbitriũ in ſe ſupplices libenter ſuſcipiunt. dico autem non ſuſcipiunt vt sint arbitri, ſed arbitrantes. & plus dico non arbitrium esse, non ſententiam, ſed trãſac. sicut & vẽditio quę ita fit, quãti Titius arbitrat? fuerit: vt.C. de contrahẽ. emp.l.vlt. & inſtitu. de emp.& ven.§. precium autẽ. quod ex eo potest apparere, quòd nõ totũ id quod reo debetur, faciunt ei præſtari: & interdũ reum aduerſus quem nihil probatũ est, aliquid præſtare iubẽt. Item nihil postea cognoſcet de cauſis: ſed dicet ne quid actor petat amplius de eo quod primitus petierat. quod ſec? obſeruaretur ſi eſſet arbitrium: in quo ad inſtar iudicij ſententia daretur. Ioan. Itẽ quid ſi eſt iudex vnius, alterius non? Reſpon. videtur quòd valeat cõpromiſſum. Vel dic ſecundum Bul. intereſſe vtrum ſit iudex rei: & tũc nõ valeat. an actoris: & tunc valeat: quia ſorũ ex pſona rei metimur: vt.C. de iurisd.

ſociari eius ſubſtantiam. In maieſtatis vero crimine condemnatis, veteres leges [a] ſeruari iubemus. Dat. Kal. Maij Cõſtant. Domi. Iuſti. P P. Aug. * Baſil. V.C. Conſ.

TITVLVS X.

Nouella 86.

VT DIFFERENTES IVdices audire interpellantium allegationes, cogantur ab epiſcopis hoc agere: & vt quando in ſuſpicionem habuerint iudicem, pariter audiat cauſam & ciuitatis epiſcopus, & de cautela alia quam omnino oportet epiſcopum agere.

Epiſcopi debẽt iudices ad iuſtitiam faciendam compellere, aut per ſe, aut per literas ad principem directas: & iudice exiſtente ſuſpecto, adiungi ſibi debet epiſcopus: litigator autem principem adiens priuſquã adeat iudicem vel epiſcopum, eſt puniendus. Bar.

Imperat. Iuſtiniani Augu. edictũ.

PRÆFATIO.

EX quo nos deus Romanorum prępoſuit ſperio, omne habem? ſtudiũ vniuerſa agere ad vtilitatẽ ſubiectorum cõmiſſæ nobis à deo reipublicæ, & illa facere quæ omni difficultate & læſione, atque contritione priuent: ne occaſione litium, & aliorum quorũdã diſcedere cogantur à propria patria, & in ꝑegrinis affligi.

CAPVT I.

PROPTEREA igitur & in præſenti proſpeximus præſens edictum ad omnes dirigere ſubiectos, & palã facere omnium ciuitatum & vicorum habitatoribus, quatenus ſi quis habuerit contentionem aduerſus alium ſiue de pecuniaria cauſa, ſiue de ſublatione rerum mobilium & immobiliũ, ſeſeque mouentium, ſiue de criminalibus, prius interpellet clariſsimũ ꝑuinciæ [b] iudicem, & vt ipſe ſecundum noſtras leges examinet ea quę proponuntur, & vnicuique iuſtitiã ſeruet. Si vero dum aliquis adierit iudicem prouinciæ, non meruit iuſtitiam: tunc iubemus eum adire ſuum ſanctiſsimum epiſcopum, & ipſum mittere ad clariſsimum prouinciæ iudicem, aut per ſe venire ad eum, & præparare eum vt omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni iuſtitia ſecũdum noſtras leges, vt non cogatur peregre de ſua patria proficiſci. Si vero etiam ſanctiſsimo archiepiſcopo compellente iudicem cum iuſtitia determinare interpellantium cauſas, iudex differat diſcernere negotium, & non ſeruet litigantibus iuſtitiam: iubemus ſanctiſsimũ ciuitatis illius epiſcopum dare ad nos literas ei qui non meruerit quod iuſtum eſt, inſinuantes quia coactus ab eo iudex diſtulit audire interpellantem, & iudicare inter eum, & qui ab eo conuentus eſt: vt hoc cognoſcentes nos ſupplicia inferamus iudici prouinciæ qui interpellatus ab eo qui iniuſtitiam paſſus eſt, & coactus à ſanctiſsimo archiepiſcopo, nõ iudicauerit quæ in dubitationẽ venerunt. Si vero cõtigerit quendam [c] noſtrorũ ſubiectorum in dubitationem habere iudicem, [d] iubemus ſanctiſsimum archiepiſcopum audire cum clariſsimo iudice: vt ambo per amicabilem conuentum [e] diſſoluãt quæ dubia ſunt: vt aut per annotationem ſcriptis factã, aut cognitionaliter [f] iudicetur inter litigantes: & forma detur iuſtitiæ legibuſq; cõueniens: vt non cogantur noſtri ſubiecti ꝑpter huiuſmodi cauſas recedere à propria patria.

Si quis vero exiſtimans habere ſe aduerſus aliquem quãlibet actionem, neque clariſsimum prouinciæ iudicem interpellet, neque ſanctiſsimum ciuitatis epiſcopum adeat, & ita veniat huc abſque literis deo amabilis epiſcopi ciuitatis: ſciat quoniam & ipſe tales ſuſtinebit pœnas, quales futurus eſſet ſuſtinere iudex ſi interpellatus ab eo non ſtuduiſſet [g] ei ſeruare iuſtitiam. Hæc autem omnia ſancire perſpeximus propter vtilitatem eorũ qui habitant per ciuitates & vicos: ne priuati propriis prouinciis, & ipſi in peregrinis [h] affligantur, & res eorum lędantur. Propterea enim iudices gratis facimus, & iuſiurandum eos iubemus ſubire, vt vnicuique [i] interpellanti iuſtitiam ſeruent ſecũdum noſtras leges. Si tamen † contigerit quendam noſtrorũ ſubiectorum ab ipſo clariſsimo prouinciæ iudice lædi, iubemus eum adire ſanctiſsimum illius ciuitatis epiſcopum: & ipſum iudicare [k] inter clariſsimum illius prouinciæ iudicem, & eũ qui [l] putatur lædi ab eo. Et ſi quidem contigerit iudicem legitimè & iuſtè iudicari à ſanctiſsimo epiſcopo: ſatisfacere eum omnibus modis ei qui interpellauit aduerſus eum. Si vero refutauerit iudex hoc agere, & peruenerit ad nos ipſa lis: ſi quidem inuenerimus quia iuſte & ſecundum leges aditus à ſanctiſsimo epiſcopo, ea quæ condemnatus eſt, non fecit: nouiſsimis eum ſuppliciis ſubdi præcipimus: quoniã qui debet vindicare oppreſſum, ipſum opprimere [m] reperitur. ſed etiam ſubiectum ei officium iubemus cum omni ſtudio adminiſtrãtes clariſsimis

a *Cognitionaliter.* id est ſecundum ordinem iuris. Accurſius.

b *Si non ſtuduiſſet.* ſ. de manda. princ.§. & non permittere.

c *In peregrinis.* pauperes facti propter non ſeruatã eis iuſtitiã, vel ad nos veniẽtes ꝑpter eandem cauſam. Acc.

d *Vnicuique.* vt.ſ. de defen. ciui.§. iuſiurãdũ. &.ſ. iuſiurã. quod præ. & de iudi.§. antepenul.

e *Iudicare.* id est condemnare. Accurſius.

f *Eum qui.* ſed quomodo hoc? duabus rationibus hoc ſtare non poteſt. Prima, quia expreſſe inhibetur: vt.ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuffra.§. illud. quæ est cõtra. Secũda, quia de maioribus est: vnde durãte officio cõueniri nõ poteſt: vt.ff. qui. ex cau. ma. l. ſed & ſi per præto rẽ.§. ij. quæ est contra. Sol. dicas quòd hic de minoribus iudicibus dicitur: vt.ff. de iureiur. l. nec magiſtratib?. quod nihil est. dic ergo quòd hic loquitur in furtis & ſimilibus in quibus etiã durante officio poteſt cõueniri: vt præd. §. illud. in prin. Item & vbi opprimit ſubiectos: quod & ibi permittitur: vt. C. ad legẽ Iuliã repe. l. iubemus. & hoc probatur in fi. huius. §. quoniam qui debet vindicare oppreſſum &c.

Magiſtratus durante officio conueniri non poteſt.

g *Ipſum opprimere.* ex om. iudi. l. iuris ordine. Accurſius.

† *Facit ad hunc.§. ca. cũ tempore. cũ gl. i. extra de arbi. vbi dicitur quòd iſte.§. eſt in arg. quòd ordinarius poteſt eſſe arbiter. de hoc etiam vide in ca. literas. in glo. i. circa medi. extra de præſum. vbi dicitur ꝙ iudex nõ poteſt cõpellere partes vt in ipſum cõpromittant: ſed ſi partes volũt in eũ cõpromittere, hoc bene poſſunt.*

BIU Cujas

hoc sumit Io. quòd nó habet locum nisi vbi ratiõe officij subiectos offendit.

a *Si vero hæc non custodiant.* iudices.

b *Ne non.* aliàs ne nos.

c *Impetrantes.* vel impetrantibus.

d *Iudices.* maximi.

e *Patriarchæ.* vt. C. de episco. & cleri. l. si qua per calumniam. in fi.

f *Si quis autem magisterianus aut præfectian⁹.* nomina sunt officialium.

g *Constitutionibus.* sic supra vt li. iurent. §. his quoque.

DE VSVRIS nauticis.

h *NVncium. Lex.* vt ff. de nau. fœ. l. j.

i *Immutabiliter.* no. ℞ cõsuetudine maris seruanda: quia tunc tenet cum nostris non repugnans legibus. & sic intelligitur. ff. ad le. Rho. de iac. l. domine Antonine. & dicitur. j. de statu. & consti. §. pe.

Maritima consuetudo nostris non repugnans legibus, seruatur.

DE INTERDictis collegiis &c.

clarissimis iudicibus interpellantes absoluere, nihil accipiẽtes præter illa quæ nostris constituta sunt legibus.

CAP. II.

Episcopus de iniustitia iudicis, & læsione subditorum iudicare debet: & læso dãnum facere emendari: pœna contrà facientibus imminẽte. Item in ciuitatibus in quibus sunt iudices, subditi adire debẽt defensorẽ qui inter eos iudicare debet. Bar.

SI vero hæc nõ custodiãt, a subdi iubemus suppliciis. Si tamen inuenerimus quẽdam sanctissimorum episcoporum pro gratia cuiuspiam prodere iustitiam, regularem ei castigationẽ inferri iubemus: vt studeat cũ timore dei iuste iudicare: ne nõ b impetrãtes c iustitiam, cogãtur homines relinquere ℞ proprias ciuitates atque prouincias, & in loca quælibet alia iniqua concurrere. In ciuitatibus autem in quibus non sunt iudices, d iubemus eos qui habent causas, adire defensorem, & ipsum discernere inter eos. Si vero litem habentes voluerint defensorem vnà cum sanctissimo episcopo iudicare, & hoc agi præcipim⁹. Neque autem monachum, neque clericum, neque episcopum iubemus venire huc absque literis sanctissimi sui patriarchę. e Si vero hoc fecerint, sciant quia semetipsos schemate faciunt indignos. Si quis autem magisterianus, aut præfectianus, f aut cuiuscunque fortunæ existens acceperit amplius sportularum quàm definitum est sacris nostris constitutionibus: g iubemus omnibus modis iudicem prouinciæ periculo proprio secundum nostram legem hoc vindicare, & vindictã inferre hoc præsumentibus. Si verò non vindicauerit hoc ipse iudex, licentiam damus sanctissimo vniuscuiusque ciuitatis episcopo nunciare nobis † quæ de eis aguntur, & qualem habet militiam, aut dignitatem, qui hoc præsumpserit: vt & iudici periculum inferamus prætermittenti & despicienti nostram iussionem, & ipsum quoque iubeamus puniri talia præsumentem.

† *Facit ad hunc tex. cũ sit generale. cũ gl. 2. extra de fo. cõpe. vbi dicitur ℞ iudex qui negligit facere iustitiã, litẽ suã facit.*

TITVLVS XI.

Nouell. 130. deest in Scrimgeriana editione. Contius.

DE VSVRIS NAVTICIS.

Leges antiquæ & consuetudines in vsuris nauticis obseruari debent perpetuò & inuiolabiliter. Bartolus.

Imperator Iustinianus Augustus Petro † glorioſisi. præfecto sacrorum prætoriorum. † *alias Ioãni.*

NVncium audiuim⁹ à tua celsitudine, cui occasionem nos ipsi præbuimus. Duos enim istos Petrum & Eulogium supplicasse nostræ sacræ potestati, & per se explanasse dicentes quòd consueuerunt naucleris seu negotiatoribus mutuare, & maxime in mari negotia facientibus, & hanc vitæ habere occasionem. Ipsa vero marina credita vocare nostra consueuit lex h traiectitia, & metuere eos, vtpote dubitationib⁹ hinc eis exortis, oportere propterea fieri manifestum quæ valeat super his consuetudo, vt & sacra nostra in hæc procederet iussio, quæ consuetudinẽ ad certissimam duceret formã. Itaq; nos delegantes tibi dubitationis naturã cognoscere, & hãc ad nos deducere: quatenus manifesta nobis facta, quod videretur, lege cõprehẽderetur perpetua: tuãq; gloriã hoc à nobis agere iussam, cõuocasse naucleros quib⁹ hęc mutua curę sunt, & interrogasse quæ aliquãdo antiqua cõsuetudo fuit. Illos autẽ & iusiurandũ adiicientes testimonio, perhibuisse modos esse varios taliũ mutuorũ: & si quidẽ placuerit creditoribus, in singulis solidis pecuniarũ quas dederint, vnũ tritici modium aut hordei imponere, qui mercedẽ publicis prębęrent teloniariis: sed quantum ad ipsos sine telonio nauigare naues, & hinc habere fructum, & harum quas crediderint pecuniarum, & insuper etiam pro decem aureis vnum percipere solidum pro vsuris: in ipsos autẽ creditores respicere ex euentibus periculum. Si vero nó erumpãt hanc viã creditores: octauam partẽ percipere ℞ singulis solidis nomine vsurarũ, non in tempus aliquod certũ numerandũ, sed donec naues reuertãtur saluæ. Secundũ hoc autẽ schema cõtingit forsan & in annũ extendi tempus, si tãtum foris moretur nauis, vt annũ aut terminos suos sumat, aut etiã transcẽdat: citius autem ea remeante, tempus in vnum solum aut duos trahi menses: & ex tribus siliquis vtilitatem habere vel si ita breue sit tempus, vel si apud alterũ extra debitorem maneat debitũ, hoc idem valere. aliá rursus negotiatoribus profectionem assumentibus, & per vnũquodque onus definiri schema, secundũ quod cõpetit mutuum aut manere aut permutare secundum pactũ quod ob hoc cõuenerit partibus. Si tamẽ post reuersionem nauis saluæ, nequaquã nauigare propter tempus valentes reuertãtur: triginta solùm dierũ inducias dari à creditoribus debitoribus, & nihil ℞ debitis vsurarum causa exigere, donec vendi contingat onus, parcentes apud aliũ esse debitũ non reddendũ, duas partes cẽtesimæ dominis pecuniarũ dare vsuras & mutuare, & mox mutuum in terrenum transponere modum: nequaquam maritimis periculis creditoribus molestandis. & hæc omnes dixisse cum iureiurando perhibentes testimoniũ, quæ ad nos nunciastis, vt nos sanciremus quod nobis videretur: & super his dicebas hæc nostræ nũciare potestati. Nos igitur & ipsa legẽtes gesta, & causam edocti, sancimus secũdũ quod testatũ est corã tua celsitudine, ita nũc & deinceps in omne tẽpus tenere, eo quòd neq; iã positis repugnet legibus, vt oporteat nunc & decætero secundum quandã propriã legẽ in naucleris aut negotiatoribus super taliũ causarũ hæc seruari litibus, & secundũ dictum modũ prædictarum pactionũ ita fieri emẽ euẽtus, & alia omnia quæcũq; in priorib⁹ testata sunt apud sedem tuã, vnde secundũ propriã legẽ teneãtur naucleris aut negotiatoribus. Quod enim longis ita seruatũ est tẽporibus, & tenuit immutabiliter, sicut testimonia apud tuam gloriã definierunt: quomodo non est iustum & in aliis omnibus valere quæ posset erunt, & esse hanc eis rerũ transactionem ex propria lege valentẽ, & altera quadã dispositione non egentem: sed in naucleriis seu negotiatoriis occasionibus in omne tempus valentem, vtputa generalem existẽtem legislationem, & naucleris seu negotiatoribus & eorum contractibus expositam? Quæ debet etiã pars fieri iam à nobis positarum legum, & iudicantes ad hãc respicientes proferre sentẽtiam. Quæ igitur placuerunt nobis, tua celsitudo iugiter seruare festinet.

TIT.

TITVLVS XII.

Nouella. 132. Edictum de fide.

DE INTERDICTIS COLlegiis † hæreticorum.

Hæretici adulteras collectas & adultera baptisma facere prohibentur. Bartolus.

Impera. Flauius Iustinianus felix, inclytus, victor ac triumphator semper Augustus episcopo Constan.

PLurimum esse & maximum bonum omnibus hominibus credimus veræ & immaculatæ Christianorum fidei rectam confessionẽ: vt per omnia hæc roboretur, & omnis orbis terrarum sanctissimi sacerdotes ad concordiam copulentur, & cõsonè immaculatã Christianorũ confessionẽ pdicẽt, & omnẽ occasionẽ quæ ab hęreticis inuenitur, auferant: quod ostenditur ex diuersis cõscriptis à nobis libris & editis. Sed quoniam hæretici neq; dei cogitant timorem, neque interminatas talibus pœnas ex legũ seueritate cõsiderantes, diaboli opus implent, & quosdã simplicium seducentes sanctæ fidei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, adulteras collectas, & adultera baptismata latẽter faciunt: pietatis existimauimus, per prẽsens nostrum edictum monere eos qui tales sunt, quatenus & ipsi recedant ab hæretica væsania, & nec aliorum animas per simplicitatem perdant, sed magis concurrant ad sanctam dei ecclesiam: in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hæreses cum principibus suis anathematizãtur. [a] Nosse enim volumus omnes, quia si decętero aliqui inueniantur aut contrarias collectas facientes, aut apud semetipsos collectionẽ, nequaquam omnino eos ferimus, sed domos quidem vbi aliquid delinquitur, sanctę assignamus ecclesiæ: his autem qui colliguntur, aut apud se colliguntur, ex constitutionibus [b] pœnas inferri omnibus modis iubem⁹. D. prid. No. April. Constan. D. Iust. PP. A.* Basilio cons.

TITVLVS XIII.

Nouell. 143. latine primũ edita. ideo non est in Scrimgeriana editione.

DE RAPTIS MVLIERIBVS QVAE raptoribus nubunt.

Mulier rapta substantiam raptoris lucratur, nisi nupserit raptori: quo casu ad suos parentes deuoluitur, si tali matrimonio non consenserint: aliàs ad fiscum debet peruenire. his obtinentibus in casibus futuris ac etiam præteritis. Bartolus.

Imperator Iustinianus Augu. Areobindo glorioſiſ. prætoriorum præfecto, expræfecto almæ vrbis, & exmagistro militum.

A LEgis interpretationem culmini tantùm principali competere, [c] nemini venit in dubium: † [d] cum promulgandæ quoque legis auctoritatem, fortunę sibi vindicat eminẽtia. Meminimus itaque pro raptu mulierũ, siue iam desponsatæ fuerint, vel maritis cõiunctę, siue non, vel etiam si viduæ sint, legem antè posuisse, & capitis subiecisse supplicio non tantùm raptores, verumetiã comites eorũ, necnon alios qui eis auxilium tempore inuasionis contulisse noscũtur: & non tantũ parentibus mulierum, verumetiam cõsanguineis, & tutoribus & curatorib⁹ huiusmodi dedisse per eandẽ legem vindictam, & præscriptis pœnis locum dedisse, si iam nuptæ vel desponsatæ mulieres rapiantur: cũ non solum raptus mulieris, verũ etiam adulteriũ per huiusmodi temeritatem cõmittitur: & super alias pœnas, raptoris etiã, necnon aliorũ qui cũ eo fuerint, patrimoniũ raptę mulieri vindicari per eandẽ legem [e] præcipimus: vt dotis etiam marito dandæ legitimo copia per raptoris ei ministraretur substantiã. Illo quoq; specialiter adiecto, vt nulla sit mulieri vel virgini raptę licentia raptoris eligere matrimoniũ: sed cui parentes voluerint (excepto raptore [f]) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tẽpore licentia mulieri raptæ permissa raptoris se coniũgere matrimonio, sed parentes etiã, si tali consenserint matrimonio, deportari præcipimus. Sed mirati sumus quod conati sunt aliqui dicere, raptã mulierẽ, siue volentem, [g] siue nolentem, etsi raptoris sit amplexa matrimoniũ contra nostræ cõstitutionis tenorẽ, debere tamen eã raptoris [h] habere substantiam, vel quasi legis præmiũ, vel ex testamento forte, si hoc etiã factũ esse contigerit. Qui enim talia dicere præsumpserunt, prædictæ legis seriẽ intelligere non potuerunt. Quia enim tale stare matrimoniũ, etsi rapta voluerit, prohibuimus, [i] & ob hoc parẽtes raptę mulieris deportationis subiecimus pœnæ si huiusmodi cõsenserint matrimonio: quomodo raptas mulieres, raptorũ eligentes cõnubium, præmiis honorassemus raptæ datis mulieri? Superfluã igit eorũ dubitationẽ vel [k] in posterũ resecantes, priorẽ legem per prẽsentẽ interpretari cẽsuimus. [l] Sancim⁹ † itaque, si rapta mulier, cuiuscunq; sit conditionis vel ætatis, raptoris nuptias eligẽdas esse censuerit, parẽtibus præsertim non cõsentientibus: nec ex beneficio legis, nec ex testamẽto raptoris hæreditatẽ susципere, vel quocũque modo substantiam vindicare, [m] sed præmium quod per legem nostrã raptæ mulieri datũ est, vt raptoris, [n] & eorũ qui ei auxiliũ tempore inuasionis præbuerint, bona vindicet, hoc ad parẽtes, si ambo, vel vnus supersit, qui nuptiis specialiter nõ probantur cõsensisse, ex tẽpore raptus ipso iure transferri: [o] & patrimoniũ raptoris non raptã iam habere mulierẽ, [p] quę cõiugio se raptoris inquinare nõ piguit, sed in personas transferri, quas superius nominauimus ei nõ consentiẽtes cõiugio. Nã nefarios † huiusmodi coitus pœnis corrigi, non præmiis cõpetit [q] honorari. Quòd si parentes iã decesserunt qui huiusmodi sceleri cõsenserũt: substantia raptoris, necnõ & aliorũ qui facinoris fuerint participes, fisci iuribus vindicetur. Quam interpretationẽ, non in futuris tantũmodo casibus, verũ in præteritis [r] etiã valere sancimus: tanquã si nostra lex ab initio cũ interpretatione tali promulgata fuisset à nobis, pater charissime atque amantissime. Quæ igitur per hanc legem nostra statuit æternitas,

† *Cõcor. cũ hoc prin. c. inter alia. de sent. excõmunica. ante med. ibi, vt igitur vnde ius prodit &c.*

† *Secũdum ista iura mulier rapta non poterat contrahere cũ raptore: secus est tamen de iure canonico: vt in. c. fin. extra de rapto.*

† *Concor. l. qui contra. C. de incest. nup. & ff. c. 1. in gl. 1. in fi. extra de donat. inter vi. & vxo.*

a *Primum. Anathematizantur.* Nota quòd hæretici excommunicandi sunt, vt hic, & C. de sum. tri. l. ij. §. quia vero. & §. j. & ij.

b *Constitutionibus.* vt C. de hæret. l. cuncti. & quicunque. §. vniuersi. & §. nullum præterea. & C. de episcop. & cle. l. conuenticula.

DE RAPTIS mulieribus &c.

c *Legis. Competere.* vt C. de leg. & constit. l. fi.

d *Dubiũ.* vt. C. de leg. & constitu. l. j. & ff. de vulg. substi. l. ex facto.

e *Legem.* vt. C. de rap. virgi. l. j.

f *Excepto raptore.* vt in Lõbarda de rapto. virgi. l. vlti.

g *Siue volentem.* in eo quòd voluit, quomodo punietur postea adulterium? Respon. quòd patri iniuria facta videtur: vt. ff. de iniur. l. j. §. vsque.

h *Raptoris.* & in hoc male dicebant debere habere substantiã raptoris. Azo.

i *Prohibuimus.* scilicet & adhuc hoc prohibemus. Io.

k *Vel.* pro saltem.

l *Censuimus.* NOT. interpretari veterem legem per nouam.

m *Vindicare.* sunt & alij casus, quos diximus institu. de leg. §. legari.

n *Raptoris.* scilicet bona.

o *Transferri.* not dominium transferri sine possessione: vt dixi. C. de pact. l. traditionib⁹. Accursius.

p *Mulierem.* habentẽ.

q *Competit.* no. pœnas imponi delictis: vt hic, & supra vt nulli iudic. §. quoniam. & præmia meretibus: vt hic, & C. de statu. l. vt virtutum.

r *In præteritis.* No. q⁹ lex ad præterita trahitur facta. sic. C. de leg. & consti. l. leges.

DE COLLATORIBVS, & aliis capitulis.

a *Quacunque. Iugo.* scilicet boū. Accursius.

b *In vnoquoque.* secūdum consuetudinē enim sunt mensuræ: vt ff. de contrahen. emp. l. imperatores. Accur.

c *Et octobrem.* innuit quòd in octobri & in Septembri aptabuntur ad prestationem tributorum. Accursius.

d *Si verò secundum.* sic C. de apo. pub. l. j. Ac.

e *Dispositiones.* in prouincias. fa. ſ. vt lit. iur. §. & hoc. &. C. de sac. pa. & tēpl. l. pen. in fi. Ac.

f *Desuscepta.* i. scriptu ram de susceptis: vt. ſ. de man. princ. §. coges. coll. iij. &. j. proxi. §.

g *Exigi pœnam.* ſ. scenicas. col. v.

h *Fiscalium descriptionum.* C. de eden. l. iustū est. &. C. de fide instru. l. illatæ.

i *Et in hoc quoque.* ſ. de eccle. titu. §. si quis autē in sua. &. j. de sanc. epiſ. §. si quis rapuerit. &. C. de susce. l. iusta. & l. exactiones.

k *Et hoc custodiri.* id est conseruari. C. de omni agro deser. l. locorum.

l *Et secundum leges.* ſ. de iudi. in fi. Ac.

m *Enthecis.* de quibus habes exēpla. ff. de penu lega. & de sup. leg.

n *Qualitatē.* & sic cōscribuntur bona ab eo cui succedit fiscus.

tas, tua celsitudo effectui mancipari, obseruariq́ue præcipiat.

TITVLVS XIIII.

Nouella. 128. de publicis tributis.

DE COLLATORIBVS, & aliis capitulis.

Dispositiones & denunciationes collationum per singulas prouincias & ciuitates collatoribus fieri debent temporibus hac cōstitutione positis, exemplaribus petentibus soluentibus datis, & desuscepto securitate præstita: iudicibus ac etiam executoribus contrà facientibus pœna imminente. Item illi cui superindicta possessio est, si senserit se grauatum, permittitur licentia appellandi. Bartolus.

Imperator Iustinianus August. Petro glorioſiſ. sacrorum prætoriorum præfecto.

QVęcunque ad vtilitatem nostrorū collatorum pertinent per Iuliū & per Augustum mensem vniuscuiusque indictionis: particulares dispositiones collationū futuræ indictionis in foro vniuscuiusque diœcesis gloriosissimorum nostrorum præfectorū sub confectione monumentorū manifestari: declarantes quantū vnicuique prouinciæ siue ciuitati pro vnoquoque iugo, a aut villis, aut centuriis, aut alio quolibet, tam in specie, quàm in auro, fiscalium causa imminet: indicantes quoque specierum æstimationem secundum mensuram in vnoquoque b loco tenentē, & quicquid ex his in arcam inferri, aut in vnaquaq; dari aut expēdi oportet. Sic igitur cōpositas tales dispositiones prouinciarū iudicibus mox destinari in principiis vniuscuiusque indictionis, † & per eos proponi in ciuitatibus sub eis cōstitutis intra Septembrē aut Octobrē c menses, sed & volumus exēplaria eorum ex foro glorioſiſimorū præfectorū sine dilatione dari: vt collatores cognoscant quemadmodum debēt collationes inferre. Si verò ante insinuationē in alios titulos prę- ter eos qui cōtinentur particulari dispositione anni, collatores fiscalia exoluāt, aut in prouincia expendāt: iubemus eis in eiusdē indictionis collationes hoc reputari: vt nullū ipsi patiantur damnum. Si verò secūdum d à nobis definitū tempus nō dirigantur huiusmodi particulares dispositiones: e qui quidē per tēpus gubernant nostrū prætorium, triginta librarū auri pœnā persoluant: vniuscuiusque verò prouinciæ cōtractę quinque & viginti librarū auri pœnam exigantur. Si autē iudex missus easdem particulares dispositiones in prouinciis nō proposuerit, decē librarū auri pœna dānabitur, & spoliationē cinguli sustinebit: eius quoq; officium quinque libras auri exigetur. Iubemus verò specierū quidem illationem mox ex principiis vniuscuiusque indictionis incipere: argenti verò illationis titulū secundū definita tempora. Pro fiscalibus autem collationibus desuscepta f siue securitates particulares aut plenarias omnibus ab iis qui fiscalia suscipiūt, fieri definimus, manifestantes & solidorū qualitatē, & specierū, necnon & iugorū, siue villarum, siue centuriarū, & nomina possessionū pro quibus functiones suscipiunt. Si verò secundū prædictū modum desuscepta siue securitates nō fecerint: iubemus eos & pœnā decem librarū auri exigi, & tormentis subdi: similiter iudicē prouinciæ decem librarū auri exigi pœnam, g si de hoc interpellatus nō iudicauerit, & cōpulerit desuscepta siue securitates secundū quem definiuimus ordinem scribi. Hoc autē iubemus obseruari, si quis forsan collatorū dubitat de possessione pro qua fiscalia exigantur, aut pro qua fiscaliū quantitate: omnibus modis fiscaliū descriptionū h custodes cogi à prouinciæ iudice aut illo negligēte, à locorū sanctiſiſimo episcopo et proferre, & fiscaliū ostendere quantitatē, & seruare publicæ descriptionis exigi possessorem. Et in hoc quoque i adiuuare nostros collatores perspexim', ut nō necessitas inferatur possessoribus sub hypothecē decimationes nominare in auro collationis, vt nō aliquā ex hoc ipsi patiātur læsionē, sed eos quibus in vnaquaq; prouincia aut ciuitate periculū fiscaliū exactionum imminet, siue iudices sint, siue curiales, siue exactores, aut canonicarij, aut alij quidā: proprio periculo & susciperе pecunias, & trāsmittere, & expendere in quibus deputatæ sunt vtilitatibus. Et hoc custodiri k iubemus, canonicarium talē in prouincia destinari, qui possit periculo ordinantiū eum exigere fiscalia tributa, & per nullam occasionē impulsorem post eū mitti, & dānum subiectis inferri impulsionis & ipsum vocabulū decætero perimimus. Si verò nō opportunus inueniatur canonicarius: nō impulsor mittatur, sed illo remoto alter dirigatur canonicarius. Ipsum quoque canonicariū contentū esse iubem' deputatis cōsuetudinibus, & nullā subiectis inferre læsionē. Sin autē aliquādo cōtigerit superindictionem cuiuslibet possessionis cōseruæ aut cōtributariæ fieri: ex illo tēpore iubemus superindictū susciпientem exigi pro eo fiscalia, ex quo tradita est ei superindicta possessio. Nō aliter autē superindictū fieri, nisi ex rescripto de hoc examinatio fiat apud prouinciæ iudicē, & sentētia eius procedat definiēs eum qui debet superindictū susciperе. Si quis autem putauerit se lęsum, liceat ei prouocare: vt in foro glorioſiſimorū præfectorū appellatio examinetur, & secundū leges l terminū susciпiat. Si verò aliquando cōtigerit dominū cuiuscūque possessionis aut non apparere, aut ad fiscaliū solutionem nō sufficere, vt ex hoc superindictionis necessitas susciпiatur: iubemus hāc repēte tribui iis qui cōserua aut cōtributaria prædia possident, cū omnibus qui in ea inueniūtur agricolis, & peculiis eorū, & enthecis, m & fructibus, & animalibus, & omni alio instrumēto ibi inuēto. Si verò aut persona quæ debeat eā secundū legē susciperе, nō inueniatur, aut alio quocūque modo differri superindictū cōtigerit: iubemus gesta cōfici apud prouinciæ iudicē, significātia & qualitatem n & statū eius possessionis, & omnia in ea inuenta, vt sic eā curiales aut exactores aut officiales susciпiāt: & si postea inueniatur qui debeat eā secundū leges susciperе, nō aliter fieri, nisi vt quod per occasionē exactorū, aut curialiū, aut iudicū, aut officialiū eius peius aut minus factū est, ei qui susciпit, restituatur. Hoc quoq; iubemus, vt pro pecuniis aut speciebus in prouinciis expensis nō exigā-

rur

† *Hinc colligit Alciatus lib. 8. parerg. c. 1. à Kalendis Septembribus vnāquāque indictionē ēcipere: quē aperte redarguit Beda lib. de temporibus, scribens incepisse. 8. Kal. Octobris.*

tur collatores ea quæ dicuntur transmissoria:pro iis autem quæ transmittuntur,nō amplius præberi horū quæ ex initio in vnaquaq; prouincia deputata sunt.

CAP. II.

Executores in prouincias missi,exactiones inchoare non debent,nisi prius corā prouinciæ præside mandatū insinuauerint:hoc & in priuatis negotiis seruando:& executores & exactores nullam in causis priuatis executionem cōmittere debent. Item debitor debitoris tributarii in subsidium debiti veritate probata conueniendus est:& exactorum excusatio ex eo quòd in loco sacro resideant,admitti non debet aduersus eos à quibus se læsos esse dicunt. Item exactores iustis ponderibus & mensuris vti debent. Bar.

EOS autem qui[a] in prouincias pro quibuscúque publicis exactionibus diriguntur,nō aliter inchoare exactionem,nisi prius prouinciali iudicio insinuauerint impositas[b] sibi de hoc iussiones: vt exoluentes fiscalia tributa,nulli pro his periculo aut damno subiiciantur:hoc ipso & super priuatis negotiis obseruando. Hoc quoque iubemus eis quibus fiscaliū exactio iniungitur,nullā priuatarū causarum executionem cōmitti:sed & si quid eis tale iniūgatur, nullo modo præsumere eos hoc agere:ne occasione publicarum functionum nostri subiecti lædantur. Si autē aliquis pro veritate publica debens tributa,dicat executori esse sibi aliū debitorem:non licere executori molestiā aliquam denominato inferre[c] nisi prius debitor probetur nullo omnino modo posse publica tributa persoluere. Hoc tamē prius requiri apud iudicem prouinciæ,si p veritate debitor est is qui denominatus est:& ita fiat exactio.in vtroque verò casu,si quis aut exequi,aut exigere citra ea quæ à nobis dispositа sunt,præsumpserit:& cingulo nudabitur,& cōfiscabitur,& exilio tradet. Qui autē iniunxerit aut præceperit iudex,decē librarum auri exigatur pœnā, & officium eius quinque librarū auri subiaceat pœnæ. Nulli verò penitus liceat publica tributa exigentium,[d] neque censualibus,aut rationum scriptoribus aut aliis quibusdam publicè ministrantibus, excusatione vti,quòd in sacro loco resideant,cōtra eos qui dicunt se læsos ab eis in fiscalium exactione. Nullus autem penitus molestetur pro tributis terrarum quas non possidet,sed etiā si contingat agricultores alicui cōpetentes aut adscriptitios propriā habere possessionem,illos molestiam sustinere,nisi fortè propria voluntate tali functione se fecit obnoxium. Eos autem qui publica tributa exigunt,iustis ponderibus & mēsuris vti præcipimus:vt neque in hoc nostros tributarios lædant. Si autem collatores putant grauari se siue in mensuris,siue in ponderibus:habeant licētiam specierum quidem mensuras & pondera à gloriosissimis præfectis:auri verò & argenti & reliquorū metallorum pōdera à gloriosissimo per tempora comite sacrarum largitionum accipere:& has mensuras & pondera in sanctissima vniuscuiusque ciuitatis ecclesia seruari,vt secundum ea & grauamen collatorū, & fiscalium illatio,& militares & aliæ expensæ fiant.

CAP. III.

Exactor pecuniā tributariā sine dilatione & sine deminutiōe præbere debet:nulla etiā possessoribus & habitatoribus deminutione facta:& singulis annis episcop' cū quinque primatib' rationē exigere debet exactoris periculo.Itē omnib' est adepta licentia loci seruatores mittēdi. Bar.

CIVITATVM verò nostræ reipublicę & habitantiū eas perfectè prospicientes,iubemus nullā omnino esse licentiā fiscaliū exactoribus cōmunicare pecuniis quæ operibus & frumētis ciuitatū,& aquęductib',aut aliis quibuslibet solēnitatibus aut salariis deputatæ sunt:aut retinere aliquid ex iis,aut ad proprium lucrum redigere:sed sine aliqua dilatione aut imminutione has præbere,vt proficiant ab initio in quibus deputatæ sunt operibus:sed neque possessores aut habitatores ciuitatum præsumere quolibet modo auferre aliquid ex ipsis pecuniis,aut nomine descriptionum,aut pro sportulis dare aliquid ex his, aut expendere. Si quis autem dare aut accipere ex his præsumpserit:iubemus eum de suo in duplici quantitate hoc ciuitati reddere. Sed neque prouinciarum iudices,aut eorum officia,aut álium quemlibet omnino participium habere aliquod ad prædictas pecunias,aut eorum dispensationi semetipsum miscere:sed ciuitatis sanctissimum episcopum & primates, necnon & eius possessores constituere quidem patrem ciuitatis,& frumentarios, & alios huiusmodi dispensatores. Singulis autem annis impletis,sanctissimum episcopum cum quinque primatibus ciuitatis rationes exigere eos[e] qui ab ipsis ordinati sunt:& si quid ex talibus ratiociniis apparuerit debitum,aut remansisse: exigi huiusmodi dispensatores periculo eos constituentium:& vtilitatibus quibus deputata sunt,reseruari. Si quis autem ex prædictis dispēsatoribus ineff cax inueniatur:repente hūc remoueri iubemus,aliūque pro eo à sanctissimo ciuitatis episcopo,& reliquis possessoribus (sicut prædictū est)ordinari:sciētibus iis qui denominant eos,[f] quia si quod dānū ciuitati cōtigerit,ex propriis substantiis hoc medebuntur. Nulli verò liceat eorum qui in officio sunt glorioſissimorū præfectorum,aut in alio officio,aut in schola constitutorū,talia ratiocinia cōmitti,neq; ex pręcepto cuiusdā administratoris,aut alterius iudicis scriptis:nec si pragmaticā,aut aliam sanctionem,aut sacrū cōmonitorium accipiat, præcipiens ei aliquid tale. Sed si quid fiat huiusmodi,licentiā habere vniuscuiusq; ciuitatis sanctissimū episcopū,& eius primates nō respōdere pro memoratis capitulis talibus personis:referre autē ad nos,vt hoc agnoscentes,& illatum ciuitatibus damnum ex eorum substantia restitui iubeamus,& competentem vindictam talibus inferamus. Super hoc iubem' scriniarios operum sub præfecto sacrorum prætoriorū constitutos ,nullum participium ad talia ratiocinia omnino habere:vacantibus omnib' per quæ eis siue generaliter,siue specialiter aliquid tale pridem concessum est,aut postea impetretur.pro prædictis enim causis rationes nulli cōmitti volum',nisi nos prodesse ciuitatibus existimantes,virum opinionis bonæ,& dignitate ornatum elegerimus,qui debeat à nobis in scriptura diuinam iussionem percipere continentem nostram piam subscriptionem,& illius nomen & dignitatē,& causas & tempora quorū ei ratiocinia cōmittimus. Eos autem qui à talibus personis rationes exiguntur, omnem habere tutelam iubemus,aliquā quæstionem nullatenus sustinentes.

CAP. IIII.

Loci seruatores regulariter prohibentur fallit si iudex ex iusta causa ad prouinciam venire impediatur:tunc enim vicarium mittere potest. Item fallit cū ex principis mandato ad aliam mittitur regionem. Bar.

AD hæc sancimus in nullo nostræ reipublicę loco eundem

a *Eos autem qui.* C.de cano.lar.per totum. & C.de exę. & exac.l.j. lib.xij.Accursius.

b *Impositas.* Not. pro sententia Pla. vt diximus.C. de procura.l.j.

c *Denominato inferre.* C.quando fis.vel pri.l. pe.Accursius.

d *Exigentium.* supra de man.prin.§. fin.& ſ. vt omnes obe.iudi. & col.v.

e *Exigere eos.* C. de episco.audi.l.iubemus.

f *Denominant eos.* facit.ff.de decre.ab ordi. fa.l. quod est. &.ff. de mu. & hono.l. vt gradatim.&.C.de fusce.& arca.l.exactores.

BIU Cujas

a *Damus.*ar.quòd prę-latus ex ipsa electione aliquod ius habet: nec postea eligentes mutare consiliũ possunt. extra de elec.causam quæ inter. Item contra.ſ.de man.princ.§. eos autẽ. col.iij. &.ſ. de admi.§. illud.col.vij.cõtra.Sol. vt ibi. Item.ff. de offic. procon.l.iiij.§.fin. cõtra.Sol.hic nouum.

b *Latrocinia.*C. de epiſc. & cler.l. ſi quis in hoc.&.ff.de offi. præſi. l.congruit.

c *Ad hoc iubemus.*ſ.de man.princ.§.illud.&.ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuff.§.illud.col.ij. &.ff. de offic. procon.l. obſeruare.in prin.

d *Ad ciuitatem.*aut de municipio ad municipium.

e *Super hoc ſancimus.* C.vt omnes tam ciui. quàm mi. &.ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuff.§. neceſsitatem. &.ſ. de admi.§.j.col.ij.

f *Diſpendia.*ſa.C.quãdo & qui. quarta pars debe.l.ij.&.C.de curſu pu.l.non patimur.

g *Compellentur.* C. de bo.quæ liber.l.cum nõ ſolum.§. vbi autem. & C. de iudici.l. properandum.§.ſin autem.

h *Vindicari.* vt.ſ. vt nul.iud.§. ſi quis vero. col.ix.Accurſius.

DE SANCTIS-ſimis epiſcopis &c.

Et hoc dicitur.j.eo. vſque ad.§.clericos.

i Reuerẽdiſsimis. *hoc dicitur.j.eo.§.clericos. vſque ad.§.iubemus.*

k Monachis. *hoc dicitur.j.eo.iubemus.vſque ad fi.conſtitutionis.*

l *De gubernatione. Diſpoſuimus.*vt.ſ.

eundem epiſcopum & iudicem eſſe,& loci ſeruatorem glorioſiſsimorũ præfectorum,aut magiſtrorum militaris cinguli: ſed nec aliquam exactionem fiſcalium tributorum agentem, loci ſeruatorem eſſe glorioſiſsimorum præfectorũ, aut magiſtrorum militum. Et ſimpliciter dicendum eſt nullum in prouinciis fieri loci ſeruatorem præfectorum,niſi per noſtrã iuſsionẽ in expeditionibus vbi vtilitas exigit loci ſeruatorem mitti eiuſdem præfecturæ, qui debeat prouidere militaribus expenſis. Si quid autem extra hoc delinquatur & committatur:qui quidem loci ſeruatorem ſuũ fecit, triginta librarum auri pœnam exigetur, reſtituturus omne dãnum quod per eum qui ab eo directus eſt, aliquis pertulerit. qui vero fieri præſumpſerit: ꝓprio cingulo & dignitate & militia priuabitur, & decem librarũ auri pœna multabitur. Ad hæc prohibemus & in prouinciis exiſtentes iudices ciuiles & militares, in ciuitatibus aut caſtris loci ſeruatores in cõmiſsis ſibi ꝓuinciis facere, ex quo videlicet in prouinciã acceſſerint, & in quantũ in ea adminiſtrant: quinque auri librarũ pœna imminẽte tam facienti loci ſeruatorem iudicis,quàm fieri pręſumenti. Antequam verò in prouinciis veniant iudices,damus[a] eis licentiam vices agentes ſuos inſtituere,qui debeãt omnia vſque ad ſui præſentiã agere, quæ poſſunt ipſi iudices facere: citra tamen nouiſsimum ſupplicium, aut membri inciſionem. Sed ſi quis ex iudicib' ſecũdũ iuſsionẽ noſtrã in aliã regionẽ mittatur, liceat ei ꝓ ſimilẽ modũ loci ſeruatorẽ ſuũ facere.

CAPVT V.

Omnes iudices per ſe requirere debent delinquentes, & non per latronum inſecutores, pœna contrà facientibus imminente: & iudices debent per prouinciam proficiſci.eorũ adminiſtratione finita quinquaginta diebus debent in prouincia permanere, niſi ex principis iuſsione ad aliã vocentur.aliàs læſo ſacramento præſtito,omne damnũ ſecundũ quod inuenerint,præſtare debent:& pœnæ pecuniariæ fiſco applicari debent.Bar.

IVBEMVS autẽ omnes iudices tam militares quàm ciuiles per ſe requirere eos qui latrocinia,[b] aut violentias,aut rapinas rerum,aut fœminarum,aut alia quælibet in prouinciis illicita cõmittunt,& ſupplicia eis legitima inferre,neque pro his cauſis accipere aliquid cõſuetudinis nomine: vt omnes vndique noſtri collatores illæſi ſeruentur. nõ enim permittimus cuilibet maiori aut minori militari iudici,aut latronũ inſecutores,aut violentiarum inhibitores, aut tribunos pro talibus cauſis in prouinciis ordinare, aut qui debeant aliquos examinare: vt non per tales occaſiones ampliores violẽtiæ inferantur prouincialibus. Si quis autem iudicũ hoc nõ cuſtodierit: cognoſcat non ſolum ſe cõmiſſo ſibi cingulo ſpoliãdũ, ſed decẽ librarũ auri pœnã exoluere, eo ꝙ præſumpſerit talẽ cauſam aſſumere: poſt tormẽta verò & cõfiſcationẽ ſubſtantiæ in exiliũ redigendũ & relegandum. Ad hoc iubemus[c] prouinciarũ iudices, & officia eorũ, ſiquãdo de ciuitate ad ciuitatẽ[d] veniunt, neq; angariis, neque deſcriptionibus, aut aliis expẽſis collatores grauare: ſed ex deputatis ſibi de fiſco annonis expenſas facere. Super hoc ſancimus[e] prouinciarũ iudices omnibus modis poſt depoſitionẽ cinguli quinquaginta dies in prouinciis cõmorari, & cõuentiones aliquas contra ſe mouẽtibus reſpondere. Si verò contigerit aliquẽ ex eis ante cõpletos quinquaginta dies deſerere prouinciam:iubemus omnes ab eo damnũ aliquod paſſos, ſimul ingredi apud ſanctiſsimũ metropoleos epiſcopũ eiuſdem prouinciæ: & ſub geſtis monumẽtorum vnũquẽque tangentẽ ſancta euangelia, palam facere illata diſpẽdia:[f] & ex illius ſubſtãtia cõtra quẽ talia facta ſunt monumenta, omne damnũ læſis reſtitui prouidẽtia & periculo per tẽpus præfectorũ eiuſdẽ prouinciæ: ſciẽtibus quia ſi hoc cõplere neglexerint,ipſi de propriis facultatibus omnia dãna læſis reſtituere cõpellentur.[g] Si quis autẽ ex iudicibus prouinciarũ aut euocetur ad aliã adminiſtrationẽ, autopus ad aliã prouinciã ei credatur: iubemus eum legitimo procuratore cõſtituto conuentiones pro dãnis proponẽtibus reſpõdere. quod niſi fecerit, ſancimus monumẽta apud ſanctiſsimũ epiſcopũ(ſicut ſuperius dictũ eſt)agi,& pro dãnis illatis eis iurantibus ſecundum geſtorũ virtutem omne dãnũ reddi: prouidẽtia ſimiliter & periculo per tempus pręfectorũ vniuſcuiuſq; prouinciæ tractatorũ. Omnes autẽ pecuniarias pœnas quę præſenti lege cõtinentur,à comite per tẽpus priuatarũ rerũ exigi eos qui præſentẽ legem non ſeruant, & noſtro fiſco vindicari[h] ſancimus: qui niſi eas vindicauerit, ipſe cũ adminiſtrante ſibi ſchola ex propria facultate huiuſmodi quãtitatẽ ſoluere cogatur. Quæ igitur per præſentẽ legem noſtrã ſalutarem, in perpetuũ valituram,pro vtilitate & ſtatu noſtrorũ collatorũ diſpoſuimus,tua gloria inuiolata & immota per omnia ſeruare feſtinet,& ad omnium notitiam peruenire faciat: edictis quidem in hac regia ciuitate ſolenniter propoſitis: præceptis autem ad clariſsimos prouinciarũ iudices directis,vt per eos omnibus collatoribus manifeſta fiãt. Dat. Id. Iun. Domi. Iuſt. PP. Aug. *Baſil. V. C. Conſ.

TITVLVS XV.

Nouell.123.De eccleſiaſticis diuerſis capitulis.

DE SANCTISSIMIS EPISCOPIS, ET deo amabilibus & reuerendiſsimis[i] clericis,& monachis.[k]

Epiſcopi debẽt eligi forma hic tradita:& ſi hi ad quos electio ſpectat,eligere negligãt per ſex menſes, electio deuoluitur ad ſuperiorẽ:& ſi electus fuerit poſt electionem de crimine accuſatus, ordinatio differri debet, donec de crimine iudicetur.& epiſcopus non per pecuniam, ſed meritis eligi debet: pro conſuetudine tamen debet dare pecuniam à iure ſtatutam. Item ordinatus in epiſcopum, à ſeruili & adſcriptitia liberatur fortuna, & à patria poteſtate. Bartolus.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Petro glorioſiſsimo[magiſtro ſacrorum noſtrorum officiorum.]†

DE gubernatione, & priuilegiis, aliiſque diuerſis capitulis ad ſanctiſsimas eccleſias & alias venerabiles domos pertinẽtibus, iam quædam diſpoſuimus.[l] ſuper ſanctiſsimis autem epiſcopis, & clericis, & monachis dudum

dudum in diuersis constitutionibus[a] disposita, cum cõpetenti correctione hac comprehendere lege prospeximus.

In editionibus Haloandrinis duæ hic paginæ infarciuntur, quæ nec in Scrimgeriana editione, nec in meis manu scriptis reperiuntur. Contius.

CAP. I. De ordinatione episcoporum.

SANCIMVS igitur† quoties opus fuerit episcopum ordinari, clericos & primates[b] ciuitatis cuius futurus est episcopus ordinari, mox in trib[9] personis decreta facere, propositis[c] eis sacrosanctis euangeliis, periculo suarum animarum dicentes[d] in ipsis decretis,[e] quia neque propter aliquam donationem, neque propter aliquam promissionem, aut amicitiam, aut aliam quamlibet causam: sed scientes eos[f] rectæ & catholicæ fidei, & honestæ esse vitæ, & literas nosse, hos elegerũt: & quia neque vxorem, neque filios aliqui eorum habent, neque concubinam[g] aut filios naturales cognoscunt[h] eos habuisse, aut habere: sed & si prius vxorẽ aliquis ex eis habuit, ipsam & vnã, & primam, & neq; viduam, neque viro coniunctam,[i] neq; legibus aut sacris constitutionibus[k] interdictam: sed & quòd neque curialem, aut officialem hunc esse[l] cognoscũt: aut si curiali vel officiali subiacet fortunæ, sciunt eum[m] in monasterio nõ minus quindecim annis monasticam conuersationem implesse. Hoc[n] quoque decretis[o] oportet inseri, quia non minus quàm trigintaquinq; ætatis annos habet is qui eligitur ab eis qui cognoscũt personam: vt ex trium[p] personarum pro quibus talia decreta facta sunt, melior ordinetur[q] electione & periculo ordinantis. [r] curialem verò, vel officialem, † qui sicut dictũ est, quindecim annis in monasterio conuersatus est, & ad episcopatũ prouocatus, liberum esse propria fortuna: ita tamen, vt liberatus à curia, quartã partẽ suæ substantiæ sibi retineat:[f] reliquis eius rebus secundũ nostram legem curiæ & fisco vindicandis. Damus autem licẽ etiam decreta facientibus, si quẽpiam laicorum præter curialem & officialem, dignum memorata electione esse putent: hunc cum aliis[t] duobus clericis aut monachis eligere: vt si laicus hoc modo ad episcopatũ eligatur, non repente episcopus ordinetur,[u] sed primo clericis nõ minus tribus mensibus connumeretur, & ita sanctas regulas & cotidianum ecclesiæ ministeriũ edoctus, episcopus ordinetur. qui enim[x] † alios debet docere, post ordinationem ab aliis doceri non debet. Si verò (vt euenit in quibusdam locis) non inueniantur tres personæ ad talem electionem opportunæ, liceat decreta facientibus in duabus & in vna[y] persona decretum facere: eos tamen omnes iam dictas à nobis habentes testationes. Si verò qui debent episcopũ eligere, citius ipsa decreta intra sex menses non faciant: tunc periculo propriæ animæ, ille quem competit[z] ordinare episcopum, ordinet, omnibus aliis quæ diximus obseruandis. Si quis autẽ citra memoratam obseruationẽ episcopus ordinetur, [a] iubemus hunc omnibus modis episcopatu depelli. Sed etiam illum qui præter hoc præsumpserit ordinare, segregari vno anno à sacro ministerio, & omnem eius substãtiam quę quolibet tempore aut modo in eius dominium deducta est, propter culpã quam fecit, dominio ecclesiæ cuius episcopus est, vindicari.

CAP. II. De accusatoribus Episcoporum.

SI quis autem electũ ad ordinationem episcopatus accusauerit in qualibet causa quæ possit secũdum leges aut canones eius impedire ordinationẽ, differatur huiusmodi ordinatio: & prius contra eum propositam causam, siue præsente accusatore, & ab eo propositam causam exequente, siue etiã deficiente[b] per tres menses † suam accusationem implere: diligenter examinari ab illo à quo futurus erat episcopus ordinari: & si quidem obnoxiũ eum accusator inuenerit, prohibeatur ordinatio. Si verò obnoxius non ostendatur, ordinatio quidem non impediatur: accusator autem, siue non probauerit, siue etiam fugit propositam à se accusationem, à prouincia in qua habitat, abiiciatur. Si quis autem ante examinationem[c] accusatum ordinauerit, ordinatus quidem à sacerdotio repellatur: qui verò talem ordinare festinauerit, superius dictæ[d] subiaceat pœnæ.

---

de non alien. col. j. &. ẽ. de eccle. tit. col. ix. &. ẽ. de eccle. re. immo. alie. col. iiij. Accursius.

a *Constitutionibus.* vt. ẽ. quomo. opor. episco. & j. de mona. col. j. &. ẽ. vt cleri. ap. proprios epis. col. vj. & ẽ. apud quos oportet. Accursius.

b *Primates.* scilicet ecclesiasticos, vt archipresbyteros & archidiaconos, qui primates ecclesiastici dicuntur, vt. ẽ. co. §. sancimus autẽ reuerendissimos. nõ loquitur de laicis: quia illi non debent eligere, sed facta electione debent consentire: Vt in decre. lxij. dist. c. docẽdos. &. lxiij. dist. c. nullus. ẽ. c. non est.

c *Propositis.* nõ tactis. sic. j. eo. §. nulli.

d *Dicentes.* dicti primates. Accursius.

e *Decretis.* in quibus eligunt illos tres.

f *Eos.* electores futuros. Accursius.

g *Concubinam.* sic est in quolibet clerico: vt j. eo. §. clericos autem. & fa. ẽ. quo. oportet epise. §. hoc de deo. &. §. sancimus.

h *Cognoscunt.* quem electuri sunt in episcopum: vt proxi. innuitur. Azo. & sic inepte murat materiam.

i *Coniunctam.* olim.

k *Cõstitutionibus.* id est scenicam: vt in nouel. eo. titu.

l *Hũc esse.* scilicet futurum electum.

m *Eum.* electum.

n *Hoc.* ẽ. de electoribus, nunc de eligendo incipit.

o *Decretis.* quãdo per se eligunt dicti electores.

p *Extriã.* sic cõstrue, vt ex electione trium &c. Et sic no. cp. xxxv. annos debet habere episcopus, sicut & presbyter: vt. j. eo. §. presbyterũ. Item no. quòd tres debent eligere: sufficit tamen duos consentire: vt. C. de decur. l. nominationũ. & ideo tres, & nõ quatuor, vel duo: quia naturaliter homines discordant: & in illis casibus posset esse quòd non inueniretur pars maior: vt. ff. de arbi. l. itẽ si vnus. §. principaliter.

q *Ordinetur.* puta archiepiscopus.

r *Ordinantis.* nam deponeretur si talis non esset.

s *Retineat.* olim ecõtra tres retinebat, & quartã curiæ dabat: vt ẽ. quomodo epor. epis. §. neque ex officio. &. j. eo. §. sed hoc quidẽ. Ac.

t *Cum aliis.* licet olim laicus nõ eligeretur: vt ẽ. quomodo opor. epis. §. igitur.

u *Ordinetur.* sed hodie hoc correctũ est in iure canonũ. nam nõ est eligendus in episcopũ, nisi fuerit antè diaconus, aut presbyter, aut in subsidium diaconus: vt in decre. dist. in. xl. c. vlti. sed postulari potest: vt di. lxj Osius. Sed hodie subdiaconus sine postulatione ipso iure eligit, vt extra de tẽp. or. ca. à multis. Accur.

† *Facit ad hũc. §. c. officii tui. eũ gl. 1. in ver. sed quare non potuit. extra de elect. & ca. quãuis. cum glo. fi. circa fi. extra de ata. & qua lit. vbi dicitur ignominiosum esse episcopo, si cũ alios docere debet, quærat ab aliis edoceri.*

x *Qui enim.* ridiculum est enim eos velle docere, qui nondũ discere didicerunt, vt ait Tullius. & hic. & ad hoc. ff. de eden. l. si quis ex. §. prohibet. &. C. de epis. & cler. l. cũ clericis. §. ipse vero. &. ẽ. constit. quæ dig. ibi, eum nanque &c. &. ff. ad legem Iuliam de adul. l. vxor. §. iudex.

y *Vna.* vnus ergo p omnibus eligit: vt. ff. quod cuiusq; vni. l. itẽ. §. j. &. ẽ. de quæsto. §. j. & ar. C. communia de leg. l. si duobus. & arg. ff. de iudi. l. nõnunquã. Accursius.

z *Competit.* id est is cui cõgruit. est autẽ is qui præest episcopo, archiepiscopus, vel similis: sed hodie vsque ad tres menses. extra de elec. c. cum nobis olim.

a *Ordinetur.* puta quia per suffragiũ est electꝰ: vt. j. §. præ omnibus.

b *Siue etiam deficiente.* id est differẽte vsque ad tres menses: nam interim nulla faciẽda est est examinatio, cũ accusator desistit: vt in nouellis eo. tit. & fa. ad §. istũ. ẽ. quomodo opor. epis. §. si qs autẽ. & §. si tamẽ. &. §. si vero.

† *Cõcor. cum hoc tex. ẽ. c. quoniã frequenter. §. si verò aliter. in glo. super verbo, in sacris canonibus. ante fi. versi. sed in episcopatu dãtur. 3. menses. extra vt lite non conte*

c *Examinationem.* scilicet accusationis quæ infertur episcopo eligendo.

d *Superius dictæ.* vt. ẽ. eo. si quis autẽ. circa fi.

BIU Cujas

pœnæ,tam annali prohibitioni sacri ministerij,quàm etiam vt omnes eius res ecclesiæ vindicentur. Præ omnibus illud seruari sancimus,vt nullus per suffragium auri,aut aliarum [a] rerũ, episcopus ordinetur. Si quid autẽ tale cõmittatur:ipsi semetipsos,& dantes, & accipientes,& mediatores eorum, secundũ sacras scripturas & sanctas regulas dãnationi subiiciunt:& propterea qui dat,& qui accipit,& mediator eius factus, sacerdotij aut cleri honore remoueatur: quod autem pro hac causa datum est,ecclesiæ illi vindicetur cuius voluit sacerdotium comparare. Si verò laicus fortè ꝓ hac causa aliquid accipiat, aut mediator rerum factus est:datas res in duplum eum exigi iubemus,ecclesiæ vindicandas. Non solum autem quæ secundũ hũc modum dantur,vindicari præcipimus,sed etiam omnem cautionem pro hoc quolibet modo expositam,& pignorum vel fideiussorum [b] dationẽ,vel oblationem,& omnem quamlibet aliam cautionem vacare sancimus. Et qui super hoc promissionem accepit,non solũ professionem reddat:sed etiã aliud tantum quantum professio cõtinet,exigatur, quod debet ecclesiæ dari.

CAP. III. Si quis episcopus ante ordinationem vel posteà ecclesiæ res suas obtulerit: & quid pro cathedratico dari conueniat.

SI quis autem episcoporum siue ante suam ordinationem,siue post ordinationem voluerit proprias res,aut partem earum ecclesiæ offerre,cuius sacerdotium accepit,non prohibemus, & omni cõdemnatione & pœna præsentis legis liberum eum esse sancimus: sed etiam omni laude dignum iudicamus:quoniã hoc non est emptio,sed oblatio. [c] Pro consuetudinibus [d] autem illa sola permittim' præberi ab ordinatis episcopis,quæ subsequenter præsenti legi inserta sunt. Iubemus igitur beatissimos archiepiscopos & patriarchas,hoc est seniores Romæ,[e] & Constantinopoleos,& Alexandriæ, & Theopoleos, [f] & Hierosolymorum,si quidem consuetudo habet episcopis & clericis in eorum ordinatione non minus quàm viginti auri libras dari;ipsa solummodo præberi quæ consuetudo recognoscit:plus autẽ ab hac quantitate nihil supra viginti auri libras præberi. metropolitas autem à propria synodo,aut à beatissimis patriarchis ordinatos,& alios omnes episcopos qui aut à patriarchis, aut à metropolitis ordinantur,dare pro inthronisticis quidem solidos centum:notariis autem ordinantis,& aliis ministrantibus ei,& solenniter accipientibus,solidos trecentos. Si verò ecclesiæ reditus minus quidem quàm triginta auri libras per annũ reddant,non minus autem decem: dari pro inthronisticis solidos ducentos. Si verò minus quidem quàm decem,non minus autem quinque auri libras ecclesiæ reditus esse contigerit:pro inthronisticis quidem dari solidos quinquaginta, omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus solidos ducentos. Si autem minus quàm quinque,non minus autẽ duas auri libras ecclesiæ reditus habeat,pro inthronisticis solidos decem & octo,omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus solidos vigintiquatuor. Si autem minus tres,non autem minus quàm duas auri libras quantitas redituum ecclesiæ comperiatur,dare pro inthronisticis quidem solidos duodecim,pro omni verò alia consuetudine solidos sex. Episcopum enim ecclesiæ minus duas auri libras reditus habentem,neque pro inthronisticis,neque pro alia qualibet consuetudine dare aliquid permittimus. [h] Hæc autem quæ præberi dispositimus,primus presbyter [i] ordinantis episcopi & archidiaconus suscipientes,et consuetudine percipiẽtibus diuidant hæc. Igitur iubemus hæc omnibus modis obseruari:vt non ex talibus occasionibus ecclesiæ debitis prægrauentur,& sacerdotia venalia fiant. Si quis autem vltra quantitatem à nobis definitam pro inthronisticis aut consuetudinibus quolibet modo præsumat accipere: iubemus quicquid plus acceperit,triplum ex rebus eius vindicari ecclesiæ dantis. [k] Sed hæc quidem [l] pro epis-
coporum ordinatione dicta sint.

CAP. IIII. Vt episcopatus à seruili & adscriptitia fortuna hominem liberet.

POST ordinationem verò seruili & adscriptitia fortuna episcopos liberos esse præcipimus,nisi curialis aut officialis citra prædictam [l] obseruationem ordinentur. tales enim episcopatu remotos,curiæ aut officio restitui iubemus:vt non ex tali fortuna sacerdotio fiat iniuria. Illos autem qui ante hanc nostram legem ex curiali fortuna inueniuntur episcopi ordinati,huiusmodi quidem fortuna liberos esse:legitimam verò partẽ ex propriis rebus curiæ & fisco dare:sic tamen,vt nullam imminutionem ecclesiastica iura sustineant in rebus quas in episcopatu acquisitas,ecclesię eorum competere dispositimus. [m] Si verò contigerit ordinatum episcopum sub proprij parentis potestate esse:ex ipsa ordinatione suæ [n] potestatis sit.

CAP. V. De presbyteris & diaconis & subdiaconis cognationis iure ad tutelam vel curam vocatis.

Episcopis & monachis tutelæ & curæ officium interdicitur: presbyteris autem & aliis clericis permittitur in aliquibus casibus. regularia autem personis ecclesiasticis secularia negotia interdicuntur. fallit in certis casibus à iure permissis. Bartolus.

DEO autẽ amabiles episcopos & monachos,ex nulla lege tutores aut curatores cuiuscunque personæ fieri permittimus. presbyteros [o] autem,& diaconos, [p] & subdiaconos [q] iure & lege cognationis [r] tutelam aut curã suscipere hæreditatis permittimus. pro-

prio

a *Aut aliarũ.* datarũ siue ab ordinato,siue ab alio:arg.ff. de calum.l. generaliter.& fa.C.eo. l.si quẽquam.&.ẽ. quomo. opor.epi.§.sed neque.&.§. & hanc. Sed quid si ignorauerit electus? Respon. debet eum scit,renunciare in manu consecrantis: & tunc ipse eum potest reeligere: vt. j.q. v. c. præsentium.

Promittere & dare,in delictis æquiualent.

b *Vel fideiussorum.* No. par delictum dedisse & promisisse:vt hic, &.ẽ. quomodo opor.epis.§. sed neq;.&.§.& hãc.& C.ad leg.Fal.l.fi.Ac.

c *Sed oblatio.* quòd si ita dixit palam: offero vt eligar in episcopum: licitum est ei,secundũ Io. vt.ff. de polli.l.j.§. non semper.&.ff. de of fic. præto.l. Barbarius. Accursius.

a Concor.c. fi. de cõsue. extra.

d *Pro cõsuetudinibus.* [a] scilicet quia sic est cõsuetudo,& bona vt in aliquo seruetur:vt subiicit.secus si esset mala. nã non ideo præstarẽtur ꝙ esset cõsuetudo: vt.ẽ.vt nulli iud.in prima colla. ibi,male est &c.quæ est contra.Accursius.

e *Romæ.* id est papam Romanum: vt in nouel.eo.titu. & iste vere dat Romanis,sed nõ secundum formam huius titu.

f *Theopoleos.* i. Antiochiæ.

g *Pro inthronisticis.* id est pro cathedratico,vt in nouellis eo.titu.

h *Permittimus.* sic aliàs pro vili causa nõ præstantur sportulæ:vt supra de iudic.§. ne autẽ. in fine.

i *Presbyter.* qui archipresbyter dicit,ab archos,quod est princeps, quasi maior inter alios presbyteros.

k *Dantis.* aliàs donatis. Accursius.

l *Citra prædictã.* quòd quindecim annis steterint in monasterio: vt dixi.ẽ.e.§. sed neque. & §. curialem. Ac.

m *Disposuimus.* vt.ẽ. de eccle.titu.§. interdicimus.

n *Suæ.* vt.ẽ. cõsti. quæ dig.§. illud. colla. vj.

o *Presbyteros.* vel presbyteris.

p *Diaconos.* vel diaconis. Accursius.

q *Subdiaconos.* vel subdiaconis. Acc.

r *Cognationis.* vel agnationis:cum hodie non

BIU Cujas

sit differentia: vt. ff. de hæredi. ab intesta. §. ex his. hac col.

a *Permittimus.* aliud in milite seculari: qui nullo modo admittitur: vt instit. de excu. tut. §. idem & in milite. Sed nunquid potest esse testamentarius, vel datiuus? Respon. non, vt hic: à contrario arg. ff. de offi. eius cui man. est iu. l. j. §. j. Accursius.

b *Hoc fecerit.* id est si declarat hoc intra quatuor menses &c. ergo si non fecerit, præiudicat sibi in aliis, secũdum P. & est pro eo. ff. de hær. & Falc. §. non autem. & ff. de offic. eius cui mã, est iu. l. j. secundum Io. & Py. contra. dicunt enim in aliis sibi non præiudicare. C. de excu. tut. l. voluntaria. & C. de iis qui spon. pub. mu. sub. l. ij. lib. x. & quod hic dicit, & q̃ quis hæc fecerit &c. exponunt, id est si eam tutelam susceperit solenniter. nec enim aliter suscipere debet. nullam circa aliam &c. hoc autem priuilegium clerici habent, qui stant vt clerici non aliàs: vt. C. de epis. & cleri. l. generaliter. sed quid de lectore & cantore & aliis clericis qui non p̃hibentur? Respon. secundum Ioan. vocari possunt communi iure secundum leges. Acc.

c *Alium autem.* q. d. clericum: vt subiicit. j. ibi, episcopum, aut. Ac.

d *Publicarum.* scilicet vectigalium. Accur.

e *Domus.* scilicet nostræ priuatæ.

f *Laus.* etiam cuiuslibet.

g *Causis*, scilicet præ dictis publicis & aliis. & dic exemplum vt in publicis salinis, aut argentifodinis, vel similibus. nam hæc publica sunt: vt. ff. de verb. sig. inter. & ff. de pub. l. sed hi. in princip. & ff. de verb. sig. l. inter. sed œconomus videtur admittendus ad fideiussionem: vt. C. de episc. & cleri. l. cum clericis. §. memorati. quæ est contra. & extra de fideiuss. c. pe. & fin. Solu. hic in specialibus casibus loquitur, vt hic innuit ibi, pro talibus causis &c. Item videtur quòd possit esse p̃curator litis sicut est œconomus: vt infra eod. §. portularum. in fin. quæ est cõtra. Sol. hoc speciale his casibus, vt dixi. Not. clericum ab huiusmodi actibus p̃hiberi. Idem de milite: vt. C. de procurato. l. militem. idem de curiali: vt. C. loc, l. curialis. idem de tutore: vt. C. ne tu. vel cu. l. j. Authentica.

prio & solo gradu cognationis ad tutelam & curam vocatis, huiusmodi suscipere administrationem permittimus: [a] si tamen intra quatuor menses ex quo vocati sunt, apud competentem iudicem scripto declarent talem administrationem propria voluntate suscepisse. & si quis eorum forsan hoc fecerit, [b] nullum ex hoc in alia tutela aut cura præiudicium patiatur.

CAP. VI. Vt clerici à munerib. personalib. & negotiis secularibus abstineant.

ALIVM autem [c] fieri susceptorem aut exactorem fiscalium functionum, aut cõductorem publicarum [d] aut alienarum possessionum, aut curatorem domus, [e] aut procuratorem litis, [f] aut fideiussorem pro talibus causis [g] episcopum, aut œconomum, aut alium clericum cuiuslibet gradus, † aut monachum [h] proprio nomine, aut ecclesiæ aut monasterij subire nõ sinimus: † vt non per hanc occasionem & sanctis domibus dãnum fiat, & sacra ministeria impediantur. Si autem ecclesiis aut monasteriis possessiones quædam adiacentes [i] inueniantur, & voluerint dispensatores ipsarum venerabilium domorum in conductionem aut emphyteusim has accipere: tunc omnibus clericis & monachis pro his causis in ipso instrumẽto sub gestis monumentorum consentientibus, & manifestantibus pro vtilitate venerabiliũ domorum hoc fieri: talem conductionem & emphyteusim p̃cedere sinimus. sed etiam ipsis sanctissimis ecclesiis, & aliis venerabilibus domibus damus licentiam conductiones & emphyteuses facere adinuicem: [k] & clericis similiter propriarum ecclesiarum possessiones conducere [l] & gubernare, cum voluntate tamen episcopi & œconomi, permittim[us]: exceptis personis [m] quas per aliam legem hoc facere prohibuim[us]. Si quis autem cõtra ea quæ dicta sunt, aliquid fecerit: si quidẽ episcopus fuerit, omnes eius res ex qualibet causa vel persona siue ante episcopatum siue post hoc fuerint ad eum venientes, eius ecclesiæ vindicari sancimus. Si autem œconomi aut alij clerici fuerint hoc delinquentes: pecuniariam eos pœnam, qualem episcopus eorum probauerit, [n] exigi, ecclesiæ vindicandam: cũ etiam conductionem teloniorum, [o] aut cuiuslibet possessionis, aut publicarum collationum perceptionẽ, aut exactionem, aut solicitudinẽ domus eis credentes, aut fideiussores eos pro memoratis causis suscipiẽtes: nullam contra ecclesiam, aut monasterium aut res eius, aut gubernantium, aut contra illas personas quibus crediderint, aut contra facultates aut fideiussores eorum, habeant actionem. Illi verò qui publicarum collationum aut tributorum susceptionem aut conductionem aut exactionẽ memoratis personis crediderint, [p] aut fideiussores eos acceperint: si quod publico damnum contingat, hoc ex propria facultate restituere compelluntur. [q]

CAP. VII. Ne episcopus dicendi testimonij causa euocetur.

Nulli licet episcopos coram se ad testimonium compellere: sed ad eos mittere debet, vt propositis euangeliis dicant: & à iudice in iudicium venire cogendi non sunt. Bartolus.

NVLLI verò iudicũ licebit deo amabiles episcopos cogere ad iudicium venire pro exhibendo testimonio: [r] sed iudex mittat ad eos quosdam ex personis ministrantium sibi: vt propositis [s] sanctis euãgeliis, secundum quod decet sacerdotes, dicant quæ nouerint.

CAP. VIII. Ne propter quãlibet causam episcopus ad secularem iudicem trahatur.

SED neque pro qualibet pecuniaria causa vel criminali episcopum ad iudicem ciuilem aut militarem inuitũ producere aut exhibere citra imperialem iussionem permitti-

A h *Monachum.* monachum dico: quod plus est, etiam ecclesiæ vel monasterij.

i *Quædam adiacentes.* id est confines: vt in nouel. eo. tit.

k *Facere adinuicem.* vt supra de non alienan. §. hoc vero iubemus. colla. ij. & supra vt decæte. non fi. §. illud. col. v.

l *Conducere.* repete da mus licentiam.

m *Personis.* id est œconomis, & eius cognatis: vt supra de ali. & emphy. §. œconomis. & de hac. l. hic dicit. Vel dic quòd de hæreticis hic dicit: quibus non potest dari ab ecclesia: vt supra de eccle. titu. §. iubemus. & sic de ista faciet mentionem.

n *Probauerit.* id est imposuerit, vel statuerit. Al. argu. C. de modo mul. l. fin.

o *Teloniorum.* quidam habent, teloniorum: & quidam, telonicorum. & exponit Al. id est mensurarũ publico loco positarum. tu dic teloniorum, id est vectigalium. & erit sensus eius literæ: quia credentes eis scilicet prædictis clericis qui conducunt vectigal. q. d. locando eis, vel credentes conductionem cuiuslibet publici, aut perceptionem publicarum collationũ, aut exactionem, aut solicitudinem domus, scilicet nostræ priuatæ: vt dixi supra. §. aliud. aut susciptentes eos fideiussores &c. nullã actionem, &c.

p *Personis crediderint.* ne fiscus damnum patiatur: vt argu. supra vt nulli iudi. §. & hoc vero iubemus. hac colla.

q *Compelluntur.* vt sunt publici administratores, ad quos pertinet facere tales locationes.

r *Exhibendo testimonio.* vt. C. eod. tit. l. nec honore. Alij autem cõpellũtur venire, si sunt de eadem prouincia: aliàs non, nisi in causa criminali: vt supra de testa. §. quoniã. in fi.

s *Propositis.* sed non tactis [a] secundum Ioã. sic & in iudice. C. de iudi. l. rem non nouam. Item ex eo quod dicit, dicant quæ nouerint, no. duo. Primum: quia testis veritatem debet dicere: nõ autem quòd credat tãtum: vt supra de hære. & Falci. §. si vero absint. & C. de testib. l. non tactis testium. secus in iuramento calumnię: vt. C. de iuramento calum. l. ij. §. quod obseruari. Secundum nota ex hanc auth.

a *Concor. c. vlti. extra de iura. cauã. glo. z. post prin. v. bi dicitur, papa episcopo bel nacẽsi, quòd si p te tantũ ꝓpositis, sed &c. & alamento calumnię: vt. C. leg. gloss. z.*

BIU Cujas

eo quòd indefinitè dicit quòd pro vtraque parte debeant testimonium ferre: sicut & alibi dicitur quòd veritatem non debet supprimere: vt. C. eo. l. presbyteri. & supra de testi. §. si vero ignoti. in fin. §. & hæc omnia in pecuniariis. Item adinuicem spectat inquirere veritatem: vt. C. de eden. l. ij. hic tamen si iuramẽto dixerit se nihil scire, auditur: vt argu. ff. de re iudi. l. si vni. Accursius.

a *Tale*. quòd episcopus veniat coram iudice ad dicendum testimonium.

b *Cum literis*. sic. C. de episc. & cle. l. si qua per calumniam. & supra vt diffe. iudi. in princip. colla. ix. Accursius.

c *Si vero*. hæc quę dicũtur hic, & supra proxi. §. sunt supra quomodo oportet. §. illud. &. §. non aliter. coll. j. & supra vt nul. fabricet ora. domũ. §. illud. colla. v.

d *Definitum*. scilicet xxx. dierum in vnaquaque dilatione. argu. supra de litig. §. omnem autem. Accursius.

e *Aut schematis*. id est ordinis, schema enim pro ordine plerunque ponitur. supra vt cum de appel. co. §. si vero liberi. & facit ad hũc. §. C. eod. l. placet. &. l. decernimus. Quid de scacis? Respon. possunt, cum non fortunæ viribus, sed naturali ingenuio cõsistat ille ludus. Item nunquid gratis ad tabulas potest? Respon. non: cum etiã spectacula hic prohibeat.

Scacorum ludus non est clericis prohibitus.

f *Causa mõstretur*. No. sine causa transactionem non fieri: vt. ff. de transact. l. cum hi. §. si prætor. & de pœ. l. respiciendum.

g *Cõmunione*. est ergo excommunicatio à corpore Christi: vt hic. Ité est alia, scilicet ab ingressu ecclesię: vt supra de interdi. colle. hær. in fi. &. C. de sum. trini. l. ij. in fin.

h *Sacerdote*. id est archiepiscopo.

i *Sustineat*. ff. quod quisque iur. l. j. in prin.

k *Constituto*. & per cẽtum miliaria remoto: vt. C. de episco. & cle. l. quicunque.

mus: sed iudicem qui tale [a] aliquid siue ex scripto siue ex nõ scripto præsumpserit imperare: post cinguli priuationem, viginti librarum auri pœnam exsoluere iubemus ecclesiæ cuius episcopus produci aut exhiberi iussus est: executorem similiter post cinguli priuationem, & verberibus subdendum, & in exilium deportandum. A

CAP. IX. Ne episcopi proprias ecclesias relinquant.

Episcopi in suis ecclesiis debent residentiam facere, & eas non relinquere sine superioris literis, vel sine principis iussione: & tunc non amplius vno anno. Item patriarchæ & archiepiscopi debent omnes sub se constitutos omni anno ad se conuocare, & exponere quæ agenda sunt. Item episcopi vel clerici ad tabulas ludere, vel ludi participes vel spectatorum fieri prohibentur. Nec cogendus est episcopus clericum suum ab ecclesia dimittere, & alii tradere. Bartolus.

INTERDICIMVS autem deo amabilibus episcopis proprias relinquere ecclesias, & ad alias regiones venire. Si verò necessitas faciendi hoc contigerit: non aliter nisi cum literis [b] beatissimorum patriarchæ aut metropolitæ, aut per imperialem videlicet iussionẽ hoc faciant: ita tamen, vt nec illis episcopis qui sub beatissimo archiepiscopo Constantinopoleos & patriarcha fuerint, liceat citra permissionem eius, aut nostræ iussionis, ad regiam ciuitatem venire. Si verò [c] etiam secundum hunc modum episcopus cuiuscunque loci profectus fuerit, non amplius vno anno suam relinquat ecclesiam. Episcopos autem in regiam ciuitatem, sicut dictum est, venientes, cuiuslibet fuerint diœcesis, præ omnibus ire ad beatissimũ archiepiscopum Constantinopoleos, & ad patriarcham, & ita per eum ad nostram introire tranquillitatem. Citra autem hanc nostram dispositionẽ aut proficiscentibus, aut vltra definitum [d] vnius anni tempus extra suam ecclesiam facientibus moram, primùm quidem non ministrari ab œconomis propriæ ecclesiæ expensas: deinde admonere eos per literas sacerdotum sub quibus agunt, vt reuertantur ad suas ecclesias: differentes autem reuerti, secũdum sanctas reuocari regulas: & nisi intra definitum à sacris canonibus tempus reuertantur ad suas ecclesias, ipsos quidem ab episcopatu expelli: alios autem pro eis meliores ordinari secundum præsentis legis virtutẽ: hoc ipso & super clericis valituro, cuiuscunque ordinis fuerint aut ministerij. B C D

CAP. X. Vt archiepiscopi & patriarchæ sæpius in annis singulis concilia & synodos celebrent.

VT autem omnis ecclesiasticus status, & sacræ regulæ diligenter custodiantur: iubemus vnumquemque beatum archiepiscopum & patriarcham & metropolitam sanctissimos episcopos sub se constitutos in eadem prouincia semel aut secundò per singulos annos ad se conuocare, & omnes causas subtiliter examinare quas episcopi aut clerici aut monachi adinuicem habeant: cásque disponere: & super hoc, quicquid extra regulas à quacunque persona delinquitur, emendare. Interdicimus autem sanctissimis episcopis, presbyteris, & diaconis, & subdiaconis, lectoribus, & omnibus aliis cuiuslibet venerandi collegij aut schematis [e] constitutis, ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes aut inspectatores fieri, aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis à venerabili ministerio prohiberi, & in monasterium redigi. Si autem in medio tempore ostenderit dignam sui vitij pœnitentiam, liceat & sacerdoti sub quo constitutus est, minuere tempus, & hunc rursus proprio reddere ministerio: scientibus quoque sanctissimis episcopis debentibus hoc vindicare, quia si tale aliquid agnoscentes non vindicauerint, ipsi rationem deo pro tali causa persoluent. Nullum autem episcopum inuitum cogi quemlibet clericum sub se constitutum de proprio clero dimittere, & alij dare.

CAP. XI. Ne quis ante causæ exitum excommunicetur.

Episcopi & presbyteri sine iusta causa aliquem excommunicare non debent. alias si fit, absolutio à superiore dari debet. Item episcopis non licet propriis manibus aliquem percutere. Item episcopus ab episcopatu repulsus, ad ipsum redire non potest. Bartolus.

OMNIBVS autem episcopis & presbyteris interdicimus segregare aliquem à sacra communione antequam causa monstretur [f] propter quam sanctæ regulæ hoc fieri iubent. Si quis autem præter hoc à sancta communione [g] quenquam segregauerit, ille quidem qui iniustè à cõmunione segregatus est, solutus excommunicatione à maiore sacerdote, [h] sanctam mereatur communionem. Qui verò aliquem à sancta communione segregare præsumpserit: modis omnibus à sacerdote sub quo constitutus est, separabitur à communione quanto tempore ille perspexerit: vt quod iniustè fecit, iustè sustineat. [i] Sed neque propriis manibus liceat episcopum aliquem percutere. hoc enim extraneum sacerdoti est. Si quis autem episcopus secundum ecclesiasticas regulas sacerdotio pulsus, præsumpserit ingredi ciuitatem ex qua pulsus est, relinquens locum in quo iussus est degere: iubemus hunc in monasterio in alia regione cõstituto [k] tradi: vt quod in sacerdotio deliquit, degens in monasterio corrigat.

CAP. XII. Quales esse debent qui in clericis ordinantur.

Presbyteri & clerici ac etiam diaconissæ ordinari debent, qui sint status hic inserti, & sint rectæ fidei, & vitæ honestæ, & caste viuẽtes, & castitatem vouentes. & si contradictor apparuerit, ordinatio differri debet donec plenefiat examinatio. Bartolus.

CLERICOS aũt nõ aliter ordinari ꝑmittim⁹, nisi

nisi literas sciant, & rectam fidē, vitámque habeant honestam: & neque concubinam, aut naturales habuerint aut habeant filios sed castè viuentes, aut vxorem legitimam, & ipsam vnam & primam habentes, neque viduam, neque separatam à viro, neque aliter legibus aut sacris canonibus interdictam.

CAP. XIII. De ætate presbyterorum & cæterorum clericorum.

PRESBYTERVM autem minorem trigintaquinque annorum [a] fieri non permittimus. Sed neque diaconum aut subdiaconum minorem viginti quinque, neque minorem lectorem decem & octo annorum. Diaconissam verò non ordinari in sancta ecclesia, quæ minor est annorum quadraginta, [b] aut ad secundas venerit nuptias.

CAP. XIIII. De vxoribus clericorum.

SI autem tempore ordinationis clerici cuiuscunque collegij aut ordinis, accusator aliquis apparuerit dicens eum indignum ordinatione esse: differatur [c] ordinatio, & vniuersa procedant tam pro examinatione, quàm pro multis causis quas in episcoporū ordinationib' sanciuimus. [d] Si verò futurus ordinari diaconus non habuerit vxorem (sicut prius dictum est) coniunctam sibi: non aliter ordinetur, nisi prius ab ordinante eū interrogatus promiserit posse post ordinationem & sine legitima vxore honestè viuere: non valente eo qui ordinat, in tempore ordinationis permittere diaconum aut subdiaconū post ordinationem vxorem accipere. [e] Is autem qui permittit episcopus, expellatur ab episcopatu. Si verò post ordinationem presbyter aut diaconus aut subdiaconus vxorem duxerit: expellatur à clero, & curiæ ciuitatis illius in qua clericus erat, cum propriis rebus tradatur. [f] Si verò lector secundam ducat vxorem, aut primam quidem viduam, aut separatam à viro, aut legibus vel sacris canonibus interdictam, nequaquā ad alium ecclesiasticum ordinem prouehatur: sed & si quolibet modo ad maiorem ordinem perducatur, expellatur eo, & priori restituatur.

CAP. XV. Quibus casibus curiales clerici ordinari possunt.

Curiales & officiales non debent clerici ordinari, nisi monasticam vitam per 15. an. impleuerint, pœna contrà facientibus imminente. In prædictis tamen casibus iura vetera seruantur. Item clerici meritò & non simoniacè ordinari debent: ecclesiis tamen in quibus ordinantur, bona eorum ante & post donare possunt. Bar.

SED neque curialem aut officialem clericum fieri permittimus: [g] vt non ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si verò tales personæ in clero constituantur: tanquam nec ad ordinem perducti, propriæ fortunę restituātur, nisi forsan monasticam [h] vitam aliquis eorum nō minus quindecim annis impleuit. tales enim ordinari præcipimus, legitima videlicet parte [i] curiæ & fisco danda, si in clero constituti, monacho condecentē vitam impleuerint. Si verò post clericatus honorē aliquis eorum vxorē duxerit, aut concubinā habuerit, curiæ & officio cuius fortunę subiacebat, reddatur: etiam si maximè tali ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis cō stitutus nō prohibetur sacris canonibus & legibus vxorē accipere. Hoc autē & super aliis omnibus monachis tenere sancimus, qui de monasteriis ad quēlibet ecclesiasticū transferūtur gradū, etiā si nulli fortunæ subiecti fuerint. Et generaliter sancimus nulli licere in quolibet ecclesiastico gradu cōstituto, discedere ab eo, & secularē fieri: scientibus tale aliquid facientibus, quia & quasi apposito sibi cingulo aut dignitate aut militia nudabātur, & curiali [k] fortunæ propriæ ciuitatis tradentur. Qui autē ante nostram legē clerici ordinati sunt ex curiali fortuna: per substitutas personas [l] pecuniaria munera complere, à corporalibus autem liberos seruari.

CAP. XVI. Vt ordinationes gratis fiant.

SED neque clericum cuiuscunque gradus dare aliquid ei à quo ordinatur, aut alij cuilibet personæ permittimus: solas autem præbere eum consuetudines iis qui ordinantium ministrantes sunt, ex consuetudine accipientibus, vnius anni emolumenta non transcendētem. [m] In sancta verò ecclesia in qua cōstituitur, sacrum complere ministerium, & nulla penitus propriis clericis dare pro sua insinuatione: nec ob hanc causam propriis emolumentis aut aliis portionibus hūc priuari. Sed neque xenodochū aut nosocomum aut ptochotrophum, aut aliū quēlibet venerabilis domus gubernatorē, aut quancunq; ecclesiasticam solicitudinem agentem, dare aliquid illi à quo constituitur, aut alij cuicunque personæ pro commissa sibi gubernatione. Qui verò præter hæc quæ disposuimus, aut dat, aut accipit, aut mediator fit, sacerdotio aut clero huiusmodi cōmissæ sibi cuiuscunque gubernationis nudabitur: iis quæ accipiūtur, vindicandis venerabili loco cuius talis persona ordinationem aut solicitudinem aut gubernationem accipit. Si autem secularis sit qui accipit, aut mediator fact' est: quod datū est, duplū repetitur, & venerabili loco in quo talis persona ordinationē aut gubernationē aut solicitudinē susceperit, præbeatur. Si quis autem

---

a *Minorem.xxxv.annorum.* tātum etiam tēpus debet habere episcop': vt. ŭ.e.§. hoc quoque decretis.

b *Annorum.xl.* lex. C. dicebat de.l.an. q̄ corrigitur: vt. C. eo. l. nulla. & eodem modo corrigitur alia quæ dicit de.l.an. ŭ. quomodo opor. episco. §. quāta igitur.

c *Differatur.* sed non differtur executio sententiæ præfecti præ. supplicatione facta: vt. ŭ. vt spon. larg. §. aliud. q̄ est contra.

d *Sanciuimus.* vt ŭ.e. §. si quis autem.

e *Accipere.* arg. quòd sacerdos nō potest dādo pœnitentiam permittere retineri concubinam. sed arg. contra. ff. de le. iij. l. si quis in prin. testamenti. §. j.

f *Tradatur.* quòd dicitur clericū apostatātem, officio curiæ dari: vt hic, &. ŭ. quomodo opor. epis. §. semel. & à sacerdotio cadere: vt hic, & supra de nupt. §. sed & si quis. & supra quomodo opor. epis. §. neque. sic etiam de monacho: vt supra de monachis. §. si vero relinquens.

g *Permittimus.* sed olim fiebat cum distinctione: vt. C. de episco. & cleri. l. officiales.

h *Monasticam.* nō tamen erat monachus. aliàs propriam substantiam habere dici non posset: vt supra de mona. §. illud. quod infra dicitur. Sed quomodo hoc, cū infra dicat, idē est in aliis monachis? Respond. non ponitur respectiue. sic supra vt defun. seu fun. §. j. coll. v. Quare ergo vxorē ducere phibetur? Respon. quia habitum habuit, & quia satis est clericari curialem.

i *Parte.* id est dodrante secundum Al. vt supra eo. §. curialem. Vel dic verius de ea de qua dicitur. C. eo. l. officiales. prima verior est.

k *Et curiali.* imò videtur quòd in monasterium mittatur: vt. j. eo. §. si monachus. quæ est contra. Sol. si semel fugiat, mittitur in monasterium: si secundo, datur iudici: vt ibi & hic dicitur. Sed quomodo datur curiæ, cum ex delicto non præmium, sed pœnam debeat pati. C. de decur. l. ne qs. &. ff. de inter. & rele. l. relegatorum. in fin. &. l. seq. quæ sunt contra? Solu. non tradetur curiæ vt sit decurio, sed vt seruiat decurionibus. & facit ad hunc. §. supra de monachis. §. si vero relinquens.

l *Substitutas personas.* argu. quòd per substitutū quis seruit: vt. C. eo. l. quisquis. &. l. ad similitudinem.

m *Non transcendentem.* consuetudo [a] facit vt aliquid posit dari, quod aliàs non liceret: vt & supra eo. §. præ omnibus. &. §. pro cōsuetudinibus. sed ar. contra. supra vt nulli. iudi. §. ij.

a *Concor. 12. dist. ca. quemadmodū. vbi de hoc latè tractatur.*

autem clericus cuiuslibet gradus, siue gubernator cuiuslibet venerabilis domus, aut ante ordinationem cõmissam sibi cuiuscũque gubernationis aut solicitudinis, aut postea aliquid voluerit suarum rerum offerre ecclesiæ in qua ordinatur, aut loco cuius gubernationem aut solicitudinem susceпit: non solum non prohibemus [a] hoc fieri, sed etiam magis inuitamus eos talia pro salute animæ suæ facere. Nos enim illa solum dari prohibem⁹, quæ propriis p̃sonis quibusdã præbentur, non quæ sãctis ecclesiis, aut aliis venerabilibus locis offeruntur.

CAP. XVII. Quomodo seruus ordinari possit, aut adscriptiti⁹.

Domino sciente & non contradicente potest seruus clericus ordinari: eo ignorante non. & si constitutus ad secularem vitam redibit, domino restituendus est. adscriptitii verò præter dominorum voluntatem possunt ordinari. Bartolus.

SI seruus sciente & nõ contradicẽte domino in clero ordinat⁹ fuerit: ex hoc ipso quòd cõstitutus est, liber & ingenu⁹ [b] erit. Si verò ignorante [c] domino ordinatio fiat: licet domino intra spacium vnius anni & seruilem fortunam [d] probare, & suum seruum recipere. Si verò seruus sciente domino siue insciente (sicut diximus) eo quòd in clero constitutus est, liber factus ecclesiasticum ministeriũ reliquerit, & ad secularẽ trãsierit vitam: suo domino ad seruitium [e] tradatur. Adscriptitios autẽ in ipsis possessionib⁹ quarum sunt adscriptitij, clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti, impositam sibi agriculturam adimpleant. [f]

CAP. XVIII. De ædificatoribus ecclesiarum.

Clerici à patrono præsentari debent, & ab episcopo ordinari: aliàs quoscunque putauerit meliores, ordinare potest: & clerici in suis ecclesijs morari debent. Bartolus.

SI quis oratorij † domũ fabricauerit, & voluerit in ea clericos ordinare, aut ipse, aut eius hæredes: si expensas ipsis clericis ministrant, & dignos denominant, denominatos ordinari. Si verò qui ab eis eliguntur, tãquam indignos prohibẽt sacræ regulæ ordinari: tunc sanctissimus episcop⁹ quoscunq; putauerit meliores, ordinari procuret. [g] Sancimus autẽ reuerẽdissimos clericos suis ecclesiis obsecũdare, & omne eis cõpetens ecclesiasticũ ministeriũ adimplere: hoc requirẽte vniuscuiusque ciuitatis sanctissimo episcopo, & cuiuscunq; ordinis ecclesiastici primatibus, eos qui hoc nõ custodiũt, regulari multæ subdentibus.

CAP. XVIIII. Vt omnes clerici res suas in sua potestate habeãt.

Presbyteri & omnes clerici res ad se pertinentes in suo dominio habere debent atque potestate: & eas donare, & de eis testari possunt si sub parentum existant potestate: dumodo filius, aut his non extantibus, parentibus eorum relinquant. Bartolus.

PRESBYTEROS autẽ & diaconos & subdiaconos, cantores [h] & lectores, quos omnes clericos appellam⁹, res quolibet modo ad eorũ dominium veniẽtes habere sub sua potestate præcipimus, ad similitudinẽ [i] castrensiũ [k] peculiorum, & donare secundũ leges, & in his testari, licet sub parentũ sint potestate: sic tamẽ, vt horũ filij, aut his non existẽtibus parẽtes eorum legitimam partem ferant. [l]

CAP. XX. Quib. pœnis subiiciãtur clerici qui falsum tulerint testimonium.

Presbyteri, diaconi, & alii clerici si falsum perhibeant testimonium in causa pecuniaria vel criminali, pœna hic inserta sunt puniendi. Bartolus.

REVERENDISSIMIS autẽ presbyteris aut diaconis etiã si inuenti fuerint pro pecuniaria causa falsum perhibuisse testimoniũ: sufficiat pro verberibus, [m] tribus annis separari à sacro ministerio, & monasteriis tradi. Pro criminalibus autẽ causis si falsum testimoniũ dixerint: clero nudatos, legitimis [n] subdi pœnis præcipimus: reliquos autẽ omnes in aliis etiã ecclesiasticis ordinibus cõstitutos, si falsum testimoniũ cuiuslibet causæ, siue pecuniariæ, siue criminalis dixisse conuincantur, non solum ecclesiastico officio repelli, sed etiam verberibus subdi.

CAP. XXI. Vt clerici apud proprium conueniantur episcopum.

Clerici & monachi coram episcopo in causa pecuniaria conueniendi sunt: in criminali coram episcopo, vel iudice ciuili ad electionem actoris sunt conueniendi. episcopo negligente ad iudicem loci inuisdilio deuoluitur: in processibus forma hic tradita seruata. Bartolus.

SI quis contra [o] aliquem clericum aut monachũ, aut diaconissam aut monastriam aut ascetriam habeat aliquam actionem: adeat prius sanctissimum episcopum cui horum vnusquisque subiaceat: [p] ille verò causam inter eos iudicet: & si quidem vtraque pars iis quæ iudicata sunt, acquieuerit: iubemus per loci iudicem hoc executioni perfectæ contradi. [q] Si quis autem litigantium intra decem dies contradicat

a *Non prohibemus.* eadem de episcopo dicta sunt. s. eo. §. præ omnibus. §. si vero laicus. & §. si quis autem episcoporum. & facit. C. eo. si quenquam.

b *Liber & ingenuus.* olim clericus etiam domino volente fieri nõ poterat. C. e. l. iubem⁹. §. seruos. sed monachus sic volente eo: vt. C. e. tit. l. serui. hodie autem fieri possunt clerici etiam sciẽte domino: vt hic. & sic no. patientiã consensui comparari. sic. ff. ad munici. l. quoties.

Patientia consensui cõparatur.

c *Ignorãte.* quod præsumitur: vt. C. qui milita. nõ poss. l. super seruis.

d *Fortunam.* id est q̃ possederit eum vt seruum tempore ingressus. nec enim amisit possessionẽ ob ingressum. aliàs malè ageretur cũ eo, si statim onus probandi in se reuolueretur. & est arg. C. de agri. & cens. l. si quis. libr. xj.

e *Ad seruitium.* imò curiæ: vt. s. c. §. sed neque curialem. in fi. quæ est contra. Sol. curialis vel liber curiæ datur: vt ibi. seruus vero domino suo: vt hic. & sic ibi de libero: hic de seruo dicit.

f *Agriculturam adimpleant.* etiam per substitutum: vt. C. eo. l. ad similitudinem. &. l. quisquis. & no. in ipsis. nam donec in ecclesia est idoneus, aliunde sumi alius non debet: vt. C. eo. l. in ecclesiis. secus si non sit ibi idoneus: vt argu. ff. de mune. & ho. l. vt gradati. §. & si lege. Item nonne idem erat etiam olim quod per auth. istam statuit: vt. C. e. l. quisquis? Dicas quòd sic. vel illa loquebatur tantum tunc quando domini aderat voluntas. Item quid si contra voluntatem domini faciat? M. dicit q̃ non potest: licet præter voluntatẽ domini possit: vt hic, & argu. ff. de procur. l. Pomponius. in fi. Sed tu dicas contra: vt in nouel. eo. tit. vbi dicit quòd domino inuito potest.

† *Concor. c. cũ nos oportet. in glo. sup verbo, idoneè. in fi. extra de of. iud. ord.*

g *Ordinari procuret.* ad episcopum pertinet electio: vt hic, & supra vt clerici qui re. §. fin. & supra de mona. §. ordinationem.

h *Cantores.* scilicet qui omnes sint filiisfami.

i *Ad similitudinem.* non omnimodo: vt infra posuit, sic tamen vt &c.

k *Castrensium.* ff. de inoffi. testa. l. si institutus. §. de inofficioso.

l *Ferant.* sed quo iure? Respõ. quidam, per querelã. Sed certè hoc idé erat per alind. auth. vt cũ de ap. cog. §. sed hæc quidem. Dic ergo cõdi. ex hac. l. & sic nõ est contra quod dicitur in castrensi & quasi non dari querelam vt. C. de inoffi. testa. l. fi. in fin. &. C. eo. l. cum lege. in fin. &. l. sacrosanctæ. &. ff. de inofficio. testa. l. si institutus. §. de inofficioso. & intellige hunc. §. in prælatis. aliàs serua quod dicitur. s. de eccl. titulis. §. interdicimus.

m *Pro verberibus.* id est loco tormentorũ quæ eis remittuntur.

n *Legitimis.* quæ sint dicitur. ff. ad leg. Cor. de sica. l. j. &. l. iij. in fi. & ad legẽ Cor. de fal. l. j. §. vlti.

o *Si quis contra.* ab hinc vsque ad. §. presbyteris autem, infra eo. tractat de conuentionibus & accusationibus clericorum omnis ordinis.

p *Subiaceat.* vt. s. de cleri. ap. pro. epis. cõ §. j. col. vj. &. s. apud quos oportet causam di. mo. & asce. §. j.

q *Contradi.* vt. C. de epi. au. l. episcopale. in fin. sed in cuius bonis? Rñ. si nomine ecclesiæ in bonis ecclesiæ: vt in bonis pupilli tutore damnato: vt. ff. de re indi. l. si se. §. tutor. &. ff. si quis cau. l. finali. fi

BIU Cujas

autem suo nomine: si tunc non habet vnde, vt quia secularis clericus est, tunc in suis bonis: aliàs autem dic vt diximus. ẽ. de nó ali. §. si autẽ creditor. in fine.

a *Contradicat.* scilicet appellando: vt sequitur ibi, & non liceat &c. à sententia ergo episcopi appellatur. Sed contra. C. de episc. au. l. episcopale. in alio etiam lex illa huic cõtradicit: quia ibi æquiparat eũ præfe. præto. hic autẽ facit eum minorem quolibet defensore ciuitatis, cum dicat defensorem sententiam episcopi retractare: quod non esset, nisi maior esset: vt supra de appel. coll. iiij. §. illud. quare dicunt quidam his duobus casibus hãc corrigere illam. tu autem dic quòd hic vt eorum ordinarius cognouit episcopus, vt patet ex præcedenti. §. si quis contra aliquem. ibi autem ab extraneis audiri fuit electus. & sic primo modo non contradicit, cum alio casu loquatur. Itẽ nec secundo: quia parificatur præfecto. ſ. quando ab extraneis eligitur: vel licet iudex locorum, siue defensor retractet: vt hic faciũt ex commissione principis quam habent per legem istam. vnde ipse princeps retractare videtur: quod fieri potest: vt. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdic. l. & si prætor.

b *In tali causa.* no. casum vbi tantum semel appellatur. sic. C. de asser. tol. l. j. j. respon. & C. de appel. l. illud. §. simili modo. &. §. orientalem. sic. C. de preci. impe. offe. l. si quis. regulariter autem bis potest appellari, licet non ter. C. ne li. in vna eademque causa. l. j.

c *Ordinem.* ordo legum est. C. de appel. l. præcipimus. & supra de nuptiis. §. illud. vsque in fin.

d *Ad imperium.* Not. à delegato appellari ad delegantem: vt hic, & C. de appel. l. præcipimus. §. hæc si appellatio. &. C. de iudi. l. fin. in fi. Sed videtur quòd à delegato principis nõ ipse princeps, sed alius appelletur: vt supra de app. col. iiij. §. fina. quæ

contradicat [a] iis quæ iudicata sunt, tunc locorum iudex causam examinet: & si inuenerit iudicium rectè factum, etiam per sententiam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat quæ iudicata sunt: & non liceat secundo in tali causa [b] victo appellare. Si verò iudicis sententia contraria fuerit iis quæ à deo amabili episcopo iudicata sunt: tunc locum habere appellationem cõtra sententiam iudicis, & hanc secundum legum ordinem [c] referri & exerceri. Si tamen ex imperiali iussione, aut iudiciali præcepto, episcopus iudicat inter quascunque personas: appellatio ad imperium, [d] aut ad eum qui transmisit negotium, referatur. Si vero crimen fuerit quod aduersus quamlibet memoratarum reuerendissimarum personarum inferatur, si quidem apud episcopum aliquis accusatur, & ipse veritatem inuenire potuerit: ab honore aut gradu hunc secundum ecclesiasticas regulas deiiciat, & tunc competens iudex hunc comprehendat, & secũdum leges [e] litem examinans causæ finem imponat. Si verò prius ciuilem iudicem adeat [f] accusator, & crimen per legitimam examinationem potuerit approbare, tunc episcopo locorum gesta monumentorum palam faciat: & si ex his agnoscatur proposita crimina commisisse eum, tunc ipse episcopus hunc secundum regulas ab honore siue gradu quem habet, separet: iudex autem vltionem ei inferat legibus congruẽtem. Si verò episcopus putauerit gesta non iuste confecta: tunc liceat ei differre, & nudare honore seu gradu accusatam personam: ita tamen, vt huiusmodi persona sub legitima cautela fiat, & ita ad nos negotium tam ab episcopo quàm à iudice referatur, vt nos hoc cognoscentes, quæ nobis videntur iubeamus. Si quis autem pro pecuniaria causa contra aliquam omnium memoratarum personarum habuerit actionem aliquam, & episcopus distulerit inter eas iudicare: licentiam habeat actor ciuilem iudicem adire: [g] ita tamen, vt accusata persona nullo modo cogatur fideiussorẽ [h] dare, sed solam cautionem sine iureiurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Si verò pro criminali causa accusatio contrà aliquam memoratarum personarum proponatur, sub legitima cautela accusata fiat persona. Si autem ecclesiastica [i] causa est, nullam communionem habeant iudices ciuiles circa talem examinationem, sed sanctissimus episcopus secundum sacras regulas causæ finem imponat.

CAP. XXII. *Vt episcopi apud proprium conueniantur metropolitanum: & vt cauere pro lite non teneantur.*

Episcopus ab episcopo vel ab alio conuentus, conueniendus est sub archiepiscopo: & ad patriarcham appellatio est: nulla cautione vel fideiussione pro lite fienda interposita. Bartolus.

SI quis verò sanctissimorum episcoporum eiusdem synodi [k] dubitationem aliquam adinuicem habeat, [l] siue pro ecclesiastico iure, siue pro aliis quibusdam rebus: prius metropolita eorum cum aliis [m] de sua synodo episcopis causam examinet & iudicet: & si non rata habuerit vtraque pars quæ iudicata sunt, tunc beatissimus patriarcha diœceseos illius inter eos audiat, & illa determinet quæ ecclesiasticis canonibus & legibus consonant: nulla parte eius sententiæ contradicere valente. Si autem & à clero, aut alio quocunque aditio contra episcopum fiat propter quamlibet causam: apud sanctissimum eius metropolitam secundum sacras regulas & nostras leges causa iudicetur: & si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum & patriarcham diœceseos illius referatur causa, & ille secundum canones & leges huic præbeat finem. Si verò contra metropolitam talis aditio fiat ab episcopo, aut clero, aut alia quacunque persona: diœceseos illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. Pro omnibus autem causis pro quibus apud proprium metropolitam, aut patriarcham, siue apud alios quoscunque iudices episcopi conueniantur, nullam fideiussionem aut cautionem pro

est cõtra. Sol. ibi ad vniuersitatem delegauerat: hic ad causam specialem princeps delegat. sed etiam si ad causam specialẽ princeps delegat: non ipse quandoque, sed alius appellatur: quod est quando delegatus à se alij delegat: nam tunc secundus delegans appellatur: vt C. qui pro sua iurisdi. l. ij. in fi. licet hoc sit cõtra regulam quæ est. ff. quis & à quo. l. j. in fin.

e *Et secũdũ leges.* No. quòd iterũ examinat. sic. j. proxi. §. Accur.

f *Iudicẽ adeat.* ex hoc &. ſ. proxi. respon. datur intelligi quia in crimine est actoris potestas vtrũ corã episcopo, an coram ciuili iudice clericum accuset. & ad hoc est. ſ. vt cle. ap. pro. epi. con. §. si tamen. coll. vj. & hoc de ciuilibus criminib⁹. secus si est canonicũ: vt j. proxi. §. si autẽ ecclesiastica. Itẽ ex eo quòd hic &. ſ. proxi. dicitur episcopum secundũ legem iudicare, patet eũ debere scire leges: vt C. de legi. & constit. l. leges. cum non ex alterius, sed sua debeat cõscientia iudicare: vt. ſ. de iudi. §. j. Accur. *Episcopus leges scire debet.*

g *Ciuilem iudicem adire.* Not. ꝙ potestas est iudex ordinarius scholarium: cum sit clericorum: vt hic, & in proœmio Digestorũ in fine. sed decretalis prorsus eximere videtur clericos: vt extra de foro cõpeten. si diligenti. Vel dic decretalẽ loqui inter clericos vtrinque. si autem actor est laicus, nõ: & ideo hoc casu potest priuilegio renuntiari: vt. C. e. l. omnes. & sic intelligat. C. de pac. l. pe. *Scholares in ciuili dictioni potestatis subsunt.*

h *Fideiussorem.* Olim dabat œconomum suę ecclesiæ: vt. C. de epis. & clc. l. cum clericis. §. memorati. q̃ est cõtra. sed illa p istã corrigit.

i *Si autẽ ecclesiastica.* vt de articulis fidei, vel simonia: & hoc quãdo hæc clerico obiiciunt: secus si laico: vt. ſ. de man. prin. §. si vero canonicum. col. iij.

k *Synodi.* id est iurisdictionis.

l *Habeat.* qa vnus episcop⁹ cõuenit aliũ ciuiliter & criminaliter in causa appellationis.

m *Aliis.* xij. scilicet:

vt. xv. q. vij. §. si quis tumidus.

a *Semetipsos absoluere.* id est cito se expediãt.

b *Exigi.* ſ. de eccle. tit. §. pe. contra. So. hic corrigit: & eodem modo corrigit qđ est. C. eo. l. orphanotrophos.

c *Ex ipsis.* scilicet gubernatoribus. Ac.

d *Repetitionem.* aliàs est redditionẽ, & aliàs repetitionem: quod idẽ est. nã antequam causam ap. prosequaĩ, mãdatur executioni prima sententia: vt hic, & in fi. huius. §. ibi, non enim cõcedimus &c. sic & aliàs. ſ. vt spon. lar. §. aliud. sed hæc sunt specialia: regulariter enim contra: vt. ff. nil innoua. ap. pẽ. & C. de app. l. appellatione. & ff. de iis qui no. infa. l. furti. in princ. & ff. de iis qui satisf. cog. l. sciendum. §. pe. & ff. de testa. l. qui à latronibus. §. fi. & C. de in integ. resti. l. pe. & ff. de appel. re. l. j. & ff. de app. l. constitutiones. in prin. & ſ. vt nulli iudi. §. illas vero quę secundum legem. hac col.

e *Examinans.* id est examinauerit.

f *Venire.* No. speciale in ratione reddenda à dictis administratoribus, vt quis non possit in alium iudicẽ cõsentire cum aduersario, nisi sub suo episcopo. regulariter enim cõtra: vt. ff. de iudi. l. j. & ij. in princi.

g *Si quis autem ex ecclesiasticis.* Not. hæredes œconomi teneri sicut ipse: vt hic, & C. e. l. si quis presbyter. in fin. & C. de sacrosanc. eccle. l. iubemus. §. œconomos. Al.

h *Compleri.* vt. ff. de iudi. l. vbi semel.

i *Reuerendißimi apocrisarii.* id est qui res ecclesię agunt: vt supra quomodo opor. epi. §. si vero metropolita. sic dicti, quasi secreti nuncij. vel expone vt ibi.

k *Solis.* imò videtur quòd debeant omnibus respondere: vt. ff. de iudi. l. ij. §. omnes cum. & §. sed si agant. Solu. hic nomine alieno agit legatus. ibi suo nomine. & facit. ſ. de exc. & iis qui con. & re. §. ij. Accursius.

l *Propter tempus.* Not. quòd vbi ius aufert agẽdi potestatem: temlite exigantur: sic tamen, vt isti studeant illatis sibi causis semetipsos absoluere. [a]

CAP. XXIII. Vt œconomi & similes apud proprium episcopum cõueniantur.

Oeconomi & similes coram episcopo rationem reddere debent: & licitum est eis à sententia episcopi ad patriarcham appellare. Bartolus.

OECONOMOS autẽ, & xenodochos, nosocomos, ptochotrophos, & aliorũ venerabilium locorũ gubernatores, & alios omnes clericos iubem' pro creditis sibi gubernationibus apud propriũ episcopũ cui subiacent, conueniri, & rationẽ suæ gubernatiõis facere & exigi: [b] quod ex ipsis [c] debentes ostenduntur, illi venerabili reddendum domui, ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si verò putauerint se grauari: post repetitionẽ [d] metropolita causam examinet. Si verò metropolita fuerit contra quampiam prædictarum personarũ huiusmodi causas examinans, [e] & debitum exegerit, & exactus putauerit se grauatum: dicœceseos illius beatissim' patriarcha causam determinet. non enim concedimus prædictis personis pro memoratis causis ante examinationem & exactionẽ debiti ꝓprios episcopos declinare, & ad alia venire [f] iudicia. Si quis autẽ ex ecclesiasticis [g] cui aliqua talis dispensatio credita est, ante rationum expositionem, & debitorum solutionem moriatur, iubem' eius hæredes simili modo & rationibus & exactionibus subiacere.

CAP. XXIIII. Vt episcopi illic vbi deliquerint conueniantur.

Episcopi & clerici in vrbe Constantinopolitana degentes, ibi cõueniendi vel cogendi non sunt lite in prouincia contestata: aliàs coram præfecto prætorio sunt conueniendi. apocrisarii autem ad patriarcham vel metropolitam destinati, interim conueniendi non sunt: nisi de hoc mandatum habuerint, vel alios conuenerint, vel ibi contraxerint. Item episcopi vel clerici legationis tempore conueniendi nõ sunt. Clerici & monachi accusandi sunt iniuria loci repulsa, & loci reuerentia seruata. Item monasterium per suum procuratorem agere debet: sportularum quantitate legitima in supradictis personis & casibus seruata. Bar.

SI quis episcopus aut clericus ex quacunque prouincia in Constantinopoli reperiatur, & voluerit aliquis aduersus eum actionem proponere: si quidem litis contestatio in prouincia ꝓ ipso negotio facta est, ibi litem compleri. [h] Si verò nõdum inchoata est: apud glorioſisimum præfectum Orientis prætoriorum, aut apud eos qui à nobis fuerint deputati iudices, conuenientibus eum respondere.

CAP. XXV. De apocrisariis.

REVERENDISSIMI† verò apocrisarij [i] cuiuscunque sanctissimæ ecclesiæ, qui in regia ciuitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas, aut ad metropolitas à suis episcopis ordinati & destinati, neque pro suis episcopis, neque pro causa ecclesiæ, aut pro debito publico aut priuato, aliquam conuẽtionem sustineãt, nisi mandatũ habuerint à suis episcopis, aut œconomo, aut aliquos conueniant. Tunc enim solis [k] illis qui ab eis conueniuntur, damus licentiam, si quam obligationem habent contra ecclesiam, aut cõtra episcopos eorum, proponere. Si verò & in quibusdã causis vel actionibus semetipsos obligatos fecerint: in tempore in quo responsa faciunt, pro his conuentiones suscipiant.

CAP. XXVI. Ne episcopi legationis tempore conueniantur.

SI verò episcopi † vel clerici pro ciuitate aut ꝓ suis ecclesiis propter suam legationẽ, aut ordinationem episcopi, ad regiã ciuitatem, vel ad alium quemlibet locum proficiscantur: iubemus eos nullam molestiam aut importunitatem à qualibet persona sustinere: licentia existente iis qui obligatos eos putant se habere, postquã ad prouinciam reuertuntur, conuenire eos, nullo in iis quæ se putant habere, eis faciendo præiudicio de temporalibus præscriptionibus propter tempus [l] quod in tali causa protraxerint.

CAP. XXVII. Vt monachi per procuratorem se defendant: & de quantitate ſportularum.

SIQVANDO autẽ causa emerserit, vt admonitio aut executio inferatur pro qualibet pecuniaria causa, siue publica, siue priuata, clerico aut monacho, aut monastriæ, aut cuicunque monasterio, & maximè fœminarum: iubemus sine iniuria, & cum competenti honore admonitionem fieri, non tamen monastriam aut ascetriam monasterio abstrahi: [m] sed procuratorem ab eis ordinari, qui pro causa respondeat. Monachis autem liceat siue per se, siue per procuratorem monasterij causas agere: sciẽte qui hoc præuaricatur iudice, vel executore, quia & cingulo spoliabitur, & pœnam quinque librarum auri exigetur per magnificentissimum comitem priuatarum rerum: executore videlicet super hoc verberando, & in exilium dirigendo: locorum

poralis præscriptio nõ currit: vt hic, & ff. de iudi. l. ij. §. pe. & supra vt cum de ap. cog. §. meminimus. & C. de an. excepti. l. j. §. fin. & ff. de iti. actuque priuat. l. j. §. si quis propter. & C. de præscript. xxx. vel xl. an. l. cum notissimi. §. illud.

† Sic

m *Abstrahi.* neme debet extrahi de domo sua inuitus pro causa ciuili: vt. ff. de in ius voc. l. plerunque. & l. seq. sed huiusmodi religiosæ personæ multo minus debent extrahi vt hic, & infra eo. §. prouidere. & supra apud quos opor. cau. di. mo. §. præterea. idẽ de muliere dicitur supra vt nulli iudi. §. necessarium. Item no. quod subiicit hic de procuratore quem dicit constituinam si quis in sua propria causa constituit, valet, vt patet ex definitione procuratoris: vt. ff. de procu. l. j. Si vero sit causa monasterij, quomodo ab aliquo potest procurator constitui, cum nemo sit dominus: imò syndici ad talia ordinantur: vt. ff. quod cuiusque vni. l. j. in fin. & l. item §. pen? Respond. impropriè hic dicitur procurator, id est syndicus. vel dic procuratorem cõstitui posse etiam in causa monasterii à syndico lite contestata, ad instar ꝓcuratoris: vt. C. de ꝓcuratorib. l. neque. & l. nulla.

BIU Cujas

corũ sanctissimis episcopis prouisuris, vt nihil his contrarium fiat: aut si aliquid committatur, memorata vltio procedat. iudicem vero vindictã differentem imponere, ad sciẽtiam nostram episcopus referat.

CAP. XXVIII. De modo sportularum in persona clericorum.

SPORTVLARVM verò nomine omnẽ personam in quocunq; ecclesiastico officio cõstitutam, & ad hoc diaconissam & monacham, aut ascetriã aut monastriam pro omni criminali & pecuniaria causa, cuiuscunque quantitatis sit, siue à clerico, siue à quolibet in militia cõstituto admonitionem suscipiant, aut in regia ciuitate, aut in prouinciis, quibus degunt: nec amplius quatuor siliquis [a] dare permittimus. Si verò ex nostra iussione aut ad iudicem, aut ad beatissimum patriarcham missus executor, in alias prouincias admonitionem offerat alicui memoratarũ personarum: non vltra vnum solidum [b] accipat. Si verò pro vna eademque causa multas ex memoratis personis admoneri cõtingat, [c] vnam & solam personam pro omnibus sportulas dare sancimus. Episcop[p] vero pro rebus ecclesiæ suæ nullam exactionem molestiamque sustineat sportularum, si pro talibus causis admoueatur exactio: actiones videlicet contra ecclesiam propositas, œconomis [d] suscipientibus, aut illis qui in eã causam ordinati sunt. Qui vero contra hæc exigere sportulas præsumpserit: in duplum quod accepit, exactæ personæ reddere [e] compellatur: & si quidem militat, cingulum perdat: si vero clericus fuerit, à clero remoueatur.

CAP. XXIX. Ne clerici mulieres superinductas in propriis domibus habeant, episcopi vero nullas.

Presbyteri & clerici in domo propria mulierem habere non debent, nisi omnem effugiant suspicionem. episcopus autem nullam mulierem secum habere debet. Bar.

PRESBYTERIS autem & diaconis, & subdiaconis, & omnibus in clero cõscriptis, non habentibus [f] vxores secundum sacros canones, interdicimus etiam nos secundũ sanctarum regularũ virtutem, mulierem aliquam in propria domo superinductam [g] habere: tamen citra matrem, aut sororẽ, aut filiã, & alias personas quæ omnẽ suspicionem effugiunt. Si quis autem absque hac obseruatione mulierẽ in sua domo habet quæ potest ei suspicionẽ inferre, & semel & secundo à suo episcopo aut à suis clericis admonitus ne cũ tali muliere habitaret, eiicere eam [h] de sua domo noluerit: aut accusatore apparente approbetur inhonestè cum muliere conuersari: tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones de clero eum amoueat, curiæ ciuitatis cuius clericus erat, tradẽdo. Episcopum vero nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc custodiens, episcopatu proiiciatur. ipse enim se ostendit indignum sacerdotio.

CAP. XXX. De diaconissis.

DIACONISSAM vero nullo modo cũ viro ex quo potest inhonestæ vitæ emergere suspicio, habitare permittimus. [i] Si vero † hæc non obseruet: sacerdos sub quo subiacet, admoneat eam, vt omnibus modis talem virum eiiciat è sua domo. si vero hoc distulerit agere, ecclesiastico ministerio & propriis emolumẽtis alienata, monasterio tradatur, & ibi omni suæ vitæ tempore degat: rebus eius, si quidem filios habeat, inter se & illos secundum numerũ personarum [k] diuidendis: vt competentem ipsi mulieri partẽ monasterium accipiens, eam alat, [l] & regat. Si autem non habuerit filios, omnis eius substãtia inter monasterium vbi mittitur, & ecclesiam in qua prius erat cõstituta, æqua portione diuidatur.

CAP. XXXI. De his qui in ecclesia episcopo aut aliis clericis iniuriam inferunt.

SI quis cum sacra ministeria celebrãtur, in sanctã ecclesiam ingrediens, episcopo, aut clericis, aut ministris aliis ecclesiæ iniuriam aliquam inferat: iubemus hunc verbera sustinere, & in exilium [m] mitti. Si vero hæc sacra ministeria cõturbauerit, aut celebrari prohibuerit: capitaliter puniatur. hoc ipso & in litaniis, in quibus episcopi aut clerici reperiãtur, custodiendo. Et si quidem iniuriam solũ fecerit is, verberibus exilioque tradatur. Si vero etiam litaniam cõcusserit, capitale periculum sustinebit: & vindicare iubemus nõ solum ciuiles, sed etiam militares iudices.

CAP. XXXII. Ne laici faciant litanias sine episcopo & clericis, & crucibus.

OMNIBVS autẽ laicis interdicimus litanias † facere sine sanctis episcopis, & qui sub eis sunt reuerendissimis clericis. Qualis enim est litania in qua sacerdotes non inueniuntur, & solennes orationes faciunt? Sed & ipsas [n] honorandas [o] cruces (cum quibus & in litaniis ingrediuntur) non alibi nisi in venerabilibus locis reponi: [p] & siquando opus vocauerit ad litanias celebrandas, tunc solùm ipsas sanctas cruces accipere eos qui consuetè eas portare solent, & cum episcopo & clericis litanias celebrare: hoc custodiẽtibus

a *Quatuor siliquis.* quid est siliqua? Respõ. quidam, quarta vnciæ, hoc est. xlviij. pars assis: vt ar. ff. de an. lega. l. liberto. §. filium. Sed alij in prædicta. l. liberto. habent in litera siliquũ, nõ siliqua. Tu dic secũdũ Io. quòd est genus monetæ siliqua, quá vtuntur prouinciales: vt medalia de sancta Helena. & de hoc habetur mentio. ff. vt nul. mutu. agri. te. eius ter. §. j. colla. v. Et not. quòd hic corrigitur illa lex quæ maiores sportulas dicebat imponi: vt. C. de episco. & cleri. l. cum clericis. in fin. & alia in eo. titu. l. omnes qui. §. executoribus.

b *Vnum solidum.* & in hoc casu accipit plus, cũ princeps aliunde illuc mittat iudicem: vt hic. & argu. ff. de iudi. l. j. §. legatis. ibi, vel ī prouinciã destinati &c.

c *Contingat.* quia prima persona admonita decessit, item secunda, item tertia. Azo. Vel dic quòd omnes canonici vnius ecclesię fuerunt admoniti. Acc.

d *Œconomis.* in causa ecclesiæ defendit œconomus, vt hic: non autem in alienis vel publicis: vt. ff. eo. §. alium. qui est cõtra. Sed quid fiagit contra episcopũ nomine ecclesiæ? Respon. actorem poterit ordinare episcopus auctoritate archiepiscopi: vt facit tutor: vt instit. de cu. §. fi. nam œconomus vel syndicus ab vniuersitate tantùm instituitur: vt. ff. quod cuiusque vni. l. j. in fi. & l. item. §. pe. Qualiter autem cõtra huiusmodi personas libellus fiat, plene dixi. ff. apud quos opor. cau. di. mo. & asce. §. propterea. col. vj.

e *Reddere.* & triplum fisco: vt. ff. vt nulli iudi. §. & hæc. quę est cõtra.

f *Non habẽtibus.* id est non debentibus habere, vt omnes in sacris ordinibus cõstituti: vt ff. quomodo opor. epis. §. neque autem. & ff. de nup. §. sed & si quis.

g *Superinductã.* vt occasio delinquendi non præbeatur: vt instit. vi bo. rap. §. sed ne dũ. & ff. C. eo l. eum.

h *Eam.* etiam matrẽ.

i *Permittimus.* hæc eadẽ habes. ff. quomodo oportet episc. §. quanta.

k *Secundum numerum personarum.* quod leges virilem appellãt: vt. C. de ca. tol. §. sin autem legatarij. & ff. de leg. præ. l. virilis. in princ. Accursius.

l *Alat & regat.* & pro id est.

m *In exilium.* hic aut° pro & accipitur: vt in nouel. eo. tit. & C. de verb. sig. l. cum quidã. Al. Alij habent in litera, &. & tunc est plana. & fa. ad hũc. §. C. eo. l. si quis in hoc. & C. de iis qui ad eccle. confu. l. denunciamus.

n *Ipsas.* aliàs quas.

o *Honorandas.* cruces interdicimus non alibi reponi, nisi &c. cũ crucibus & cũ litaniis sacra ingrediuntur. vel subaudi, portant: & erit plana. & dic cum quibus scilicet crucib[9] ingrediuntur sacerdotes.

Cruces vbi reponi deẽbeant.

p *Reponi.* vt in sacristia. Accursius.

† *Facit ad hũc. §. c. 2. iuncta glo. vlt. in fi. extra de conuer. coniug.*

† *Litanias vertit Haloander publicas supplicationes.*

BIU Cujas

tibus sanctissimis locorum episcopis, aut etiam eorum clericis; & per loca iudicib⁹. Si quis autem in hoc capitulo, præsentis nostræ legis virtutem aut transcenderit, aut non vindicauerit: prædictas pœnas patietur, monasteriorum & reuerẽdissimorum monachorũ dispositione.

CAPVT XXXIII.

RELIQVVM nobis est & de venerabilibus monasteriis & reuerẽdissimis monachis formã dare. Illud igitur ante cętera dicendum &c.

Transcribitur hic in Græco totũ primũ caput Nouellæ quintæ. ℣. Contius.

CAPVT XXXIIII.

Vt abbas nõ tam antiquitate quàm bona existimatione censendus sit & eligendus.

Idem cautũ extat in regula Sancti Benedicti. c. 64. Contius.

Abbas eligendus est non secundum gradum, sed meritis & virtute: & idem in abbatissa est seruandum. Bartolus.

IVBEMVS igitur[a] abbatẽ aut archimandritã in vnoquoq; monasterio ordinari, nõ omnino secundũ gradum monachorum, sed† omnes[b] monachi melioris opinionis existentes eum eligant propositis sacrosanctis euangeliis: dicentes quia neque propter amicitiã, aut aliam quãlibet causam, sed sciẽtes eum & fide rectum, †& vita castum, & gubernatione dignũ, & qui possit monachorum disciplinam, & omnem monasterij statũ vtiliter custodire, eum elegerũt: [c] & sanctissimũ episcopũ sub quo monasteriũ cõstitutum est, eum qui ita electus est, modis omnibus abbatem ordinare. [d] Hæc autẽ omnia quæ à nobis disposita sunt pro ordinatione abbatũ, valere præcipimus & in venerabilibus fœminarum monasteriis & ascetériis[e].

CAP. XXXV. De monachis nõ statim vestiendis.

Cõuenit cap. 2. supra Nouell. 5.

Ignoto ad monasterium aspiranti monasticum schema nisi post triennium nõ detur, intra quod tempus probanti eum suum esse redditur cũ rebus asportatis. notus vero incõtinenti potest monachus ordinari. Debent insuper vna monachi habitare, non tamen dormire, & à mulierum procul esse consortio. Angelus.

SI quis autem ad monasticam vitam venire voluerit: iubemus, si quidẽ notus est quia nulli fortunæ subiacet, abbas monasterij si perspexerit, schema[f] ei præbeat. si vero non cognoscitur, aut cuilibet fortunæ subiacet: intra tres annos nõ accipere eum schema monasticũ: vt intra memoratũ tempus experiatur huius hominis cõuersationẽ monasterij præsul. [g] Et si intra trienniũ aliquis emerserit dicens aut seruum, aut colonum, aut adscriptitium suũ hũc esse, aut etiam tanquam fugientẽ agriculturã, aut quasi aliquid rapientem, aut propter aliquam culpam in monasterium eũ ingressum: proprio domino hunc restitui cum rebus quas probatur in monasteriũ introduxisse: iurando[h] primũ, [i] quia nihil patietur à suo domino percipiẽte. Si autẽ intra trienniũ nullus cõuenerit, aut inquietauerit, aut contra aliquã memoratarũ personarũ quęstionẽ fecerit, abbas monasterij post trãscursionem triẽnalis temporis, si talẽ virũ dignũ iudicauerit: tũc det ei schema, & nullus sit ei postea molestus, ꝓpter fortunã, donec tamẽ deget in monasterio. Res autem quas in monasteriũ introduxisse videtur, illæsæ domino reddantur. [k] Si quis autem memoratarum personarũ reliquerit monasterium, & ad secularẽ vitam transierit vitam, aut in ciuitatibus aut in agris circumiens, propriæ fortunæ [l] reddatur.

CAP. XXXVI. Vt monachi in vno conclaui habitent.

IN omnibus autem monasteriis, quę cœnobia dicuntur, iubemus secundũ canones monachos in vno habitaculo omnes separatim [m] dormire, vt mutuũ alterutris testimoniũ [n] castæ cõuersationis præbeãt: nisi quidam tamen ex eis aut propter lõgæuam in monasterio cõuersationem quietè volentes viuere, aut senectutis atque corporis infirmitatis causa in remotis cellulis intra monasteriũ constitutis degãt: & hoc cũ conscientia & volũtate abbatis fieri. Hæc omnia in monasteriis & ascetériis fœminarum seruantibus, [o] in nullo loco nostrę reipublicę esse monasteria permittimus aliter. [p] Vbi autem monasteriũ inuenitur, omnibus modis iubemus viros à fœminis separari, & fœminas [q] quidẽ in quo sunt monasterio remanere: viros autẽ aliud monasteriũ sibimet facere. Si vero plura sunt monasteria, vt necesse nõ sit noua monasteria ædificare: locorũ sanctissimus episcopus monachos cũ monachis, & fœminas cũ fœminis separare, & in aliis monasteriis cõgregare procuret. quæcunq; vero habẽtur cõmunia, inter eos secundũ cõpetens eis ius diuidere. [r] Fœminis autẽ quẽcũq; ipsæ elegerint, siue presbyterũ, siue diaconũ, ad faciendũ eis responsum, aut sanctam eis cõmunionẽ portandã: sanctissimus episcopus sub quo sunt, deputet, quẽ rectę fidei, & vitæ bonæ esse cognouerit. Si vero qui ab eis electus est, non sit presbyter aut diaconus, dignũ tamen tũ huiusmodi ministerio episcopus iudicauerit: ordinationẽ ei imponat, [s] q dignus esse videbitur vt respõsa (sicut dictũ est) monasteriis distribuat: ita tamẽ, vt necessario sic electus ad respõsa fœminarũ in monasterio [t] maneat.

CAP. XXXVII. Conditionem nuptiarũ vel liberorum non extare si quis monasterium ingrediatur.

Si rogatus de restituendo, nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, aut ingrediatur monasterium: deficit fideicommissum: nisi alteri eo venerabili debeat restitui. Angel.

SED & hoc [u] †præsenti addimus sanctioni: si forte quis

a *Iubemus igitur.* quia fecit modo proxi. de monachis mentionem: igitur de eis incipit: & prosequitur vsque in finem constitutionis.

b *Sed omnes.* huic. §. concordat. ℣. de defen. ciui. §. decreto. col. ij. & C. de offic. ma. off. l. j. & de offi. præ. vr. l. fi. Ac.

c *Elegerunt.* & sic monachi hodie eligunt, vt hic. olim episcopus. sed corrigitur: vt supra de mona. §. ordinationem. col. j.

d *Ordinare.* id est cõsecrare & confirmare, vt in nouellis. Accur.

e *Ascetériis.* genera sunt locorum religiosorum.

f *Schema.* id est ordinem monachalem, scilicet cucullam & scapularium: & etiam incontinenti professionem faciat.

g *Præsul.* id est abbas. & concor. huic. l. ℣. de mona. §. sancimus. & §. inter. & §. si vero. Ac.

h *Iurando.* simile iuramentum præstat dominus quando seruum ad ecclesiam fugiẽtem recuperat: vt. C. de iis qui ad eccle. confu. l. præsenti. in fi.

† *Concor. c. in causis. circa princ. cũ glo. 1. extra de elec.*

i *Primum.* scilicet est præstãdum à domino: quia &c. Accursius.

k *Domino reddantur.* nam nõ debet in rebus quis cum aliena iactura lucrari: vt. ff. de cõdic. inde. l. nam hoc natura. & sic not. quòd tenet principale, non tamen tenet accessorium. Accursius.

Lucrari nõ debet quis cum aliena iactura.

l *Fortuna.* id est domino suo: vt. ℣. co. §. si seruus.

† *Facit ad hoc glo. sup verb. eligẽdi. in ca. cũ dilectus. extra de consue.*

m *Separatim.* id est nõ simul: sed quilibet in sua statura, siue cubili, vna domo tamẽ: vt hic, & supra de mona. §. cogitandum.

n *Testimonium.* hic sume ar. quòd possit esse testis monachus, & dic vt dixi supra de mona. §. cogitandum.

Monachus potest testificari.

o *Seruantibus.* scilicet abbatibus.

p *Aliter.* quàm supra diximus.

q *Fœminas.* No. quòd defertur mulieri. Item not. hic quòd collegiũ reprobatur, licet alia causa religionis facta valeant: vt. ff. de col. illic. l. j. §. sed &. Item res eorũ mares debẽt portare: vt. ff. de colle. illi. l. j. in fi. &. j. proxi.

r *Diuidere.* Nota. sic ff. de col. illi. l. j. §. fina.

s *Imponat.* Nota quòd etiam laicũ possunt eligere istæ fœminæ, sicut episcopum: vt. ℣. co. titu. j. col.

t *In monasterio.* id est in claustro.

u *Sed & hoc.* duo dicit hic. §. primum, si dedi mulieri. x. pro dote, vel viro alicui pro dona. propter nu. vel nulla adiecta tali causa dedi clerico sub tali conditione si contraheret matrimoniũ, vel si haberet liberos, quòd tũc

haberet demum: hoc casu si monasterium intret, vel clericus seculo renunciet, impleta est cõditio: vnde perinde habetur, ac si filios haberet, vel matrimonium contraheret: & tũc haberetur ac si nulla fuisset apposita cõditio: sed pure esset relictum. & hoc dicit litera inualidas esse conditiones. nã hæc duo sunt paria, obligationem esse purã, vel esse cõditionalẽ, dummodo conditio iã extiterit: vt. ff. de cõdic. indo. l. sufficit. sed cũ pure dedi vel reliqui tibi causa dotis vel dona. propter nup. si liberos nõ haberes, vel matrimoniũ non contraheres, rogaui vt restituas alij: certe si ecclesiã intres, videris liberos habere: & ideo fideicommissarius nil expectet, ac si nõ esset aliquid appositum de restituẽdo: nisi fideicom. sit relictũ ad pias causas: quo casu etiã expectat, & nõ habetur monasteriũ pro filio. Ité nota ex hoc. §. quòd ecclesia loco filij habetur: quod valet ad multa. & ideo quidã intelligunt hoc tantũ his duobus casibus, si liberos haberes, vel matrimoniũ contraheres: nõ aliàs. Alij vbique dicũt pro filio haberi: quia si inueniat se nõ instituisse, rumpit testamentum: vt plene dices infra. §. proxi.

quis sub cõditione nuptiarum, siue liberorum, [a] siue dotis causa, siue antenuptialis donationis donauerit siue reliquerit suis liberis, siue alij cuicunque personæ hæreditatem, siue legatum, aut ab initio purè relinquẽs eis, oneret eos substitutione, aut restitutione, aut sub vna prędictarum conditionũ reliquerit, vel donauerit, substitutiones vero vel restitutiones eis fecerit adiectis conditionibus quibuscũque [b] ex iis quæ superius enumeratæ sunt: sancimus, si personæ talibus conditionibus subiectæ, siue masculi, siue fœminę, monasteria ingrediãtur, aut clerici [c] aut diaconissæ aut ascetriæ fiant: tales conditiones inualidas, & pro non scriptis [d] esse. Hoc autem solatio & clerici & diaconissæ ecclesiarũ fruantur, si vsque ad suam vitã in his perseuerauerint, vt res sub tali cõditione donatas aut relictas, ad pia opera expendant, aut relinquant. In personis enim quæ in monasterium vel ascæterium ingrediuntur, & relinquunt huiusmodi conuersationem castã: monasterio aut ascæterio vbi à principio ingrediuntur, res sub tali conditione donatas aut relictas, cum alia eorum substantia competere volumus. [e] Si tamen † in redemptionẽ captiuorum, aut egentium alimenta sub prædictis conditionibus sustitutio aut restitutio fiat: ex nullo memoratorũ modo eam excludi permittimus.

CAP. XXXVIII. Vt qui monasteria ingrediuntur, se suáque dedicent monasterio.

Si qua intrauerit monasteriũ animo ibi manendi, & se & sua monasterio dedisset: licet tamen ei post ingressum bona sua liberis partiri. Angel.

SI qua mulier, † aut vir monasticam elegerit vitam, & intrauerit monasterium: [f] filiis nõ extãtibus, monasterio quod ingreditur, res eius competere iubemus. Si vero talis persona filios habeat, & nõ antequam intret monasterium, de suis rebus fecerit dispositionem, & legitimã partem filiis deputauerit: [g] etiam sic liceat ei postquã monasterium ingreditur, suam facultatem in proprios [h] diuidere filios: ita tamen, vt nulli filiorum suorum minuat legitimam partem. quam vero non dederit filiis partem, monasterio cõpetat. Si vero omnem substantiam inter filios diuidere voluerit: propria sua persona [i] filiis non tamẽ distribuit filius inter eos secũdum eum. Tu dic quòd nihil habẽt parentes: quia monasteriũ est pro filio: vt. §. proxi. §. ergo superiores excludũtur. nec ob. §. eo. §. presbyteros. quia ibi in secularibus dicit. Item nec illa. §. vt nulli iud. quia ibi inuite intrauit: hic sponte. vel corrigitur per istam.

g *Deputauerit.* repete, non. Accursius.

h *In proprios.* Quæritur an hæc dispositio sit testamentum: quod † *Iste. §. si.* prodest quærere, si de actione vel numero testium quæratur. Dicit P. quòd non: quia arbiter & iudex diuidit, nõ testatur: quia nõ est dominus, qui sic distribuit: vt. ff. de iu. codi. l. conficiuntur. §. si post testamentum. sed Azo non curat de nomine, dũ teneat de quo agitur: vt. C. de consti. pe. l. ij. §. fi. & sic sit qcquid vis, vt sit etiã testamentum. sed certe & non dominus testatur secundũ eum: vt. C. de secũ. nup. l. fœminæ. in fi. & insti. de pupil. substi. §. non solum. & potuit hæc lex etiam seruo concedere ius faciõdi testamẽtum. nec obstat huic sententiæ si dicamus iure testamẽti valere, quod dicitur. §. de mona. §. illud. collat. j. quia illa per hãc corrigitur hoc casu. Si velles tenere opi. P. dicas quòd lex illa, fœminæ. non obstat: quia ibi mater domina est, licet habeat necesse filios instituere. Ité nec illa pupil. substi. quia ibi est speciale, quia filius sibi non poterat testari: vt. §. eo. §. j. sed secundum Azo. qui dicit esse testamentũ, qua actione agetur cõtra monasterium, quia forte omnes res tenet? Respon. condic. ex hac lege: vt. ff. de condic. ex leg. l. j. Sed quid si filios non habeat, & fecit testamentum instituendo extraneos, certam partem assignando ecclesiæ antequam intret: nunquid ecclesia totum habebit? Videtur quòd sic ex hac. l. sed cõtra est: nam cum ecclesia pro filio habeatur, vt dictum est: & nasciturus filius instituus nõ rũperet testamẽtum: vt. ff. de libe. & posthu. l. filius. §. fina. ergo nec ecclesia. sed si nihil ecclesiæ dedisset, totum rumperet, ad instar posthumi qui rumpit, si se præteritum inueniat: vt. C. de bo. pos. contra ta. l. j. Item opponitur, quia videtur quòd totum debeat filiis dimittere præter quaternas vncias: vt. §. vt nulli iudi. §. quia vero. quæ est contra. Sed ibi inuita intrauit: hic sponte.

i *Persona.* vt tantum sibi retineat quantum habet necesse dare vnicuique filiorum secundum Io. Alij sic: id est, retineat sibi tantum quantũ alicui filiorũ dat cui plus dat. Tu potes dicere quòd virilem sibi assumat partẽ: vt arg. §. eo. §. diaconissam vero. Sed an filij possunt compellere patrem viuentem vt distribuat? Videtur quòd nõ: vt arg. j. proxi. respõ. &. §. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero ex cõsensu. &. C. de dona. inter virum & vxo. l. res. puto tamen vt saltem subueniatur filiis quantũ ad alimenta, non vt partem habeãt, nisi eo naturaliter mortuo. Vel si velis dicere quòd petatur statim post ingressum hæc portio, est arg. quod dicitur quòd ingressus pro mortuo reputatur: vt. C. de episco. & cleri. l. deo nobis. in fin. ij. respon. &. §. vt nulli iud. §. si vero prædictum tempus. Accursius.

Ingress^us^ mo nasterii pro mortuo habetur.

Connumerata.

---

a *Liberorum.* super his duobus ponitur conditio: sed quod subiicit, sine dotis &c. causam dandi ponit, nõ condi. Quid ergo si aliã causam dicat donandi, puta vt emas seruum? Respon. non facio vim: vt ff. de do. l. ij. in fine. &. l. seq. hoc ideo de his dixit, quia talia conueniunt in matrimonio de quibus hic dicit.

b *Conditionibus quibuscunque.* sic loquitur, ac si plures posuisset. sed certe nõ posuit nisi duas, scilicet matrimonium, vel si liberos haberet. rogauit ergo hic restituere, si liberos non haberet, vel matrimonium non contraheret. videtur enim cõtraxisse, & liberos habuisse, si monasterium intret. & facit ad hoc. ff. ad Tertul. l. ij. §. liberi. ponuntur ergo hæc verba si fecerit, cum cõditionibus adiectis quibuscunque, pro singulari conditione quacunque ex iis quæ superius numeratæ sunt.

c *Clerici.* etiam seculares: aliàs frustra diceret statim quòd debeat reseruare ad pias causas: cum si de monachis tantum loqueretur, ipso ingressu se & sua dedicant deo: neque vlterius eis adme ministratio relinquitur: vt supra de mo. §. illud. Si tamẽ velis tandeo tum de monachis intelligere, dices hic monasteria ingredi, scilicet vt conuersi sint, vel clerici fiant scilicet monachi. & quod sequitur de rebus, dicas quòd licet habeãt de facto administrationem & vsum rerũ, nõ tamen est de iure: nec abbas tenetur eis dimittere si non vult. Item pro hoc quod hic tractat tantũ de monasteriis. Item quia fauore ecclesiarum non hominum hoc singitur. si autem esset secularis clericus, posset dimittere cui vellet, vt §. eo. §. presbyteros.

d *Pro non scriptis.* Primo casu est inualida conditio. Secundo est inualida tota restitutio sub conditione facienda, & sic per consequens ipsa conditio. Accursius.

e *Voluimus.* hoc concordat. §. de mona. §. si quis autem. &. §. si vero relinquens. Accursius.

f *Intrauerit monasterium.* Quid si causa orandi? Respon. non habet locum quod hic dicit, nisi quãdo abrenunciauit seculo. vnde non facio vim si intret vt monachus vel conuersus, dũmodo renunciet: vt. §. de mo. §. si autẽ nihil. Item quid si capellam intret? Respon. non habet locum quod hic dicit, nec si plebem: quia tales propria possunt retinere: vt. §. eo. §. presbyteros. Item quid si de rebus nihil dixit? Respon. tacite sequuntur: vt. §. de mo. §. illud. Item si nõ habet liberos, habet tamen parentes: quid tũc? Respõ. P. idem, arg. §. eo. §. presbyteros. &. §. vt nulli iudi. §. adulteram.

† *Concor. c. i præsentia. in vlti. glo. post pri. ibi, si autẽ roga tus est. extra de probatio.*

† *Iste. §. si. tuatur pro auth. sup. l. generali le. ge. C. de sater. cro. san. ecclc. & inci. pit, si qua mulier. & di. l. conficiuntur. §. si est canoni. 2ata. 19. q. 3. c. si qua mulier.*

BIU Cujas

connumerata, [a] vnam sibi partem omnibus modis retineat, quæ debeat iuri monasterij cõpetere. Si vero in monasterio degens moriatur antequam inter filios suos proprias distribuat res, legitimam partem filij percipiant reliqua vero substãtiæ pars monasterio competat.

CAP. XXXIX. Vt solutis spõsalibus per monasterij ingressum simplæ tantùm arræ reddantur.

Sponsus monasterium intrans recipit arras quas dedit si matrimonium non contraheret: & mulier quas accepit, restituit simplices, non autem duplicatas. Angel.

SPONSALIBVS quoque secundum leges factis inter aliquos, siue sponsus [b] monasterium ingrediatur, recipiat quæ pro spõsalibus arrarum nomine sunt data: siue sponsa monasticam vitam elegerit, illa solũmodo reddat quæ similiter arrarum nomine accepit: pœna vtrique parti concedenda. [c]

CAP. XL. Si vir aut vxor ingrediatur monasterium.

SI vero constante adhuc matrimonio, aut vir solus, aut vxor sola intrauerit monasteriũ, soluatur matrimonium, & citra [d] repudium, postquam tamẽ persona pergens ad monasterium schema [e] perceperit. Et si quidem vir elegerit monasticã vitam: restituat prius mulieri dotem, & si quid aliud ab ea receperit, & super hoc ex nuptiali donatione tantam partem quãta ex morte viri competebat mulieri secundum pactum dotalibus instrumentis insertum. Si vero mulier fuerit monasterium ingressa, simili modo retineat vir nuptialem donationẽ, & casum dotis ex morte mulieris placitum: [f] reliquũ vero dotis mulieri restitui præcipimus, & si quid aliud ex rebus mulieris apud eum inueniatur. Ambobus autem monasticam vitam eligentibus, iubemus vacãtibus dotalibus placitis, virum retinere donationem antenuptialem, & mulierem propriam accipere dotem, & quicquid aliud viro dedisse probetur: vt vnusquisque citra damnum suis fruatur rebus: nisi fortè sponsus sponsæ, aut sponsa sponso, aut maritus vxori, aut vxor marito aliquid donare aut cedere [g] voluerit: quoniam neque ex pactis nuptialibus viro aut mulieri lucrati aliquid cõceditur.

CAP. XLI. Ne liceat parentibus exhæredare filios qui ingrediũtur monasteria, velut ingratos.

Parentibus filium vel filios qui monasterium ingrediuntur, velut ingratos ab eorum hæreditate excludere non licet. Item parentibus non licet filios de monasterio extrahere. Bartolus.

NVLLAM vero licẽtiam damus aut parentibus filios, [h] aut filiis parentes secularem vitam sectantes, [i] & relinquentes, velut ingratos [k] à sua excludere hæreditate, monasterium aut monasticam vitam subsecutos. Interdicimus autem parentibus filios suos monasticam vitam eligentes, ex venerabilibus monasteriis abstrahere.

CAP. XLII. De monacho monasterium deserente.

Monachus qui monasterium reliquit, militiæ honore spoliatus, in aliud per episcopum detruditur monasterium: & quod post eius ingressum quæsiuit, monasterio applicatur. Angel.

SI monachus reliquerit suũ monasterium, & in aliud ingrediatur: quascunque res tempore quo monasterium dereliquerit, habere videbitur: proprio monasterio in quod ab initio ingressus est, eas competere [l] iubemus. Prouidere autem sanctissimos locorum episcopos, vt neque monachi neque monachæ circumeant ciuitates, sed si quod necessarium responsum [m] habuerint, per proprios responsarios hoc agant, [n] in suis manentes monasteriis. Si monachus reliquerit monasterium, & ad secularem vitam migrauerit: hunc militia, [o] & honore si quem habet, prius spoliatum, ab episcopo locorum & prouinciæ iudice in monasteriũ [p] mitti, & res quas postea habuisse probatus fuerit, monasterio in quod mittitur, cõpetere. Si vero rursus reliquerit monasterium: tunc eum iudex prouinciæ in qua inuentus fuerit, teneat, & subdito sibi officio commoneat.

CAP. XLIII. De raptoribus sanctimonialium.

Raptores monialium, & similium participes, capitali pœna, & bonorum amissione plectuntur: bonis raptoris, & aliorum criminis participum applicandis ecclesiæ, annali præscriptione contra ecclesiam currente. Bar.

SI quis rapuerit, aut solicitauerit, aut corruperit ascetriam, aut diaconissam, aut monastriam, aut quãlibet aliam fœminam venerabilem habitum habentẽ, huius res ex talis sceleris participio iubemus venerabili loco in quo talis fœmina habitat, per locorũ sanctissimos episcopos & œconomos eorũ, necnon etiã cuiuslibet prouinciæ iudices & eorum officia vindicari. Eos autem qui talia deliquerint, & participes [q] eorum sceleris fuerint, capitale periculum sustinere: talem vero mulierem vbicũque est, cum propriis rebus in monasterio recondi, in quo cautius † custodiri possit, vt non rursus in eodem crimine reperiatur. Si vero diaconissa fuerit, & filios habuerit [r] legitimos: legitimam

a *Connumerata*. facit ff. de colla. bo. l. j. §. portiones.

b *Siue sponsus*. si per verba de futuro dedit arras.

c *Cõcedenda*. id est remittenda. & cõcor. C. eo. l. fin. in prin.

d *Citra*. Sed olim necessarium erat: vt. ẽ. de nup. §. per occasionem.

e *Schema*. id est cucullam, vt dicunt: vel figuram siue formam secundum alios: sed in topicis Aristotelis exponitur p ornatu verborum & sententiarũ. Accursius.

f *Mulieris placitũ*. fingitur vere mortuus: vt hic, & C. eod. l. fin. j. & ij. respon. & sic tantum valet fictio, quantum veritas: vt. C. de iis qui veniam æta. impe. l. j. & ij. & C. de castr. pe. l. j. & fina. lib. xij. Item facit. ẽ. vt li. matri & auiæ. §. quia vero lex.

Fictio tantum valet quantum veritas.

g *Cedere*. tempore separationis.

h *Parentibus filios*. nũquid hoc casu hoc voto obligatur filiusfamilias? videtur quòd non: vt. ff. de pol. l. si quis. §. voto. quæ est contra. sed hoc est speciale: vel illud in dando intellige.

i *Sectantes*. ſ. prius, sed postea relinquentes: vt subiicit, scilicet secularem vitam.

k *Ingratos*. ob hoc q̃ intrauit monasterium: vt. C. eod. l. fin. §. hoc etiam. si aliàs sit ingratus, non efficitur ideo gratus, licet omnis macula peccati aboletur: vt supra de mona. in princip. Sed in nouellis contra. dicitur enim quòd ibi purgatur ingratitudo per ingressum. Sed nunquid cæteris agnatis vel cognatis poterit succedere? Videtur q̃ non: quia dicit quædã auth. extraordinaria quomodo oportet mo. &c. q̃ monachi non habent cognationem in terra. Sed illud intelligitur quantum ad hoc, vt nõ accedat extra ad loquẽdum cognatę vel consanguineæ suæ: quia tali colore posset illicita agere: vt. C. eo. l. deo nobis. vnde dico quòd potest succedere, & abbas per eum.

l *Competere*. hoc idem habes supra de mo. §. si quis autem. &. §. si vero relinquens. sed quid de rebus postea quæsitis? Respõ. secus est: vt j. eo. §. si monachus.

m *Responsum*. id est necessitatem vt alicui respõdeat in aliqua causa. Accursius.

n *Agant*. sed quã causam habent, cum nihil habeant? Respon. ex factis præcedentibus siue cõtractib', pro quibus vel ipsi vel abbates conueniuntur, licet per alios respondeant: vt. ẽ. apud quos oport. epi. & mo. §. præterea. col. v. & fa. ẽ. de mo. §. si vero relinquens.

o *Militia*. quam in seculo adeptus est.

p *Monasterium*. duo contraria sunt. ẽ. eo. §. sed neq;. & supra eo. §. si seruus. Prima dicit indistincte curiæ, secunda indistincte domino. sed hanc in liberis, illum. §. sed neque curialium. in seruo intellige: & sic nihil eõtradicit. Vel specialem sol. da illi. §. sed neque. vt ille secundum istam distinctionem intelligatur: vt ibi diri.

q *Et participes*. huic. §. concor. supra quomodo oport. epi. §. quanta. & C. eod. l. si quis non dicam. & l. raptores. & C. de rapto. virg. l. j. & supra de rap. mu.

r *Habuerit*. antequã esset monacha. aliàs essent spurij. Accursius.

legitimam partem [a] dari filiis. Si autem intra vnum annũ postquam cognoscitur tale facinus cõmisisse, tales res iuri venerabilium domorum non vindicẽtur: iubemus omnibus modis comitem priuatarum fisco nostro has assignare, [b] locorum iudice qui neglexerit easdẽ res vindicare, cingulo priuando, & mulctam quinque librarum auri à comite priuatarum exigendo.

CAP. XLIIII. & vltimum. Ne liceat laicis & scenitis vti monachi schemate.

OMNIBVS itaque generaliter in seculari vita conuersantibus, & maxime theatralia exercentibus viris ac mulieribus, necnõ & prostantibus [c] interdicimus vti schemate † monachi, [d] aut monastriæ, aut asceteriæ, aut cuiuscunque personæ huiusmodi imitari schema: sciẽtibus vniuersis præsumentibus aut vti tali schemate, aut imitari, aut illudere in quacunq; ecclesiastica disciplina: quia & corporalia supplicia sustinebũt, & exilio tradentur: prouidentibus huic rei non solùm locorũ episcopis, & qui sub eis sunt clericis, sed etiam militaribus ciuilibúsque iudicibus, & quę sub eis sunt officiis, & locorũ defensoribus. [e] Pœnas autem præsenti legi insertas, quæ etiam ex prioribus legibus sunt notæ, non solùm in futuris, sed etiã in præcedentibus [f] casibus seu relictis valere, & omnibus modis vindicari † sancimus. [g] Per præsentem enim legem nuper dispositas videlicet pœnas in solis futuris tẽporibus seruari iubemus. Tua igitur gloria, quæ per præsentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, per omnia custodiri prouideat. D. K. Maij. Constantinop. Iust. PP. Aug. Basilio. V. C. Cons. missa Petro præfecto prætorio.

Desunt hic permultæ Nouellæ, quas sequens collatio ordine complectitur.

a *Partẽ.* de bonis diaconissæ matris.

b *Assignare.* currit ergo annalis præscriptio ecclesiæ in hæreditatis petitione, vel condi. ex lege, sicut & ĩ simili casu: vt. ĩ. vt cũ de ap. cog. l. si quis de prædictis. sed regulariter currit præscrip. xl. an. vt. ĩ. de eccle. titu. §. pro tẽporalibus. quę est contra. sed hic sunt specialia.

c *Necnon & prostantibus.* id est quasi prostituentibus seipsos: nec curant de sua fama: sicut nec meretrices. Accursius.

d *Monachi.* Nota reprobari, si quis alterius veste in eius cõtemptũ vtatur: vt hic, & C. de episco. audi. l. minime. adeo vt iniuriarum teneatur: vt instit. de iniur. §. j. & capitaliter punitur, vt hic dicitur.

e *Defensoribus.* repete semper, prouidentibus.

f *Etiam in præcedentibus.* aliàs in præsentibus &c.

g *Sancimus.* hic dicit quòd pœnæ quæ ante legem istã fuerunt impositæ circa casus huius constitutionis, valẽt etiam ante hanc legem: sed quæ impositæ per hanc sunt, non valent nisi in futuro: vt. C. de legi. & consti. l. leges. Accursius.

† *indicari.*

BIU Cujas

BIU Cujas

NOVELLARVM CONSTITUTIONUM DN. Iustiniani perpetuò A. quæ IN SVPERIORIBVS NOVEM COLlationibus variis locis desiderantur,

COLLATIO DECIMA.

Nouella ordine xi. Ὡστε τὰς πόλεις τὰς τοῦ βιμινάκιου γενομένας ὑπὸ Ῥωμαίοις πόλεις, ὑπὸ ἰδιικὸν ἀρχιεπίσκοπον εἶναι, μὴ μὴν ὑπὸ τὴν Θεσσαλονίκης. *vt in Scrimgeriana editione notatur: quam in vetusto libro manuscripto sic reperi latinè redditam:*

DE PRIVILEGIIS ARCHIEPISCOpi Iustinianæ primæ,* & sede P P. Illyrico in Pānoniam secundam. i. Iustinianam primam transferenda.

Imp. Iustinianus A. * Archiepiscopo Iustinianæ primæ.

MVltis & variis modis nostram patriam augere cupientes, in qua primò deus præstitit nobis ad hunc mundū quem ipse cōdidit, venire, & circa sacerdotalem censurā volumus eam maximis incrementis ampliare, vt primæ Iustinianæ patriæ nostræ propter hoc sacrosanctus antistes non solum metropolitanus sed etiam archiepiscopus fiat: & cæteræ prouinciæ sub eius sint authoritate, id est tā ipsa mediterranea [a] Dacia, quàm Dacia Ripensis: [b] necnon Mysia [c] secunda, & Dardania, & Prævalitana prouincia, & secunda Macedonia [d], & pars secundæ etiam Pannoniæ [e], quæ in Baccensi [f] est ciuitate. Cum enim in antiquis temporibus Firma [g] præfectura fuerit constituta, ibique omne fuerit Illyrici fastigiū tam in ciuilibus quàm in episcopalibus causis, postea autem Attiliani temporibus eiusdem locis deuastatis Apennius præfectus prætorio de Fermatana ciuitate in Thessalonicam profugus venerat, tunc ipsam præfecturam & sacerdotalis honor secutus est, & Thessalonicensis etiam episcopus, non sua auctoritate, sed sub vmbra præfecturæ meruit aliquam prærogatiuam. Cum igitur in præsenti Deo auctore ita nostra Respub. aucta est, vt vtraque ripa Danubij iam nostris ciuitatibus frequentaretur, & limina nunquam recidua & literata quę trans Danubiū sunt, nostræ dubium iterum ditioni subiecta sint, necessarium duximus ipsam gloriosissimam præfecturam in Pannonia in nostra fœliciſsima patria collocare, cum nihil quidem magni distet à Dacia Mediterranea, secunda Pannonia. Et quia homines semper bellicis sudoribus inhærentes non erat vtile Reipub. ad primam Macedoniam post tot spacia tantásque etiam difficultates venire idoneè, necessarium nobis visum est ipsam præfecturam ad superiores partes trahere, vt iuxta eā prouinciæ cōstitutæ facilius sentiāt illius me-

A dicinam. Et ideo tua beatitudo & omnes præfatæ primæ Iustinianæ sacrosācti antistites archiepiscopi habeant prærogatiuam & omnem licentiam suam auctoritatem eis impertiri, & eos ordinare, & in omnibus supra scriptis prouinciis primum habere primam dignitatem: summū sacerdotium, summum fastigium ascendere: & te solum archiepiscopum habeant, nulla communione ad eum Thessalonicensi episcopo seruanda: sed tam ipse & omnes primæ Iustinianæ antistites, siue eius iudices & disceptatores, quicquid oriatur inter eos discrimen, ipsi hoc dirimant, & finem eis imponant, & eos ordinent: & nec ad alium quendam eatur, sed suum agnoscāt Archiepiscopum omnes prædictæ prouinciæ, & eius sentiant creationem, & vel per se vel per suā auctoritatē vel clericos mittēdos habeat omnem potestatē, omnemque sacerdotalem censurā, & curationis licentiā. Sed & in Aquis,
B quæ est prouinciæ Daciæ Ripensis, ordinari volumus à tua sanctitate episcopū, vt non in posterū sub Meridiano† Thracię oppido episcopo sit cōstituta, sed Meridianus quidem maneat in medio, nulla cōmunione cum Aquis seruanda. Aquensis autē episcopus habeat præfatam ciuitatem, & omnia eius castella & territoria & ecclesias, vt possit iam eorum scelus ex ea ciuitate & terra repellere, & in orthodoxam fidem transformare. Vt igitur sciat beatitudo tua nostri numinis dispositionem, ideo præsentem legem ad tuam venerabilem sedem transmisimus, vt in perpetuum tale beneficium habeat patriæ nostræ ecclesia in Dei omnipotentis gloriam, & nostri numinis sempiternam recordationem. Quando autem tuæ recordationis sedis gubernatorē ab hac luce decedere cōtigerit, P P. archiepiscoporum eius à venerabili suo auxilio metropolitanos ordinari sancimus, quemadmodum decet archiepiscopum omnibus honoratum ecclesiis prouehi, nulla penitus Thessalonicensi episcopo nec ad hoc communione seruanda. Beatitudo
C igitur tua, quæ nostra sanxerit æternitas, modis omnibus ad effectum perducere non differat.

† μεσημβρίας πόλεως à *Iustiniano reparatæ et munitæ meminit Procopius li. 4. de ædificiis. Iustin.*

EX PROCOPIO DE PATRIA Iustiniani.

PRocopius περὶ τῶν τοῦ ἰουστινιανοῦ κτισμάτων λόγῳ τετάρτῳ, in quo de ędificiis à Iustiniano in Europa positis, & maxime circa Istrū fluuiū, disserit, ait hoc Iustiniano fuisse factu necessariū propter Hunnos, Gothos, Tauromatas, siue in Taurica habitantes, & Scythia & Sclauonia, & Sauromatas, & si quod est aliud ferū hominū genus. Deinde ait operæpretium esse à Iustiniani patria incipere. Verba autē Procopij ad hāc rem facientia ita transtulit Ioannes Langus interpres Nicephori ad finem 17. libri eiusdē Nicephori.

Apud Dardanos Europęos qui Epidamni fines accolunt, regio Taurēsia dicta fuit, Iustiniani (qui or-

† *Thracica diœcesi sit sub Pr. Prætor. Orientis.* a *Macedonia salutaris partim Macedoniæ, partim Daciæ adscribitur: vt est in notitia imperii Orientis.* b *Dacia quòdam Iustiniano imperante episcopalis, vt & hodie. Iohan. Auentinus.* c *Mysia post eum Lazius lib. 12. comē. in Rhætia. 2.* d *Pānonia superior olim, nūc Pannonia inferior, Vngaria dicitur.* e *Pānonia superior olim, nūc Pannonia inferior, Vngaria dicitur.* f *Nunc Vaia dicitur super Danubium, sic fortè olim Baccensis dicebatur.* g *Firma. videtur legendum Sirmium. in actis Concilij Aquileiensis habiti sub Gratiano imperatore.* * *episcopus dicitur Illyrici non nisi ciuitas est Sirmiensis. ego igitur episcopus illius ciuitatis sum qui nō confitetur, &c. anathema dico. De hac verò metropoli Pannoniæ lacutas Lazius lib. 12. cōmen. ordinis Reip. Rom.*

BIU Cujas

bem terræ exornauit) patria. locum eum breui muro circũdedit, in quadranguli formã structura redacta: atque in angulo quoque turri vna excitata, τετραπυργίαν, hoc est quatuor turres habentem effecit: & ita nominari curauit. Ad hanc, vrbem præclarissimam condidit, quam Iustinianam primã vocauit, nutricia hæc præmia altrici suæ tribuens. ibi verò & aquæductum, vt ciuitas lymphis affatim abũdaret, fieri fecit. Addidit alia insuper egregia opera, Dei tẽpla plurima, Domicilia principũ virorũ magnifica, porticus amplas, iudicũ curias pulchras, fontes, plateas, vicos, balnea, rerum venalium fora. Vrbs ipsa ingẽs & populosa, & tractus eius totius metropolis, vt quę Illyrici vniuersi Archiepiscopum sit sortita, cuique oppida eius gẽtis reliqua omnia pro magnitudine sua debitum exhibuerint honorem. Et auxit illa imperatori ei gloriam, quæ alumno tanto celebretur. Atque ipse ambitione & liberalitate quadam illi qui eam ædificiis ita excoluerit, gratiam referre contendit. Erat præterea in Dardania oppidum vetus Vlpianum nomine. Huius mœnia, quòd nulli vsui essent, demolitus, ad eam qua nunc id spectatur, pulchritudinem perduxit. Vrbem hanc, secundam Iustinianam appellauit. Non longe ab hac vrbem quoque aliam, quæ nulla antea fuerat, condidit, quam de auunculi nomine Iustinopolin vocauit. Nicephorus lib. 17. cap. 28. ad finem, sic descripsit patriam Iustiniani Achrido. Porro (inquit) Achrido vrbs est in excelso tumulo cõstructa prope lacum maximũ, qui Lychnedus nominatur. Antiquitus autẽ Dassarites vocatus est. in eo maxima vis piscium capitur. Drinus vero fluuius se inde quoque prouoluit, septentrionem versus fluens. Ex cultioribus enim quę ad Deabolim sunt partibus manans, & quem diximus lacum secans, & quasi Alpheus quidam pelagus scindẽs, atque ad Arethusam fontem sensim marinis aquis innatando contendens, circa Boreale latus inde profluit, & ad paludis finem eis quæ ab incolis Strudæ dicuntur, inuentis, eísque ipsis sibi coniunctis, maximus euadit fluuius. Deinde se ad occidentem inclinans, in Orinum se effundit, circa castellum Helissum nomine, quod totius Bulgariæ antiquitus metropolis fuit. In eo etiam olim sedes regia Bulgarorum constituta fuerat. Verùm hæc hactenus. Agathias verò li. 5. de bello Gotthorum pag. 507. ait patriã Iustiniani fuisse vetustã sedem Illyrici, eam Boderinam vetusto nomine, postea Iustinianã dictã: ex ea ortum Iustinianum, ei nomen suum indidisse.

DE PLEBEIIS PRAETORIBVS.
Constitutio XIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Constantinopolitanis.

CLarissimorum vigiliæ præfectorum nomen, cum & dignitate plenum, & veteribus Romanis notissimũ exstiterit, haud scimus quomodo ad diuersam appellationem simul & ordinem trãsierit. Quos enim patria nostra lingua Præfectos vigilũ vocauit, quodammodo illis imperium in eos iniungens, qui vigilias agerent, & nihil inexploratum relinquerent, eos Græcorum lingua (nescimus vnde) noctium Præfectos nuncupauit, quasi necessarium sit, sole quidem (vt licet coniicere) occidente magistratum exsurgere: rursum verò oriente eo, quieti se tradere. Quid enim causæ fuit, quamobrem noctium nomen apposuit? Si enim propterea hãc appellationem obtinet, quia solus hic magistratus eorum curam habet, quæ per noctẽ perperam admittuntur, & quia noctu per vrbem oberrat: atqui idem hoc facere cernimus & præfecturam vrbicariam: vt nihil obstare possit, cur nõ (quantum ad hanc appellationem) hũc etiam magistratum hoc nomine vocemus. Si autem officia diuidi possunt, vt glorioſissimi quidem almæ huius vrbis præfectus interdiu magistratum gerat, illi autem alteri noctu, vehementer à vero aberrarunt, quicunque nominis rectitudinẽ corruperunt. Inde, cum ea appellatio adeo caliginosa, tenebricosa, & eiusdem cum nocte nominis sit, merito hanc omnes refugiunt, & cum eligũtur, pœnam inferri arbitrantur, neque imperialibus dignam esse codicillis rentur. Nos igitur re ipsa, vti se habet, altius perspecta, hunc magistratum, sumpto ab appellatione principio, deintegro resuscitandum exornandumque existimauimus, vt nemo deinceps noctium præfectus nuncupetur. curabunt enim quæcunq; vel interdiu vel noctu iniustè perpetrãtur.

Quoniam vero prętoris nomen veteribus Romanis mirum in modũ placuit, propterea putauimus & eos qui tuendæ quieti & disciplinæ publicæ præsint, quique inter populares ortam perturbationem cohibere valeant, ita nominãdos esse. Et quemadmodum ex senatorio ordine alij sunt prætores, qui libertatibus, alij qui tutelis, & id genus aliis præsident: ita sint & hi plebeiæ rectitudinis prætores, ac nostra quidem lingua Prætores plebis appellẽtur, Græca autem hæc & communi prætores τῶν δήμων. Quomodo autem prætoris nomen se habeat, quomodo non longe absit à consulatu, quomodo proximum secũdum leges locum obtineat, clarum faciunt ipsæ leges, quę & cõsulatui prætores adiunxerunt, & secundum illis post leges ordinem attribuunt. Et quemadmodum olim consules quidem in amplissimo ordine principatum tenebãt, Tribuni autem plebis plebem moderabantur: ita sane & nunc ex senatoriis quidem viris prętores omnia prædicta obeant: Prætores autem plebeij nutantem quodammodo inter populares quietem ac disciplinam in se recipiant, illorum vndique cõmodis prospicientes. Nouimus omnino, in quanta olim hic magistratus veneratione fuerit, quámque splendide in vetere Roma administratus sit, non solum iis temporibus, quibus Imperatores rempublicã tenuerunt, sed etiam multo remotioribus. sed neque ampla hæc vrbs, cum eum magistratum susceptisset, contemptim habuit. Inde plerosque comperimus superiore ætate post magnos magistratus gestos, vtpote qui circa imperatoriam sunt maiestatem, non dedignatos fuisse ad hanc denuo functionẽ accedere. Paulatim vero ita res abiecta & vilis visa est, vt neque per nostros conferretur codicillos, sed penes glorioſiſ. huius almæ vrbis præfectos resideret, vt plerumque vnus aliquis ex illorum cohorte id officium susciperet, tractarétque omnium improbissimè. quanquam si quis vetustatem eius per notas & coniecturas spectet, facilè ipsam, qualis antea fuerit, ex his quę adhuc hodie supersunt, perdiscat. habet enim & proprium iudicium, & cohortem, & cõmentarienses, omnia denique alia quæ propemodũ ipsi præfecturæ vrbicariæ deputata sunt à legibus. Quoniam igitur nos omnia quæ ante sunt facta, peruestigantes, veterem illam grauitatem, reíque ipsi insitam venustatẽ, in pulchriorem ordinẽ reducere studemus, ne tam crebra

ab ipsis

ab ipsis admittantur furta, societatesque cum furibus ineantur, & inconcinnæ euanidęq; & nullius reputationis sententiæ procedant, propterea putauimus ea quæ ipsos concernũt, certis describenda esse finibus. Cogitauimus enim, quòd si ob causſas pecuniarias, in quibus nó de maximis rebus versatur periculũ, sed tãtum de pecuniis, summi magistratus ius dicunt, sæpenumero etiã alij adduntur iudices, & plus mille curis inuoluimur, ne res sine causſæ dictione procedant: quomodo indecorũ sit, omnem nos prouidẽtiam eò cõferre, vt iudices damnatis periculũ vitæ irrogãtes, hi eligantur qui pro dignitate in aliqua reputatione sint, ne temerè vita hominis pereat, qui semel quidem nascitur, amissam autẽ vitam recipere nequit? Principio igitur sancimus, ne quis omnino ad prædictum magistratũ accedat antequã à nobis eius administrationis codicillum perceperit, neq; vlla etiam ratione ad eã functionẽ sine imperatoriis codicillis progredi audeat, sed imperatoris sententiã exspectet in scriptis promulgandam. Nemini enim prædictã administrationẽ trademus, nisi qui eam suscipiunt, hi de numero sint magnificentissi. illustrium, aut spectabiliũ comitũ, aut sublimissimi tribunalis clarissimorũ tribunorum prætorianorũ & notariorũ, aut qui alioqui officiorum in prouinciis administrationẽ habuerunt, & idonei nostroque testimonio digni visi sunt, quò magis prædicta grauitate & honore insigniti, ius diligenter reddant, præsertim quia de vita certamen est. consueuerunt enim vt plurimũ de perpetratis cædibus, de adulteriis, de aggressuris, de rapinis, & id genus aliis iudicare. Vnde oportet eum qui tam magnis criminibus præsidet, virũ esse ex omni parte grauitatis plenũ, irreprehensibilem, & tanta audiẽtia dignũ: sed & adsessorem, qui vnus aliquis de probatis sit. neque enim ipsos absque sufficiente relinquemus solatio, sed ad decem vsque auri libras singulis annis annonarum ipsis titulo dabimus, vt his contenti, nullam tolerent rapinam, aut quod perniciem inferat. Sed & ne omnino largitiones fiant, aurúmve vlli erogetur, vt aliquot retro tẽporibus factũ est. in pari enim crimine hærebit & qui pro obtinendo officio alicui dedit, & qui post susceptum officium ab aliquo accipere sustinet, quemadmodũ iureiurando ab ipsis dãdo declarabitur. Habemus etiã compertũ, quòd improbi admodũ ex cohorte homines illi sint in ministerio, nempe consciij latronum, veneficiarij, crumenisecæ, & reliqua multitudo, quorum vnumquenque satius est puniri, quàm ad istum modum viuere. hoc enim hominum genus, cui cum latronibus intercedit notitia, eiusmodi est, vt nihil boni peragat, sed in hoc tantum fures cognoscunt, vt sibi suisque iudicibus aliquid venentur lucri. Quæ omnia conuenit vt hi qui iam inde à nobis præturã plębis ineunt, oderint & auersentur. sed & puris vtãtur manibus, ac omnia quæ ad ipsos referuntur, siue de furto, siue aliis delictis, iusta animaduersione persequãtur, & vrbẽ veluti bestiis furta exercentibus perpurgent. industrios præterea homines ad hæc ministros assumant, & ea moderatione aduersus cohortem suam vtantur, vt ab ipsis tãquam iudices metuantur, & omnia agant cum summa animi intentione ac beneuolentia. Nam si rectè se gerere, nostroque de ipsis iudicio respondere voluerint, neque tam multi erunt qui furentur, & res ablatæ citius inuenientur, & pauciores delinquẽt, reueriti magistratum, quem nemo pecuniis redimere

A

B

C

D

possit aut corrũpere. Sed & de criminibus cognoscent, quamuis atrocissima sint. componẽt etiam populares motus, ita celebri huic & regiæ vrbi præsidentes, quasi qui nobis ipsis in hoc ministrẽt, & summo à nobis honore dignati (quatenus minores magistratus solẽt à maioribus) curas nobis alleuient, nihil instituẽtes facere, quod bono viro & imperiali testimonio dignum non sit. Ac siquando vsu veniat, vt aliquod incendium (quod abominamur) in vrbe exoriatur, oportet & ipsos adesse, & suum facere officiũ, atque eos qui furantur, infœliciumque bona subripiunt, arcere, & (quantum in ipsis est) conseruare res suas illis qui ipsa vi ignis perurgẽtur. nam si industriè hunc magistratum gesserint, maior illos thronus excipiet, & in præstantiore magistratu erunt. Est enim multo præstabilius cum honestate viuere, quàm illa contempta, vndique manus & rationes conquirere per quas impiè agas, & insuper agere, ꝓpterea quòd natura ita comparatum est, vt nihil eorum quæ isto modo accumulantur, perduret, sed malè collecta statim dispereant. Vt igitur subditis nostris prodesse-mus, putauim⁹ vndiq; honoribus auctos viros in medium producere, vt subditi illorũ sentiant virtutem.

Habebunt verò spectabiles prætores plebis etiam adsessorem nostro (vt diximus) de ipsis iudicio dignum. Erunt etiam eis ad manum viginti vsque milites, & triginta matricularij, quos hoc tempore cõstituimus in hoc, vt illorum iussionibus seruiant, & (si opus sit) flagitiosè viuentes cõtineant, ac vniuersum ciuitatis statum ad competentem formam redigant.

Scire autem eos pro certo oportet, quòd si incorruptos se conseruauerint, & à deo auxiliũ habebunt, neque beneuolentia nostra frustrabũtur, & magistratus in longiora illis tempora prorogabitur. quis enim vellet eũ qui pulchrè & rectè se gereret, temerè mutare? Sed & si ex foro clarissimi huius almæ vrbis præfecti trãsmittatur aliquis, vt supplicium sustineat, exactè prius vel vno aliquo ex iis qui eum adducũt, interrogato, vel etiã ab ipso glorioſissimo præfecto causſam requirant ac perdiscant, quamobrem hominem de medio tollant, vel membrum illi abscindant. & si hoc perspexerint, vt pensiculatè sententiã transmissam proferant quæ vel vitam vel membrum adimat. Quemadmodum autem spectabiles prætores plebis id genus muneribus honorauimus, dignantes ipsos & codicillis ex nostra manu procedentibus, & annona, & tã ampla appellatione, & cæteris quę antè dicta sunt: ita & ab ipsis exigimus, vt nobis vicissim integritatem, & in omnibus rebus vigilantiã reddant, & omnia æquabili iustaque ratione & incontaminata manu peragãt. Nam si quid ipsi delinquere, vel etiam furari, aut fures tolerare, & nõ omnibus persequi modis, neque morte quidẽ dignos extremo afficere supplicio: qui verò mediocriter peccauerint, vbicunque nos iusserimus, ampla hac vrbe expellere videbuntur: sciant non tantùm se pro hisce deo rationem reddituros, sed etiã nobis, futuroſque obnoxios tam prę-stãdo damno quod exinde subditis irrogatur, quàm indignationi nostræ: & vt citius cum infamia magistratu depellantur, ea nobis de causſa & labores subeuntibus, & magnos sumptus sustinẽtibus, ne cui subditorum nostrorũ inferatur calumnia, aut bonorum & vitæ perditio, & quæcunque eiusdem generis sunt, sed omnia cõpetenti decidantur iudicio. Cognoscentes igitur vos per hoc sacrum edictum ac legem,

hanc nostram voluntatem,& quòd nihil eorum prætermittimus,quæ vobis profutura sunt, vota pro nostro nuncupate imperio, sic vestri curam gerente,sic vindicante quæ singulis aduersa accidunt, sic paternam per omnia vobis prouidentiam conseruante.

DE ARMENIIS, VT ET IPSI PER omnia Romanas sequantur leges. Constitutio XXI.

Imp. IVSTINIANVS A. Acacio magnificentissi. Proconsuli Armeniæ.

Hanc constitutionem antiqua editio non habebat.

CVpientes vt Armeniorũ prouincia perfectè bonis regatur legibus,neque in vllo à reliqua differat republica, prioribus sublatis nominibus, Romanis eam magistratibus adornauimus: vt Romano vterentur habitu adsuefecimus: vt denique aliæ apud ipsos leges non essent, quàm quas Romanas nominant,constituimus.Proinde scripta etiam lege illud quod perperam apud eos delinquitur,corrigẽdum putauimus, ne scilicet more Barbarico parentũ & fratrum, & reliqui generis successiones ad viros pertineãt, ad mulieres non item, néve hæ absque dote in domum mariti commigrent, aut ab iis quibuscum consuetudinem habituræ sunt,redimantur,id quod multo etiam magis barbaricè in hunc vsque diem moribus apud ipsos comprobatum est, non ipsis tantum ista ferino more opinantibus, sed & aliis gentibus ita dehonestantibus naturam,sexumque fœmineum contumelia afficientibus, quasi non & ipse à deo creatus sit, aut generationi aliquid conferat, sed quasi abiectus & ignominiosus extra omnẽ dignationẽ ac honorẽ haberi debeat. Sancimus igitur per hanc sacrã legem, vt & apud Armenios occasione successionis fœminarum eadem obtineant,quæ & apud nos, neque vlla sit inter marem & fœminã differentia,sed qua quidem forma inter nostros constitutum est, vt parentibus,hoc est patri,matri, auo, auiæ, remotioribusque item posteris,hoc est filio filiæ succedant,& vicissim ipsis quoque succedatur, ita & apud ipsos sit, neque Armenicæ leges à Romanis differant. Nam si de nostra sunt republica, si seruiunt ex æquo nobis cũ cæteris gentibus, si omnibus nostris perfruuntur, nunquid solæ apud ipsos fœminæ à nobis introducta expellentur æquabilitate? Sed in pari apud omnes obseruatione sint leges nostræ, siue quas ex veterum libris collegimus,& in nostris Institutionibus& Digestis ordinauimus, siue quæ ex imperatoria sanctione tam priorũ principum,quàm nostra,subscriptæ sunt.

Quapropter omnia hæc ex initiis præsentis quartædecimæ indictionis, & ipsius qua hanc conscribimus legem,sumpto principio, in omne æuum valere sancim⁹. Vetera enim curiosius perquirere,& ad præterita iam tẽpora recurrere, cõfusionis potius,quàm legislationis est.Sed(vt diximus) iam inde à temporibus præsentis quartædecimæ indictionis, & ipsius in omne reliquum tempus,ipsæ quidem successiones similes sunto iis quæ quacunq; ex caussa ad successionem pertinent, æqualiter tam inter mulieres, quàm etiam viros decætero obseruandis. Quod verò iam antè exstitit,id vniuersum in priore forma manere sinimus,siue in iis factum est prædiis, quæ princeps olim generis familiæ suæ adscripsit,siue in aliis,nullam habentibus communionem fœmineis personis in his prædiis quæ insulsè genearchica, hoc est à principe olim generis familiæ suæ adscripta laudant, aut successionibus,quæ vsque ad decimamtertiam indictionem & ipsam obuenerunt: sed à prædicto tempore, hoc est à decimaquarta indictione, valere ea quæ à nobis constituta sunt, sancimus. Quæ igitur nobis placuerunt,& per hanc exprimuntur legem,ea tãmagnificentia tua, quàm qui post ipsam eundem magistratum susceperuri sunt,in perpetuum obseruare studento.

DE PRÆSIDE PISIDIÆ. Constitutio XXIIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni glorioss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto,iterum exconsuli & patricio.

NVnquam sanè credidimus, veteres Romanos ex paruis adeoque minutissimis principiis tam amplam constituere rempublicam,& totum exinde terrarum orbem(pene dixerimus) sibi adiungere, & premere ac tueri imperio potuisse, nisi maioribus in prouincias magistratibus missis,plus ea re dignitatis sibi comparassent,simulque illis armorum iuxta ac legum potestatem fecissent, neque non ad vtrumque accommodatos & idoneos habuissent, quos quidem Prætores vocabant,appellatione illis ex eo indita, quòd cæteris omnibus præirent & præponerentur:permissa scilicet eis tam rei bellicæ administratione,quàm legum perscriptione. Vnde & ea loca in quib⁹ publicè magistratus vel ius reddere, vel habitare solebãt,Prætoria appellare,& vt pleræque in rempublicam leges ex viua prætorum voce inferrentur, constituerunt. Et multi prætores partim Siciliam,partim Sardiniam insulam,partim Hispaniam,partim terra marique alij aliud vel imperio adiecerũt,vel rexerunt. Hæc nos in animo reputantes, & vetustatẽ denuo maiore cum flore & venustate quasi postliminio reducentes in rempublicam,Romano præterea nomini dignitatem addẽtes, & videntes quòd duplici in asperiores prouincias magistratu ad hunc vsque diẽ destinato,neuter ad plenum sua sorte contentus fuerit, sed ex ea caussa per quasdã nostras prouincias, in quibus tam ciuilis quàm militaris magistratus existit,semper inter se rixentur,semper pugnent, nõ quò subditis boni aliquid faciant,sed quò eos magis atterant,ère sore putauimus, si vtrumque magistratum tam ciuilem quàm militarem in vnam formam contrahamus, imponamusque denuo ei qui hãc potestatem habebit, appellationem Prætoris, vt idem & militaribus copiis quæ per prouinciam sunt,secundum cognomentum antiquitus illis impositum præeat, & præficiatur legibus:siquidem & hoc initio Prætorũ erat proprium. & cum vtriusque officij annonas habeat, vna tantum cohorte vtatur ex centum cohortalibus(tot enim ei sufficient) quæ Prætoriana cohors appelletur,& per probatorias conuenienter hinc procedentes constituatur.Ita enim dignitate plenus erit,ita latrocinia exercentibus terribilis,ita iniustis ineuitabilis,si maiore cum potestate omnia conficiat.& cùm lex iam pridem à nobis posita iubeat omnes omnino iudices puris vti manibus, ei obtemperet,& præstito iuramento, secundum hanc res gubernet, tam armis vtens,quàm ciuilia secundum nostras leges ordinans. Vnde tametsi ex glorioss. Consulibus aliquis ad hanc administratione accedat, nihilo minus in hoc imitatio quædam priorum eluceat, qua videlicet

BIU Cujas

licet prouincias sortientes Cos. consularéque viri, & non multo illis inferiores Prætores, paulatim Romanorum nomen ita auxerunt, & tam amplum effecerunt, quãtum nulli vnquam alij reipublicæ seu imperio cõcesit deus, id quod veteres etiam annalium scriptores prodiderunt. * inuenimus & olim Pisidarum gentem vniuersæ illius terræ summum tenuisse imperium, & iam nũc maiore & vehementiore hanc prouinciam magistratu indigere (nam & maximi in ea pagi sunt, & multi homines, & qui sæpenumero ob ipsa publica tributa seditiones mouent) & prædatricibus illis & sanguinariis regionib', quæ supra voracitatem & quãdam insatietatem lupini capitis collocatæ sunt, & Lycocranitarum habitaculum vocãtur, hunc magistratum præficiendum credimus, qui iam inde ordine legitimo in eam progrediatur. Ac si hic magistratus sub specie quadam incursionis misceatur, componantur etiam in vnum tam militaria, quàm præsidalia insignia, & omnes eam militares copiæ sequantur, quæ in prouincia sunt, ad hæc tota ciuilis cohors venerando iam vocabulo appelletur, & prætoris cognomento honoretur, quis ipsum nõ abhorreat? quis non reuereatur, simul in vnum leges & arma coire spectans, & indidem conditione proposita, vt aut legibus obtemperet, si bono esse animo & seruari velit, aut vt vel primo statim intuitu pereat, armis in proximo leges corroborantibus? Oportet igitur, vt qui hunc magistratum suscipit (semper autem gratis eum & absque vlla datione pecuniæ ipsi conferimus, vt & ipse per omnia sordibus abstineat, & his solis quæ ex publico soluuntur, contentus sit, id quod etiam prima nostra lex dicit) iustè & purè & cum quadam asperitate humaniter se erga subditos gerat, quemadmodũ in priore lege disposuimus, homicidia, adulteria, raptus virginum, omne deniq; maleficium prouincia expellat, & qui ea deliquerint, secundum nostras leges puniat, neminem præterea maleficorum reuereatur, etsi de potẽtioribus sit, neque his se submittat, qui nullam de se vtilitatem, at benè nefarias de se occasiones præbere possũt: sed per omnia ius ipsum tueatur, & ad nostras leges respiciat, & secundum eas iudicet, & vt subditi nostri secundum illas vitam suaque studia instituant efficiat. insuper ad deum quoque & nostri timorem respiciat, neq; præterea quidquam omnino in animo cogitet. Item vt neque crebro ex prouincia huc commeet, neque immodicis literis nos interpellet, sed in omnibus prior ipse audiẽtiam accommodet, eaque disceptet. & memor, quantam illi dignitatis magnitudinẽ dederimus, ita se hac in re gerat, vt pro gesto magistratu causam dicere necesse nõ habeat, sciens, quòd si quis eo adito ius suum non consequatur, compellaturque hæc ad nos referre, pro eo deinceps certamen illi nobiscum futurum est. Quemadmodum enim iurisdictionis augmento ipsum honorauimus, ita rursus si præter intentionem & opinionem nostram tradita eum administratione abuti deprehenderimus, competenti ipsum animaduersione persequemur, tam deo in hoc subseruientes, quàm opem ferentes legibus, siue furta eum fecisse, siue gratia fortè aut inimicitiis superatum, siue leges nostras transgressum esse deprehenderimus. dum enim subditos iterũ exigere, & his malis, quæ vsq; adhuc exstiterunt, mederi volumus: & magnas opes despeximus, & ad hãc dispositionem oculos cõuertere properauimus. Porrò non tantum ad hæc eum prospicere oportet, quæ antè à nobis dicta sunt, sed etiam curare, vt affluens rerũ copia sit in vrbibus, ne quid ciues deficiat. Inspiciat etiam in ciuitatibus opera, neque in hoc seipsos à se vinci patiatur. sed & aquarũ ductus, & põtes, & muros, & itinera publica refici studeat, neque cõmittat, vt exactores qui illuc cõmeant, in aliquo subditos nostros prægrauẽt. neq; iussiones illas, quę improbato more fieri solitæ, ex thronis excellẽtiæ tuæ de refectione murorum, de sternendis itineribus publicis, deq; aliis plus mille caussis procedunt, suscipiat. Omniũ enim horũ caussa, & si aliud præterea eius generis * nemini permittet, vt subditos nostros iniuriis afficiat, neq; prodibit de thronis tuis sentẽtia, quæ tale quid dicat (iam enim hoc prohibuimus) sed solus ipse omniũ curam geret. Si verò ex sacræ nostræ legis sentẽtia pragmaticam aliquam formã dirigamus, quam fortè ad tuam emittam' præfecturã, examinabit ille prius, quæ inibi à nobis iubentur. nemini autẽ alij omnino copia fiet deprædandi subditos, quo magis aliquando prouincias iterũ refertas hominibus, iterum suis ciuibus efflorescẽtes, neq; vndiq; huc cõfluentẽ videamus hominum multitudinem, qui propter improbitatẽ prę-sidum in suam patriã reuerti nõ audeant. Ideoque sancimus ne amplius excellentia tua Pisidicæ gentis magistratus pro diuisis habeat, sed vt vnum in ea sit spectabilis Prætoris officium, quod idem & militare & ciuile existat, quod similiter & publicarum ciuiliumque rerũ curã gerat, & militibus præeat, vt mutuo auxilio & iurisdictio ex armis vires colligat, & cohors armata condecoretur lege. Neq; enim deinceps aliqua per vrbes orietur seditio, si talẽ decætero virũ præfecerimus, qui vtroque nobis officio dignus putabitur. Quæcunque igitur fiscus erogaturus est, ea secundũ subiectã huic sacræ nostræ legi descriptionem spectabili prætori, circaq; ipsum versari solitis præstari iubemus. Vnde & sacræ nostræ appellationis notam præponi volumus, & qui Pisidiæ præses erit, is Prætor Iustinianeus esto. Obtemperet autem illi Prætoriana cohors, ex probatoriis (vti diximus) constituenda, quæ similiter tam ciuilibus quàm militaribus hominib' iuxta & rebus occupata sit. Ad hæc publicorum quoq; tributorum exactio hunc præsidem cohortemque eius respiciet, & omnia magistratus habebit insignia, quæ etiam modò habet, sellã scilicet curulem ex argento, & fasces. habebit etiam inter milites Adresponsum. adeoque & eo ipso principatũ illi inter milites qui ibi locorũ sunt, tribuimus, vt ipsos & pulchrè regat, & cogat in ordinem, instruatque, vt non solum latrocinantes persequantur, sed etiã subditos inter se mansuetos & modestos reddant. neq; item committat, vt seditiones moueãtur in vrbibus, aut comites quidquã ad fiscum spectans diuellant, sed supra omnes potestatem habeat, nemine prorsus excepto. Collocatus autem hic magistratus sit in mediis, & in numerũ spectabiliũ descriptus. Vnde quæcũque in vicariis olim, hodie in comitibus Iustinianeis Pacatianę Phrygiæ & Galatiæ primæ, itẽ spectabili comite Orientis, & spectabilibus proconsulibus sunt: ea & in hoc existant: sitq; & ipse spectabilis magistratus, & appellationes quæ apud ipsum interponuntur, mittantur huc & examinẽtur, sicut in cæteris spectabilibus fieri solet magistratibus, introducanturque in iudicium glorioſiſs. præfectorum, in cognitionem caussæ adhibito etiã glorioſiſsimo quę-

store sacri nostri palatij: propterea quòd tametsi is magistratus nonnihil in se habet militare, tamen quia prorsus in ciuilem & legitimam mutatus est formam, ideo necessario eundem tenere ordinem debet, qui pro consuetudine iam olim obtinente in spectabilibus magistratibus obseruatus est. Quoniam verò nuper sacra constitutione conscripta promulgauimus, vt causſæ appellationum à spectabilibus præsidibus huc deuolutæ, in habitu & ordine sacri auditorij examinentur, sancimus, vt si qua eiusmodi causſa emergat, scilicet in Pisidia dumtaxat, ex delegatione siue nostra, siue alicuius glorioſisſimorum nostrorum procerũ, nisi qui datus est iudex, spectabilis sit: sancimus, vt non ad spectabilem Iustinianeum comitem Pacatianæ Phrygiæ (id quod prius lege determinauimus) proficiscatur, sed ad ipsum deferatur in sua prouincia interposita appellatio, & ipse de ea cognoscat in habitu sacri auditorij (cohonestamus etenim magistratum hoc etiam) & perfectam illi formam imponat, non remittendam ad hanc almam vrbem, ne fortè paruis de causis magnas bonorum suorum perturbationes & damna litigatores sustineant. Vt autem qui vel hoc prætoris, vel alia à nobis inuenta & inuenienda officia suscipiunt, cognoscant quo tandem modo prouincias eos gubernare conueniat, visum nobis est, non tantum signa eis præbere administrationis in codicillis (vt vocant) sed etiam modum præscribere, secundum quem prouinciam administrent, quæ quidem, qui nos antecesserunt legislatores, consulta quædam præsidalia appellabant, vt ad hæc intentis oculis propriam dirigant administrationem, perque hãc omni ex parte subditis nostris prosint. Vnde & id genus sacra mandata iussimus in sacro laterculo reponi, vt vnà cum codicillis præberentur præsidibus, tum iusiurandum, quod in sacra nostra constitutione descripsimus, præstantibus, tum omnia alia, vt nos ordinauimus, administrantibus.

Subiicietur autem à nobis huic sacræ legi quædam etiam descriptio, quæ exprimat quid ipsum cùm deligitur præbere conueniat occasione codicillorũ officij, quid rursum illi, item adsessori, & circa ipsum versari solitis porrigatur ex publico: vt omnibus nota facta prouidentia quam circa officia gerimus, ille incontaminatum nobis & vndiquè spectatum suum exhibeat ministerium. Hanc sanè legem tum sacrarum nostrarum constitutionum lectio monstrabit (iussimus enim & hanc inter eas describere) tum ipse ad effectum deduces, vt perpetuo in ipsis factis reluceat conspiciaturque. Oportet Prætori Pisidiæ annonarum, & capituum, ac reliqui solatij titulo præberi solid. 300. eius adsessori solid. 72. eius cohorti aureos. 52. Rursum pro codicillis administrationis oportet ipsum præbere sic. Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, solid. 9. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, solid. 45. eius adiutori, solid. 3. cohorti glorioſiſs. præfectorum pro iussionibus & omni alia causſa, solid. 60.

DE PRÆTORE LYCAONIÆ.
Constitutio XXV.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni glorioſiſs. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

CVm ad prima illa principia, ex quibus Lycaonum gentem antiquarum rerum scriptores & enarratores constitisse tradiderunt, respicimus, & quòd maximam cum Romanis affinitatem habeat, quódque ex eadem fermè occasione in vnũ coacta sit, maiore, quàm hactenus, magistratu eam exornare, iustũ putauimus. Siquidem vsu venit, vt olim Lycaon, qui Arcadiæ in Hellade rex fuit, & Romanum solum incoleret, & assumptis quondam Oenotriis Romano Imperio daret veluti principium (dicimus autem vetera illa, quæ longo ante tempore Aeneæ & Romuli ætates præcesserunt) & deducta in hasce partes colonia, Pisidiæ bonã partẽ adimeret, eiq; deinde suũ nomen inderet, & regionem ex se Lycaoniam appellaret. Inde adeo iustũ fuerit & ipsam magistratu adornare, cui veteris apud Romanos instituti signa & notæ inscribantur, & illos qui hoc ipsam tempore regũt (de præside ciuilis iurisdictionis loquimur, & eo cui armorum cura cõmissa est) in vnũ cõtrahere, & prætoris appellatione decorare. Est enim hoc nomen quasi iure patrio Romani imperij proprium, & ante ipsos etiam Coſs. in ampla Romanorum repub. vſui habitũ. Nam veteres Romani suos imperatores prætores appellabant, simulque illis præbebant, vt militaribus præirent copiis, & descriptis ab illis parebant legibus. & prorsus erat hic magistratus ex ambobus contemperatus, præ se ferens & ostentans tam in instruenda acie robur, quàm in ferẽdis legibus rectum & decentem ordinem. Quoniam igitur propoſtum nobis est etiam hic vtrãque administrationem in vnam contrahere, propterea optimo illi iure prætoris appellationem imponimus, vt vnà cum prætoris appellatione audientium animis insonet ipsius quoque magistratus subſtãtia ac natura, & quòd non simplex sit, neque ad vnam aliquam rem tantummodo (nẽpe vel arma, vel leges) respiciat, sed simul vtrũque ad se munus ex æquo attrahat, quodq; per copias militum vehemens & robustus, per legem lenis & mansuetus sit: & per hanc causſam maleficis quidẽ vehementiorem, probioribus verò ciuiliorem se & moderatiorẽ exhibeat. Neque hoc sine causſa agimus, aut solam appellationem attendimus, sed ex vsu ac necesſitate magistratus quoq; metimur. Nam fortes ea regio viros habet, neq; in vllo differt ab Isauria in medio, vt quæ mediterranea, aprica, equorũ altrix existens, tum multos viros, tũ multos equos enutriat. magnus quoque in ea numerus est magnorum pagorum, & virorum ad equitandum, ad sagittandum, ad animos sine negocio & celeriter excitandos, ad arma prõptè tractanda, denique tam ad militare imperiũ fortè auersandum, quia illorum status priuatam ipsis fortunã & solis ciuilibus magistratibus subditã adscribit, quàm ad hoc rursus *ciuile scilicet* contemnẽdũ, quia soli obtemperare legi, quæ non item strenuitatem quandam adiũctam habeat, audacioribus formidabile est, idoneorum. Hæc nos permouerunt vt hunc quoque magistratũ quẽadmodũ apud Pisidas fecim', coadunatum redderemus, & nostro appoſito nomine Prætoris ei appellationẽ inderemus. volumus etenim & hunc Prætorem Iustinianeum Lycaoniæ appellari, quomodo sanè & Pisidiæ, & aliorum. Deinde vtrãq; etiam cohortem in vnam contrahimus, constituendã ex probatoriis, more solito ex sacro libellorum scrinio, ex quo olim & duciani eas ferebant, procedentibus. men-

BIU Cujas

bus. mensuramque illius ad centum vsque virorũ numerum extendimus, & vtriusq; magistratus annonas illi adsignamus, sed & adsessori & reliquis. quæ quidẽ ex subiectis sacræ huic nostræ constitutioni descriptionibus clara faciemus. Habeat itẽ Adrespõsum, vt inter milites omnia rectè gerãtur atq; ordine. adeoq; & aliis eum militibus, qui per dictã prouinciam stationes agunt, imperitare sancimus. Mittemus sanè, qui id officij susceperturus est, vnum aliquẽ de probatis, & de numero nostrorum procerum, vnde & olim prætores procedebant, suisque laboribus adornabãt rempublicã, nunc residentes in solo Italico, nũc proficiscentes ad loca forensia. Ac talis quidẽ semper sui ipsius memor, & vnde illi hæc administratio accesserit, venerandum se præbeat subditis, horrendũ latrocinantibus & maleficis, omnia maiore cũ fiducia peragens. Neq; dubiũ quin puris vtetur manibus, quandoquidem & officiũ gratis suscipit: & alioqui lex nostra nuper à nobis lata omnibus omnino magistratibus in ipsa descriptis præcipit, vt manus contineant (qua de caussa & iuramentum præstant) & secundum leges nostras diiudicent, omnẽque æquitatem & iustitiam subditis impertiant. Eo pacto cùm reipublicę suæ statum veteres Romani exornarẽt, omnibus aliis rebuspublicis potiti sunt. Quis enim hunc magistratum non reuereatur simul & horreat, videns duplici eum forma excubias agere, tũ vt quæ lex iubet, facile ordinet, tum verò si quid de lege violetur, vt hoc armis corrigat? Quibus autem de rebus Prætorẽ Pisidiæ in lege quæ de ipso conscripta est, appellauimus, de iisdem pulchrum putauimus & hũc appellare. Oportet enim vt cùm vndique gratuitum hoc officium suscipiat, ab omnib⁹ & ipse sordibus alienissimus sit, his solis contentus, quæ fiscus præstat, prout iam ante de præsidalibus officiis lata lex disserit. Vt item in rebus gerendis syncerum & iustum se præbeat, ac quomodo administrationis ratio permista est, ita & ipse harmoniã animi sui nunc acutioribus & intentis, nũc lenioribus & remissis sonis contẽperet. Odio quoq; habeat & puniat omne adulteriũ, ad hæc homicidiũ, sed multo his vehemẽtius raptus virginum. Cæteros etiam maleficos, si quidem incurabili morbo laborãt, citra exceptionẽ puniat. si verò mediocriter, ad meliorem frugem transponat. Insuper neminẽ improbè agẽtium reuereatur, etsi diues, etsi maiore aliqua dignitate præditus sit. propterea enim de numero præstantiorum electum ipsum mittimus, vt pro sua potentia necesse non habeat cuiquã alij attẽdere, quàm nobis & legibus, secundũ quas & ipse iudicet, & subditos vitam instituere procuret. Sed neque socordiæ se dedat, neque alicui iniuriam faciat, ne eius prouinciæ homines, cui præest, propter iniurias illic acceptas regionem suam relinquant, & continuè nobis hic facessant negocia. Quin ipse prius audiẽtiam his quæ ad eum referuntur, præbeat, eaq; disceptet: & vsque memor honoris quem illi detulimus, ita administrationis laboribus se exerceat, vt laudẽ inde, & à rationibus gesti magistratus reddendis dicendaq; caussa immunitatem cõsequatur. Illud certò sciens, quòd si quis nos adeat, referens domesticam sibi rem incõmodis affectam esse, si quidẽ expertus apud eum, ius suum obtinuisset, hũc ipsum sine aliquo dato respõso remittemus. si verò cum prius ad ipsum retulisset, deinde non obtẽto iure suo, ad nos decurrat, tunc nõ illi nos in posterum, sed ei qui magistratu fungitur,

Nouel.

A iudicium constituemus. & quemadmodum ampliorem ei honorẽ reddidimus, ita & si socordiæ eum se dare, & his quæ in ipsum contulimus, negligẽtius vti deprehenderimus, opem feremus legibus, & conuenienti eum animaduersione persequemur. & quẽadmodũ ille neque verba nostra, neque leges, neq; formã & gradũ magistratus veretur, ita neque nos ipsum verebimur, sed perinde ei obuiabimus, vt & ipse rerum administratione vtetur. & siue sordidis eũ manibus vti, siue ad effectum aliquem respicere, siue leges nostras transgredi deprehenderimus, nos vigore legis ad facti sui rationem reddendã eum sistemus. neque enim vt subditos seruaremus, pecuniis, aut quapiam aliarum rerum, quæ nobis suppeterent, pepercimus. Oportet præterea ipsum prouidere, vt omnia
B rectè atque ordine fiant in ciuitatibus. & primũ quidem vt ciuitates sub ipso collocatæ seditionibus careant, ex omni parte æquitatem cõseruans, & summo studio prospiciens, ne nimium subditis indulgeat, & fræna relaxet. Deinde neque opera in ciuitatibus negligat, ne per hanc caussam deminuãtur vel aquarum ductus, vel ipsorum pontium transitus, vel murorum munitio, vel cura itinerũ, sed omnia reficiat, aut saltẽ ad nos referat, vt partim ex ciuilib⁹ ea reditibus, partim nostra liberalitate queant reficere. Neque item cõmittat vt exactoribus, qui à nostris hinc proceribus cõmeant, sit in aliquo damnũ subditis nostris inferendi licentia, aut vt hi subditos nostros grauẽt qui consuetas illas iussiones adferunt, quæ olim ad subuersionẽ eorum, qui mediocriter vitã instituerant, de thronis tuis procedebant, nũc iniungentes murorum
C reparationes, nunc curã itinerum, nunc imaginũ, põtium, portuum, aquæductuum publicorũ renouationes, locorum denique publicorũ ablationes, & ædiũ quasi in solo non iusto exædificatarũ demolitiones, & id genus alia magis ad nectendas calumnias expedita, sed ipsemet hæc ad animi sui curã reuocabit, omnia peracturus absq; dispendio. Si verò nobis visum fuerit maiore eã rẽ inspectione indigere: sacra pragmatica forma vtemur, qua secundũ ipsum alteri quoque hãc inquisitionẽ iniungamus. Ita aliquãdo respirabunt subditi, ita denuo efflorescent ciuitates, ita qui eas incolunt, magnum incrementum capient, neq; de patriis sedibus diffugient, rerum suarũ incolatũ propter præsidum improbitatem quasi terriculamentum aliquod metuentes. Scire igitur oportet excellẽtiã tuam, quòd vnus & simplex hic magistratus, non duplex futurus sit, vt omnia quæ fiscus vtriq; prius of-
D ficio præbebat, ea secundum descriptionẽ sacræ huic nostræ legi subiectam tam ipsi det, quàm circa ipsum versari solitis, & cohorti eius, quẽadmodũ & hactenus præbita sunt. Et publicorũ tributorũ exactio ipsi simul & obtemperantibus ei prætorianis cohortalibus incumbet: habebitque vtriusque officij insignia, tametsi plurima militaria sunt. tamen & in vehiculo sedebit argẽteo, & præcedet ipsum securis (nam & hoc consularis imperij signũ est) similiter & fasces ipsi cũ solẽnitate præibunt, obseruabitque eum vniuersus exercitus, qui per eam prouinciã stationes habet, cui curæ erit, vt & latrocinia resecet, & iniuria affectis opituletur, & subditos nostros mansuetos inter se & modestos reddat. Sed neq; comitibus permittet, vt ad publica tributa annuant, animúmve adiiciãt. Sed & inter spectabiles ipse collocabitur: tametsi qui eam administrationem susceperit, maioris fortè sit

dignitatis, si quidem dignatio eorum, qui prouincias regũt, talis futura est, qualem nos ad quamque administrationẽ idoneam fore iudicauerimus. Ipsum verò propter imperium quod gerit, conueniens est inter spectabiles numerari, inter quos & proconsules & comites Orientis, Galatiæ & Phrygiæ sunt. Vnde & ipse caussis quæ in eius mouentur prouincia, tam pecuniariis, quàm ciuilibus & liberalibus audientiã præbebit, vti id genus magistratibus licet. Appellationes quoque contra eius sententias interpositas examinabunt hic ex more qui iam pridẽ in spectabilibus magistratibus obtinuit, tam glorioſiſs. sacrorum nostrorum prætoriorũ præfecti, quàm glorioſiſsimus quæstor (prout iam inde ab initio traditum est) eò quòd alter iam magistratus ciuilior factus sit admistis legibus, quas etiam in ipsa arma Imperium habere voluimus. Secundũ legem verò nuper à nobis positam, si quæ causſa intra prouinciam suam mota, quingentorum aureorum quantitatem non excedat, quæ per prouocationem deinde à suo transferatur iudice, de hac nõ Pacatianæ Phrygiæ comẽs (vt prius diximus) sed ipse cognoscet, etsi ex delegatiõe, siue nostra, siue alicuius glorioſiſsimorũ nostrorum procerum causſa alicui commissa sit, modò propter rationes quas nuper in constitutione de appellationibus lata præscripsimus, spectabilis non sit: & causſæ finem imponet, nõ (vt olim) post etiam huc mittendæ, ne ob paruas occasiones magnorum ea res dispendiorum subditis nostris ansam præbeat. Hæc autem & nos illi manifesta faciemus. Siquidem studio habet potentia nostra, non tantum vt administrationis signa eis ex codicillis (quos vocant) præbeamus, qualia spectabilibus magistratibus attribui solẽt, sed etiam ex mandatis principalibus, quæ veteres olim principes & legislatores responsa præsidibus edita vocabant. quæ cùm nos descripsiſſemus, iusſimus in sacro nostro reponi laterculo, vt inde semper vnà cũ codicillis præbeantur magistratibus, ac hi quidem ipsum conferant officium, illa verò dirigant administrandi officij rationem. Cæterùm ex descriptione quæ sacræ huic nostræ legi subiicitur, clarum erit, tum quid ipsum, cùm deligitur, occasione codicillorum officij præstare conueniat, tum etiã quid ipsi simul & adsessori, ac cohorti eius è publico erogabitur. Sed & si quos vicinarum ei prouinciarũ præsides circa tributariam rationem negligentes inueneris, nõ alium emittes, sed ipsos spectabiles præsides fatigabis, vt vicinarũ prouinciarum præsidibus, si socordiæ se dedant, immineant, & procurent quo magis ea omnibus in publicum modis inferant. Præsentem itaque legem nos quidem sacrarum nostrarum cõstitutionum volumini iusſimus inseri, ipse verò ea susceptа, omnia ex illius præscripto agas, immortalem perpetuò beneficij nostri memoriam præ se ferentis. OPORTET Lycaoniæ Prætori in hũc modum præberi. Ipsi quidem annonarum capituum & reliqui solatij nomine, solidos 300. eius adsessori, solid. 72. eius cohorti, aureos 52. Rursum oportet eum præbere spectabilibus chartulariis sacri cubiculi per causſam codicillorum, sol. 9. primicerio clariſsimorũ tribunorum notariorum & laterculẽsibus, sol. 24. eius adiutori, sol. 3. cohorti glorioſiſs. præfectorum pro iusſionibus & omni alia causſa, sol. 60.

DE PRÆTORE THRACIÆ.
Constitutio XXVI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni glorioſiſs. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

ILlud in cõfesso est, quòd si quis Thracũ regionẽ nominet, statim vnà cũ dicto virilitas quædã animum & militariũ copiarũ, bellorum ac pugnę cogitatio subeat. sunt enim ista ingenita & quasi patrio quodã iure huic regioni attributa. Itaq; & prius à nobis susceptа est cogitatio redigẽdi in meliorem statum ea quę illa loca cõcernunt, & hoc tẽpore de his quæ longo iam agitauimus cõsilio, præsentẽ legẽ tulimus. Duos sanè vicarios nomine ad Lõgũ murum sedere, omnes scimus, quorum alter militares cohortes regit (est enim magna vis militum eo in loco) alter præfectus est negociis ciuilibus. At cũ ambo vices illic impleant, hic quidẽ glorioſiſs. præfectorũ, ille vero magnanimorũ magistrorum militiæ, nunquã tamen inter se consentiunt: sed tametsi suas vnicuique fiscus annonas separatim suppeditat, & alia præbet solatia, nihilo minus vnum hoc sibi negocij perpetuo & indesinenter sumunt, vt cõtentiones inter se immortales exerceant.

Rectè igitur atque ordine visum nobis est hic quoque facere, quod apud alias gentes, quanquam nõ ita efferas, nõ ita militaris custodiæ indigentes, fecimus: & vt non hic quidẽ ciuilibus negociis præsit, ille vero inter milites & solos imperitet, vtrũque officium in vnum contrahere, & præficere ei loco grauem aliquem & reuerẽtia dignum magistratum, qui ex æquo tã ciuilia illic negocia curet, quàm de venusto & decenti ordine militum solicitus sit. Nã qui prouinciam moderatur, is in aliis versatur locis, vix illis sufficiens.

Si verò horum locorum custodia, omniumque rerum per ea loca administratio, & in bonum ordinem collocatio, tũ etiã militia bono aliquo viro indiget, & qui idoneè tam milites posit excolere, quàm imperitare ex lege: quod tãdem illi nomen ex vetustate accommodatum imponemus? aut quam appellationem amplexi, hunc gerenti magistratũ aptabimus? an vero re ipsa manifestum nõ est, quòd quemadmodũ Pisidiæ rector, & summus Lycaoniæ magistratus à nobis nominatus institutusq; est, ita & hic prętor nominabitur, assumpto pietatis nostræ cognomine? Nã si prætor Romanorũ Imperatoris simul & legislatoris locum in sua republica tenuit: in cõfesso est, quòd nihil perinde huius magistratus appellationẽ deceat, quàm nomẽ Prætoris. Siquidẽ & militũ copias reget, & paganos subditos non paucos habebit, quibus ex nostris legibus ius reddet. Deniq; tã ciuiles res, quàm militares in iis locis bono aliquo viro indigent. Nã & anterioribus tẽporibus semper quidam militares viri in summis cõstituti dignitatibus, tã militaribus illic copiis præibant, quàm cęteris auxilio erant, quamuis non milites, sed pagani existerẽt. Barbarorũ enim excursiones non mediocri opus habent præsidio. Quæ vero illos concernunt, ea committi debent vni alicui, qui secundum leges ipsis præire posit, cum multum intersit inter rectum & peruersum ordinem: & omnibus perspicuum sit, quòd militaris quidem res si sola & per se cõsistat, vltra quàm decet, efferatur audacia: ciuilis vero nisi admistum habeat robur militum, infra mediocritatem auctoritate careat: vtrumque vero si in idem cum altero concurrat, omnium perfectisſimum & absolutisſimum sit, quodque tam ad gerendum bellum, quàm ad tuẽdam pacem sufficiat.

Ideoque

Ideoque huius etiam prouinciæ officia copulator, & Prætor hic Iustinianeus Thracię nũcupator. Signa vero magistratus à nobis erũt, tam codicilli hinc procedentes in forma cęterorum spectabilium magistratuum, quàm monita quædam Imperialia, ratione explicantia qua prouinciæ administrationem perficiat, quæ maiores nostri mandata principis nuncuparunt, cum quibus in prouincias proficiscentes qui eas sortiti erant, inde quid facto opus esset, accipiebant. Atque ea res semper & pulchrè excellẽs habita est, magnúmque nominis splendorem prætoribus addidit apud plurimas reipublicæ nostræ gentes, & maximè Occidentales, à quibus progressi Romani totũ (penè dixerimus) Septẽtrionem, & meridiem, & multo maximam Orientis partẽ suo adiecerunt Imperio. Quæ igitur in dicta à nobis lege de prouincialibus officiis scripta sunt, quæ item de Prætore Pisidię & Lycaonię differuimus, vt & ipsi gratis hic designentur, & gratis se vicissim subditorũ nostrorum cõmodis exponãt: omnibus manifesta sunt. In vniuersam enim iam Imperij nostri ditionem lex prodiit, & apud omnes vulgatissima facta est. Descriptũ sanè & iusiurandũ est, quo magistratus nostros conueniat, cum officia suscipiunt, animam suam deuouere Deo, & tueri subditos nostros in æquitate & iustitia: ab omnibus sordibus, inimicitiis, gratia, remotissimos. Cæterum cohortales ei non vltra centum apparebunt, habebítque tam ciuilis quàm militaris officij insignia. Insuper aderit illi etiam Adresponsum propter copias quæ illic residunt, in quas plenum habebit imperium, & quiduis cum illis ad vtilitatem reipublicæ & attẽtandi & perficiendi licentiam. Publicorum præterea per illa loca tributorum exactio tum ipsum tum cohortẽ eius respiciet: & tota cohors Prætoriana appellabitur, hinc edendis & ex sacro epistolarum scrinio prodeuntibus probatoriis constituenda, vnde tales olim probatorias Vicariana quoque cohors ferebat. Curæ autem habebit, primum quidẽ, vt à donis & muneribus puras conseruet manus. deinde vt omnem æquitatem subditis nostris tã publicè quàm priuatim exhibeat, & omnem iniustitiam à litigantibus depellat. Item vt milites quidem bellicis exercitationibus meliores & alacriores efficiat, paganos vero per legem cõponat, vt iusti, & ab omni improbitate & malitia immunes reddãtur, quo magis hi quidem ad iustitiam, illi vero ad virtutem & fortitudinem progressus faciant: & si belli causa aliqua fiat excursio, facillimè hanc expediat, vtraque cohorte præsente, illa quidẽ altera subministrante in iis quæ ciuiles cohortales decet, copiis vero militaribus citra tergiuersationem hostiles insultus propulsantibus. Oportet insuper, vt etiam in causis, siue hę pecunias, siue crimina, siue aliud quiddam concernant, audientiam prębeat, & rectè secundum leges nostras, & absque omni affectu iudicet, ne aliqui inde excurrentes, nostram inquietent potentiam. Neque enim volumus, vt collatores nostri, relicta prouincia sua, à prouinciæ præsidibus despecti, huc adcurrant. Nam si posthac nobis ab his qui ex eo loco commeant, negotium fiet, omnino percontabimur adeuntes, si ea renuntiarint Imperiũ in prouincia gerenti. ac si edocti fuerimus, quòd ista non denuntiarint, cum summa eos increpatione remittemus in prouinciam. si vero illi denuntiarint quidem, at prouinciæ Imperium gerens aut per socordiam omisit, aut turpi aliqua de causa legum rationem nõ habuit, tunc omnem animi nostri motum in ipsum conuertemus. Quemadmodum enim maiores in illum erogationes fecimus (nimirum vtriusque officij) tantæque hominum multitudini eum præfecimus, ita si compertum habuerimus, quòd indignè in hoc versetur officio, neque remisse agemus, neque mediocres pœnas irrogabimus: imò quanto ipsum altius in sublime euehimus si probè se gerat, tanto rursum grauioribus eum percellemus pœnis, si quid contra leges deliquerit. Ad hæc nemini omnino oportet eum succumbere, neque si insigni aliqua dignitate sit præditus, neque si opibus abundet. propterea enim grauioribus viris & auctoritate plenis eiusmodi tradimus officia: ne quid necesse habeant remittere his qui opibus suis freti, aliis velint inferre iniuriam.

Curabit quoque omnia illic opera publica, neque patietur, vt vel portus vel muri, vel pontes, vel itinera, vel denique alia vitium contrahant: sed ipse, quæcumque ex ciuilibus reditibus possunt refici, ea procuret. si quid vero ex his maiore cura indiget, id per suggestionem ad nos referat, * & rationes conficiantur, prout iam à nobis lege sancitum est. Neque enim volumus, vt qui solitas hasce negotiationes, item aquarum perueſtigationes, & hortorum, murorum, imaginum, aliorúmque id genus reparationes (quæ quidem omnia olim abrogari placuit) exercent, hi à præfectura, quam moderaris, mittantur in prouinciam: sed ipse perueſtiget ea quæ fieri debeant, & secundum constitutionem nostram rationes illos faciat edere. Quòd si nobis placuerit alium ad hoc dirigere: per pragmaticas formas id efficiemus, quæ (si ita visum sit) ad tuam deferantur præfecturam. Nam vt subditos nostros eripiamus & liberemus dispendiis: propterea & magnam pecuniæ vim (vt ex parte vel ipse nosti) despicimus, & ita amplis annonis tam præsides, quàm cohortes, & circa illos versari solitos consolati sumus, ne per egestatem fortè, aut eiusmodi aliquid, parum decentibus factis occupentur, sed insigni dignitate præditi, & de amplo senatorum ordine sint, & ita cum dei & nostri memoria versentur in prouincia. Quæ si nullo vnquam pacto memoria neque huic exciderint, per omnia seipso pulchrior futurus est. Ac si veteres Romani consularibus tantum & prætoriis viris prouinciarum administrationes demandarunt, neque nos alienum à bonis moribus faciemus, si talibus eas tradamus, qui exactorum hinc in prouincias tendentium, & præter rationem collatores nostros damnis inuoluere tentantium violentias reprimentes, huiusmodi necessitatem queant resoluere. Damus etenim ei & curiosius ista indagandi, & prohibendi, & ad nos per suggestionem nuntiandi facultatem, & vt partim ipse per se ea corrigat, partim celerius ad nostram referat notitiam: vt si qua in re imbecilliores sunt, ibi vires crescãt, & suppleantur sciẽtiæ & iussionis nostræ accessione. Hæc etiam in sacris ipsos admonebimus mandatis, quæ vnà cum signis magistratus trademus, vt memores iuramentorum quæ præstant, & monitorum quæ illis dabimus, prout nos nostrúmque de illis meretur iudiciũ, & propriam exornent vitam, & traditum gubernent officium, dantes illis (vt dictum est) omnem potestatem, vt tam in pecuniariis, quàm criminalibus, & omnibus denique causis iudicent, & appellatio apud ipsos interposita ad gloriosissi. nostros præfectos & gloriosiss.

glorioſiſs. decurrat quæſtorem, qui cauſſæ communẽ prębeant audientiam ſecundum formam earum cauſſarum, quæ in ſacrum introducuntur palatium. Si quã vero cauſſam minorem quingentis aureis per ea loca prouocatione ſuſpendi contigerit, & ſi ex delegatione vel noſtra vel iudiciaria ſit, neque is cui ea cauſſa delegata eſt, ſpectabilis iudex ſit, vt ex illis locis appellatio ad ipſum procedat, eámque audiat in forma ſacri palatij. Ornamus enim officium eius hoc etiam modo, & æqualem conſtituimus ſpectabili comiti Orientis, & proconſulibus, & comitibus Phrygiæ & Galatiæ: vt & ipſe in nullo ſit* hac noſtra lege, quæ clariſsimi prouinciæ * deminuit, quæ quidẽ propria legum ſunt. hoc ſcilicet demandatam ſibi à nobis ſolicitudinem in illis partibus, in quibus conſiſtit, implente. Subiicietur item à nobis huic legi deſcriptio, quæ commemoret & quid ipſum erogare pro codicillis magiſtratus, & quid ipſum circáque ipſum verſari ſolitos rurſus auferre ex publico cõueniat titulo annonarum, quas etiam ſolas, ipſos omni alio extra hanc cauſſam lucro abſtinẽtes, accipere permittimus. Propterea enim per maiores erogationes ampliores eos efficimus, vt & ipſi ſubditos noſtros vndiq; cõſeruantes, & iuramẽtorũ quæ præſtare ſolent, memores, ipſis hanc nobis factis remunerationẽ reddant. Atq; hanc ſanè præſentẽ legem habebit quidem legũ volumen, ſed thronus tuus ſuſceptam eam & memoriæ mandatã perpetuò conſeruet in opere. *OPORTET* autem prætori Thraciæ annonarum, capituum, & reliqui ſolatij nomine præberi ſolid. 200. eius adſeſſori ſolid. 72. eius cohorti aureos. 52. Occaſione vero codicillorum præbere oportet eum ſic. ſpectabil. tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſolid. 9. primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum & laterculenſibus, ſolid. 24. cohorti glorioſiſs. præfectorum pro iuſsionibus & omni alia cauſſa, ſolid. 40.

DE COMITE ISAVRIAE.
Conſtitutio XXVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni glorioſiſs. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconſuli & patricio.

QVod quibuſdam ante nos Imperatoribus vt in Iſaurorum regione facerent, per imaginem & figuram in mentem venit, id nos re ipſa iam per ipſam operum efficaciam tam in Galatia prima, quàm Pacatiana Phrygia confecimus, vicarij officio (vt prius appellabatur) cũ ciuili adunato, & vna vtrinque cohorte conſtituta, & ipſis (vt oportuit) exornatis, neque non vtrique pro vetere appellatione comitis nomine impoſito: vt ille quidẽ comes Galatiæ primæ nuncupetur, is vero nominetur comes Pacatianæ Phrygiæ, vtrunque horum ipſorum noſtro concomitante cognomine. Idémque hoc & in Iſaurorum prouincia præcipimus. Neque enim volumus vt qui decætero in hoc conſiſtit officio, duplicibus vtatur codicillis, & ſigna capiat ciuilis etiam poteſtatis, & duplex nomen circũferat, cum res planè ſit eadem: ſed iam inde vt vnitum officium habeat ſtatuimus, quod ipſum & armis prouideat, & publica in ſe recipiat, omnia ſub ſe continens, & vna cohorte vtens, quæ comitiana appelletur, & ſuæ militiæ probatorias ferat ex ſacro libellorum ſcrinio. Obueniat autem omnino & is magiſtratus gratis, neque quidquam exhibebit numerabítve pecuniæ. Et vt ipſe quoque puris vtatur manibus, quemadmodũ reliqui, ad ipſum nuper à nobis editam legẽ tranſmittemus. Sed præter codicillos, qui & ipſum inter ſpectabiles adſcripſerũt, dabimus ei ſacra etiã præcepta, quæ mandata principis * illata, ex quibus intelliget quæ ſingulatim ad eius pertineant ſolicitudinem, tam in publicis omnib', quàm priuatis cõtractibus. quidquid præterea venuſtum & decorum eſt, & ne quid fiſcus ſentiat diſpendij, & ſimpliciter, quæcũq; ipſum facere conuenit, ex iis illi manifeſta fient. Hoc vnum ſciat, quòd & ipſe inter ſpectabiles magiſtratus collocatus eſt, & appellationes apud illum interpoſitas glorioſiſs. ſacrorum noſtrorum prætoriorũ præfecti, tum etiam glorioſiſ. quæſtor noſter audient, quemadmodum & Auguſtalis, & procõſulis, & trium prætorum nuper à nobis in Piſidia, Lycaonia, Thracia inſtitutorum, & inſuper comitis Pacatianæ Phrygiæ & Galatiæ primæ. Quod ſi qua in Iſauria cauſſa minor quingentis aureis ſit, & poſtea per prouocationẽ ſuſpendatur, huic & ipſe audientiam accõmodabit in forma ſacrorum auditoriorũ. Nam & hoc illi concedimus, dignitatis illi plenioręẽ magiſtratum in hac etiã parte efficientes. Tua igitur excellentia ad prædictorum magiſtratuũ imitationem ea quoq; quæ huic concernunt, conſtituat. Subiiciemus enim & deſcriptionẽ huic noſtræ legi, declarantes, quid ipſum cohortémq; eius, & eius adſeſſorẽ ex publico ferre, quid item nomine codicillorũ magiſtratus dare cõueniat. Ac nouerint qui hoſce à nobis nuper ad nouam pulchritudinem redactos magiſtratus ſuſcipiũt, quòd & pecunias, quę cõtinuè pro officiis offerebãtur, omnino recuſare, & quæ non prouenerant, de noſtro tam ipſis quàm ipſorum adſeſſoribus dare, & cohortibus largiri, quę ab aliis ablata erãt, & ipſis præſidibus maiora adſignare ſolatia ſuſtinuimus in hoc tantum, vt vndique ſubditos noſtros immunes à diſpendiis cõſeruemus. Quod ſi quos vicinarum illi prouinciarum præſides negligentius agere circa tributa publica deprehendas: non alium emittes, ſed ipſos ſpectabiles magiſtratus fatigabis, vt vicinarum prouinciarũ præſidibus, ſi ſocordiæ ſe tradant, immineant: & efficiant, vt omnibus hæc modis inferãt, quo magiſtratus multo pulchrior ſit & præſtantior, quàm dudũ. *OPORTET* Iſauriæ comiti pro annonis præſtari ſol. 200. eius adſeſſori, ſol. 72. cohorti eius, aureos. 52. Oportet item ipſum præbere occaſione codicillorum ſic. ſpectabilibus tribus chartulariis ſacri cubiculi, ſol. 9. primicerio clariſsimorum tribunorum notariorum & laterculenſibus, ſol. 24. cohorti glorioſiſs. præfectorũ pro iuſsionibus, & omni alia cauſſa, ſol. 40.

DE MODERATORE HELENOPONTI.
Conſtitutio XXVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

QVod pulchrè & longo antè tempore concinnatũ adunatúmque, & in ſua iam firmitate compoſitum exſtitit: id ſanè nouare aut diuidere abſque rationabili cauſſa, cõfirmati validíque Imperij non eſt. Neque enim in verborũ multitudine, ſed in vero & iuſto rerum effectu robur Imperij collocandũ eſt. Et tamẽ circa duos illos (vt vocant) Pontos, nẽpe Helenopontũ, & Pontum Polemoniacum, tale quiddam factũ eſſe didicimus. Cum enim ſub vnum antea præſidem ordinata eſſet prouincia, duo conſtituti ſunt, neque publica id neceſ-

BIU Cujas

id necessitate exigente, neque alio aliquo rationabili prætextu subsistente, quem expeditè aliquis & facile inueniat. Adeóque amplum eius facti testimoniũ res ipsa præbet, cum in hodiernũ vsque diem vno tãtum publicorum tributorum & dispositionum tractatore vtraq; vtatur prouincia. Ac si quis vrbes quæ per vtráque sunt, enumeret, vix vnius prouinciæ iusta & sufficiens mensura resultet, si modo Helenopontum quidẽ octo vrbes implẽt, hoc est Amasia, Ibora, Euchaita, insuper & Zela, & Andrapa, & Aegæũ ad Climacas, hoc est gradus sitũ, Sinopa & Amisus antiquæ vrbes, sed & Leontopolis, quæ & ipsa iã inter vrbes numeratur: alię vero quinque, Polemoniacum Pontũ continent, Neocæsarea & Commana, Trapezûs, & Cerasûs & Polemonium. Pitiûs enim & Sebastopolis inter castra potius quàm vrbes numerãdæ sunt: vt intra hosce terminos vterq; Pontus cõsistat. Post quos tam nostra cõstituta est Lazica, in qua vrbs Petræon est, quæ nostro beneficio & esse & nominari vrbs cœpit, quàm quæ nostræ pietatis nomine vtitur, & Iustinianea appellatur. Archæopolis quoq; & Rhodopolis maxima & antiqua castra. in quibus planè etiam ea castra sunt, quæ nos à Persis recepimus, Scãdias & Sarapanes & Murisios ac Lusieros, & si quid aliud præterea à nobis in Lazis elaboratũ est. Hãc deinde Tzanorum regio excipit, sub nostro nũc primũ Imperio Romanorũ ditioni adiũcta, quæ & ipsa vrbes partim nuper factas suscepit, partim mox futuras suscipiet. Post istam aliæ itẽ gentes cõsistunt, Suani, & Scymni, & Apsilæ, & Abasgi, & aliæ, quæ omnes (permittente deo) vel nostræ, vel sociæ sunt. Sed ad ista quidẽ nos de his locis instituta oratio detulit. nunc autẽ denuo ad Pontos & illorum vnitionem reuertamur. Ambos enim illos locos, tredecim cõprehẽsos vrbibus, iterũ nunc in vnã prouinciam cõtrahimus, assignamúsque ipsis tam veterẽ vnitionem, quàm modernã appellationem. Nanque ab omnibus Helenopontus nuncupator. quod illi nomẽ à pientiss. principe Cõstantino impositũ est occasione honestiss. suæ matris, Helenæ scilicet pientiss. mulieris, quæ nobis etiã sacrum Christianorum signũ inuenit. Vetus enim illud nomen Polemonis, quo plerique in Ponto tyranni vsi fuerunt, dehinc quiescito: primum, quia tyranni exstitit: secũdo, quia vrbem de suo nomine appellatã habet, scilicet Polemonium: tum etiã, quia pulchrius fuerit, regiones Christianorum & regũ nominibus designare, quàm his quæ Polemi, hoc est belli & tumultus præsentionem ferunt. Omnes autem illę tredecim vrbes vnius sunto prouinciæ, vt tamẽ neque alterutri in iis metropoli (Amasię scilicet & Neocæsareæ) metropolis nomẽ detrahatur: & dei amantes earũ episcopi, metropolitani quidem in hac vrbe, qui vero sub metropolitanis collocati sunt, ab his qui metropoles sub cura sua habent (vt hactenus in more fuit) ordinẽtur. nihil enim circa sacerdotium illarũ innouamus, cum multas eiusmodi institutiones inter dei amantissimos episcopos existere, tam vetustũ seculum, quàm quod per nos modo exornatur, nouerit. Et cum Imperio quidem inducitor illis vnus vtriusque prouincię præses, cognomento Moderator, quem quis vulgari lingua vsus Harmosten appellet, quandoquidẽ & moderatoris nomen vetustum est, Romanáque amplitudine dignũ: & ipse Harmostes quidã olim magistratus erat, qui è Lacedæmone hinc inde per omnẽ eius ditionem dirigebatur. Vnde qui id officium suscipit, Moderator Iustinianeus Helenoponti nominator, obtẽperantóque illi per eam prouinciã stationẽ agẽtes militares copiæ. Habeto etiam Adresponsum. cuiuscunque conditionis homines omnes se illi submittunto sine vlla prærogatiua priuilegij. Audiẽtiã quoque præbeto in causis tã pecuniariis, quàm criminalibus & aliis: minimis quidẽ, sine scripto & gratis: maioribus vero, licet scriptis interuenientibus, eo tamen sumptu, quẽ sacra nostra præscribit constitutio. Item qui hunc magistratum suscipit, is vtriusque officij annonas ferto, surgentes vsque in septingentos viginti quinque aureos. vnáque vtitor cohorte, & publicorũ tributorũ decursio & periculũ idem & cõmune esto tam contra eũ qui officium obtinet, quàm contra cohortem: quandoquidẽ & ipsa in vnam coibit formã, & inter se conglutinabitur, quemadmodũ is ordinauerit, qui supra, quinciã positus est. Sed & magistratus adsessor septuagintaduos ex publico aureos capiet, & cohors ex ambabus prioribus vna facta, quadringentos quadragintaseptẽ aureos feret & tremissem. Insuper qui hoc fungitur officio, neq; vicarios in locum suũ per vrbes dimittet (obseruabitur enim & id, quemadmodũ in sacris nostris continetur mandatis) sed ipse oberrando vrbes lustrabit, nulla omnino lege aut sacra fortè pragmatica forma prohibendus, tametsi præcedens tẽpus tale quid iusserit. Statiuáque aget vbicũque illi visum fuerit, vel in vna metropoleon, vel aliis vrbibus, si modo ad eius sustẽtationẽ vrbs per omnia sufficit. sordium ipse & lucri abstinens, omniáq; citra incolarũ dispendium gerẽs. Nam neque ipse, neque cohortalis, neq; miles ipsum comitatus à collatoribꝰ aliquid capiet, aut gratis sumptum faciet: aut etiã collatores nostros vel ipse atteret, aut comitãtes ipsum milites hoc ipsum agere permittet. hoc etenim & ipsum pars est nostrorũ mandatorum. Ipse certè sacramenti memor, quod præstitit, & quòd gratis officiũ suscipit, quódque tam magnũ annonarum incrementum meruit, nunquam quidquam ausit accipere, nisi magna id cũ pœna velit restituere: neque vt cohors per eiusmodi occasionem tale quid vel exigat, vel oblatum accipiat, permittẽs. Et nisi procurauerit, vt milites ipsum annonis suis cõtenti sequantur, neque ipse iustam indignationem effugiet, irrogatúmque ab ipsis damnum compelletur ex eorum annonis exigere, & hoc collatoribus sarcire. Propterea certe maiores hosce magistratus auctoritatísque pleniores tam multitudine apparitorũ (centum enim illum cohortales habere volumus) quàm dignitatis magnitudine (siquidem spectabilem illi magistratum efficimus) esse volumus, vt necessitatis tempore amplioribus vtamur magistratibus, & qui nostris subseruire possint iussionibus. Quid enim facerent hi, qui vetere forma præfuerũt prouinciis, qui cum paucos circa se haberent, pauciſsimis ipsi imperitabant, modicáque admodum ferentes è publico, plurima dantes, rapere cogebantur, & vnum hoc habere studio, vt sequentibus & vndique ipsis imminẽtibus creditoribus occasione pro officio datorũ nõnihil gratiæ referrent & beneficij? Quibus rebus nostros consueuerunt auctionari subditos, impios iuxtà & periculi plenos sibi reditus conquirentes. Harum nos rerum indignitas permouit, vt non solum exinde prouenientibus lucris renuntiaremus: sed & de nostro magnos insuper sustineremus sumptus, & si quibus species aliqua magistratus interueniente pre-

cio à

cio à decessorib⁹ nostris tradita esset, adhibita id medicina curaremus, atq; hoc genere tributi collatores nostros redderemus liberos, & officia suscipientibus de nostro solatium introduceremus, quò magis hos quoque libertatis participes efficeremus. Siquidem in parato nobis est, deo (vt apparet) talia largiente, vt non solum Afros, & quæ ibidem gẽtes sunt, libertate donemus, sed etiam vt eos de quibus in meditullio quodammodo nostræ reipublicæ singulis fermè annis noua auctio instituebatur, neque tamen dabatur sub eiusdem manere imperio, huiusmodi dispẽdio & turpitudine liberemus. Hanc nos gratiam deo referẽdam putauimus, qui Imperij nobis coronã imposuit, qui communi omnium calculo per patrem nostrum purpuram nobis donauit, qui denique tot tantásque in nos liberalitates explicuit, quãtas nulli maiorum nostrorum vnquam dedit. Oportet igitur, vt qui ad hoc officij accedit, sciens prudénsque quàm multis hominibus, quàm multis præsideat vrbibus, quàm venerandus item futurus sit, mutata dignitatis forma ex Consulari & Correctoria in maiorem magistratum & spectabilem, per omnia subditis parcat, & indemnes ipsos tueatur. puris etiam vbique vtatur manibus, & publicũ augeat, ad eiusque commoda omnẽ referat prouidentiam, priuatim quoque sordibus & muneribus abstineat: & ciuitatibus publicè simul & priuatim sua iura decernat, oberrando eas perlustret, & iis medeatur. nihil lucri caussa faciat, neque paruũ, neque magnum, sed bonum & memorabile nomen appetat, & diligenter sanctéque per omnia datũ iusiurandum obseruet. in omnibus denique gratiosum se nobis exhibeat.* vel alienis ædibus. siquidem hoc solummodo fisci proprium est, & regiarum domuum tam nostrarum, quàm pientissimæ Augustæ. Si verò sub alterius appellatione tabulas siue titulos impositos deprehendat: tam ipsas protinus detrahet, quàm eum qui illas affixerit, peruestigabit. At si quidem is qui se rei dominum esse dicit, hoc fecerit, extemplo illius rebus publicos imponet titulos, prius his titulis, quos ipse apposuit, ad caput eius impactis confractísque. Si vero alienarum rerum procurator fuerit, tam titulos (vt diximus) ad eius caput confringet, quã modicis etiam tormentis eũ subiiciet, quo magis hæc perdiscens* personæ conuenit cognoscere, quod neque ipsi per se, neque per certos satellites, aut per eos qui in hoc assumuntur, vt explendæ eius auaritiæ satagant, subditos iniuriis afficere liceat. Consimiliter oportet, vt ipse spectabilis Moderator latrocinia exercentes, & habendi studio alios defraudantes, mulieres denique, bona, iumenta, & eius generis alia rapientes reprimat, quò incontaminatum ius conseruet, & nos rectè hoc videamur cepisse consilij, neque quibusdam per prouinciam grassantibus, ipsis vero eius facti vindictam nõ repetentibus, pœnitentia nos incessat, quòd latrunculatores & violẽtiarum repressores cessare fecerimus. propterea enim illi etiam milites submisimus, vt illorum manu instructus, difficilius queat ab insultantibus expugnari. Hæc nos illi strictim & sub compendio commendata esse volumus. Nam quæ per partes gerenda sunt, ea manifestè perspiciet tam ex lege, quam cum magistratus ordinaremus, in commune omnibus descripsimus, quàm ex mandatis principalibus, quibus illi datis explanauimus, quomodo magistratũ disponet tractabítque. Atque hæc agens, non solum nobis ingratus non erit, sed etiam deo simul ac nobis animam suam deuouebit, & pro magistratu denique bene gesto bonam remunerationis spem concipiet. Subiicietur autem & quædam recensio huic sacræ nostræ legi, per quã clarum fiet, quid ipsum, & adsessorẽ, cohortémque eius ex publico percipere, quid item ipsum pro codicillis magistratus præbere conueniat, vt edoctus quanta in ipsum conferatur liberalitas, & ad quantam moderationem impẽsa pro codicillis ab ipso faciẽda redacta sit, rebus vt ęquum est & rectè vtatur, maiorum insuper gẽtium & plurium hominum imperium sperans; si his quæ in manibus habebit, conuenienter vtetur. Porrò damus huic quoque, vt appellationes in spectabilium magistratuũ forma ab ipso huc transmissæ; tam apud glorioſiſs. præfectos, quàm glorioſiſs. nostrum quæstorẽ vice sacræ consultationis discepten-
tur. At si quæ caussæ minores quingentis aureis apud aliquos in sua prouincia motæ (tametsi ex delegatione fortè) non tamen apud spectabilem actæ, per prouocationem suspendantur: tunc & in hoc grauior venerabiliórque factus, augmenti à nobis in ipsum collati meminerit, & ita in rebus gerendis versetur, vt omnib⁹ subditis & nobis ipsis & ante nos deo simul ac legi irreprehẽsibilem se præbeat. Hæc igitur omnia pernoscens excellẽtia tua, & tam magnas illi annonas addat, & ita amplæ eũ dignitatis effectum sciat, vt floris & dignitatis iam nunc à nobis illi traditæ cupiditate multis hunc consequi meritò affectabile sit.

DE PRÆTORE PAPHLAGONIÆ.

Constitutio XXIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

PAphlagonum gens, & antiqua, neque ignobilis olim exstitit: in tantum quidẽ, vt & magnas colonias deduxerit, & sedes in Venetiis Italorum fixerit, in quibus & Aquileia omnium sub occidẽtem vrbium maxima, & quæ multoties cum ipsis etiam regiis certamen susceperit, condita fuit. Hanc sanè Paphlagonum gentem Honorij pientiſ. principis temporibus deminutionẽ passam, & aliquot amissis vrbibus, nulla vtili de caussa veteris illius contentionis & rigoris remissionem amplexã, nos denuo ad pristinam formã reducẽdam esse, ipsam quoque Paphlagoniam ad instar vnius ciuitatis redigẽdam, & quæ in duobus iam Pontis fecimus, eadẽ putauimus & in ipsa constituenda: vt qui harum gentium adunatum Imperium, & vnum ex duobus prioribus (nempe Paphlagoniæ & Honoriadis) factũ tenet, is prætor nuncupetur (quod nomen & ipsum Romanum est, & prouinciarum rectoribus accommodatum) & vna vtatur cohorte ex duabus prioribus conglutinata, quam & centum virorum numerus supplebit. Imminebit autem omnino hic quoque tributis publicis exigendis, tam quæ Paphlagones, quàm quæ Honoriadis olim incolæ pendebant. Præterea omnibus ex æquo vrbibus prouideat, quas vtraque prius habuit prouincia, hoc est in Honoriade quidem Prusiadi, Cratiæ, Hadrianopoli, Tio, Claudiopoli, & Heracleæ. Tametsi enim ex ipsis quędam, vt Prusias, Heraclea, & ipsa prouinciæ metropolis & caput Claudiopolis scilicet, ex Bithynia prius illi adsumptę sunt: tamẽ ex quo semel eò trãsmigrarunt, magnę curiositatis esse putauimus, denuo ipsas ad Bithynos reducere, & veterẽ perturbare ordinem.

BIU Cujas

ordinem. Vnde hæ ſelectæ vrbes & in Honoriade prius exiſtentes, erunt iam nunc & ipſæ pars Paphlagoniæ. Inter ipſos vero Paphlagonas iuriſdictionem habebit in alias ſex vrbes, quæ iam inde ab initio ad eam prouinciam pertinent, nempe Germanicopolin, Gangram, Pompeiopolin, Dadybros, tumulos Amaſtridis, & inſuper Ionopolin. Et duodecim omnino totius prouinciæ vrbes erunt quãtum ad præſens inſtitutum. Cæterùm circa ſacerdotia nihil innouamus, ſed metropolitani qui olim ſacerdotia hic ſuſcipiebant, tam in eodem manebunt ordine, ipſorũ ordinatione quo ad locum non mutanda, ſed ab huius almę vrbis beatiſs. patriarchis ordinandi, quàm quos ſub ſe poſitos hactenus ordinarunt, eos & nunc ordinantes, non de illis inter ſe diſſideant, non confundantur. Et vna decætero fiet prouincia, plures habens metropoles, id quod & in aliis quibuſdam noſtris exiſtit prouinciis. Enimuero qui totius prouinciæ imperiũ tenet (appelletur autẽ tota prouincia, quemadmodũ & antè, Paphlagonia) etiam oberrando vrbes luſtrabit, nulla id factum prohibẽte ſacra forma olim fortè ad talium prohibitionem compoſita, ſed neque vicarios in locum ſuum hinc inde per vrbes dimittens. Omnino enim hoc ipſum prohibemus. ſiquidẽ turpe eſt, vt quamdiu ipſe in prouincia ius reddit, interim alteri quoque vices ſuas cõtra legem committat. Sed ipſe omnia diſpẽſabit, & publica tributa ſumma cum animi promptitudine profligabit, neque plus neque minus exigens. iuſtitiæ præterea cõſentaneam æquabilitatem retinens, ſimul prouidẽtiam adhibebit, vt ſi quid damni fiſcus acceperit, id corrigat: ſimul vrbes illæſas tam publicè quam priuatim conſeruet. Annonam quoque, quã vterque prius magiſtratus habebat ſurgentem in ſeptingẽtos vigintiquinque aureos capiet. tum adſeſſorem habebit, qui ſeptuagintaduos ferat aureos, & cohortem vnam ex ambabus cõpoſitam, procedentem vſque ad centum virorum numerum, & quadringentos quadragintaſeptem aureos & tremiſſem percipientem è publico. Cúmque gratis officium ſuſcipiat, gratis item hoc ipſum obeat. Nos enim in hac quoq; parte ſubditos noſtros redimem⁹, & *his quæ ex conſuetudine per occaſionem ſuffragij (vt vocant) ferebantur, dabimus ipſi hoc nimirum per thronũ tuum erogantes ex publicis eius prouinciæ tributis: neque patiemur, vt ſub ſpecie & velamẽto auctionis ſubditi noſtri in ſeruitutem adigantur. Neque enim nos, qui deceſſorum noſtrorum collatores à Barbaris ereptos, ad veterem libertatẽ reduximus: committemus, vt qui nobis ipſis ſemper addicti fuerunt, aliis ſeruiant, quin potius deo, qui multis per nos gentibus libertatem elargitus eſt, ſubditorum noſtrorum vſque nouis auctionibus oppreſſorum libertatem (quoadeius fieri poteſt) quaſi donariũ aliquod offeremus: neque oblædentes eos, qui iam acciunt (introducemus enim ſolitam illis ad hoc ſecuritatem) neque item permittentes, vt datæ pro officio pecunię nomine magiſtratus quaſi mancipiũ aliquod ſubditos noſtros à vendentibus coëmant, & reuendant iniuriam inferentibus. Eſto igitur inter Ponticitractus prouincias & hæc vna, duplex antea (haud ſcimus, qua de cauſſa) facta. appellabúntque (vt diximus) eum qui prouinciæ præerit, Prætorem Paphlagoniæ Iuſtinianeum. licebit autem Græca ipſum lingua etiam Strategum appellare. Præterea ſemper illi in memoriam rediges iuſiurandum, cuius interuentu officium ſuſcipiet, vt puras manus, neque turpi lucro ſordidas habeat, vt fiſci cõmoda iuſtis & vndique inculpatis acceſsionib⁹ augeat, vt ſubditis noſtris æquitatem & iuſtitiam impertiat, tam in cauſsis publicis, *quàm priuatis*, ſiue contrahant, ſiue iudicio inter ſe cõtendant. Vrbes autem abſque læſione ſubditorũ luſtrabit, vt neque ipſe, neque adſeſſor, neque quod ipſum ſequitur famulitium, ſiue ex militibus, ſiue ex cohortalib⁹, ſiue ex ſeruis, aliquid lucretur, aut gratis ſumptus faciat. Oportet enim vt tam ipſi ex iis annonis quæ porriguntur ipſis è publico, ſumptus faciant, cum conueniente mediocritate agentes vitam, quàm milites, qui ipſos comitantur, cognoſcant, quòd ſi nõ ſuis cõtenti annonis iter faciãt, ſed collatores noſtros auſi fuerint tentare iniuriis, aut damnis inuoluere, aut gratis ſumptus facere, collatoribus indemnitas futura eſt ex ipſorum annonis per eum qui magiſtratu defungitur, vt ipſe tam eas repetat, quàm etiam ex illis ſuo periculo collatoribus indemnitatẽ aſſerat. Atque hæc ſanè lex nobis de Paphlagonibus poſita eſto, honoratiorẽ illis magiſtratũ efficiens, vt qui inter ſpectabiles numeretur, prębens ipſi auctoritatem tam in prouinciales milites (quatenus tamen iuſtè eis præcipiat) quàm etiam contra alios, nullis eius prouinciæ hominibus priuilegio vti queuntibus, ſiue maiores, ſiue minores, ſiue etiam procurationi rerũ ad potentes homines pertinentium præfecti ſint. Certè quod facilè per ea loca admittitur, huius rei excellenter curam geret, ne cõmittat, vt aliquorum prædiis tituli apponantur vllũ aliud nomẽ habentes inſcriptũ, quàm vel fiſci, vel regiarum domuum. ſed ſi quid tale factũ deprehendat, eos quidem titulos eueſtigio detrahet. fiſci verò nomine prorſus alios titulos prædiis eius qui talia delinquit (ſi præſens hæc faciat) imponet, prius detractis titulis ad illius caput confractis. Si verò abſens ſit, prędiorum curatore comprehenſo, tam corpus eius tormẽtis ſubiiciet, quàm titulos detrahet, & in capite eos curatoris prædiorũ cõminuet: ſciens quòd ſi quid eiuſmodi negligat, nos verò didicerim⁹ ſimul aliorum ab aliquibus impoſitos prædiis titulos hærere, quàm fiſci regiarúmque domuũ, tam noſtrarum, quàm pientiſs. Auguſtæ ſimul præſidem re ipſa comperta iſtos per negligentiam omiſiſſe: is qui hunc magiſtratum obtinet, bonorũ ſuorum publicationẽ ſuſtinebit, vt qui cùm facilè pro magnitudine imperij præſens iſta prohibere potuiſſet, dedita ea opera neglexerit. Ad hæc diligenter ibi ipſum locorũ proſpicere volumus, vt omnes qui latrocinia exercent, qui alienas ſubſtantias, aut etiam vxores rapiunt, qui alia denique patrant crimina, perſequatur, comprehendat, & competẽtibus ſuppliciis ſubdat, & omnem prorſus iniuſtitiam reprimat, neque committat, vt in aliquo probiores & manſuetiores iniuriis afficiant, ne aliis denuo taliũ perſecutoribus opus habeamus, cogamúrque rurſus violentiarum repreſſores, latruncu latores, & alia id genus tolerare nomina ſimul & negotia. quæ nos auerſati, ipſum ad hunc ordinem produximus, & ita amplum dignitatiſque plenum magiſtratum effecimus, vt tam appellationes apud ipſum ipſum cùm iudicat, interpoſitas, ad excellẽtiam tuam, quíque eundem vnquam magiſtratũ ſuſcepturi ſunt, & celeberrimum quæſtorem ſacri noſtri palatij, qui in forma conſultationis audientiam iis accommodabunt, quàm minores cauſſas quingẽtis ſolidis, in prouincia eius apud aliquos nõ ſpectabiles motas, & ſi ex delegatione

BIU Cujas

delegatione sint, cùm per prouocationem suspẽdun- A
tur, ad se deducat in habitu & ordine sacri auditorij,
vt & ipse inter à nobis inuẽtos, & in ampliorem for-
mam redactos magistratus vbique cõnumeretur. Si-
quidẽ & ipsi maiores erunt, & in maiore quàm prio-
res reputatione habebuntur, & facilius nobis vel in
maioribus negotiis suum exhibebunt ministeriũ. Ni-
hil enim in paruo magnũ existere tum à nostris dictũ
est maioribus, tum nos etiã ex ipsis iudicauimus pro-
bauimúsque factis. Subiicietur autem & huic legi
descriptio, quæ significet, quid è publico tam is qui
prouinciam regit, quàm adsessor & cohors eius acci-
piet, quo item dato magistratus codicillos percipiat.
Ipsa sanè ratio, qua magistratũ geret, cũ hoc loco sub
cõpendio explicata est: tum in lege, quæ de omnibus
magistratibus in cõmune descripta est, simul & ex im
peratoriis nostris mandatis, quę ei dabimus, cũ admi- B
nistrationis codicillos conferemus, & iusiurandũ se-
cundum legem nostram in hoc conscriptã exigemus,
manifestabitur. Hæc igitur omnia perdiscens excel-
lentia tua, & tam magnas illi annonas submini-
stret, & ita ipsum sciat amplæ dignitatis effectum, vt floris &
dignitatis hoc à nobis tempore in illum collatę cupi-
ditate meritò multis ipsum consequi sit affectabile.

DE PROCONSVLE CAPPADOCIAE.
Constitutio XXX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni glorioſiſs. sacro-
rum per Orientem prætoriorum præfecto
iterum exconsuli & patricio.

QVàm amplum nomẽ Cappadocum gens
habeat, & quanta Romanis negotia ex-
hibuerit, priusquam in illorum ditionẽ C
redigeretur, non ignorant veteris eruditionis studiosi. Certè olim totius fermè Ponti imperiũ tenuit, & nominatiss. viri, ínque magna apud Romanos reputatione habiti, inde duxerunt originem. terram præterea habet diffusam admodum, & mirabiliter præstantem, & quæ ita maiestati imperatoriæ placuerit, vt etiam possessionibus, quas illic habet, peculiarem magistratum præfecerit, nõ minorem ciuili. Siquidẽ & populosissima est, & vrbem maximã præbet, eiusdem cognominis cum charis. nobis Cæsare, qui summo orbis terrarum arbitrio, quod nos obtinemus, bonum dedit principium: qua etiam de caussa apud omnes terrę populos nominatissimum Cæsaris nomẽ est, & nos præter omnes alias imperatoriæ maiestatis notas eo gloriamur. Hanc sanè regionem paruo tradere magistratui, contra omne nobis decorum & dignitatem fore visum est, cùm aliàs, tum vero D
maximè quia semper ipsam aduersus magistratũ nostris domibus præfectũ seditiones mouere cernimus, & quia factionibus inter se diuisa est ciuitas, quarum alteram tamiacam, quasi fiscalem & ærariam, alteram eleuthericam, hoc est liberam appellant: & cùm existat ambitu murorũ vna, duplex est sententiis. Vnde & seditionum & dissensionum occasiones, & si quid omnino mali fatigat homines, id (vti nos arbitramur) ex hac prouenit caussa: qua sublata, robur simul & cõcordiam negotio addemus, qua nihil vnquã inter homines præclarius extitit & præstantius. Ac cum aliis magistratibus, quos nuper inter Pisidas, Lycaonas, Thracas instituimus, administrationis forma & aceruus ex duarum rerum congressu constitit: tum verò maiore hunc forma adornare cupiẽtes, tertiam etiam potestatem illi adiicimus. Nam is quem huic præficiemus officio, non solum præsidebit legibus, & vniuersæ cohorti ciuili: sed etiam præsidebit militibus tam qui in prędicta regione, quàm qui in aliis Ponti-ci tractus prouinciis, in quibus tamiaca existunt prædia, stationes habent, perinde quasi per ea loca super milites cum imperio positus sit. Permittimus etiam illis in homines tamiacos imperium: & omnes quicunque ad Comitianam prius cohortem pertinebãt, siue summarij, siue id genus alij fuerũt, hisce obtemperabunt: & triplici forma conflatum habebit magistratũ. siquidem & ciuilis magistratus erit, & militaris, neque non tamiacis quoque rebus præsidebit: vtraque illi cohorte, tam Comitiana, quæ & sua conficiet, neque cum ciuili cohorte habebit commercium, quàm clarissi. prouinciæ præsidis apparente. Vniuersam verò proconsularem fieri appellaríque volumus: vtraque cohorte, tam quæ Comitiana prius, quàm quæ ciuilis vocabatur, tametsi vnam appellationem (nempe proconsularẽ) obtinet, separatim tamen sua obeunte munera: vt ciuilis quidem curet tributaria & ciuilia, quæ initio semper ad ipsam pertinuisse scimus. quæ verò Comitiana prius cohors erat, imperialium rerum administrationi insistat, & exactionem conficiat, ea scilicet forma quam modo explanabimus. Curatorum etenim & tractatorũ ne nomen quidem omnino superesse volumus, respiciẽtes ad vetera exempla, & nimiam læsionem quam miseris illi collatoribus induxerunt. sed per singulas domos, & totius Comitianæ cohortis, tredecímque primatium, quos primos & secundos magistros vocãt, periculo, alios tredecim, qui statim post illos separati sint, nominari volumus, singulos (vt dictum est) ex singulis ædibus: & post priores tredecim exactioni incũbere, & seruare fisco quæ sua sunt. prospicere item collatorũ indolentiæ, & ne quid ab aliquo ipsorum damni sustineant: scientes quòd damnum ex caussa collatoribus irrogatũ, multo magis ipsorum facultates respiciet, cùm totius publicæ exactionis periculũ ad ipsos deuoluatur. Sed neque eos qui primi & secundi prius magistri vocitabantur, neque tredecim illos, qui post ipsos modo separati sunt, quos profligationem tributorũ facere sanximus, quidquam omnino spectabili pro tẽpore Procõsuli præbere, vel nominationis titulo, vel quacunque alia de caussa: si quinquageni solidi aurei ab vnoquoque horum tredecim exactorũ primoribus tredecim magistris præbeantur. Porro neque ipsos exactores amplius aliquid à rusticis, aut denique iis qui ab ipsis exactionem tolerant, accipere, quàm quę formis Nicetæ magnificæ memoriæ continentur, & exactoribus deputata sunt: nequeuntibus ipsis nomina fingere, & damna pro hisce nominibus inducere per caussam Apacticon, seu tractatoriarũ, vel quocũque alio prætextu, siue ad aliquam cõsuetudinẽ, siue ad quamcũque vexationem porrigatur. cùm enim ab omnibus illis collatores nostros liberos conseruari volumus: tum improbo etiã & pernicioso tributo eos liberamus, quod pendebant tractatoribus, per quod fiebat vt circa publicum & suas descriptiones idonei nõ essent. quin & si forma aliqua sit pragmatica, quæ velit tractatoribus aliquid præberi, aut longa consuetudo: etiam hanc tollimus. sublato enim ipso nomine tractatorum, meritò quicquid ad eam caussam peruenit, vnà sustollimus, specialẽ hanc collatoribus nostris largitatem impartiẽtes. Quod si quis exacto-

rum

rum præter eaquę forma beatiſ. Nicetę definita ſunt, quæ ſola ipſos ferre concedimus, aliud quiddam auſus fuerit accipere: ſciat, tã militia ſe, quàm dignitate, & ſua ſubſtantia caſurum. Quoniam verò fieri poteſt, vt inter tredecim exactores (ſiquidẽ vt gradatim ad hunc perueniant ordinem, ſancimus) vnus aliquis ad expediendam exactionẽ idoneus nõ ſit: concedimus, vt ſic quoque reditus quidem ex eo gradu ſaluus illi permaneat. Cæterũ ſancimus, vt tredecim illi primores magiſtri, & inſuper qui poſt ipſos ſunt proximi, proprio bonorũ ſuorum periculo alterum quempiam illi adiutorem adnominẽt, qui cõuenienter pro illo exactionem expediat: vt neq; per illius imbecillitatem iniuria afficiatur fiſcus, neq; ille tẽporis & gradus ſui ſolatio defraudetur, ꝓmotione videlicet adiutoris eius, qui ad hoc munus idoneus non eſt, faciẽda periculo (vt dictum eſt) tredecim primorũ magiſtrorum, & aliorũ qui poſt illos ſunt proximi. Ac magnas merito nobis gratias publicorũ tributorum exactores habere oportebit, qui ingentibus illis damnis, quibus antea tam magiſtris, quàm ſpectabili pro tempore comiti, eiuſque cohorti obnoxij erãt, eos liberauerimus. Propterea autẽm hiſce omnibus eos liberauimus, vt neq; ipſi collatores noſtros iniuriis opprimant, neque prætextus excogitent introitus illos aut aliter nominantes, quibus ruſticorum facultates eneruent: ſed his ſolis contenti, quæ ſecundũ formam Nicetæ claræ memorię curatoribus præbebãtur, omnibus aliis abſtineant. Ipſi verò ſpectabili proconſuli omnium ex æquo rerum cura imminebit, ſiue ciuile aliquod ſit, ſiue ad militarem magiſtratum, ſiue ad poteſtatem Tamiacam reſpiciat: neq; quidquam omnium negliget. Ac quoniam maiorem huic loco, quàm cæteris, magiſtratum attribuere volumus, & veteribus Romanis in more fuit, vt vel deſignatis cõſulibus, vel his qui illorum loco proficiſcerẽtur, quos proconſules vocitabant, prouincias ſortirentur: propterea & Cappadocum magiſtratum proconſulatum eſſe volumus, quo in Africa prius Romani imperium ſuum exornarunt. Et in tantum illum nos magiſtratum auximus, vt eum qui hunc ſuſcipit, glorioſiſsimis ſacrorum noſtrorum prætoriorum præfectis connumeremus. Appellaturque patria lingua is qui huic præſidet, vt & appellationẽ magiſtratui ꝓpriã habeat, & ſimul ex re ipſa, Archegetes, quaſi primarius magiſtratus nominetur. ſuſceperit enim is qui hunc magiſtratum obtinet, facilè talem formam, quãdo & poteſtatẽ per ſe magnã, & per cauſſam Tamiacæ poſſeſsionis etiam ad alia loca protenſam habeat. In ſumma tot rebus hominibuſque præſidens dignitate & auctoritate affluet, adiunctiſq; militaribus copiis omnia diſponet minore negocio. Ciuiles igitur res cõficiet more ſolito: militaribus vero & ipſis cõmode præibit, nẽpe & illis ſe ipſi ſubmittentibus. Sed cum primis animum aduertito ad rerum Tamiacarum adminiſtrationem, quæ in tam grauem & omnium cauponationibus expoſitam inopiam delapſæ ſunt, vt in nullo ferè amplius precio exiſtant. tot tantaque enim edocti ſumus per prouinciam delinqui, quæ vix ampliſsimo cuique adhibita medicina curare facile eſt. Nam qui potentium poſſeſsiones procurant, ſed pudet nos iam propemodum dicere, quanta cum inſolentia paſsim oberrant, vt ſtipatores illis inſeruiant, vt non ferenda hominũ multitudo ipſos ſequatur, vt impudẽter omnes latrocinẽtur: miramurq; ſedulò, quomodo eò loci ſubditi tot perferendis iniuriis ſuffecerint. Inde adeo quotidie Cappadocum iniuriis oppreſſorũ multitudo occupatos nos & rempublicam tractantes adit, ex quibus multi ſacerdotes, plerumque mulieres, qui omnes lamentantur, queruntur que res ſuas ſibi ablatas eſſe, quandò nemo in proximo ſit, qui huiuſmodi prohibere valeat. Tamiaca certe poſſeſsio iam penè in formã priuatæ redacta eſt, tota cõuulſa, direptaque vnà cum ſuis equitiis, nemine omnino reclamante, ore ſcilicet ipſis auro obſtructo. His igitur de rebus vnum aliquem ex perſpectiſsimis nobis regioni huic præficere decreuimus, qui triplici huic ordini præſit, ſolus omne in ſe Imperium & poteſtatem circumferens, ciuilis officij vtens inſignibus, habens in vſu vehiculum ex argento, ſecurim, faſces, & quęcumque olim proconſularis Imperij fuerunt inſignia. præcipiet autem & militibus, & curam geret Tamiacorum redituum, vt ſine vllo detrimẽto & ceſſatione omnibus ad hoc ordinatis magiſtratibus obueniant, multoque magis ad noſtrum palatium, quemadmodũ etiamnũ occaſione eorũ quæ vel nobis, vel ſacratiſsimæ & pientiſsi. Auguſtæ coniugi noſtræ inferuntur, tã in auro, quàm veſte ingrediãtur. nihil enim illinc volumus decedere. Nõ tamen vt ea forma præbeantur, qua hactenus, ex rapinis ſcilicet, & ex titulo læſionis dationiſq; collatorum (hæc enim omnia tũ odio proſequimur, tum è noſtra eiicimus republica) ſed ex iuſtis legitimiſque cauſsis, quas ſubiici ſacrę huic noſtrę legi iuſsimus, vt eas ferens is qui pro tẽpore hunc gerit magiſtratum, ſacratiſsimę Auguſtę cõiugi noſtrę auri libras (prout dictũ eſt) inferat. Magiſtratũ etenim gratis nos creamus, & ordinationes eius abſq; omnibus ꝓcedere largitionibus ſancimus: neq; quiſquam erit, qui pro hac quidquã capiet. Sed & annonas ipſi quidẽ ad viginti vſq; auri libras damus, prout ſubiicitur. adſeſſori vero eius præbemus ad duas auri libras. capiet itẽ vtraque cohors id quod vſque adhuc è publico ſuppeditabatur, nullo porſus modo deminutũ. nulla enim re hũc magiſtratũ minuim⁹*: & maximè glorioſiſsi. Prępoſiti ſacri noſtri cubiculi. ſiquidem & hunc & ſuppoſitam ipſi deuotiſs. Palatinorum ſcholam in Cappadocia ſimili cũ poteſtate, ordine & figura manere ſancimus: non tamen quidquam exinde ferentem vel conſuetudinum vel annonarũ titulo, vel in auro, vel in veſte, vel in aliis ſpeciebus, neq; à *ſpectabili* pro tẽpore proconſule, neque ab eius cohorte. nã aliter puritas conſeruari nequeat. ſub vnum enim magiſtratũ, quidquid in ea regione geritur, contrahimus, ne conuulſione ipſa claudicet. Sanè Tamiacæ poſſeſsionis curam & rationem magnã habebit is ipſe, qui ad hoc à nobis officium proficiſcitur: & circumſpiciet, ſi quid à Tamiaco ſolo detractũ, & fruſtra ab aliis detentatum ſit, ſiue in paſcuis, ſiue in aruis, ſiue in locis vitibus conſitis, ſiue in prædiis, ſiue domibus: & vetus ſolum rebus ſuis vindicabit, nulla longi tẽporis præſcriptione illi opponenda. neque enim fiſco licet tale quid opponere, *neque lucrũ captans vt maximè patrimonium ſuum exinde collocupletet. nam depauperatio potius eſt, quàm locupletatio, ſi quis ſordidis vtendo manibus, arbitretur ex eo lucrum ſe facere, quod multifariam poſtmodũ cum impietate & ſummo probro reſtituet. Sed & ipſam vrbem ab omni prorſus perturbatione quietam conſeruabit: neq; cõmittet, vt ſeditio aliqua ordinẽ & adminiſtrationem reipublicæ

reipublicæ corrumpat. Publica quoque tributa vigilanter & cum iustitia exiget, nihil in illis curę prætermittens, neque concedens, vt aut fiscus, aut priuati in aliquo circa res suas damnum sentiãt: vt qui ex æquo in omnes imperiũ obtineat, siue milites, siue scriniarij sint tam gloriosiss. præfectorum, quàm magnanimorum magistrorũ militiæ, siue in ciuili cohorte numerentur, siue cingulum Tamiacum gestent, siue in maioribus siue minoribus dignitatibus consistant, siue inter sacerdotes cooptati sint. Vnus enim hic magistratus omnibus præficietur: & tam suæ ipsius existimationis, quàm nostrarũ legum & ante omnia dei memor, vt publica quidem tributa per proconsularem cohortem sine detrimento & cessatione importentur, curabit. reditus vero Tamiacos per subditas prius illi throno personas inferet, intendens etiam ad ea quæ pro consuetudine præcipiuntur à gloriosiss. præposito sacri nostri cubiculi: nequeũtibus ipsis canonicariis, qui pro tempore à gloriosiss. præposito emittuntur, vel saltem obolo tenus aliquid accipere, vel consuetudinum nomine, vel quacumque alia de caussa, vel ab ipso pro tempore summario, iisve qui publicas exactiones conficiunt, vel à spectabili procõsule, vel eius cohorte, vel his qui cataseuastę quasi instructores vocantur, vel præpositis, vel quacumque alia persona ad sacrum nostrum pertinente patrimonium. At vero exercitu vtrique harum solicitudinum opem feret, sedabítque potentium satellites, neque committet vt loca depopulentur, & latrociniis infesta reddant. neque ipse ea percurret, quemadmodum prius facere solebant comites: neque item in locum suum dimittet vicarios, sed locorum defensoribus & cohortalibus suis ad id ministerium obeũdum vtetur. Sicubi vero & militibus opus erit: ex iis locis milites, vbi necessitas postulat, opitulari iubebit. atque hi propriis ista sumptibus expedient, neque subditos damnis inuoluẽt, aut gratis vlla ex parte sumptus facient, sed tam ipse his abstinebit, sumptũ de suo faciens, vbicumque tandem erit, quamuis ad aliam ipsum proficisci regionẽ iubeamus: quàm etiã adsessor eius, & reliquum famulitium, siue ex proconsularibus, siue ex militibus, quamuis seruile etiam aut subiugale aliquod omnes hosce sequatur: necessitatem habentibus (vt prædiximus) militibus, & quicumque alij ibi locorum habitant, scholares fortè aut domestici, vt illius iussionibus obtemperent, cinguli & substantiæ suæ periculum reueriti. damus enim ei potestatem, vt & hæc illis adimat, nisi eius iussis appareant: propterea quòd eum qui hunc magistratum obtinet, velimus formidabilem subditis & venerandum existere. Etenim siue miles, siue proconsularis, siue scholaris, siue domesticus per caussam illius iussionum damni aliquid collatori nostro irrogauerit: conueniens est, vt ipse hoc ex istius annonis proprio periculo recepto, iniuria affecto medeatur. Postremo neque vlli eorũ qui ex hac vrbe eò commeant, collatores nostros iniuria tentari permittet. Sed & cursum publicorum equorum illæsum conseruabit. Et si quis ex quocumque hinc iudicio ad eam regionem commeantium iniurius erit, & vltra deputatum & constitutum exegerit: hunc persequetur. Curam autem geret etiam ciuitatis, & eorum quæ ad frumẽtationem publicam pertinent, & sitonica appellantur, operúmque eius: & procurabit, vt secundum legem nostram ratiocinia conscribantur, & tam Tamiaca quàm ciuilia insumantur. Et si quem eorum qui solitas illas iussiones insinuare cõsueuerunt, nẽpe quòd aquarum aliquis ductus impediat, & quòd quę muros concernunt, diffundantur, aut quia pontes alicui sint per prouinciam, aliquáve itinera, aut alia denique eiusmodi existat occasio, prout improbè olim fuit in vsu habitum, penitus ipsum prouincia expellet, nec permittet ei, vt vel iussionem eiusmodi insinuet, vel per hanc caussam quidquam omnino lucri capiat. Nã si nobis visum fuerit eiusmodi inspectionem operum celebrari, sacra pragmatica forma vsi ad eum qui hunc geret magistratum, communicato præterea de his cum throno tuo consilio, rem ipsam nos disponemus, ne cui facilè ad eius generis pecuniarum exactiones pateat aditus & accessus. Omnia quoque quæ audierit *improba*, prohibebit is qui hoc magistratu defungitur. Quod si vehemẽtiore aliquo, & asperiore opus erit, certiorem ea de re faciet tam excellentiam tuam, quàm gloriosiss. præpositum, & alios celeberrimos magistratus, quibus ad talem rem conficiendam aliquid adest facultatis: nos denique ipsos: & nos illi, quid facto opus sit, explanabimus. Titulos vero prædiis apponere per prouinciam cui præsidet, continentes certorum hominum appellationem, excepto nomine maiestatis Imperatoriæ aut tamij, hoc est ærarij, in tantum prohibebit, vt patrimonium eorum qui tale quid perpetrare moliantur, in publicum redigat, & manus abscindat eos imponẽtibus, si præsentes fortè id ausi fuerint. si vero procuratores absentium, ingentibus illos tormentis subdet. Titulos certè, quicumque tandem affigere ausi fuerint, siue præsentes, siue absentium procuratores, detractos protinus ad capita eorum qui affixerunt, infringet: sciens fore, vt si id factum cognitum neglexerit, ipse bonorum suorum publicationem sentiat. Iuri dicundo cum summa animi intentione & cura incumbet, neque (vt hactenus) rusticanos homines sinet iniuriis opprimi. Neque amplius negotia nobis hic facessent Cappadoces, magno cum clamore supplicantes & lamentantes, sed ipse iudicem se illis & disceptatorem præbebit. Nam si quem huc aduenientem viderimus, qui non prius apud ipsum calamitates suas lamentando explicuerit, hũc nos denuo cum increpatione mittemus in prouinciã, propterea quòd relicto magistratu prouinciæ continuo ad nos decurrit. Si vero cum eos qui iniuriam intulerunt, conuenirent, ipse comessationibus deditus, & luxuriam perditus, illorum se orationibus non accommodauerit, sed supplices plorare permiserit, híque ad nos cogantur decurrere, & maximè si mulieres sint, nósque edocti fuerimus, quòd hi quidem adierint, ille vero iniuriam vltus non est, protinus negotium vt suspectum habebimus, quasi propter lucrum, vel per gratiam, vel aliquorum obsequium factum, & nos ipsos illi prorsus opponemus: & cum triplicem magistratus functionem gerat, tripliciter quoque illi resistetur, tam ipso iure, quam nobis, & legibus eum oppugnantibus. Quæ ipsum reueritum, memoria item repetentem præcepta nostra, quæ illi vnà cum codicillis magistratus dabimus (appellabant autem ea maiores mandata principis) conuenit omnia secundum legem nostram agere, vtentem in cognoscendo æquitate, in rebus gerendis puritate, vbique colentem iustitiam, qua nihil inter homines vnquam exstitit robustius aut pulchrius, quódve deum & imperatorem placare

placare conciliaréque magis posit. Talis enim ipse cum sit, ita nostro quoque testimonio comprobatus: volumus vt solus omnia in prouincia conficiat, neque causis audientiam alio quopiam præbente, neque nobis facilè vel in eam venturis sententiam, vt alicui alij hasce delegemus, vel occasione cohibẽdarum violentiarum, seu quacunque alia de caussa emissuris aliquos: vltra hoc, quòd tametsi tale quiddam vel ex sacris nostris formis, vel magistratuũ iussionibus hactenus factum est, omnibus id vacaturum sit modis, ipso totius prouinciæ administrationem susciente, neque vlli omnino, vt accessum eò habeat, permittente. Porrò autem hunc quoque magistratum, prout proconsulum proprium est, inter spectabiles ponimus, appellationésque ab ipso transmissas tuam excellentiam volumus vnà cum gloriosissimo quæstore sacri nostri palatij in forma & habitu consultationum disceptare. Siqua vero alia in Cappadocia caussa minor aureis quingentis per prouocationẽ suspendatur, siue nostro, siue alicuius magistratus iussu datus iudex fuerit, qui tamen non sit spectabilis: huic spectabilis ipse proconsul in forma sacri consistorij & vice sacri auditorij accommodabit audientiam. siquidem & hoc illi ius addimus: decoramúsque illi magistratum tam amplo priuilegio, quantum nullus in hunc vsque diem in Cappadocia obtinere visus est. Esto igitur iustus, & elato animo, & tam nos quàm legem præ oculis habeto: cognoscitóque, quòd si strenuè ista exsequetur, longiore tempore in hoc officio permanebit, & maior ipsum alius fortè magistratus excipiet. Cæterum si nostris iussionibus neglectis, potentiores aliquos, non legem aut nos colat & veneretur: tum primo quoque tempore iis quæ in ipsum collata fuerunt, excidet, tum decætero inter condemnatos habebitur, indignus nostro visus iudicio. Adulteria vero, & raptus virginum, & immoderatas illicitásque, & augendæ rei suæ caussa comparatas circumscriptiones, neque non homicidia, & si quid eiusmodi delictorum est, ita acerbè punito, vt paucorum hominum supplicio omnes reliquos continuè castiges: estóque secũdum legem exquisitus delinquentium castigator. Neque enim inhumanitas hoc, sed potius summa quædam humanitas est, cum multi paucorum animaduersione saluantur. Quòd si quem hoc nomine in crimen vocatum sustineat, qui vel cinguli, vel dignitatis, vel sacerdotij, vel eiusmodi alio prætextu speret ex illius se manibus ereptum iri: certò sciat quòd nostro iudicio indignus videbitur. Nemo enim quacumque potentia sua fretus, quodcumque alienum prætendens patrocinium, in talibus delictis seueritatem legis effugiet. Quin potius si quis talibus se patrociniis ausus fuerit immittere, similem cum delinquente pœnam & ipse sustinebit: idem cum sit, ipsum aliquem delinquere, & eum qui talia peccauit & deliquit, velle de manu legis eripere. Subiicietur autẽ legi & descriptio, quę significet, quid ipsum, eósve qui circa ipsum sunt, è publico capere: quid item vel occasione codicillorũ dare, vel sacratisi. Augustæ coniugis nostræ piæ domui inferre conueniat: trifariam videlicet inferendis iis, prout iam inde ab initio & in hunc vsque diem obtinuit. Et subditis nostris (id quod sæpe diximus) purè vtetur. quæ res summo à nobis studio habita effecit, vt magnas etiam opes despexerimus, quanquam in tot sumptibus & magnis bellis, per quæ deus nobis dedit, vt non solum pacem ad finem deduxerimus, & Vandalos, Alanos, Mauritanos subegerimus, & totã Africam insuper & Siciliam recuperauerimus: sed & bonam spem habeamus, quòd deus nobis annuet, vt & cæteras gentes, quas socordia sua Romani amiserunt, cum ad vtriusque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni nostræ adiungamus. quas nos diuino freti auxilio, ad meliorem statum redigere properamus: neque quidquam detrectamus eorum quæ vel ad extremam pertingunt difficultatem: vigiliis simul & inediis, cæterísque laboribus iugiter pro subditis nostris vltrà quàm humanæ naturæ modus patitur, vtentes. Perleget etiam mandata nostra, quæ illi dabimus vnà cum codicillis magistratus, quemadmodum antè diximus. Et si quidem omnia secundum illa peregerit: & admirabilis futurus est, & vndique dignum se nostro exhibebit imperio. Hæc igitur omnia, quæ per hanc exprimuntur legem, cognoscens excellentia tua, & prædictas annonas huius officij throno præbeto: & ita ipsum scito amplum effectum, vt collati modo in ipsum floris & dignitatis cupiditate, multi meritò hunc consequi affectent.

DE DESCRIPTIONE QVATUOR præsidum Armeniæ.

Constitutio XXXI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni glorioſiſs. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconsuli & patricio.

PErperam effuseque posita, si ad competentem perueniant ordinem, & bellè disponantur: aliæ propemodum res apparent, speciosæ pro turpibus, ornatæ pro incultis, articulatę distinctæque pro incõpositis prius & confusis. Quod cum & in Armenia admissum deprehenderimus: putauimus & ipsam ad cõgruentiam quandam & vnam harmoniam collocari debere: quo magis ex bene constituta eius moderatione, & cõpetens illi robur addamus, & decentem imponamus ordinẽ. Vnde quatuor Armenias fecimus. Vnam quidẽ interiorẽ, cuius metropolis piæ appellationis nostræ cognomine exornata est, prius Bazanis seu Leontopolis dicta, quam etiã procõsulatu honorauimus, cui magnificentiss. vir Acacius præfuit, magistratu inter spectabiles relato, omnibúsque illi traditis, quæ proconsulatũ habere cõuenit. Nam & stola ipsum exornauimus, & vrbes illi adsignauimus, Theodosiopolim, quã etiã prius habuit, Satalam, & Nicopolim; Colonea quoque ex prima (vt antè vocabatur) Armenia assumpta, item Trapezunte & Cerasunte ex Polemoniaco prius dicto Põto: his partim à clariſs. prouinciæ præside, partim à spectabili moderatore separatis: in septẽ omnino vrbes, & quæcũque circa ipsas in proximo sunt loca, tota prouincia redacta. Secundum vero ordinem tenere iussimus eam Armeniam, quæ antè prima dicebatur, in qua cæteras præcedit Sebastea vrbs, attributa illi & Sebastopoli, quã prius quoque habuit: & insuper Commana ex Polemoniaco prius Ponto dicto: & Zela ex Helenoponto: neque non Brisa: vt ea prouincia quinque contineatur vrbibus, officio quod Correctorium est, in pristina forma relicto: neque præside eius maiore aliquo nomine condecorato, sed ipso in eodem quod prius habuit derelicto. Ad hæc tertiã Armeniam instituimus

eam quæ prius secũda dicebatur, in qua principatum tenet Melitena vrbs antiqua, vrbs insignis, in pulchro solo, clementíque cœlo posita, neque multum distans à fluentis Euphratis fluuij. Hanc nos in præsentia & augendam, & ad formam spectabilium traducendam putauimus. Præsidem quoque huius comitem Iustinianeum nominandum, dandósque ipsi pro annonis solid. 700. eius adsessori sol. 72. & cohorti eius solid. 360. & vt omnia habeat quæ eiusmodi thronorum propria sunt. Et qui prius cohortales nominabantur, tum omnia faciant, quæ etiam prius, & maximè circa publicam exactionem occupẽtur: tum ad Comitianorum appellationem transeant, perinde omnibus eis conseruatis, ac si cohortales existerent. Vrbes vero ei partim Arcam & Arabissum, partim Ariarsatheam, & alteram Comanam (quam etiã Chrusam appellant) & Cucusum subdidimus, quas & prius habebat è sex omnino consistens vrbibus. Constituimus autẽ & quartam Armeniam, quæ prius non in forma prouinciæ continebatur, sed è gentibus erat, & ex multis barbaricis colligebatur nominibus, Trophaëna, Anzethena, Ophena, Asteaëna, Balabithenáque dicta, & Satrapis subdita. Id vero nomen magistratus neque Romanum, neque maiorum nostrorum, sed ex altero Imperio introductum fuit. Exornauimus igitur & illam ciuili magistratu & forma, tam ciuili ibi magistratu instituto, quàm Martyropolitanorum illi vrbe, & Cithariza castro addito. Consistátque ipsa in forma ordinariorum magistratuum, Consularis à nobis facta: vt cum quatuor sint Armeniæ, duo quidem magistratus existant spectabiles, nempe alter proconsul, alter comes: & primæ quidem Armeniæ proconsul, tertiæ comes præeat: secundæ vero & quartæ ordinarij. Et quia summo à nobis studio cautum est, vt appellationes intra quingentorum solidorum quantitatem non ad hanc almam deferantur vrbem, sed ad proximos spectabiles magistratus: propterea disponimus, vt appellationes quæ quidem ex secunda Armenia procedunt, hoc est in qua Sebastea vrbs est, hæ ad Armeniæ primæ præsidem, hoc est proconsulem deferantur: quæ vero ex quarta mouentur Armenia, hæ intra dictam quantitatem ad tertiæ Armeniæ præsidem deueniant. His ita à nobis ordinatis, insuper illud etiam determinare iustum putamus, vt primæ Armeniæ talis vir præficiatur, qui pro amplitudine sua, & spectatissimo iam erga nos ministerio, magistratus huius tam iuramento, quàm excellenti maiestate dignus sit. Ac cum Thomam magnificentiss. virum aliquot iam in Armeniorum regione officiis defunctum, & alioqui frugi hominem esse, & nobis absque fuco semper inseruiisse, & modò quoque inseruire deprehenderimus, promouemus ipsum ad huius officij administrationem, vt non solum prædicta à nobis forma ad tempus huic prouinciæ præsideat, sed etiam aliis prouideat, quæcumque ei vel per sacra commonitoria commisimus, siue in prouincia quam ei tradidimus, siue in aliis. quod inquam fecimus, sacris ad ipsum compositis commonitoriis de diuersis actibus, quos ipsum & in aliis regionibus ad effectum deducere æquum est. Quæ vero ad sacerdotia spectant, ea (vt sæpe diximus) volumus in pristina manere forma, negotio ipso neque circa ius metropolicum, neque circa ordinationes vel mutationem vel nouationem suscipiente: sed prius ordinatis nunc quoque ex ordinatione auctoritatem obtinentibus, & prioribus item metropolitanis in suo permanentibus ordine: vt quantum ad ipsa nihil penitus innouetur. Illud sanè in confesso est, ex quo tertiæ Armeniæ comitem non tantum ciuilem, sed etiam militarem magistratum fecimus: necesse habere etiam milites qui in ea stationes agunt, vt huic suppositi sint: licentia illi præbita, vt (quemadmodum militaribus permittitur magistratibus) & nomine quemque suo euocet, & inquirat, & de ipsorum annonis dispiciat, & supplicio eos persequatur si quando iniuste egerint: neque committat vt milites in subditos nostros iniurij sint. Quòd si quid flagitiosius perpetrent: ad instar criminalium causarum audientiam præbeat, tametsi milites existant. omnia denique agat, quæcumque militaribus attributa sunt magistratibus. Et quemadmodum comiti Isauriæ & Pacatianæ Phrygiæ, & insuper Lycaoniæ, Pisidiæ, ac Thraciæ prætoribus militares etiam copias subdidimus: vt æquè & ipse non solum ad res ciuiles cohortem, sed etiam in copias militum potestatem habeat & imperium, & cum summa auctoritate & amplitudine tam militibus quàm paganis facienda præcipiat, omnia agens quasi vno aliquo officio existente. Inque vnam hanc rem prouidentiam conferat, ne quid per prouinciam admittatur flagitij, sed & vt admissum competenter coërceat. Neque hanc illi potestatem in vlla omnino persona, quæ in prouincia sit, detrahimus, siue paganica, siue militaris, siue tamiaca sit. Sub æquabili enim & perpetua pace nostros tueri subditos volumus, non pro diuersitate personarum inducentes legum contemptum. Quæ igitur nobis placuerunt, ea secundum descriptionem quatuor Armeniarum, & maximè tertiæ, cuius occasione præsentem sacram legem tulimus, iam inde in omne reliquũ tempus excellẽtia tua custodire studeto: omnibus quę singulis annis dari iussimus, per particulares descriptiones thronorũ tuorũ conficiendis.

DE ADIVTORIBVS QVAESTORIS.

Constitutio XXXV.

Hæc prorsus deest in Scrimgeriana editione: in Haloandrina ferè præter titulum pauca tantùm verba sunt: iustam autem epitomen inueni in Nouellis Iuliani, quam idcirco adscripsi.

Vigintisex adiutoribus Quæstoris, quos boethos dicunt Quæstoris, liceat in suo loco alios substituere, idoneos tamen, & quos pro tẽpore Quæstor elegerit propositis sacris euangeliis. Hi autem qui fiunt in locum eorum qui suo loco ceciderunt, centum solidis præstitis fiant. Istorum autem trium gradu † viri, id est scrinij memoriæ, & duorum qui proximi futuri sunt, quanuis non ex viginti ex adiutoribus, tamen licentiam habeant surrogare in locum suum. Habeant igitur ius vendendi militiam suam, & non vltra centum solidos, dummodo ex his, qui subrogatus est, electione Quæstoris fiat. Prærogatiuam autem constitutio dat Theodosio & Epicteto & Quiedio & Sabatio & Pirigeno. Illo videlicet obseruando, vt si quis ex viginti adiutoribus defunctus fuerit, ab hærede eius centum solidi dentur, & electione Quæstoris militent. Sinautem liberi sint defuncti, idem iuris habeãt, quanuis hæredes parenti suo non extiterint.

DE SVC-

DE SVCCESSORIBVS EORVM qui in Africa degunt.

Constitutio XXXVI.

OMne infinitum &c. Vt Afri ea quæ Vandalorum tẽporibus vel ipsis vel propriis parentibus, vel auis vtriusque sexus, vel ex transuerso cognatis vsque ad tertium gradum erepta sunt, intra quinque annorum spacium vindicent, nisi legitimis excludantur præscriptionibus. 2. Vt ad comprobandum genus ambæ partes probationes proferant. 3. Vt omnes Afri Romanis legibus subditi sint.

DE ECCLESIIS CONSTITVtis in Africa.

Constitutio XXXVII.

VEnerabilem Ecclesiam &c. Ab Arianis ablata capiunto, sibíque habento ecclesiæ Africæ: vt tamen publicas pro illis pensiones conferant, ab iisdem acceptis immobilibus à nemine lædendis. Hæreticus non baptizato, ad rempublicam non accedito, catechumenũ non circuncidito. Nulla omnino hæresis domum aut locum orationis habeto. Carthaginiensis Ecclesia priuilegia obtineto quæ in vniuersum de omnibus dicta sunt ecclesiis in Codice. Qui ad Carthaginiensem ecclesiam confugerit, is impunitatẽ habeto, nisi homicidium, aut raptum virginis, aut vim in Christianũ admiserit. Ecclesiis Africæ ab aliquo p sua ipsius salute oblata, à nemine prorsus auferuntor. Hoc ipse generaliter de omnibus ecclesiis accipito.

DE DECVRIONIBVS, VT FILIIS suis decurionibus dodrantem relinquant.

Constitutio XXXVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni glorioſiſs. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconsuli & patricio.

QVi nobis olim constituerunt rempub. hi ex vsu fore rati sunt, si ad imitationem regiæ vrbis, per singula municipia nobiliores congregarent, & formam quandam senatoriæ curiæ constituerent, per quam & publica tractarentur, & omnia rectè fierent atque ordine. Atque ea res ita efflorvit initio, ita splendida visa est, vt ampliſsimæ simul & numeroſiſ. decurionum familiæ existerent: & cum ingens eorum esset multitudo qui curiæ manciparentur, nemini omnino ciuilium munerum onus intolerabile videretur. siquidem in multos diuisum onus, parum aberat quin his qui id subibant, absque sensu & pondere esse soleret. Postea quàm verò per partes quidam curialibus se muneribus subtrahere, & fraudes inuenire cœperunt, per quas aliquà ab hisce liberi redderentur, paulatim ea occasione curię defecerunt, plus mille artibus excogitatis, quibus tam priuatæ res pessum irent, quàm communes & publicæ penitus interciderent. Inde adeo ciuilia munera ad paucas personas redacta, & illis patrimonia conturbarunt, & pleroſque ipsorum ita depauperarunt, vt in potestatem perditiſsimorum mercenariorum, quos vindices appellant, peruenerint. Vsu itaque venit, vt ipsa reipublicæ administratio abundaret reliquationibus, abũdaret item omni improbitate. Hæc nos sepænumero peruestigantes, putauimus negotio medicinam adhibendam. sed quo vehementius nos circa id elaborauimus: tanto decuriones plures vndique contra ea quæ rectè & iustè sancita sunt, contráque bonum publicum artes inuenerunt. Ex quo enim viderunt omnibus se modis compelli quartam conseruare curiæ: vix id relatum erat à nobis in leges, cùm ilico patrimonia sua disipare cœperũt, vt sub mortem summa laborarent inopia, neque quadrantem, sed summam deinceps egestatem curiæ relinquerent. Mox cùm ipsis etiam corporibus curiam defraudare constituissent: multo rem omnium impiiſsimam excogitarunt, legitimis abstinentes nuptiis, prę optantes sine liberis (quantum ad legem) decedere, quàm genti suæ & curiæ se vtiles ostendere. Perfecerunt rursum, vt lex olim ferretur, quæ vel sine decreto donare ipsis bona sua permitteret, cùm interim lex vellet vt venditio cum interpositione decreti procederet. Quæ sanè lex mirabilis fuit, quòd solam venditionem decreti interpositioni & necessariis quibusdam obseruationibus subiecerit, in omnibus aliis liberam eis quo vellent modo potestatem agendi permittens. Hac igitur occasione curialibus nexibus obstricta bona in alias transtulerunt personas, nihil ex iis compendij obtinente curia: vt si quis per nostram rempublicam curias enumeret, pauciſsimas inuenerit, & eas quidem vel neque hominibus neque pecuniis abundantes: vel licet paucorum fortè hominum, tamen absque vllis pecuniis. Et quanquam per partes iam leges tulimus, quæ volunt, vt tam venditiones quàm simplices donationes, & omnis denique actio, quæ alienationem immobilium curialium rerum continet, decreto cum obseruatione ibidem posita interponendo subiaceat: tamen cùm postea per ementitas cauſſas donationes conficerent, in vniuersum & ipsam, néve decurio in vllã omnino personam donationem conferret, sustulimus. meritò autem donationes ante nuptias excepimus: quandoquidem neque per omnia donationes sunt, sed species quædam in his contractus, & veluti auctoramentum procreandorum liberorum continetur. Post hæc cùm videremus multas ea in re circunscriptiones suboriri: legem conscripsimus, vt curia omnibus modis, siue cum persona, siue absque persona prorsus quadrantem haberet, neque vlli liceret curiæ minus relinquere, aut comminiſci artes, aut aliquo alio modo deminuere, siue filius ad curialia munera succederet, siue ipsa etiam curia quadrantem reciperet. Ac neque intra hunc terminum restitimus, sed etiam fœmellis in institutione certam partem ab iis adsignari sanximus, vt nulla occasione ea curiæ deminueretur. Præterea neque hac fini (vt diximus) totius substantiæ eius qui curiæ mancipatus esset, quartam constituimus: sed etiam nimias illas & effusas largitiones sustulimus, non aliter ipsos conditione sua liberari concedentes, quàm per maximarum dignitatum honorem, patriciatus scilicet, * & quæ in militares habetur copias. Nam magisteria militum inter præfecturas censeri etiam lex nouit. Vnde si quis præfecturæ officiũ gesserit (in ipso scilicet

actu constitutus) siue administranda republica, siue ducendis exercitibus: is per legem nostram curiali conditione liberatur, omnibus aliis exemptionibus sublatis. Nam ne eiusmodi dignitates, nempe præfecturæ (idem licebit & de magisteriis militum dicere) quæ solo honorario titulo conferuntur, ex albo decurionum eos qui hasce nacti essent, eximerent, diligenter sanximus. Atque hęc sanè cum multis aliis, quæ licebit ex positis iam legibus percipere, præteritis sancita sunt temporibus. Absoluimus insuper nonnullos & varios curiali conditione, pragmaticis in illos legibus pro nostra liberalitate collatis, quas omnes ratas esse volumus, & præsentem legislationem ab vndecima indictione, quæ modò est, incipere, quo scilicet tempore in Senatu hæc nobis lex fuit composita. Quoniam verò cernimus plerosque ita hostili animo erga patrias suas esse affectos, vt cupiant aliis potius suam relinquere substantiam, quàm vel quartam eius partem curiæ: putauimus hic quoque per nostram legem, ex casu non existentium filiorum, hanc partem augendam esse. *SI POST* hanc igitur nostram legem decurio moriatur, qui liberos non habeat, neque masculos, neque fœminas: eo casu tres substantiæ suæ partes relinquito curiæ, quartam verò quibusquibus vult. erit enim vniuersa ei curia vnius filij fortè vel plurium loco, imò (idem enim possumus dicere) ipsius ciuitatis plenitudo, liberorum locum obtinebit, & perpetua ei laus, immortalisque memoria: & tantum inde fructus existet, quantum à liberis exstiturum non erat. Si cui verò tametsi legitimos filios non habet, spurij tamen sint, integrum ei esto cum onere curiæ hos etiam hæredes scribere: & ipsa planè scriptura pro quacumque oblatione erit. neque opus habeto (id quod in antiquis traditur legibus) vlla alia adiectione, aut dum superstes fuit, oblatione: sed indidem scripti (modo liberi sint) decuriones & hæredes existunto, habentóque & ipsi dodrantem, prout pater inter ipsos eum partitus fuerit. Quòd si totum quoque assem eis relinquere voluerit, multo etiam præclarius egerit. Cæterum vsque ad dodrantem omnino eis hæreditatem relinquito: certò sciens, quòd & si minus reliquerit, prorsus tamen substantiæ ex lege supplementum ad dodrantem vsque futurum sit. At illi si quidem patrimonium cupiunt percipere, etiam decuriones sunto. Si partim amplectantur, partim recusent: eorum portiones, qui recusant, ad eos qui amplectuntur, perueniunto. Si omnes repudient: tunc quasi nullis existentibus liberis, eo casu dodrans ad curiam peruenito. *SI VERO ET IPSE* tacuerit, neque vlla ei ex legitimis superstit soboles, tunc quadrans quidem ad hæredes ab intestato deuoluitor: spurij autem, si voluerint se ipsos offerre curiæ, amplexantor, prout siue omnes, siue quidam ex iis voluerint, dodrante patrimonij omnino ad decurionem decurionésve deferendo. Insuper & si ex ancilla natos habeat, & vel superstes eos, vel in testamento manumittat, offerátque curiæ: amplexantor hi quoque, & decuriones sunto, prout ipsorum qui curiæ eos obtulerunt, desiderium constituerit, percepturi (quemadmodum dictum est) dodrantem. Vbique enim volumus, siue testamenti tabulas conficiat, siue absque nouissima expressa voluntate decedat: eos qui curiam ingrediuntur, dodrantem accipere. Cæterùm si manu tantum emiserit, non etiam curiæ obtulerit, & hi, vel quispiam vel quipiam ex illis ad curiam oculos referre voluerint, tributor & hic dodrans decurioni decurionibúsve pro portione. Si verò nemo ex spuriis vel voluerit, vel se obtulerit, tunc dodrantem curia capito. *ENIMVERO* si legitimorum filiorum pater sit, hoc casu res ipsa distinguenda, solíne masculi, an solæ fœmellæ, an misti sint: vt ex omni parte lex absoluta sit, & curiæ commodet. Si itaque masculi filij, aut ipsi fortè ex præmortuis filiis masculi nepotes soli sint, dodrantem in omnes suo arbitratu partitor: ita tamen vt neutiquam lex de inofficiosis differens testamentis infirmetur, nisi ratio hoc ingratitudinis efficiat. Neque enim iura super his posita aliquo modo tollimus. Illo sanè omnibus modis obseruando, vt dodrantem inter non ingratos filios partiatur, & singuli pro ea parte ciuilia patris munera subeant, quantam cuique pater ex substantia sua attribuit: solo quadrante ad patris arbitrium relinquendo, quocunque animus illi concedere & inclinare voluerit, siue ad liberos, siue ad alium. Quòd si omnes fœmellæ existant, & eius ciuitatis decurionibus nupserint: licentia erit patri, si quidem (vt dictum est) decurionibus nuptæ fuerint, totam substantiam in ipsas diuidere, aut saltem omnino dodrantem, prout voluerit: nihilo minus & hic legi aduertens animum, quæ successiones ab intestato ordinat. Si verò partim decurionibus, partim non eius conditionis hominibus nupserint: dodrans quidem omnibus modis à patre decurionum vxoribus relinquitor, hoc etiam casu diuidendus quemadmodum pater voluerit: reliqua videlicet parte legitima penitus illis alteris conseruanda. At si nondum collocatæ sint nuptum, tùc ea conditione ipsas, aut aliquam vel aliquas ex ipsis in dodrantem hæredes scribat, vt omnimodo eius ciuitatis decurionibus nubant. Aut si hoc noluerit ipse, vel cùm ipse scripsisset, hæ non sustineant: dodrans quidem ad curiam ciuitatis peruenito, quadrans verò solus in omnes eo modo quo lex vult diuiditor, imputandus illis in rationem dotium. Si verò tam masculi sint, quàm fœmellæ: masculi quidem prorsus dimidiam patrimonij partem habento, fœmellæ verò reliquam dimidiam, sed non totam. dabunt enim decurionibus ipsæ fratribus de sua quadrantem, nisi & ipsæ decurionum vxores sint vel omnes, vel aliquæ ex eis. nam si ad eiusmodi nuptias peruenerint, & patriæ suæ decurionibus coniunctæ fuerint: tunc à præstatione quadrantis liberæ erunt, vt quæ & ipsæ per maritos suos, quoad superuixerint, in partem curialium munerum vocari videantur. Hæc nos lege comprehendere cogitauimus, non vt hominibus rerum suarum tractationem & administrationem adimamus, sed ne ciuitates penitus destituantur curia, aut curiæ per impia quædam commenta fortè adigantur ad pauperiem. Siquidem cõpertum habemus, nonnullos etiam lege vetitas contrahere nuptias, dumtaxat ne ipsis legitimi exinde filij, sed spurij gignerentur: & illis tandem quasi extraneis bona sua relinquere, ac curiam per hoc à debito patrimonio auertere. Ad hæc quoniam & illud sanè ad curiarum detrimentum fieri, ex ipsa rerum experientia deprehendimus: quódque multi, dum alterum parentũ suorũ vel de tamiaco, vel Comitiano vel conchylegulorũ, vel alio consortio fuisse asserunt, conantur vel tamiacæ, vel Comitianæ, vel conchyle-

BIU Cujas

conchylegulorum, vel cuipiam alij se conditioni adsignare, & curiam declinare: propterea sancimus, ne qua eiusmodi fortuna seu conditio contra rempublicam existat: sed siue ex tamiaca matre, siue conchylegula, siue Comitiana decurioni natus sit filius, omnino curialem prævalere fortunam volumus. Decuriones enim pauciſsimi vbique terrarum per nostram rempublicam exiſtunt, tamiaci verò, & Comitiani, & conchyleguli ad ingentem effusi sunt multitudinem: & conuenientius est, curias ciuitatum ad pauca corpora coangustatas augere, quàm numerosæ multitudini alios deintegro adiicere. Si qui verò sub nomine matris suæ nempe de tamiaca, aut conchylegulorum, aut etiam Comitiana fortuna seu conditione exiſtentis, curiali se conditioni subtrahere conati sunt vel fuerint iam inde à decima indictione, & ipsa quæ modo præteriit: quæ ad eum confecta sunt aut impetrata modum, siue ex sacra aula, siue aliunde, cassa & inualida sunto: & istiusmodi decuriones decætero esse sancimus. si quid enim ante decimam indictionem confectum impetratúmve est, id firmiter & in suo manere robore volumus. Excipimus autem præsente sacra hac nostra constitutione Theodosium, & fratres ac filios Ioannis cognomento de Iscis, qui ante decimam se indictionem, quamquam ex decurionibus orti parentibus, tamiacæ conditioni adscripserunt: & quidquid pro iis liberâdis actum impetratúmve est, tollimus. Nulla enim ipsos re ex cõcessis perfrui, sed decuriones esse volumus, & quæ decuriones condecent, agere, & curialibus intendere muneribus: nulla (vt diximus) re ad hoc illis adiumentum adferre queunte, quamuis concessa illis & definita ex aula, aut aliunde sint. Quæ igitur nobis placuerunt, & ad vtilitatem ciuitatum & curiarum decreta sunt, & hac sacra exprimuntur lege: ea studeto excellentia tua & conseruare, & effectui tradere: pœna imminente his, quicũque hanc nostram legem transgredi præsumpserint.

Nouell. XL. VT ECCLESIA SANCTÆ Resurrectionis alienare possit ædificia quæ in ipsa & circa ipsam habet ciuitatem, Antonio Contio interprete.

IDEM Imp. Petro sanctiſsimo & beatiſsimo archiepiscopo Ierosolymorum.

TAm quidem quæ ad prohibitionem ecclesiasticarum alienationũ pertinebant, communi à nobis lege promulgata sunt, quam vtique obtinere volumus, & in omnibus firmam esse. Quoniam autem conueniens est † cum omnium ecclesiarum vtilitatibus prospicere, tum maximè ecclesiæ sanctæ Resurrectionis, & loci illius in quo mundi huius artifex dignatus est in humana constitui generatione: ideo hanc legem scribere nobis operæpretium visum est, non tam ad eorum quæ iam constituimus subuersionem, quàm ad reddendam rebus omnibus conuenientem & necessariam vtilitatem. Omnibus enim hominibus manifestum est, quemadmodum sanctiſsima Resurrectio infinitam propè hominum multitudinem eò ex omni orbe confluentem suscipiat & alat, & faciat expensas immensas, & præter omnium spem & fidem tantæ multitudini sufficientes, id efficiente mirabili dei & domini nostri Iesu Christi dispensatione, qua ineffabilem multitudinem quotidie excipit, & pau-

† *Ita fere vbi huius mella citat Albertin lexicon verbo Ecclesia S. Resurrect. &c.*

cis sustentat panibus. Quo fit vt & ei maioribus reditibus opus sit, & piis suffragiis atque occasionibus, vt tantæ multitudini opitulari perseueret. Cognouimus enim quemadmodum nuper deo amiciſsimus presbyter & Cimeliarchus sanctiſsimæ huius regiæ ciuitatis ecclesiæ Eusebius, cum esset in præfata Ierosolymorum ciuitate, honestum & deo gratum etiam nunc demonstrans modum (quo multis & magnis & iustis augmentis illius ciuitatis amplificauit reditum) potuit trecentis octoginta auri libris comparare reditum triginta plus minus auri librarum, parte quidem pretij ex præsenti ecclesiæ ipsius pecunia accepta, parte vero per deo chariſsimos eiusdem ecclesiæ œconomos, eodem Eusebio suadente, fœnori accepta. Verùm docuit quoque nos & fœneratores suum recipere conari, & se inopinatam inueniſse noui quæstus rationem. Multis enim confluentibus & accedentibus ad præfatam ciuitatem ex omnibus locis deo subiectis, & multo auro comparare sibi ecclesiasticas domos desiderantibus, vt commodius in eo loco habitent, non posse tamen istud perficere sanctæ Resurrectionis antistites, metu legis à nobis positæ de ecclesiasticarum reum alienatione, tametsi tanta hinc resultet ecclesiæ ipsius vtilitas, vt in annos quinquaginta velint quidam subtegulanea huiusmodi ædificia plene emere. Qua in re sane dici vix potest quantum discrimen futurum sit, cum possessiones quidem adiecerint sanctiſsimæ ecclesiæ triginta auri libras, idque vix in tredecim annis. at domorũ venditio in quinquaginta annis fiet, idque vtiliter, cum facultates in ædificiis consistentes omnibus sint fortunæ casibus obnoxiæ, statímque iisdem casibus corruant, atque ita concidant, vt vix fundamentum saluum supersit. Ista nos induxerunt vt ad præsentem constitutionem intenderemus, quam offerimus domino deo, & omnium ecclesiarum sanctiſsimæ Resurrectioni. Per quam sancimus omnia quidem quæ in prædiis habet sanctiſsima Resurrectio, priori nostræ legi subiacere (neq; enim permittimus illi venditionẽ vllam omnino celebrare prædiorum) quod autem ad ædificia attinet, aliquid ei de rigore ipsius legis remittimus. Si enim ipsam pro ecclesiarum vtilitate scripsimus, videmus autem in hoc casu aliquam vtilitatem subesse, quomodo non illud ei per præsentem legem permittemus, omnem dantes & vendentibus licentiam, & ementibus securitatem? Quod & eo lubentius facimus, dum consentimus & fauemus tempori celerius ea ipsa ædificia ad eandem ecclesiam reducturo, vtpote cum emptores ipsorum (qui scilicet ob singularem in deum affectum ea emerint) ea cum morientur eidem ecclesiæ relinquent. Liceat itaque ipsi sanctiſsimæ ecclesiæ celebrare ædificiorum venditionem, nihil verenti legem in genere circa ipsa positam, quæ idcirco per hanc posteriorem legem subdistinctionem accepit, ne vlla decætero pœna exinde ad quamlibet personam perueniret. Ita tamen ea ædificia liceat vendere, si talis vtilitas emergat, vt multo maius commodum quàm damnum talis alienatio adferat præfatæ ecclesiæ. omnem habituris securitatem qui ista emerint, nunc & omni futuro tempore, & nullam ereptionem aut euictionem timentibus, nec sibi nec suis hæredibus aut successoribus. Cum enim per hanc legem alacres & imperterriti fiant ad contrahendam emptionem, indignum esset eos alicui

BIU Cujas

subdi molestiæ vel accusationi vel noxæ vel euictioni. Decreto videlicet interponendo apud tuam beatitudinem præsente venerabili clero, causáque probata eius alienationis, & quoniam maioris commodi gratia ad eorum venditionem proceditur, & exigua esse quæ alienantur, multo autem ampliora quæ inde proficiscuntur, preciis videlicet† ædificiorum ex mercedibus seu pensionibus venditionis in quinquaginta annos factæ reficiendis, & solutioni quidem illius pecuniæ applicandis, quam fœneratores mutuarunt prædictorum redituum emendorum causa. Si enim omnium dominus & artifex deus dignatus est tantam illi dare prærogatiuam supra cæteras ciuitates, vt ex ea secũdum carnem resurgeret, manifestũ est quòd & nos dominum deum & mira eius opera quantum in nobis fuit imitati, prærogatiuam aliquam ipsi supra cæteras ecclesias dedimus, vt ipsa iam frui debeat nostra lege, quam vt feracitatem quandam & carpophoriam illi depromimus, quod ipsi commodum est in primis eligentes atque æstimantes. Quæ igitur à nobis constituta sunt per hanc particularem legem, & ipsam legum libris inscribendam, tua beatitudo cognoscens, manifestam ipsam rursum omnibus faciat. Ostendátque nostram voluntatem quam erga sanctissimam & merito ab omni humano genere adorandam Resurrectionem nostrũ habet imperium, & domino adhibet deo, qui nobis tot & tanta bona supra omnes qui ante nos imperarunt, in singulis rebus impartiri dignatur. Particularis lex scripta Petro sanctissimo & beatissimo archiepiscopo & patriarchæ Ierosolymitanæ ecclesiæ. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. post Bilis. V.C. Consulatũ.

† *Hoc iterũ postea confirmatũ est Nouel. 120. De alienat. & emphyt. ver. ecclesiast. cap. 9. Contius.*

APVD QVEM OPORTEAT APPELlationes in quinque prouinciis, Caria, Cypro, Cycladibus insulis, Mysia & Scythia interpositas examinari. Constitutio XLI.

† *al. Bono.*

Imp. IVSTINIANVS A. Mono† glorioſiſs. quæſtori exercitus Iuſtinianei.

SCimus paulò antè sacram à nobis cõstitutionẽ factam, in qua cùm quinque has prouincias, Cariam, Cyprum, in circulũ positas insulas, insuper etiam Mysiam & Scythiam gloriæ tuæ traderemus, vt sub gloriæ tuæ imperio censerentur: addidimus etiam, vt prouocatione suspensæ lites in prædictis prouinciis, deinceps non ad glorioſiſsimos nostros præfectos, sed ad tuam mitterentur gloriam. Quoniam verò multi nos ex Caria, Rhodo, & Cypro cum summa animi indignatione adierunt, dicentes sæpenumero vel hyemis tẽpore se compelli ad Scythas & Mysos, in quibus locis tu degis, proficiscí, vt appellationes istic non pro magnis admodum pecuniis expediant, & tum longius per mare excurrendo, tum barbarorum excursionibus infesta loca adeundo, periculum sustinere: propterea visum nobis est hanc ad tuam gloriam legem conscribere, vt causis quidem appellationum ex Scythia & Mysia tanquam vicinis delatis, audientiam per te ipsum accommodes. Quæ verò ab aliis locis, hoc est Caria, prædictis insulis, Cypro deferuntur, si quidem apud glorioſiſs. nostros præfectos agitabantur, ex sacra iussione nostra adsignatæ prouinciæ præsidi, & ipse in regia hac vrbe præstò sis: A moueantur & ipsæ apud te, & examinentur vnà cum glorioſiſs. quæstore sacri nostri palatij in sacro auditorio, quemadmodum de appellationibus proposita lex explanat. Si vero in Scythia ipse & Mysia moram trahas, appellationes ad eum deducantur, qui in ampla hac vrbe locum tuum supplet, omnino tamen secundum eiusmodi cognitionum formam, in societatem audientiæ adhibito glorioſiſs. nostro quæstore, quo minus homines prædictas difficultates *sed præfato à nobis modo communiter ab ipsis iudicetur, quandò non alia de caussa nobis ita ordinare legem placuit, quàm vt maiore & ampliore cum diligentia & auctoritate controuersiæ disceptarentur. Cæterum si ipse iudicem in prædictis prouinciis dederis: is qui in ampla hac vrbe vices tuas obtinet, hisce audientiam præbebit, quomodo & apud gloB rioſiſs. præfectos in more est. Certè si apud gloriam tuam hic (vt coniicimus) inuentam lite cœpta, deinde contingat in medio gloriam tuam propter numeranda militaria stipendia peregrinari: absque comperendinatione huic finis apud eum qui vices tuas gerit, imponatur eadem forma, qua & ipse ei audientiam accommodasses. At si initio non ad glorioſiſs. præfectos ex aliquibus prouinciis appellatio transmittebatur, sed ad aliud iudicium: in nullo veterem morem nouamus. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem: ea in perpetuũ excellentia tua tam effectui & fini tradere, quàm conseruare studeto.

Nouell. XLII. De depositione Anthimi & Seueri & Petri & Zoaræ, & cæterorum. Versa quidem est ab Halcandro: sed veterem eius translationem, à nobis ex Isidori libris recognitam, adscribere maluimus, quasi fideliorem, & minus fucatam.

In nomine domini nostri Iesu Christi dei nostri.

Imp. Cæsar, Flauius, Iustinianus, Alemanicus, Gothicus, Francus, Germanicus, Atticus, Alanicus, Vandalicus, pius, felix, glorioſus, victorioſus, triumphalis, semper Augustus, Mennæ sanctiſsimo & beatiſsimo archiepiscopo & generali patriarchæ.

REm† non insolitam imperio & nos sa- †sibi cientes, ad præsentem venimus legem. Quoties enim sacerdotũ sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit (quẽadmodum Nestorium, Eutychen, Arium, Macedonium & Eunomium, ac quosdam alios ad iniquitatem non minores illis) toties imperium, eiusdem sententiæ & ordinationis cum sacerD dotum auctoritate fuit. Sícque diuina & humana pariter concurrentia, vnam consonantiam rectis sententiis fecere: quemadmodum & nuper factum esse circa Anthimum scimus, qui quidem deiectus est de sede huius regiæ vrbis à sanctæ & glorioſæ memoriæ Agapeto sanctiſsimæ ecclesiæ antiquæ Romæ Pontifice, eo quòd nullo modo sibiipsi conueniens, contra omnes sacros canones se intruserat, sed & cõmuni sententia ipsius sanctæ memoriæ viri primum, deinde etiam sacræ synodi hîc celebratæ condẽnatus & depositus fuit, eo quòd à rectis dogmatib' recesserit: & quæ prius multoties diligere videbatur, hæc demũ diuersis lustrationibus† aufugit, simulãs sequi sanctas quatuor synodos, trecentorũ videlicet decẽ & octo patrum in Nicæa, & centũ quinquaginta in hac felici ciuitate, & in Epheso primo cõgregatorũ ducẽtorũ, & sexcẽtorum triginta venerabiliũ patrũ in Chalcedona.

BIU Cujas

dona. At quidem † nec dogmata sequi, nec nostrã cle- A
mentiam & condescensum, quem propter ipsius sa-
lutem habebamus, suscipere voluit, neque ipse abdi-
care auctores impiorum dogmatum, qui prius à san-
ctis synodis percusi fuerant, sed putauit oportere
secundum ipsum in æquali ducere & condemnatos
& condemnatores. Nam semel alienis à sanctissima
ecclesia intellectibus mãcipatus, & à rectis dogmati-
bus alienatus, merito ad ipsorũ rectitudinem reuer-
ti non valuit, etiam ad hæc inuitatus à nobis & dire-
ctus, qui omni studio vsi sumus ad ipsius salutem.
Propter hæc igitur omnem sententiam depositionis
in ipsum à sancta synodo factam occasione non li-
citi neque à sanctis canonibus approbati raptus sa-
crarum sedium huius regiæ vrbis, & auersionis à re-
ctis & veris dogmatibus, κυρίαν † & propriam nostrum B
facit imperium, & contra istum præsentem scribit le-
gem. Interdicimus ei commorari in hac felici ciuita-
te & eius districtu, ac in quacumque alia insigni ciui-
tate, sancientes in quiete esse & eos diligere, quibus
seipsum dignè suppposuit, & non aliquibus commu-
nicare, neque eos imbuere in perditionẽ interdicto-
rum dogmatum. Nec vtique extra imperialem con-
firmationem relinquimus sententiam iustè contra Se-
uerum latam, ac ex omnibus vt ita dicamus pontifi-
calibus & patriarchalibus vnà cum monachicis con-
sensibus prouenientem sedibus, & anathematismum
ipsi inferentem, qui prius cõtra sacras sanctiones, ac-
cipiendo sedem sanctissimæ ecclesię Theopolitano-
rum, sic vniuersa cõturbauit, sicque accumulatas tur-
bationes fecit, quòd commune quoddam ac abomi-
nabile † bellum sanctissimis ecclesiis adinuicem im-
mittat. Et hoc à sceptris quæ ante nos fuerunt contra
ipsum scriptum erat, variis dogmatum à rectitudine
alienatis intellectibus ac blasphemiis vsum fuisse, ac
vniuersa conturbasse, & illum quemcunque errorem
abominabiliũ hæresiarcharum & iniquorũ dogma-
tum recipere. Et cum Nestorius & Eutyches, & vter-
que horum præceptorum cõtrarij quodammodo ad
inuicem esse videantur, ad vnum vero impietatis fi-
nem inferunt illorum diuulgatos sermones, cum in
vnum formauerint, duobus existentibus dogmatibus
adinuicem repugnantibus, quorum vtrumque simili-
ter ad animæ perditionem adducit, Nestorij videlicet
& Eutychis (quemadmodum dicendo narrauimus)
quæ ex Arianorum & Apolinarij contagione con-
stiterunt, ipse paradoxum quid perpessus, in vtrumque
similiter incidit: & ibi quidem hoc, ibi quidem illud
mittendo † seipsum & sermones suos visus est cõsti- D
tuisse commune receptaculum tãtorum delictorum.
Sit itaque & ipse sub prædicto anathematismo, quem
vniuersus patriarchalis pontificalis ac monachicus
nostrę vt ita dicamus politię cœtus iuste in ipsum in-
duxit, de Theopolitana quidem ecclesia ciectus, id-
circo quòd thronus de illa ipsum remouit, eo quòd
ipsius principatum recte nõ acceperat, sed adhuc vi-
uente eo & in sanctissimis ecclesiis commorante qui
ante ipsum sacerdotium habebat, & propter eum qui
post ipsum fuit, de sacerdotio exciderat. Nec vero
vsque adhuc stetit, sed etiam sub cõmuni orthodo-
xæ ac catholicæ ecclesiæ anathematismo factus, mul-
tis libris blasphemiisque & abominationibus nobis
politiam impleuit. quare vniuersis interdicimus, ali-
quid de libris ipsius possideri. Et sic vt non licet Ne-
storij libros scribere vel possidere (quia prædecesso-

ribus nostris imperatoribus in suis constitutionibus
visum est statuere similia his quę dicta & scripta sunt
à Porphyrio in Christianos) sic nec dicta & scripta
Seueri maneant penes aliquem Christianum, sed sint
profana & aliena ab ecclesia catholica, ignéque com-
burantur à possidentibus, nisi qui ipsa habẽt, vellent
periculum pati. A nemine ergo scribantur neque ad
pulchritudinem neque ad velocitatem scribẽtium, † † id est nes
scituris omnibus quia amputatio manus, his qui scri- notis quidẽ
pta eius scripserint, pœna erit. Neque enim volumus excipiatur.
in futuro tempore ex illis blasphemiam protrahi. Si-
militer autem & huic interdicimus omnino regiam
ciuitatem ingredi, aut districtum eius, nec aliquam
aliam de insignibus, sed in aliqua solitudine & in silẽ-
tio sedere, & non corrumpere cæteros, neque in bla-
sphemiam ipsos adducere, & non semper aliquid no-
ui inuenire cõtra vera dogmata, per quod rursus no-
bis conturbare sanctissimas ecclesias festinaret. Nec
solummodo hunc, sed nec Petrum episcopum Apa-
meæ & simul depositũ & simul ab ipsis à quibus Se-
uerus sub prędicto anathemate factum imperium ad-
mittit, sed sint propria contra ipsum sententiata. † Et † ὑπὸ τοῦτο-
qui sub communi anathematismo positus est & reda- τῳ.
ctus, sub ipso esto: & sententia sanctissimorum pon-
tificum, quæ contra ipsos processit, firma permaneto.
Neque vero permittimus illi hanc regiam vrbem ha-
bitare, aut ipsius districtum, vel aliquã de insignibus:
sed quorum secutus est errorem, horũ imitetur diæ-
tãt, quàm longissime abscedens. Nam talibus, occul- † id est con-
tari quàm videri vtilius est. Ignoti enim existentes se uersationẽ,
ipsos lędunt solos, publicãtes vero sua dogmata mul- vitę rationem & cõ-
tis ex simplicioribus occasionẽ perditionis præbent, suetudinẽ.
quod nullo modo fieri in Christiano ouili dei & or- Contius.
thodoxo populo iustum est, neque ab imperio per-
missum est. Quoniam vero & Zoaram digne penitus
iudicarunt sub anathematismo esse reuerendissimi &
qui iusta iudicãt episcopi, cum parua quędam talium
malorum interpositio sit, & quibus dehonestatus est,
omnia videlicet cõprehendendo ex memoria quadã
abundãti, sit & Zoara interpositio † quædã huius ma- † παρεμβύκη.
lę partis (Anthimi dicimus & Seueri ac Petri) ordine-
tur & ipse inter anathematizatos, sacra sentẽtia ipsum
deferente, quam propriam & ipsam in seipsa existen-
tem, firmiorem adhuc facit imperialis maiestas, & hũc
de hac regia vrbe & eius districtu abiicit, & habita-
tionem in aliis ciuitatibus ipsi omnino interdicit. Ita-
que cum illis solis habitet & cõsulat qui à nobis ante
memorati sunt, qui similia quidẽ blasphemant, simi-
lia patiuntur, & similiter in exilio ponuntur. Si quid
vero aliud in sententia sanctissimorum episcoporum
continetur quæ prædictos deponit & anathematizat,
hoc firmius ponimus & diutius, ac imperialibus no-
stris legibus ipsum corroboramus, ac si ab imperio
ipso prouenisset. Si vero aliquis ipsorum deprehen-
datur decætero facere aliquid præter constituta, sciat
incidisse in legibus imperialibus, quæ minores pœ-
nas declinantes, ad maiores immittunt indignatio-
nes. Interdicimus autem & omnibus conantibus ca-
tholicam dei ecclesiam diuellere siue secundum Ne-
storij hæretici doctrinam, siue secundum insensa-
tam Eutychis traditionem, siue secundum blasphe-
miam Seueri, qui & similia illis intellexit, aut eo-
rum qui illos sequuntur, seditionem immittere san-
ctissimis ecclesiis, & loqui aliquid de fide: sed san-
cimus quemlibet talium silentium ducere, & non

BIU Cujas

conuocare aliquos ad se, neque accedentes recipere aut parabaptirare audere, aut sacram communionem sordidare, & ipsam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere, siue in hac nostra regia, siue in alia: sed omne supportare periculum si quid tale faciet. Interdicimus etiam omnibus istos suscipere. Abiici ergo ipsos sancimus de ciuitatibus ab ipsis concitatis, scientes vltra pœnas iam contentas in nostris diuinis constitutionibus, quæ & domos ipsas in quibus tale quid fit, & campos ex quibus nutrimenta prębentur, sanctissimis ecclesiis assignant, & à possidentibus auferunt, & quia detrimẽti causa sunt simplicioribus, sub sanctissimis vero & orthodoxis ecclesiis hæc iuste ducunt esse. Hæc pro communi pace sanctissimarum ecclesiarum statuimus, hæc sententiauimus, sequentes sanctorum patrum dogmata, vt omne sacerdotium imperturbatum decætero nobis permaneat. Quo in pace seruato, reliqua vobis exuberabit politia, desuper pacem habens, quam omnibus magnus deus & Saluator noster Iesus Christus Trinitatis vnus, vnigenitus dei filius, præbeat ac donet his qui syncere ipsum & vere glorificare ac adorare digni habiti sunt. Custodiat itaque beatitudo tua, quæ recte adnotata sunt, & mittat ipsa per suas Deo dilectas literas omnibus sanctissimis metropolitis sub ipsa existentibus, quorum cuilibet cura erit ipsa manifesta facere sanctissimis ecclesiis sub ipsis ordinatis, vt neminem ex omnibus lateant quæ sacerdotio visa sunt, & ab imperio confirmata. Diuina subscriptio. Diuinitas te seruet per multos annos, sancte ac religiose pater. Data octauo idus Augustas Cõstãtinopoli post cõsulatũ Bilisarij. V.C.

DE OFFICINIS SIVE TABERNIS

Constantinopolitanæ vrbis: & vt mille tantum & centum officinæ sacrosanctæ maioris ecclesiæ excusentur: omnes reliquæ, ad quemcunque dominum pertineant, consueta obeant munia.

Constitutio XLIII.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri.

Imp. Cæsar, Flauius, Iustinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Lazicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, nunquam non colendus Augustus, Longino præfecto vrbi.

QVoniam potẽtiæ nostræ, subditi nostri, siue viuant, siue moriãtur, curæ sunt: ne vel graues ipsis sepulturæ, vel defuncti cognatis damnosæ existant, propterea & hæc, quæ eorum sepulturam concernunt, quo cõuenit modo, disposuimus. Et quia tam diuæ memoriæ Constantinus amplæ huius nostræ vrbis conditor, quàm etiam pientiss. princeps Anastasius, lecticariorum seu decanorum (vt vocant) numerum ad certam mensuram redegerunt, mille & centum tantummodo decanis totidémque officinis definitis, vt nullo hæ vnquam tempore augmentum reciperent: propterea sanè cupientes vt numerus eorũ quos ex vnoquoque collegio conuenit esse lecticarios, diuæ memoriæ Anastasij formulæ subiaceat, firma ea & fixa manere voluimus. Cæterùm quia adeuntes nos almæ huius & regiæ nostræ vrbis collegiati, quorum excellenter & præ cæteris curam gerimus, potentiam nostram edocuerunt, magnam & intolerãdam se necessitatem sustinere. Sacrosanctam etenim maiorem ecclesiam centum & mille officinas in fructu habere ab omni vectigali liberas, quas oppidò quàm libenter illi concedant, eo quòd ad peragendas in commune omnium hominum exequias proficiant: sed cætera se onera ferre non posse. Nam cum plurimæ in alma hac vrbe diuersarum mercium & negotiationum officinæ tabernæque existant, non hasce solas (nempe centum & mille) officinas prædictis publicis muniis obeundis exemptas esse, sed etiam multas sacrosanctas ecclesias, multa sacra hospitalia, monasteria, & alias sacras ædes, quarum pleræque prius hæreticis mancipatæ, deinde ad orthodoxam fidem reuersæ sunt, multas quoque regias domus, & insuper magistratuum, ac senatorum, & illustrium, & cubiculariorum à præstatione vectigalium eximi, harúmque dominos peculiarem sibi exinde reditum comparare, & oblædere rempublicam, exemptionum multitudine rem ipsam angustis admodum terminis concludente, vt pauciss imi existant qui publica agnoscant & sustineant munia, & priores contributiones aliquoties in triplo & quadruplo, hoc tempore etiam decuplo maiores factæ sint: quanquam diuus princeps Anastasius in statuta ab ipso formula nulli omnino alij immunitatem concedat præter centum & mille officinas, quæ per caussam exequiarum sacrosanctæ maiori ecclesiæ attributæ sunt: Eapropter & nos putauimus, tum proceribus nostris & insuper beatiss. huius almæ vrbis archiepiscopo id negotij dandum, vt certo loco conuenirent, & rem ipsam examinarent, atque placita ad nos sua referrent, tum ad excellentiã tuam præsenti vtendum lege, confirmantes ea quæ Anastasio pientiss. in hoc principi placuerũt. Et iancimus, vt centum quidem illæ & mille officinæ, sacrosanctæ maiori ecclesię occasione decanorum siue lecticariorum, & ad peragendas defunctorum exequias deputatæ, omnibus modis integro numero & omni præstatione liberæ conseruentur: præter ipsam nulla alia queunte decanum exigere, siue ex hæreticis recepta, siue quacunque sacrosancta ecclesia. Sed quod nuper constituimus, valeat, & octingentæ quidem officinæ corpora præstent, trecentæ autem in exactione pecuniarum consistant. nam quod exinde corraditur, ad quid proficere conueniat, sacra iam nostra pragmatica forma disposuit. Sempérq;, quod intercidit, restauretur. at qua ratione fieri debeat restauratio, satis per Anastasij piæ memoriæ iussiones expressum est. Hæ igitur vt immunes & ab omni vectigali maneant exemptæ, sancimus: neque his ipsis officinis, neque vectigalia imperãtibus collegiis, quæ istas præbent, quidquam damni sustinentibus, aut vllos titulos agnoscentibus. Cæteræ vero omnes huius almæ vrbis quatuordecim regionum officinæ, siue sacrosanctæ alicuius sint ecclesiæ, siue hospitalium, siue monasteriorum, siue orphanotrophiorum, siue ptochiorum, siue alterius cuiuscunque dominij, siue regiarum domuum, siue aliquorum magistratuũ, ampla, media, minutáve officia administrantium, siue gloriosiss. senatorum, siue magnificentiss. illustriũ, siue spectabilium cubiculariorum, siue aliquorum militiis adscriptorum: hæ inquam omnes publica ipsis imposita præstent vectigalia, & omnia alia tum faciant, tum impleant, quemadmodum quemque in suo collegio facere æquum est: nemine queunte ea de caussa inniti priuilegiis, aut eiusmodi alia vti excusatione. Neque enim sustinemus aliorum onus ad alios deferri,

deferri, aut tam immitē proponere formulā, vt quotidie vectigalia augeātur, & (quemadmodum edocti sumus) quadruplo, aut quincuplo, adeoque etiam decuplo maiora irrogentur: cum nihil tam magno studio, tamque seriò affectemus, quàm ne nouo quisquā vectigali oneretur. Nouum autem fuerit non tantum quod nunc primum impositū est, sed etiam quod primum modum excedit. Sed eadem conditione ac fortuna omnes sunto, & sacra hæc nostra pragmatica forma (quam legem etiam appellare licuerit) contra omnes cōmunis esto, vt omnibus largiatur, quò molestia vacent. Neq; enim facilè eam quis ægrè tulerit, si neminem alium præterea exemptum intueatur: nisi quod in cētum & mille officinis exequiarum defunctorū ratio habeatur, quæ maximè cōmunis est omnibus, & ex æquo vniuersis pariata hominibus. Si quis vero conetur excusatione aliqua vti, & seipsum à præstanda alleuiare cōtributione, & aut non cōmittere quo magis ab inquilinis suis exigatur, aut præstare etiam patrociniū, siue militare, siue ciuile, siue ecclesiasticum, siue quodcūq; tandem: in vniuersum officinæ dominio excidito, estoq; ipsis publica, toti addicta collegio. Eo enim pacto & cautiores erunt, & vetita nō attentabūt. Porro si minutatim & pariter in omnes vectigalia distribuantur: nō solū paululū erit quod præstitum fuerit, sed etiam tanto moderatius, leuius, tolerabilius, faciliúsve quod cōfertur, existet, quanto à pluribus colligitur. An vero non multo absurdissimū fuerit, homines propriis laborantes manibus, & vxores ac liberos alētes, & reliqua deniq; vitæ necessaria inde adquirere satagentes, etiamnū maioribus onerare vectigalibus? & quanto plures inter alleuiatas referuntur, tanto etiā maiores exinde læsiones oboriri? idque onus infinitū sit, neq; possit vllum habere terminum? Hæc nos omnia prohibentes, sacrā hanc pragmaticā formā proponimus, amissionis pœnam similiter omnibus ordine subditis interminātes, si ex quoquo collegio imperitātes solita illa & ab initio statuta vectigalia percipere prohibuerint, aut vectigalia conentur in pēsiones priuatas cōuertere: sed quisque pro se quidem pensionum illatione perfruitor, officinas autē seu tabernas solito receptoq; more contributiones agnoscere concedito. Quemadmodū enim quisq; pro se rebus suis prospicit: ita & nos necesse est ei quod amplę & regiæ huic vrbi expedit & cōfert, nutanti quodāmodo & iā lapsuro manus porrigere. neq; enim aliter, quæ publicè expediunt, progressus habitura sint. Nemo itaq; ex his qui tali hactenus onere liberati, quique huc vsq; id ferre coacti sunt. *Quæ igitur nobis placuerūt, & sacra hac exprimuntur lege, ea excellentia tua, immo non ipsa tantum custodies, sed & quicunq; post te idem officium susceperi sunt, & obtemperans tibi cohors, iam inde in omne reliquum tempus custodiet.

NE IVDÆI, SAMARITANI, ET hæretici, per causſam religionis & cultus sui curiali fortuna liberentur, sed cum curialibus muneribus subdantur, priuilegiis eorum non perfruantur. Item vt iidem possint contra orthodoxos qui curiali fortunæ subditi sunt, testimonium dicere, vt qui præclarè pro orthodoxa republi. testimonium perhibeant. Constitutio XLV.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio, iterum exconsuli & patricio.

A RETulit nuper viuo apud nos sermone excellentia tua, plerosque inter decuriones Iudæos forte, aut Samaritanos, aut Montanistas, aut alioqui detestandos esse homines, quos nondum ne nunc quidē recta nostra & inculpata fides illuminarit, sed in tenebris resideāt, neque illorum animi vllo verorum mysteriorum sensu tangantur. Item quia hæreticos odio prosequimur: quod per hanc caussam & prætextū petierint curialibus se liberari muneribus. & quo modo conueniat ea quæ illò pertinēt, discernere. Cæterùm vehementer mirati sumus, quòd eiusmodi illorū rationes prudentia & ingenij tui acumen sustinuerit, ac non protinus eos qui talia proferrent, discerpserit. Nā si vlli sunt homines, qui per extremam improbitatem illis se dignos esse muneribus B arbitrantur, quæ summis tantūmodo dignitatibus reseruauimus: quis non perditissimè eos oderit? Vnde nobis sunto decuriones, quemadmodum & cohortalibus, *vt iam antè legibus expressum est, neque vllus religionis cultus tali eos fortuna eximito. nihil enim horum neque antiquior aliqua, neque recentior lex protulit. Indigni tamen in vniuersum omni curiali existunto honore. Et quia multa leges decurionibus priuilegia tribuunt, tum ne ictus fustium illis inferatur, tum ne velut sordidati rei sistantur iudicio, néve in aliam ducantur prouinciam, & infinita alia: nullo horum perfruuntor. Immo si quid omnino de decurionibus scriptum est, cum per priuilegia illis gratia non fit, hoc & in illis obtineto. & implento tam personalia, quàm patrimonialia munera, neque eos lex ab his eximat. honore autem nullo perfruuntor, sed C fortunam sustinento cum infamia, qua etiā animum notatum esse voluerunt. Atque ita sanè de hoc ipsis disponitor. *ENIMVERO* & illud nobis quæstione tibi dignum visum denunciasti. Ex quo enim hæreticos à dicendo testimonio arcuimus, in quibus caussis orthodoxi inter se litigant, permittentes illis in nostra constitutione, si quidem qui inter se miscētur & litigant, vterque hæreticus sit, tam actor, quàm reus, vt possint testimonium dicere, cum alter altero dignus sit, siue litigator, siue testis. & rursus si hæreticus sit & orthodoxus, vt cōtra hæreticos quidem nimis quàm testimonium perhibere possint, de orthodoxis non item. litigatoribus vero vtrinque orthodoxis existentibus, vt nullus omnino illis ad testimonium dicendū pateat aditus. Inde adeo docuisti nos, quòd quidam cum orthodoxi sint, inficientur se curialis esse fortunæ, & necesse sit vel genere illis coniunctos, vel qui alioqui de illorum fortuna habeant notitiam, in testimonium produci. & quia lex de orthodoxis prolata hæreticorum testimonia arcet, propterea iudices vereantur hæc admittere. Atqui inani solicitantur metu, qui istiusmodi testimonia suscipere recusant. primū quidem, quia pro orthodoxis interponuntur, id quod leges hæreticos facere non vetant. mox si quis eos qui decuriones sunt, renuentes deinde conditionem, ad curiam retrahat, & hæreticos in testimonium aduocet: quomodo pro nostra hoc republica non facit? vt ipsa quidem respublica litigatoris locum teneat, orthodoxa existēs, & maximè ab eo tempore quo deus illi nos imperare permisit: qui verò eo nomine testimoniū dicūt, pro orthodoxis testificētur. Siquidē nostra respub. recta est & orthodoxa iā imbuta fide, omni alia hæresi exosa.

Nouella

BIU Cujas

Nouella. XLIX. De appellationibus ex quinque prouinciis. Nihil præter titulũ reperi. In editione quoque Scrimgeriana notatur eandem esse cum nouella XLI. supra.

DE IMPENSIS QVAS FIERI OPORteat in defunctorum funerationibus. Constitutio LIX.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

SI quidquid vsquam est bonorũ operum, id oportet (volente deo) per nos initium capere: conueniet item, vt ea bona quæ per alios cœperunt, si his immineat exitium, per nos denuo restaurẽtur, & in veterem reducantur ordinem: vt semper nobis vel ipsa rei confectione, vel restauratione ad præclaras actiones contendendi facultates adsint: Cuiusmodi sanè quiddam cum & in defunctorum funerationibus perperam administretur, corrigere id visum est, & hominibus exinde largiri, ne geminam incommoditatem sustineant, tam suos amittentes, quàm etiam illorũ nomine subeuntes dispendia. sed quod diuus princeps Constantinus rectè excogitatum disposuit, & postmodum Anastasius pientiss. princeps confirmauit, adiecto insuper & reditu: id nos ruinam minitans restaurare simul, & vndique ad stabilitatem redactum conuenientibus adstringere iuramẽtis properamus, efficientes ea re, vt immortale permaneat. Nam cum pientiss. princeps Constantinus nongentas quinquaginta officinas ex diuersis collegiis huius almæ vrbis sacrosanctæ maiori ecclesiæ cum immunitate dederit: Anastasius quoque item pientiss. princeps nõ solum officinis illis centum quinquaginta alias apposuerit, sed etiam pro liberalitate sua per duas pragmaticas formas certum reditum constituerit, vt aurum ex eo reditu redactũ in eam summam proficiat, quæ à dei amantiss. œconomis datur his qui circa hoc laborant: multi vndique nos adierunt, dicentes rem nõ procedere æquabiliter, neque defunctorum funerationes absque pacta mercede celebrari, quin potius amarulentè mercedes exigi, multa etiam extrinsecus inueniri nomina & collegia, quæ vel in medio luctu ab inuitis exigant, & eos qui dare non possint, vt dẽt, vi compellant. Hæc nos conuenienti correctione dignari, iustum putauimus. Inde adeo primum omnium sacrosanctæ maiori ecclesiæ officinas magnam iacturam & deminutionem perpessas, ad integrũ numerum reparauimus, conscripta de hoc sacra forma ad præfecturam vrbicariam, vt omnibus modis ea vnà cum obsecundante illi cohorte mille & centum officinas dei amãtiss. defensoribus & œconomis prędictæ sacrosanctæ ecclesiæ tradant: octingentis quidem officinis cum corporibus præbendis Dei amantissimis defensoribus, trecentis vero pientissimis erga deum œconomis: vt dei quidem amantissimi œconomi trecentas illas officinas & reditum ab Anastasio sacratissimo principe donatum in fructu habeant, nihil amplius ob deminutum conquerentes numerum, sed in supplementum habentes quæ præbent trecentæ officinæ, tam decanis, quàm reliquis cœtibus menstruarum præstationum erogationem faciant: dei vero amantissimi defensores ad manum habentes octingentas officinas, tam lecticarios (vt vocant) exhibeant, quàm reliquum ministerium, quod A defunctorum exequiæ requirunt, sufficiant, quo magis ea re defunctos à damno asseramus & iniuria.

Eas igitur prædictas mille & centum officinas dei amantissimis œconomis & defensoribus absque vlla temporis præfinitione cum immunitate & citra deminutionem custodiri, & si quocunque modo aliqua intercidat, luménve aut commercium à gloriosissimo huius almæ vrbis præfecto suppleri recuperarique oportet: vt dei quidem amantissimi œconomi, fundorum qui sepulturis attributi sunt, administrationem habentes, habentes item & à vectigalium præstatione immunes trecentas officinas, defensores vero octingentas alteras, vtrique defunctorum exequias ritè gubernent. Omnimodo sanè quod ex annuo fundorum reditu prouenit, à dei amantissimis B œconomis in sepulturarum vsum conferatur, quemadmodum inferius in progressu dicemus, apponentes nonnihil de trecentarũ officinarum reditu, prout de facto hi à nobis capere petierunt. Ac quoniam de mille & centum officinis, quæ in alma hac vrbe sunt, pleræque interciderunt: præcipimus in præsens, vt hæ suppleantur, & dei amantissimis œconomis pientissimisque erga deum defensoribus (quo modo à nobis dictum est) mille & centum officinarum numerus indeminutus & simplicissimè diuisus conseruetur, ne quo pacto pauciores decani siue copiastæ, quàm octingenti, dei amantissimis defensoribus attributi sint. pro trecentis autem illis quæ dei amantissimis viris *œconomis* adsignantur, siue officinas in corporibus percipere velint, vel omnes, vel quasdam ex his, siue ferre per caussam (vt vocant) excusatarũ officinarum vel omnium, vel quarundam pecunias: in- C sumantur & hæ circa defunctorum exequias, vt ex his pecuniis simul & fundorum prouentibus distributio fiat in decanos, ascetrias, canonicas, acoluthos, & alios, prout inferius in progressu constituimus. Nam cum digestis in ordinẽ rationibus dei amantiss. œconomi ostenderint impossibile esse, vt ex fundis decætero idem reditus colligatur: meritò trecentarum nos officinarum additamentum huic parti attribuimus, vt quod hactenus circa cadauerum elationem laborantibus dabatur, citra reprehensionem deinceps quoque præbeatur, per singulos scilicet menses, tam decanis & acoluthis, quàm canonicis & ascetriis, & aliis, pro consuetudine hactenus apud ipsos obtinente: hoc est decanis quidem per singulos menses solidos. 73. ascetriis & acoluthis, solid. 91. & canonicis solid. 36. qui quidem ab ipsis dei amantiss. colli- D gantur œconomis, soluantur vero per singulos sex menses, quibus & antea percipi consueuerunt. Oportet autem eam quidem auri partem, quæ ascetriis competit, à dei amantiss. œconomis prædicto termino dari Eugenio dei amantiss. diacono, & ipsius Sampsorum religiosæ memoriæ xenonis, aliorũque à nobis illi commendatorum xenodocho, & qui vnquam ipsum dei amantiss. horum xenonum xenodochi secuturi sunt: propterea quòd ascetriæ, quæ in hunc vsum adhibentur, & ministerium præstant, sub prædictorum venerabilium xenonum pro tempore xenodochis censeantur. alteram vero illam, quæ tam acoluthis, quàm reuerendiss. canonicis competit: cõsimiliter ab ipsis dei amantiss. œconomis dari his qui & modo illis præfecti sunt, & qui pro tempore vnquam in illis principatum obtinent: vt per ipsos ante designatis & sub ipsis censitis ascetriis, & canonicis, & insuper

BIU Cujas

& insuper etiam acoluthis distributio fiat. Si vero moram circa eiusmodi solutionem admittant dei amantiss. œconomi, idque clarum existat, fortè sex alteris iam mensibus post prius semestre decurrẽtibus, cum nulla adhuc solutio facta sit: tũc quidquid post prius semestre debitum fuerit, hoc à dei amantiss. œconomis exigatur cum triẽtibus vsuris legitimæ centesimæ: prouidentiam in hanc rem collocante religiosiss. pro tempore archiepiscopo & patriarcha sacrosanctæ in hac alma vrbe maioris ecclesiæ. Si vero & alter annus prætereat, & ne tum quidem aliquid dei amantiss. œconomi soluerint: sanctiss. pro tempore patriarchæ licentia sit, non solum quod reuerendiss. mulieribus & prædictis decanis debetur, à dei amantiss. œconomis cum præfatis vsuris exigere, sed etiam ipsos cogere, vt omnia quæ deputata sunt, præstẽt: & si sanctiss. patriarcha voluerit, vt etiam solicitudine fundorum ipsos eiiciat, & repetat horum inspectionem, quemadmodum modò apud ipsos est: his omnibus curam impertiente beatiss. pro tempore archiepiscopo huius almæ vrbis, & vniuersi eius tractus patriarcha, sub cuius tutela & ditione censentur & dei amantiss. œconomi, & vniuersus clerus, & totus sacrosanctæ ecclesiæ ordo. His ita eueniẽtibus, nemo omnino ab inuito pro curato demortui corpore quidquam auferat. Sed vt totum discernamus: sancimus, vt vnicuique feretro quod gratis conceditur, vnum accedat ascetriarum aut canonicarũ ascæterium, non minus octo mulieribus feretrum præcedẽtibus, & psallentibus, & tribus acoluthis, qui nec ipsi quidquam accipient. Si quis vero ex defuncti cognatis & adfinibus, qui elationem procurant, velit sua sponte, nemine cogente, aliud insuper ascæterium vel vnum, vel duo, vel plura assumere: esto illud quidem in ipsius positum munificentia. Cæterùm neque hoc indeterminatum relinquimus, eandem hic quoque mensuram in ascetriis, canonicis & acoluthis qui per munificentiam assumuntur, esse volentes, quam suprà definiuimus: ne pauciores scilicet quàm octo ascetriæ vel canonicæ ex vnoquoque ascæterio assumantur, & tres ad vnumquodque ascæterium acoluthi.

Dentur autem ascetriis siue canonicis, quæ vltra id ipsum ascæterium quod gratis ministerium funerationi prębet, assumũtur, si quidem intra nouos muros huius almæ vrbis elatio peragatur, vsque ad tres solidos: nihil ex hoc penitus auferentibus acoluthis, neque partientibus ista cum reuerendiss. ascetriis & canonicis. sed acoluthis, qui post tres illos gratis funerationi ministrantes assumuntur, si quidem tres alij sint, tribus siliquis contentis: si sex, siliquis sex: vt ad eum modum, quæcunque hoc cõcernũt, ita deinceps gerantur ordine. Illud sanè manifestũ est, si maius interuallum sit, & qui feretro inseruiunt decani, plures sint, & plura ascæteria: quòd propter huius pondus & ipsis paululũ dabitur, * ad similitudinem ascetriarum quæ circa funerationem laborem sustinent: vt propter distantiam & ipsi copiastæ † videantur exinde nonnihil habere solatij, videantur autem * intra nouos muros, & terminum Iustinianeum & Ficus, quandoquidem non longè distant, neque opus est longiore tempore, maioréve labore, vt illò perueniatur. Si vero extra nouos muros huius almæ vrbis, aut ad alios terminos quàm dictum est, elatio fiat: tũc ascetriæ quidem siue canonicæ tres & dimidium solidum percipiant, neq; hic quidquam omnino commu-

A nionis habentibus acoluthis. ipsis autem acoluthis ad singula ascæteria quaternas auferentibus siliquas, & præterea nihil: secundum prædictam diuisionem ascæterio cum tribus acoluthis feretrum gratis præbitum sequẽte, & omnino illi accedente per octo ascetrias siue canonicas, & tres (vt dictum est) acoluthos, nihil prorsus auferentes, aut per dationem cereorum exigentes, aut sub alio velamento quemcunque exactionis modum excogitantes. Hæc autem omnia de his tantum definimus, qui non per ambitionem & munificentiam magna illa duo feretra in precioſarum rerum thesauro recondita, nempe gloriosæ memoriæ Studij, & magnificæ memoriæ Stephani, requirunt. Si quis enim illa habere cupiat, vt quæ & multis hominibus indigeant, & maiorem cu-
B stodiam, atque in summa plenam negocij adseruationem desiderant: hoc prædictis non connectimus, sed quasi qui ambitiosius mortuos suos efferri gestiant, quidquid pro labore se decanis aut reuerendiss. ascetriis aut canonicis daturos compromiserint, tantum & præstent: vt tamen id ipsum in duobus feretris Studij & Stephani duodecim solidorum quantitatem excedere nequeat. Pro eo vero quod auro intertextum est, quod in sacrosancta maiore ecclesia reponitur, si quidem * vno solo in eius locum (vt probabile est) apparando, quatuor solidos: ascetriis autẽ, siue canonicis, siue acoluthis, duplo maiora, quàm ante de iis præfiniuimus, ferentibus: vt videlicet ipsum quoque ascetriarum seu canonicarum ascæterium, quod gratis cætera feretra præcedit, eandem quantitatem percipiat quam & reliqua ascæteria. Eo-
C dem hoc, quod prædiximus, & in acoluthis obseruãdo, vt & hi duplum eorum quæ iam à nobis constituta sunt, auferant: nimirum si id in quo funeratio peragitur, vnum de tribus illis feretris sit, hoc scilicet volente eo, cui funerationis cura incumbit. necessitatem scilicet tantummodo habentibus dei amantiss. defensoribus, vt decanorum corpora ex octingentis illis officinis, quas ipsis adsignauimus, & item feretra exhibeant, non autem vt sumptum aliquem impendant. dei vero amantiss. œconomis cogendis, vt tam ex reditu à sacratiss. principe Anastasio relicto, quàm ex trecentis officinis in prædictas personas, secundum à nobis in omnibus constitutam distributionem, omnes præfatas impensas faciant. Ita nihil indeterminatum erit, sed & qui moderatiores sepulturas fieri volunt, ex hac dispositione fructum capient: & qui ad ambitionem respiciunt, non perinde ma-
D gnis inuoluentur dispendiis, sed intra certum modum munifici erunt. Hæc nos igitur tam de officinis, quàm reditibus, & funerum elationibus, siue gratis, siue cum quadam ambitione peragantur, definiuimus. Vt autem officinarũ numerus nullo vnquam tempore deminutionem patiatur: custodes eius rei constituimus, non tantum glorioſiss. huius almæ vrbis præfectum, & obtemperantem illi cohortem, sed etiam multo magis excellentiã tuam, & qui vnquam hoc dignitatis fastigium, cui tu modo præes, tenuerint. Et insuper pœnam cohorti tuæ quinquaginta pondo auri irrogamus, si negligẽtius egerit: item duplicem cõtra eos qui vnquam thronum tuum susceپturi sunt, quo minus committant, vt secũdum à nobis dictam diuisionem mille & centum officinarum numerus deficiat. Sed si hoc doceatur: vt vel ipse, vel successores tui, in hanc rem prouidentiam cõferatis,

procure-

proueuretisque, vt per omnia is sine deminutione, sine onere, sine machinatione aliqua, tum per excellétiam tuam, tum per quamuis aliam personam permaneat: ne exinde noua oboriatur occasio, vt præter definitionem nostram denuo merces pro personæ alicuius funeratione danda sit. nulla inter defunctorum personas distinctione introducenda, siue diuitiis affluãt, siue premantur inopia: nisi fortè (vt diximus) vnum ex tribus illis feretris deligant, in quibus & ipsi conuenientia dispositimus. Volumusque illa & ad hũc obtinere modum, & absque præfinitione tẽporis immota manere & æterna. Atq; sacra hac pragmatica lege in perpetuum valẽte, quãdiu homines sunt, quámque diu magnum illud & longè celeberrimum Christianorum nomen inter homines habebitur, quotidie etiam domini dei benignitate incrementum accipiat. huic videlicet negocio præ cæteris omnibus ipso relegiosiss. patriarcha huius almæ vrbis prospiciẽte, ne hac causa pro sacerdotali potestate vsus committat vt ab vlla persona vel sacerdotali, vel magistratu decorata, vel quacumque, in nostra delinquatur constituta. Sed & vt ipsa maiestas Imperatoria in tam amplam dignitatis & honoris sedẽ conuersis oculis, quicumque tãdem Imperij sceptra tenebit, huic rei prouideat, decernimus. Neque enim pro defunctis tantum istud, sed etiam pro viuentium, adeoque imperitantium salute est, vt omnimodo piæ actiones ad effectum deducantur, neque præclara maiorum instituta per negligentiam posterorum depereant. Quemadmodum autem centum illas & mille officinas indeminutas & immunes custodiri disposuimus, ita omnes reliquas officinas præstandis vectigalibus sancimus esse obnoxias: nemine omnino licentiam habẽte, vt eas eximat, siue ad sacras ædes, siue ad xenonas, siue ad asceteria, siue monasteria, siue quodcumque aliud, sed neque si ad regias nostras domus, vel magistratu aut potentia præditos pertineant: sed ex æquo omnibus officinis vectigalium præstationem agnoscentibus: ne si paulatim vnusquisque excusetur, & quisq; sua releuet, paucis quibusdam, qui relinquantur, totum præstationũ onus imponatur, & magnum exinde dispendiũ sustineant hi qui id ferre nequeant.

Quæ igitur per præsentem sacram pragmaticã formam nobis placuerunt, ea tam excellentia tua, quàm qui post te eundem magistratum susceputi sunt, & obtemperans tibi cohors, custodient.

Nouella LXII. DE CONSVLTATIONIBVS.

Deest in Scrimgeriana edit. & est mutila apud Haloandrum. Integriorem eius epitomen subieci ex manuscripta Iuliani epitome: quam aliquando mihi commodauit noster Cuiacius.

ANte de his ipsis &c. In consultationibus non tantùm imperij proceres, & summi magistratus, sed etiam totus Senatus conuenito. proponũtor quoque in medium sancta euangelia, & quæ ordinis decreto placuerunt, referuntor ad maiestatem Imperatoriam. Agat autem Senatus conuentus in Hippodromis. Vrbicaria præfectura omnibus aliis præsideat dignitatibus, id est antesedeat, & post præfectum cæteri patricij numerentur. Et consules, & qui inter eos consularibus insignibus decorantur, secundum cõsularem ordinem & prærogatiuas consulatus sui sedeant, vt tamen anteponantur ordinarij consulares honorariis consularibus, & post hos tam consulariũ præfectorum quàm magistrorũ militum illustrium virorum ordo ponatur: omnes autem isti liberam habeant facultatem in Senatu sententiam dicere. Qui autem propter cingulum magistratus Senatoribus connumerantur: etiam post depositionem cinguli sui inter Senatores cõnumerentur. Liceat autem illustribus viris patriciatus codicillos accipere, quamuis neque cõsulares, neque præfecti facti sunt: quod non solum in futuro tempore, sed etiam in præterito constitutio relaxauit. Illud autem certũ est, quòd tertiã partẽ sportularum in ingressu dignitatis dare compellãtur. Omnibus aliis ex cõsuetudine sportulis dandis, in sua firmitate durantibus. Qui autem præsentem constitutionem nõ obseruauerint, pœna 50. librarum auri plectentur: quæ pœna non solum violatoribus ipsius constitutionis imminebit, sed etiam aliis qui violari eam consenserint. P. P. mense Ianuario post Consulatum Basilij V. C. anno. II.

DE HORTVLANIS. Constitutio LXIIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Longino gloriosissimo præfecto huius almæ vrbis.

MVltæ vndique & longo iam tempore contra huius almæ vrbis & suburbiorũ eius hortulanos querelæ ad nos deferũtur, omnibus indignè illorum improbitatem ferentibus. Quæ vero renũciantur, ad hũc fermè modum se habent. Aiunt eos qui æstimãdis rebus præpositi sunt, vt plurimum de collegio hortulanorum esse, & rem intolerabilem patrare. Nam cum horti dominus conductionem subeunti hortulano eum tradit: nihil aliud æstimare, quàm insitum olus, & in gratiam accipientis hortulani siue conductoris eius æstimationem tantùm vtcunque conglomerare, & celebrare veluti per auersionem. simul atque vero conductor sub finem statuti temporis domino eum redditurus est: tunc demum ipsos subtilissimam oleris æstimationem facere, eamque vel in sexcuplum & numerosiorem insuper summam efferre: vt si quinquaginta illi aureis æstimandum olus sit, non minus trecentis, aliquãdo etiam amplius hoc æstiment. Neque intra hosce dumtaxat terminos inexplebilem illam auaritiam consistere, sed multo etiam his eos maiora facere, dicentes stercus se solo iniecisse, & præterea quasdam habere meliorationes seu emponemata, atque ea occasione æstimationem ipsos extollere, & producere ad quantamcunque ipsi summam velint. pro æstimatione denique insitarum (vt verisimile est) arborum, noua augmenta facere: quamuis cum à dominis susciperent, nulla omnino eius pretij ratio putata sit: præsertim hortulanis vt plurimum per pacta conuenta profitentibus, curam se habituros insitarum arborum, & in locum demortuarum alias supplantaturos. Sed probabiliter compendij sui causa æstimandis rebus præpositum id genus insatiabilis auaritiæ importare, tanquam qui paulo post futurum arbitretur, vt consimile quiddam in se quoque experiatur. Vt si per imperitiam miser ille dominus hanc persoluere, & vnà cum re sua dispẽdium recipere sustineat, mox alteri hortulano hortum elocet, & per illum idem patiatur, & insuper in tertio & item quarto æqualem auaritiam experiatur: periculum sit, ne prorsus

BIU Cujas

prorsus ipso horti dominio excidat, & à propriis rebus alienus fiat, illi vero ad improbitatem maiorem etiamnum accessionem faciant. Nam si hortulanus, qui postea in conductionem succedit, aliquid priori reditui apponat: exigit & ipse finita huiusmodi conductione illius æstimationē, quasi illa sua melioratione accesserit: quanquam ea planè accessio non ex diligenti eius cultura facta sit, sed fortè initio vel præpropera festinatione locatorū, vel etiā socordia depauperantibus*(si modo conuenit) elocatione facta.

Quæ omnia nobis longè omnē videntur superare malitiam & audaciam: quam etiā reprimere volumus per excellētiam tuam, sacræ huic nostræ pragmaticæ attendentem legi:& quo modo hortulanus à domino hortū suscipit, eo modo eum & restituere. si quidem olus habeat cū hortulanus eum suscipit, & eius æstimatio inita sit: cōsimiliter & in restitutione exactam oleris dumtaxat æstimationem recipi. si non habeat, sed nudum hortū suscipiat, siue cum sterquilinio, siue absque eo:ita quoq; restitutionem fieri. In summa talem ab hortulano rationem in restituendo obseruari, qualis fuit cum susciperet, nulla extrinsecus alia læsione domino inducenda. Ipsam vero olerum æstimationē non tantum ab hortulanis celebrari, sed vnà cum his quos Summarios appellant, quique harū rerum peritiam habent, propositis videlicet sacris eloquiis. Neque enim volumus, vt per improbitatem & inexplebilem auaritiā eorum qui conductò accipiūt, dominis suis possessiones inutiles sint. His igitur de causis congregatis ipsis, qua fini se gerere debeant, præscribes:neque committes, vt damnū aliquod possessoribus irrogent, sed ex omni parte eos illæsos indemnesque conseruabis. Volumus etenim in æquali mensura cōsistere tam quæ à dominis ad hortulanos, quàm quæ ab hortulanis ad dominos perueniunt, eo quòd vndique nobis æquitas, & ne alterutri parti iniuria inferatur, curæ est. Si quis vero rudē & incultam terram elocet, ille vero ad cultum ipsam perducat:mercedem vtique pro terra rudi exculta auferat, & oleris quod inibi fuerit, æstimationem. Atque ita sine negocio res procedat, nulla exuperanti auaritia, nulla per fraudem arte ne in hac quidē parte excogitanda, quò magis per sacram hāc nostram pragmaticam legem, & futuram ab excellentia tua ex ipsā formulā, decętero à molestiis per id genus homines mouēdis vacui permaneamus, neq; inter cæteras nostras pro repub. curas, huiusmodi etiā solicitudines animū nostrum subeant: cum alioqui nullam modo reipub. nostræ partem, siue paruā, siue magnam, à solicitudine nostra seclusam habeamus & sepositā, omnia mentis oculis perlustrantes, nihil inornati, nihil inordinati, nihil controuersi permanere cupientes. Interminabis insuper & pœnam quinque librarum auri tam his qui tale quiddam decætero peregerint, quàm qui peragi permiserint.

DE HIS QVAE RELICTA SVNT Ecclesiæ Mysiæ. Constitutio LXV.

SCimus antea legem &c. Relicta ecclesiæ Mysiæ ad redemptionem captiuorum, & pauperum sustentationem, venduntor, si longius ab eo loco in ædibus aut vineis consistant: vt tamen qui ea reliquit, ex venditione relictorū iusserit erogationem fieri. Is qui in iure postulatur, si se absentet, condemnator, videlicet malam rem agēs, quòd cōtestata lite & legitimè vocatus, non obtemperauerit. P P. mense Aprili, anno Imperij D. Iustiniani. X I I. Ioanne. V. C. Cos.

Nouell. LXVIII. VT CONSTITVTIO SAcratissimi Imperatoris de successionibus nuptialium† lucrorum quæ apædiæ, id est non extantium liberorum lucra introducit, obtineat in his factis quæ acciderunt post constitutionem: in his autem factis quæ ipsam præcesserunt, Leonis constitutio locū habeat. Antonio Cōtio interprete.

† In editione Scrimge. erat ταμειακῶν, sed nō dubitaui emendare γαμιαίων.

SCimus Leonis piæ memoriæ cōstitutionem de his scriptā, †qui ad secundas perueniunt nuptias, siue viri sint siue fœminæ, & nuptiale lucrum procreatis ex illo matrimonio liberis sanctè custodientē, & eum qui ita lucratur, solius vsusfructus dominū faciētem, dominium autē illis cōseruantem, & iubentē, vt si quidem filij vel nepotes moriātur nullo superstite, per quem, qui ad secundas nuptias trāsiit, dominio priuetur, tūc immota & solida apud lucrantē etiam perueniat dominij vtilitas. ipsam nos nuper correximus, alia quidem statuentes, volentesque, vt hęredes mortuorū liberorū vel nepotum, siue parentes, siue alij quicunq; sint, habeant inde aliquod subsidiū, lucrēturq; etiam iure dominij per eorū mortē quantum ex pacto non existentium liberorum erant lucraturi, reliqua vero pars ad hæredes filiorū vel nepotū qui mortui fuerūt perueniat. nihil enim à nobis occasione vsusfructus immutatū est. Hæc itaq; & nūc, & in omne tēpus obtinere volum°, prętereā in his filiis qui mortui fuerint ante nostram constitutionē. Postquā enim prænenit lucrum solidū iam adiectum ei qui ad secūdas peruenit nuptias, liberis ante legem mortuis, nequicquā laborauerit nostra lex circa ea quæ lex piæ memoriæ Leonis anteuertens sub suam redegit potestatem. Itaque non solū filiis aut nepotibus non existētibus securè habebunt quæ lucrati fuerunt, sed & si quid eorum apud alios est, secūdū ius quod dominis competit, euincent. Hæc igitur breui lege cōprehendentes, huiusmodi dubitationes tollimus, ne assiduè super causis molesti am patiamur: sed lege hæc communi recolentes, his liberemur turbis, volentes seruari formam quæ nostram legislationem præcesit, ei qui ante eam beneficio affici meruit. Tua itaque excellentia, quæ à nobis hac de re constituta sunt, in hunc modum omnibus manifesta propriis præconiis & programmatis efficere studeto. Dat. VIII. Kal. Iun. Imp. Domi. Iusti. P P. A. Ann. X I I. Ioanne V. C. Cons.

† l. hac edictali. C. de secūd. nup.

Nouell. LXXV. DE APPELLATIONIBVS Siciliæ. Cuius nulla pars inuenitur præter pauca hæc verba in Scrimgeriana editione:

SIciliæ appellatiōes suscipiat Quæstor: & interueniant psephismata tam ecdicorum quàm patrum.

DE DONATIONE MORTIS CAVSSA facta à decurionibus. Constitutio LXXXVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. Orientalium prætoriorū prefecto, iterū exconsuli ordinario & patricio.

NE quid decurionum versutiæ detrimenti possint adferre reipublicæ, & vt huiusmodi consiliis lex resistat, omnibusque modis contraria moliatur, volumus. Cognouimus

BIU Cujas

gnouimus enim, simul atque decurionibus donationum factione interdiximus, non concedentes illis vt vel donarent aliquid, vel testamento alicui relinquerent vltra quadrantem, sed prorsus curiæ dodrantem reseruarent: quòd, vt callido commento legem circũscriberent & eluderent, huiusmodi quasdam circa legem fraudes inuenerint. Nam cum scirent nos, deprehensa veterum legislatorũ de mortis caussa donatione cõtrouersia, vtrum donatio, an legatum esset, plerisque pro donatione ipsam, nõnullis pro legato numerantibus, selecta maioris partis & meliorũ legislatorum sententia, declarasse vt penitus ea legatũ esset, neque publicorum actorum indigeret monumentis, sed vt liceret hanc perficere, inque eam certas inserere conditiones, quas vellet donator: & si hoc fecisset, licentiam quoque haberet renunciandi, ne pœnitentia ob tales donationes ductus reuocare eas posit, quemadmodũ sapientiss. vir Iulianus sanxit: id quod nos in triceſimonono Digestorum nostrorum volumine descripsimus. siquidem omnia breuiter & sub compendio comprehendimus, tam quæ à veteribus, quàm quæ à nobis promulgata sunt. Hæc inquã cum scirent, constituerunt isto apud se modo caussa mortis donationes facere, & secundũ legem pactum conuentum inserere, quod illis adimeret ne pœnitentia ducti possent eas reuocare: itẽ aliam cõditionem quæ ipsis videbatur aliquid istis donationibus apponere, vt per se tandem ipsis liceret donationes reuocatione liberas reddere, & ita sua labefactare patrimonia.

Et quamquam ex his quæ in leges retulimus, omnis iam illis sublata est caussa, ne quid vltra quadrantem vel testamento alicui relinquere, vel per modum donationis alienare possint: tamen vt aliquanto amplius illorũ sedemus & reprimamus versutiam, propterea nunc quoque sancimus, vt decurioni ne per donationem quidem mortis caussa donare aliquid liceat, nisi per donationis solũmodo ante nuptias modum pro se suísve filiis factæ, aut per caussam dotis, quatenus nostra iubet constitutio, nubẽtibus eam filiabus offerri. Cæterum aliter res immobiles donare nequeant, sed semper apud ipsos permaneant curialibus obnoxiæ muniis: sola illis venditione concessa, & quidem secundum nouellæ nostræ cõstitutionis obseruationem: mortis caussa donationibus suam obtinentibus firmitatem, & omnibus aliis (præter decuriones) queuntibus prædictas mortis caussa donationes in quascunque velint personas conferre, & conditiones inserere, & (si quidem hoc velint) pœnitentiæ de reuocandis conuentis renunciare, vt per omnia negocium intra mortis caussa donationis terminos eo pacto permaneat. Illud enim sanciendo prædicimus, huiusmodi donationes & firmas fore & stabiles. Quod non hoc primùm tempore sancimus, sed quod iam antè nostris sancitum est legibus, id nunc quoque voce nostra interpretamur & confirmamus in aliis omnibus personis, solis tamen (vt dictum est) decurionibus exceptis, idque studio quodam iuuandæ reipublicæ. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc declarantur legem, ea custodire gloria tua studeto, maximè omnium reipublicę vsibus & commodis omnem impendens prouidentiam.

DE DECVRIONIBVS.
Constitutio CI.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni gloriosiss. prætoriorum Orientis præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PErbellę nobis ferendæ legis ansam præbuit quorundam decurionum interpellatio. atque eam sanè legem non de certis decurionibus condimus, sed de vniuersa imperij nostri ditione. dicimus autem & quidquid versus orientẽ est, & quidquid sol occidens intuetur, quidquid denique ex transuerso per vtrunque latus consistit. Ex quo enim quæ decuriones & oblationes ad curiam concernunt, studio habita sunt à decessoribus nostris, & quidam ad curialem fortunã pertrahuntur, quidã rursus ab ea liberantur: sancimus illud, vt decurionibus non solum suæ ciuitatis decuriones hęredes instituere (id quod & hactenus permissum fuit) sed etiam si quos curiæ nexu liberos hæredes instituere velint, hoc facere licentia sit: ea tamen conditione, vt hæret hæredésve omnino testatoris curiali fortunæ, hoc est ex qua ille processit, sese offerant, & curialia subeant munera, capiantque hereditatem nemine impediente. Cognitum enim habẽs, quòd negocij prælentis correctio* quod istiusmodi rationibus curiæ adiicietur consistens in pecunia vtilitas, & ex futura legislatione decurio pariter & patrimonium accedet, efflorescentque curię tam largiore numero corporũ, quàm quòd sua retineant patrimonia: propterea sancimus, vt decurionibus, cùm testamenti tabulas conficiunt, licentia sit quoscunque in hæredes assumere, siue eius ciuitatis decuriones velint (id quod lex dicit) siue aliquos genere cõiunctos, siue extraneos, siue hi decuriones sint, siue etiam non sint, siue in partem dodrante nõ minorem, siue in assem: vt hi tamen se curiæ offerant, & coadunentur eius corpori, & sine querela publica impleant munera. Hoc obtenturo tam in ipsis, quàm filiis ac nepotibus, & cæteris deinceps successoribus: non ea tamen forma, qua iubet paulò ante de his qui seipsos offerunt curiæ, proposita constitutio, prolem eorũ subducens, qui curiæ iam oblati sunt. Et quasi iam inde ab initio decuriones fuissent, ita & ipsi cum prole sua curiæ albo adunati, corporales. * Neque enim aliquid interfuerit, hæredémne scribat qui eius ciuitatis decurio sit, an qui mox futurus sit. Sed & si quis cognatus & ipse decurio, aut etiam alius huiusmodi fortuna liber, ad defuncti decurionis hæreditatem vocetur, nimirum qui testamenti tabulas non conscripserit, velitque ille seipsum offerre curiæ: liceat illi hoc facere, & intra mẽses sex apud acta publica suam declarare sententiam, & simul cum successione sua ac patrimonio inseruire curiæ, simul & hæredem fieri: vt nihil de patrimonio ab eo qui decurio vel iam cõstitutus, vel breui futurus, hæreditatem semel amplexus est, negocio denuo ad curiam redeũte, per caussam quadrãtis aut dodrãtis exigatur. Insuper si quis rem de suo patrimonio, aut plurimas, aut omnino non pauciores quàm quæ dodrantem constituant, donet alicui ex his qui vel eius ciuitatis rempublicam administrãt, aut etiam cuiquam alteri, qui quidem tam se, quàm patrimoniũ suum & reliquam ordine successionẽ atque prolem, siue existentem, siue futuram, adducat & offerat eius ciuitatis curiæ ex qua est qui donationem facit: sancimus, vt ea conditione facta donatio conualescat. Nam summo nobis studio dignũ esse videtur, ne decurionum patrimonia vllo modo à curia illius ciuitatis cuius

BIU Cujas

tis cuius decuriones sunt, abalienentur. Quo minus autem ista per deceptionem geri videantur, & aliqui curialium hæreditatum domini facti, vel per modum donationis, vel testamenti (vt prædiximus) aut etiam ab intestato, differant protrahantque oblationem, & cùm bonis velint perfrui, oblationē sui ad curiam nō ficiant: sancimus, vt si res (id quod & antè dictū est) per donationem conferantur: non properè celebretur rerum traditio, sed tantisper maneant apud donatorē, donec se donatarius apud prouinciæ præsidem inter acta publica gratis & sine vllius pecuniæ datione prædicto modo curiæ obtulerit, inscribaturque in album curiæ. tunc enim illi & res tradi volumus. Si verò ex testamēto aut lege vocatus hæreditatē adeat: tunc protinus sub obitū decurionis decurionum ordo coëat, & vnà cum defensore ciuitatis absque vllis insidiis contra defuncti res ponendis, tum bonorū inuentarium cōficiat, tum in bonis reperta asignet curiæ, in præsentia constituto tā ipso hærede qui ad hęreditatē vocatur, quàm defensore, & dei amantiss. locorum episcopo. Et simul atque ad deum, & sub cōspectu dei (vt appellatur) actorū publicorum præsidentia celebratur, & vnà cum patrimonio ac prole tam quæ modò est, quàm futura (id quod sæpius iam dictū est) se obtulerit curiæ: tunc & res ad se recipiat, & earū dominus sit, perinde vt prior decurio fuit, in nullo differre ab illo visus: ista videlicet actorū confectione apud prouinciæ præsidē absq; vllo quæstu & dispendio celebranda. Neque enim in fraudem aut ad dispēdium curiæ, sed ad vtilitatem hanc legē proponimus, vt perpetuo obtineat, tum pecuniis, tū corporibus decurionū patrimonia & collegia collocupletans. Quòd si decurionis hæres qui ab intestato vocatur, cùm ipse decurio non esset, adire, seque ipsum curiæ offerre noluerit: tūc dodrantem curia detineto: ipse verò quadrātis solū dominus fiet, id quod illi etiam prior lex præbet, licet curię muneribus non inseruiat. Cæterùm si plures sint qui eodem gradu ad decurionis hæreditatē vocentur, ex quibus aliqui se offerant, alij recusent: dodrantem quidem is aut ij capiunto, qui se curiæ offerunt: quadrantem verò reliqui hæredes qui lege vocātur. omnino enim studiū nobis est, vt dodrans ad eius ciuitatis decurionē perueniat. At verò si quis decedat relicta filia, si quidē ea vxor decurionis sit eius ciuitatis: manifestariū est quòd citra calumniam paternas res habitura sit, vel omnino in solidū, vel dodrātaria ratiōe, si pater quadrantem fortè ad alium peruenire voluerit. Sin verò etiam cùm decurioni initio constituto nupta non sit, ad eius nuptias accedat aliquis, qui ea conditione velit accipere, vt decurionis munere fungatur, se ipsum curiæ offerens, atque hæ nuptiæ mulieri expetendæ videātur: habeto & ipsa hoc casu nullis expositum calumniis dodrantem per caussam beneuolentiæ erga curiam: & quia rebus decurio attribuitur, & eas administraturus est, propterea omnino hasce mulieri concedi volumus. Sin verò & plures filiæ sint, & quædā ex iis nuptæ sint decurionibus, qui vel iam decuriones existant, vel per oblationem fiant: dodrans quidem inter ipsas diuidetur, quadrans verò ad reliquas deueniet. Mariti autem curialis patrimonij rebus vtētur fruentur, tametsi dominium ad mulieres pertineat. propterea enim res illis paternas concessimus, vt qui ipsas haberent in matrimonio, exinde curialia implerent munera. At si contingat vt decurioni seipsum offerenti nupta mortem obeat: si quidem ex eo masculos filios susceperit, res apud filios sunto, qui & ipsi decurionum munera subibunt: neque ea in re curiositate aliqua opus erit. Si fœmellæ exstiterint gnatæ, si quidem & ipsæ aliquibus nupserint, qui vel decuriones eius ciuitatis sint, vel eius se ciuitatis curiæ offerant: similiter & ipsæ hasce habebunt absque negocio, per maritos suos curialibus obnoxias muniis. Si quædam verò eius ciuitatis decurionibus nupserint, quædam decurionibus vel existentibus vel futuris non nupserint: tunc secundum præfatam distinctionem, decurionibus quidē nuptę propter curialia munia dodrantem habebūt, reliquæ verò contentæ erunt quadrante. Si neque mares ipsis, neque fœminæ nascantur: quamdiu maritus quidem supereſt, habeto harū vsumfructum, per eas curialia impleturus munera. Et si quidem ad secundas progrediatur nuptias, & filiorum pater fiat masculorum, vel fœminarum, quas decurionibus iungat: rursum cōsimiliter curiali corpori res conseruabuntur. Enimuero si moriatur vel ad secundas non progressus nuptias, vel procreatis filiabus, quas decurionibus iā constitutis vel futuris non iungat: tunc directò curia eas res percipiet. Neq; enim vllo tempore hanc partem curialium facultatum & munerum peregrinari & à functione sua discedere permittimus, etsi prosapia per multas circumagatur successiones: vt absque vlla temporis præfinitione, tali linea descendēte, siue per mares filios decuriones, siue per generos seipsos curiis offerentes, curiæ is dodrans custodiatur. Quam sanè legem obtinere tam per omne deinceps secuturum æuum volumus, quàm etiam in pendentibus adhuc, & nequedum iudiciali sententia aut amicabili quapiam trāsactione sopitis caussis. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarātur legem, ea studeto excellētia tua custodire, maximè omnium in vtilitatē publicā summam collocans prouidentiā.

DE MODERATORE ARABIAE.
Constitutio CII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni glorioſiſs. Orientalium prætoriorū prefecto, iterū exconsuli ordinario & patricio.

CVm plerosque alios prouinciarum magistratus ad meliorem iam formam traduximus, qui humiles abiectique prius existentes, neque vlli rei conuenienter agendæ idonei, postquam in ampliorem cōstituimus ordinem, & valentiores per omnia facti sunt, & ita rerum administrationem capessere cœperunt, vt vniuersa in melius cōmutarētur: tum verò à nobis etiam proconsules, & prætores, & moderatores, & veterum horum nominum amplitudo inuenta est, auctæque ipsis annonæ, & summa potestas data: & ante omnia interdictum illis fuit, ne perniciem inferant subditis, & multis ad ipsos diripiendos vtantur manibus. iuramentis quoque rem muniuimus omnium horrendissimis: neque aliter eis officia tradimus, quàm præstitis iuramentis ita codicillis magistratus digni sint habiti.

Conuertimus igitur & ad Arabū regionem oculos: & requisita caussa, quamobrem & publicū laboret inopia, quanquam regio florentissima sit, & tam magnus nos interpellantium numerus iis locis accedat, & omnes lamententur, alij furta & rapinas, alij iniurias, alij alia damna in querelam deferentes: occasionem

casionem & causſam huius mali ex imbecillitate & impotentia eorum qui magiſtratum ibi gerunt, prouenire deprehendimus. Erat enim ita tenui poteſtate præditus is qui ciuili magiſtratu defungebatur, vt ei qui præeſſet armis, ſeruili propemodum more manciparetur, & in illius arbitrio huius ſalus eſſet poſita, aut vt ne eſſet quidem omnino hic magiſtratus. Inde adeo & longum tempus eſt ex quo is deſierit, & militaris ea quæ ciuilem magiſtratum concernunt, peragat, * nihil ſibi, nihil illi omnino vtrinq; lucrifaciat.

Hæc nos ad ſuſcipiendum præſens conſilium excitarunt: & præſenti vtẽtes lege, magiſtratum ad pulchriorem formam tranſponimus, benigneq́ue & ipſi Moderatoris appellationem largimur (id quod etiam in Ponto fecimus) & ſpectabilium magiſtratuum ius concedimus, vt in nullo ſit Duciano inferior. Sed & publicis exactionibus cum ſumma vehemẽtia adhæreſcito, adhæreſcito etiam priuatorum vtilitati: neque committito, vt vel ſpectabilis dux, vel tribunus, vel aliqua potentiorum domuum, vel etiam ſacrum patrimonium, vel ſacræ noſtræ res priuatæ, vel ipſa ſacra noſtra domus, qualecunque ſubditis noſtris damnũ irroget: neque facilè ſuccumbito, neque formidinem contrahito: ſed viriliter ſubditis præito, & ante omnia deo pariter ac nobis & legi puras conſeruato manus. ſiquidem iiſdem iuramentis & hunc ſubmitti volumus, quibus & cæteros magiſtratus ſubmiſimus. Deinde cum codicillis percipito etiam Imperialia mandata, quæ tam ante nos legumlatores, quàm vetus illa reipublicæ forma nouit, & nos cùm penè obſoleuiſſent, denuo reparauimus, & in rempublicam reduximus: vt ea ſemper adhibeat veluti in colloquium, & iuſsiones noſtras cuſtodiat. Nam ſi illas ſanè ſecutus fuerit: nõ eſt cauſſa quamobrẽm non omnia illi præclarè & ex animi ſententia occurrant, & legum beneficio ad ſummam ipſe in rebus gerendis facilitatem & iuſtam facultatem perueniat. Principio igitur (vt diximus) ſtudio illi ſit publicorũ tributorum exactio, deuotis quidem humano paternóque ſe affectu exhibens, indeuotis verò vehementem & ſeuerum. Deinde curam geret etiam reipublicæ, & vt rectè in ea atque ordine omnia fiant, néve tumultibus & ne ſeditionibus dediti ſint vel Boſtreni, vel alij, & quæ à vetuſtate permiſſa ſunt ad delectationem, ea conuertant in furorem & cædes. Habebit item ſecundum mandata noſtra dicto ſuo audientes milites (ſiquidem & hoc inde licebit deſumere) neque vllam omnino rem negliget, quæ commoditatem aliquam in ſe habeat. Quemadmodum enim in Ponto cum Moderatore egimus, ita & ipſum per eadem eius magiſtratus veſtigia ingredi facimus. Eritq́ue & ipſe ſpectabilis: & conſimiliter cùm alia multa, tum etiam ea quæ appellationes concernunt, adminiſtrabit. Sed neque ad modũ prioris dumtaxat ſolatij reſiſtemus. Volumus enim vt ipſe quidem per cauſſam annonarum & reliqui ſolatij percipiat quindecim auri libras, adſeſſor verò eius magiſtratus duas libras, & cohors eius nouem auri libras habeat. Et quãquam (vt diximus) ex imperialibus mandatis iam etiam militibus præeſt: erit tamen nobis curę, vt nonnullos illic ſtatiua agentes militares numeros & ei ſubdamus, qui in hos magiſtratum gerit, vt illi ſoli obediant, eiuſq; formulis ac præſcriptis cedant & obtemperent. Nõ igitur communionem omnino habebit aliquam ſpectabilis dux neq; cum militibus quos expreſſè huic aſsignabimus, neq; cũ pagano aliquo, neque cum illorum litibus ſi quas inter ſe habẽt, neque ſi paganorum aliquis in ius producatur. Nullum deniq; habeat cum paganicis cauſsis cõmerciũ: quãdoquidem magnum in medio interuallũ eſt inter ciuilem & militarẽ adminiſtrationem: diſcernuntoq́ue ea inter ſe, quemadmodum patres noſtri in republica iſta ordinarunt & inſtituerũt. ſcituro ſpectabili Duce, quòd ſi rebus ſe ciuilibus immittere auſit: neq; militaria retinebit, ſed & illis ſpoliatus priuatum ager, & huius magiſtratus imperio ſubditus erit. Atq; hæc nobis item de magiſtratu regionis Arabicæ ſancita ſunto. Perſuaſum enim habemus voluntate dei, quòd ea res ad melius profectura ſit. Ex quo enim neq; pecuniis pepercimus, & annonas illi auximus: inde adeo certo ſcimus, quòd & is qui hunc magiſtratum gerit, talem ſe circa verè publicorum tributorum exactiones præbere ſtudebit, vt non damnum exinde, ſed iuſtum lucrum fiſco adducat. Illud ſanè fieri obtinereq́ue volumus, vt ſpectabilis dux inde annonas ſuas percipiat, vnde prouinciæ præſes iuſſerit: cùm manifeſtarium ſit, nõ cum tanta eum ignauia his rebus admoturum animum, vt ſuas ipſe annonas exigere nequeat: ſciens quòd ſi quid hæc contra fecerit, quindecim librarum auri pœna mulctabitur.

DE PROCONSVLE PALÆSTINÆ. Conſtitutio CIII.

Scripta Ioanni glorioſiſs. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

IAm quidem & alios gẽtium præſidatus maiores reddidimus, qui prius humiles pariter erant, & ad aliquid fortiter agẽdum impotentes: & tam inter ſpectabiles ipſos conſtituimus, quàm etiam annonas ipſis adſeſſoribuſq́ue & cohorti auximus: & inter alia omnia quæ benignè illis elargiti ſumus, vt item de appellationibus cognoſcerent, prębuimus: alioſq́ue honore proconſulum exornauimus, alios (vt appellant) comitum, alios prætorum, alios deniq; moderatorii: & ſemper præclaro aliquo adinueniẽdo, nouũ veluti florem noſtræ addimus reipublicæ. Venit autẽ nobis in mẽtẽ & metropolis Cæſarea, quæ in prima Palęſtina principatum tenet, quam præ cæteris maiore etiam honore perfrui oportebat: propterea quòd & quondam procõſul ipſam tenuit, & præfectus illi talis magiſtratus fuit, licet poſtea ab ampliore dignitate ad minorem tranſierit: nimirum cùm vna prius tota Palæſtina eſſet, ea deinde in tres diuiſa partes, & neque proconſulatum retinente, ſed ad magiſtratum hunc (vt appellant) ordinarium delata. Quãquam ſanè & vetuſta vrbs ſit, & ſemper ampli nominis fuerit, tam cum Strato primus eam in formã vrbis redegit, qui mutatis ſedibus excedens Græcia, huius conditor exſtitit: quàm cùm diuæ memoriæ Veſpaſianus celebratiſsimus ille Imperator, qui piæ memorię Titi pater fuit, quod illi ad ſummam gloriam vel ſolum potuit ſufficere, ipſorum Cæſarum appellatione eam nominauit, cùm antea Stratonis turris vocaretur: hoc illi honore impenſo, eo quòd in ea poſt Iudaicas victorias inter Imperatores adſcriptus eſſet. Cernimus autem, quòd & magnæ admirandæq́ue regionis imperium habeat ea prouincia, & quammaximã reipublicę noſtrę gratiã & ſenſum exhibeat, tã tributorũ magnitu-

magnitudine, quàm deuotionis exuperãtia, præbeátque ampli nominis ciuitates, ac bonos ciues enutriat, & omni doctrinarum genere refertos, neque non inter sacerdotes celebres, & (quod omnium maximum est) quia vniuersi cõditor dominus noster Iesus Christus, verbum illud dei, & totius humani generis salus in ea cõparuerit, dignatusq; sit assumere nostra. Hãc igitur quomodo non honore afficiamus, & prouehamus ad formam proconsularem, concedamusq; illi qui in ea defungitur magistratu, vt procõsul pariter sit & vocetur, id quod facimus per hanc pragmaticã formam? Appellari autem eam volumus & Cæsariensium priuilegium. Et qui eum magistratũ gerit, proconsulem efficimus: prębemusq; ei, vt inter spectabiles adscribatur, & omnia habeat quæ eiusmodi magistratus sunt propria: audiat etiã prouocatione suspensas lites vsque ad decem auri libras, quæ ex vtraq; ad ipsum Palæstina deuoluuntur: valeátque omnino talis existere, vt iussiones nostras præclarius & maioribus cum viribus queat ad effectum deducere. Vtetur autem & veneranda illa atque antiqua Veneta (de purpurea planè stola loquimur) in sacris eam mensium festis induens: venustúmq; se prębeto tanto reddinitus honore, & multis imperato militibus ac tantis: & quidquid denique vel publico, vel nostris vtile est subiectis, facito. Cæterum per occasionem annonarum prębemus illi viginti libras auri, quas tam inter se, quàm adsessorem suum & obtemperantẽ sibi cohortem diuidat quo ipse voluerit modo, per suggestionem nos de iis certiores reddens, vt sacra pragmatica forma eam diuisionem corroboremus. Neq; enim sustinuerimus videre aut vt ipse adsessorq; eius sub pristina tenuitate annonas percipiant: aut vt cohortem eius, quamquam circa tot tributorum illationes laborantem periclitantemque, omni destitutã auxilio, non subleuemus, quò maiore cum beneuolentia & illi appareant, & publica tributa exigant, & iniustis rapinis abstineãt. Insuper nullam omnino cum ciuilibus causis publicorumq; tributorum profligationibus cõmunionem habebit pro tempore spectabilis eorũ locorum dux: sed ipse omnes publicas priuatasq; causas (prout dictum est) disceptabit, & maximè omnium prouidebit, vt publica tributa sine retardatione detrimentoq; inferantur, & puris ipse vtatur manibus. Qua quidem re diligenter obseruata, cùm & spectabilis vir Stephanus, qui nunc primus in ea versatur, magnam laudem consecutus sit: prorsus in eam opinionem venimus, sumpta videlicet ex antecedentibus coniectura, quòd rursus hoc faciet. Maximè omnium verò curam geret, vt quæque suo ordine fiant in ciuitatibus, neque popularis aliquis tumultus excitetur in vrbibus. Siquidem & hoc eius, cùm in magistratu esset, proprium fuit: qui cùm prouinciam tum ex aliis occasionibus, tum verò maximè ex diuersitate religionum seditionibus laborantem suscepisset: euidenter pacatam eam reddidit, & omni motu ac turba liberauit. quod sanè nũc illi quoque vt faciat iniungimus. Et siquando res ita ferat, vt etiã in secundam Palæstinam excurrat, & ibi tumultus sedet, neque committat vt incommodè aliquid in illa geratur, & præsertim in illa: quãdoquidem & multos illic tumultus existere cernimus, neque leues horum euentus. Quod si etiam militibus indigeat, qui in prouincia stationes habent: adiungimus & hos illi, ex quo militarium numerorum strenuitatem comper-

Nouel.

A tam habemus tam in tuenda dignitate vrbium, quàm conseruanda moderatione in iis qui ruri habitant, & exigendis tributis publicis. Sacra pragmatica forma, quæ ad eam illi rem prius data est, nunc quoque rata manente, quæ non vult, vt vel spectabilis dux, vel glorioss. magister militum licentiam habeat, militum præsidia quæ apud illum constituta sunt, ab illo abstrahendi, ne quis exinde in ciuitatibus oriatur motus ac turba: id quod nunquam euenturum est, si ille & ciuilem magistratũ gubernet, & inter publicorum tributorũ collatores rectæ disciplinæ prouidentiam accommodet, tam in auxiliũ paratos habens milites, quàm si quid indecore vel ab ipsis vel ab aliis per ipsos geratur, corripiens. Eruntq; omnino inter se distincti officiis spectabilis locorum dux, & is
B qui proconsularem gerit magistratum. Nam ille quidem militibus, & limitaneis, ac fœderatis, & quicquid omnino in prouincia armatæ militiæ adscriptum est, præibit: exceptis his militibus, qui procõsuli deputati sunt: hic verò tam pro ciuilibus personis, q̃ rebus, & præsidiis militum illi adhærentibus prouidentiam adhibebit & custodiã. Certè publicorum tributorũ nomine, aut per caussam motæ in populo seditionis nemo prorsus à spectabilis proconsulis iurisdictione eximetur. Sed omnibus imperabit, omnib⁹ pręcipiet, neque quisquã eius resistet formulis ac dispositionibus, aut vllum habebit prætextũ vel defraudandi publicum, vel ciuibus inferendæ iniuriæ, publicæ seditionis auctor factus: aut etiam vtetur vel cinguli, vel dignitatis, vel sacerdotij, vel cuiuslibet alterius caussę
C prærogatiua: sed eo solo seipsum noxa liberabit & supplicio, si nullam noxam contrahat. Hæc igitur (vt diximus) & huic magistratui concedimus, & conseruari perpetuo per hanc sacram pragmaticam legẽ volumus. Sed & vt excellẽtia tua perpetuo ipsam cõseruet, & eo modo particularibus thronorum tuorũ dispositionibus ac formulis adscribat, sancimus: neq; non vt omnes Palæstini, qui in sequenti futuri sunt tempore, cognoscant, quòd denuo procõsulare ipsis ius restitutũ sit, & proconsul in prima Palęstina summum habeat imperium. ipsis verò etiam prius, * & priore liberata supercilio, in maiore nũc honore erit, nempe ciuitati debito. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

DE PRÆTORE SICILIÆ.
Constitutio CIIII.

D HAbeto Sicilia prætorem, qui & res ciuiles tractet, & curã gerat militaris impensæ. 2 Publica tributa Siciliæ non pertinent ad solicitudinem Prętoris, sed censentur sub comite patrimonij Italiæ. 3 Appellationes & decreta defensorum & primorum ciuitatis Siciliæ tractat & examinat Quæstor. P. P. post consulatum Belisarij.

VT PARTICVLARES VSVRARVM solutiones in duplum computentur.
Constitutio CXXI.

Imp. IVSTINIANVS. A. Basilio præsidi Tarsi.

CVm decuriones videamus nobis instare precibus, & libẽter iis indulgeamus: meritò sanè legibus contrarias artes, & per

V fraudem

fraudem excogitatas confessiones valere non concedimus. Docuerunt enim potentiam nostram Eusébius & Aphthoni⁹, qui Demetrio nepotes exstiterũt, nati ex Palladio Demetrij filio, quòd is Demetrius Artemidoro per causam mutui quingentos aureos debuerit, in quam summã etiam vsuras stipulatus sit. Nuper vero sacram prodiisse formã quæ voluerit, si duplum debiti soluatur, vt nulla cõtra ipsos secundũ leges nostras superst exactio. Artemidori autem creditoris successores Epimachum & Artemonẽ dixisse, mentitos ipsos in precibus, neq; nostro dignãdos auxilio: cum debito plenè satisfactum nõ fuerit, sed soli nongenti quadragintanouẽ aurei persoluti sint. Aiũt enim supplices, patrem suum Palladiũ vnà cum Demetrio patre eius & Paulo octingẽtos sexagintaseptẽ soluisse aureos. Sed Artemonẽ & Priscianã Artemidori filios, qui Epimachi & Artemonis illius alterius auus fuit, dixisse particularem se solutionem sorti nõ adiungere, sed omnia velle reputare in vsuras. hæc item innuere sententiam prouinciæ præsidis: & propterea exegisse Palladium pro priore quingentorum aureorum fœneratitia syngrapha alteram aureorum sexcentorum. Soluisse autem ipsi inquiunt diuersis temporibus & Palladiũ aureos septuagintaduos, & Eusébium atq; Aphthonium decẽ, vt inde colligatur nongentorum quadragintanouem aureorũ summa. Eum vero qui controuersiæ audientiã præbuerat, cũ in animo nõ reuolueret, quòd totius accusationis eadem causa esset: non admisisse ipsos, sed voluisse in sexcentos eos aureos sortis cõdemnare. Petieruntq;, vt hac necessitate eximerentur: & collecto vniuerso debito quingentorũ aureorum, si quinquagintavnũ adhuc soluerent, qui reliqui essent ad mille solidorũ quantitatem, tam vniuerso debito liberarẽtur, quàm fœneratitiam sexcentorum aureorum syngraphã reciperent. Cum igitur leges nostræ nihil vltra duplum solui velint, & nos in hoc tantùm differentiam habeamus cum prioribus, quòd illæ quidẽ debita cõstituant vsque ad duplum, si nulla particularis facta fuisset solutio: nos vero recipiam⁹, vt particulares etiã solutiones debita dissoluãt, si vsque ad duplum pertingant: sancimus, vt secundum hoc fiat computatio: & si tantum hi persoluerint, quantum adhuc ad mille aureos deest, recuperent etiam fœneratitiam sexcentorum aureorum syngraphã, ne debitum ex hac causa multipliciter exigi deprehendatur. Quæ itaque nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur formam, ea studeto magnificentia tua effectui & fini tradere: tã ea interpretatione, quæ de hac causa in sententiis, quarum supplices meminerunt, facta est, abolita: quàm omnibus quę per obreptionem & ex vna tantum parte confecta sunt, aut conficientur, vacantibus.

EDICTVM DE FORMVLA ARtificum. Constitutio CXXII.

OMnis artifex, aut mercenarius, aut mercator, secundum auctionis formulã operas locato, mercésve vendito. Nam si quid amplius acceperit: pœnę tripli subiacet.

EXEMPLVM SACRAE FORMAE de appellationibus. Constitutio CXXVI.

Imp. IVSTINIANVS A. Petro gloriosiss. prætoriorum præfecto.

MAnifestè Theodosius & Valentinianus sacratiss. principes lege expresserunt, vt causas appellationum quæstor sacri palatij vnà cum præfecto Orietalium prætoriorum, qui pro tempore thronum regat excellentiæ tuæ, secundum formam sacrarũ consultationum examinaret. Inuenimus autem in huiusmodi examinationibus aliquid euenire, quod & repub. & nostro indignũ sit imperio. Litigatores enim & procuratores, & horum aduocati, & omnes qui in huiusmodi causis ministerium suum adhibent, quasi nobis ipsis præsidentibus & audientiam præbẽtibus, tam veste, quàm calceamentis & verbis apud nostros magistratus vtuntur, quibus solũmodo vti conuenit eos qui ad maiestatem ingrediuntur Imperatoriam. Quin & ipsi iudices nõ ex propria persona, sed quasi nobis ipsis præsentibus & interloquentibus, ita suas proferunt sententias. Quod decætero in quocunque iudicio fieri prohibemus: sanciẽtes, vt sacri quidem nostri palatij pro tempore quæstor quidem vnà cum tua excellentia, siue pro tempore sacrorũ prætoriorum præfecto, huiusmodi causas examinet: nõ autem ex nostra, sed ex propriis personis interlocutorias proferant, & legibus cognitam edant sentẽtiam: solitis videlicet scriniis in huiusmodi cognitionibus suum adhibentibus ministerium. scientibus quoque magistratibus qui id genus causas diiudicãt, quòd si quid hæc contra quocũque modo decætero delicti fuerit admissum, crimini perduellionis subiacebũt.

In omnibus præterea appellationibus hoc valere iubemus, vt quotiescunque appellatione interposita, intra præfinitũ tempus vtraq; pars fatalẽ diem obseruauerit: absq; omni dilatione iudices tũ acta causæ, tum iudicata examinare studeant, & legi aciuri consentaneam depromere sentẽtiam. Sin vero solus is qui prouocauit, fatali die ingressus fuerit: iubemus, vt iudices sub extremum fatalem diem, si vel requisitus victor non inuentus fuerit, examinatis actis causæ legitimum adsignẽt terminum. Si solus is qui victricem retulit sententiam, ingrediatur, qui vero prouocauit, requisitus inuentus non fuerit: pręstolentur iudices non solũ ad extremũ vsq; fatalem diem, sed etiã per tempus reparationis, hoc est tres menses. Quòd si ne tunc quidẽ inuentus fuerit qui prouocauit: non amplius decursu temporis corroboretur sententia, sed vel vna tantum parte præsente iudices actitata in causa & iudicata examinẽt. Et si quidem rectè prolatam sententiam inuenerint: eam cõfirment. Si quid in ea per negligentiam omissum est: id corrigant, & legitimam edant sententiam. Simul atque vero semel appellationis causa intra eos dies qui dilationis causa præfiniti sunt, siue ab vtraque parte, siue ab vna tantũ introducta fuerit: non amplius biennij decursu firmitatem decætero capiat sentẽtia, sed attentis oculis veritate aciure considerato, terminũ huiusmodi causis legitimũ adhibeant, siue vna siue vtraq; parte præsente. Ac propterea iubemus, vt in hoc genere causarũ nõ amplius quemadmodũ in pręsentem vsq; diem obtinuit, in primã appellationẽ omnes cognitiones conferantur, sed vnaquæq; cognitio suũ diem præscriptũ habeat. AD HAEC sancimus, vt omnes iudices appellationẽ quidẽ quæ intra deputatos dies offerẽ, neq; interdicta est legibus, omnibus modis suscipiãt. Intra triginta vero dies q̃ oblata fuit appellatio, actitata in causa, cũ propria subscriptione præbeant

præbeant litigatoribus, vt illi pro suo hæc auxilio cõ petenti possint insinuare magistratui. Quod si quis iudicum hoc facere supersederit: sententia quidem temporis decursu cõfirmabitur. ipse vero iudex, qui ista non obseruauit, quiq; huic apparent, omne damnum quod per causam non editorum actorum litigator sustinuerit, ex propriis facultatibus ei resarcire compellentur, & denarum librarum auri pœnam nostris inferendã rebus priuatis persoluent. Glorioſa igitur, & magnis rebus gerendis nata auctoritas tua præsentem legem & in regia vrbe proponere studeto, & *alibi manifestam facere procurato*, vt omnes cognoscant quid obseruare debeant.

DE TRANSITV MILITVM.
Constitutio CXXX.

Imp. IVSTINIANVS. A. Petro gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto.

PRæcipuam multoq; maximam reipub. nostræ conciliationem in hoc consistere arbitramur, si quà noster transit exercitus, vt ibi citra omnẽ alatur querimoniam, & incolumitas atque indemnitas nostris conseruetur collatoribus. Inde adeo iubemus, vt quotiescunque transitus fit nostrorum ducum & exercituum * delegatores, comitenturque eos hi qui militarium alimentorum curam gerunt. Singularum vero prouinciarum præsides, per quas transitus fit, in parato habeant vnde expensæ fieri possint, vt in quaq; prouincia exercitus noster, cum transit, citra querelam alatur. Et cuiusque ordinis optiones tam species absque vlla distortione suscipiant, & annonas, quæ suppeditantur in specie, erogent in præfectos legionum & milites: quàm etiam ipsi deputatã sibi solatij occasionem habeant decimamquintam partem. De his etiam, quæ ab ipsis expenduntur, optiones collatoribus solita recauta faciant, periculo eorũ qui cum ipsis sunt, præfectorum legionis, & tribunorũ, & comitum, & prouisorum exercitus, ac delegatorum, & cuiusque ordinis primatum. Neque vllo modo milites apud collatores nostros gratis sumptus faciant, siue occasione eius, quòd (vt fieri potest) nihil in parato habeatur, siue introituum nomine, quorũ penitus ipsam etiam appellationem tollimus, quo magis ex omni parte collatores nostros illæsos indemnesq; conseruemus. Eas etiam species tantummodo, quæ in singulis reperiuntur locis, milites capiant: neque alias requirãt, quæ in ea prouincia non reperiuntur, & distortionem atque damnum nostris inferant collatoribus. Qui vero sumptus à possessoribus in milites factus est, & per recauta delaratur: iubemus vt à throno excellentiæ tuæ sine vlla distortione, damno, aut vafro commento, in contributionem ab ipsis publico inferendam illius indictionis reputetur, in qua is sumptus factus est. Quod si plures species, quàm ab his qui eas dederunt, cõtribui solet, deprehendantur insumptæ: iubemus, vt ex vniuerso publicorum eius prouinciæ tributorũ corpore, his qui vltra propriæ contributionis modũ sumptus fecerunt, satisfiat.

Si ea vero prouincia tantũ publicorum tributorũ non habeat, quantum ad sumptũ factum sufficiat: vel his, qui eum sumptũ fecerunt, satisfiat à generali mensa, quæ ab excellentia tua gubernatur: vel ea ex his, quæ sequente ab ipsis indictione contribuuntur, ipsi sibi retineant, & ab his, qui publica tributa profligãt, omni ipsis modo reputẽtur. His omnibus procedẽtibus & obseruandis periculo gloriæ tuæ, & cuiusque prouinciæ tractatorum, neque non præsidum, & obtemperãtium ipsis cohortium susceptorum quoque, & decurionum, & omnium, qui publica tractant tributa. Sed & hoc obseruari iubemus, ne quisquam aut ex præfectis legionum aut militibus, vel ab vrbibus, vel prædiis occasione transitus, per concussionẽ exactæ aliquid pecuniæ percipiat. Si quis vero deprehensus fuerit, qui per concussionem exactæ aliquid pecuniæ perceperit: iubemus, vt ab eo, qui tale aliquid perpetrat, duplũ omnino eius quod pro hoc accipere ausus fuerit, exigatur. Si qui vero ex nostrarũ legionũ præfectis, aut exercitibus, aut optionibus eorum de facto ab ipsis sumptu recauta non composuerint: iubemus, vt collatores, qui sumptum suppeditarunt, actorum monumenta confici procurent, si quidem præses in iis locis inuentus fuerit, coram ipso & religiosiss. ciuitatis episcopo: si præses in iis locis inuentus non fuerit, coram religiosiss. ciuitatis episcopo, aut defensore locorum in quibus possessio sita est, vnde sumptus factus est. perq; eam monumentorũ confectionem manifestum reddãt, & qui nostrorum ducum, aut cum quo exercitu transitum facientes, recauta non composuerint, & quàm magnã summam insumpserint. Atque hoc genus actorum transmittant ad tuam gloriam: vt gloria tua perinde quasi recauta sint composita, tam ipsis collatoribus (quemadmodũ superius diximus) sumptum ab ipsis factũ vel præstet, vel reputet, q̃ ex his quę ex tributis publicis legionum præfectis & militibus, qui sumpt' fecerunt, delegantur, eam quantitatem, quę per actorum confectionem declaratur, retineat. Ad hæc iubemus, vt nostrarum legionum præfecti, siue etiam conseruatores exercitus, & delegatores, cum transitus fiunt, antea in illum locum, vbi exercitus noster debet occurrere, mittant, & insumenda pręparẽt, neque ad alias vrbes, aut possessiones, aut prędia mittãt, quasi necesse habeat illic manere exercitus, perque hanc causam à possessionibus ac prædiis extorqueant pecunias. Quod si quis eo nomine aliquid ausus fuerit accipere: iubemus, vt eo quoque modo prędicta actorum monumenta conficiantur, quę declarẽt & quid datum, & cui quidque datũ sit: neque nõ quo superius à nobis modo dictũ est, tam damno affectis à gloria tua reputentur, præstentúrve omnia, quę per huiusmodi actorum cõfectionem declarata fuerint: quàm legionũ præfecti, & qui quocunq; modo exercitum nostrum conseruant, & delegatores in duplum quantitatem eorum quæ accipere per hanc causam præsumpserint, reddant: prometatoresque tormenta iuxta & exiliũ sustineãt. Porrò si qui ex prouinciarum præsidibus nonnunquã cũ exercitus nostri prouisoribus cõspirantes, sumptus nõ præparauerint, & per hoc in diuersas hosce vrbes & loca perduxerint: iubemus, vt tales magistratu abdicati, cũ obtemperãtibus sibi cohortibus publicationi bonorũ & exilio subiiciantur. nostri vero collatores sic quoq; indemnes conseruentur, vel ex datis recautis, vel ex actorũ monumentis quæ prædicto debent modo confici.

Hæc autẽ custodiri præcipimus nõ solũ in transitu nostrorũ ducũ & militũ, sed & aliorũ qui ex quacunque gente ad auxiliũ nostræ à nobis mittuntur reipub. vt neq; per metatorum præbitionem contumeliis afficiatur collatorum nostrorum libertas. Sanci-

BIU Cujas

cimus item, vt nemini omnino nostrorũ militum liceat metata sibi in primariis habitationibus desumere, in quibus ædium domini habitare deprehenduntur: sed illæ quidem dominis suis conseruentur omni molestia & inquietudine liberæ, milites vero in aliis sibi cœnaculis metata desumant. Quæ igitur nobis placuerunt, & per præsentem declarantur legem, ea tam in vrbe regia, quàm religiosiss. locorũ episcopis, & clariss. prouinciarũ præsidibus, neq; non omnibus nostris in quacunq; prouincia & vrbe collatoribus excellentia tua manifesta cõstituito: vt collatores nostri sciãt quę pro incolumitate ipsorũ à nobis disposita sunt, & cognoscant ꝙ si hæc cõtra factum aliquid fuerit, & qui iniuria afficiuntur, silẽtio admissum tradiderint, ipsi eiusmodi sibi damni auctores existent.

DE MONACHIS, ET ASCETRIIS, & eorũ conuersatione. Consti. CXXXIII.

Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni beatiss. archiepiscopo.

SOlitaria vita, atq; in ea cõtemplatio, res planè sacra est, & quæ suapte natura animas ad deum adducat: neq; iis tantũ qui eam incolunt, commodet: sed etiam omnibus aliis puritate sua & apud deum interpellatione competentem de se vtilitatem præbeat. Vnde & olim ea res Imperatoribus studio fuit habita, & nos non pauca de dignitate & honestate eorum legibus complexi sumus. sequimur enim sacros in hoc canones, & sanctos patres qui hæc comprehenderunt legibus: quandoquidem nihil non peruium ad inquisitionem maiestati existit imperatoriæ, quæ communem in omnes homines moderationem & principatum à deo percipit. Ac descripsimus quidẽ iam constitutionem quæ vult, vt monachi, etsi magno continentur numero, secundum formam cœnobiorum (vt appellant) in commune vitam degant, neq; proprias habeant possessiones, neque opes accumulent, neq; clam testibus viuãt: sed & cõmuniter cibũ capiant, & in communi loco cubent, & vndique bene compositam persequantur vitam, testesq́ue sint inuicem mutuæ honestatis: & iuniores reuereãtur caniciem eorũ qui ista inspiciunt: nonnunquam etiam dedita opera capessant vigilias, vt ne in somno quidem aliquid intempestiuum aut turpe de se aliis edant spectaculum, sed quisque pro se honestatem vel inter dormiẽdum conseruet. Cùm verò quæpiam nobis renuncientur, quæ & maiore cura digna sint, & firmiore lege indigeant: merito ad præsentem legislationem ad illius perfectionem & supplemẽtum peruenimus. per quam sancimus, vt nullus omnino propriam habitationem habeat, neque aliqua (vt appellatur) cellula sit in monasterio his qui ad vitam in contemplatione & quiete traducendam vno fortè aut duobus vtantur ministris: sed tametsi plures viri sint, nihilo minus vnicus ipsorum sit conuentus, siue precentur, siue naturæ opera faciant, quæ citra reprehensionem tamen & absque calumnia consistunt: & tam communiter (vt dictum est) cibum capiant, quàm communiter dormiant: si modò tanta multitudo sit, quam vna domus possit capere: alioqui duæ fortè aut tres domus existant, quæ ipsos recipiant. Nullus autem omnino quidquam habeat proprij, sed diu noctúque in commune viuat, & noctes eandem inter ipsos cum diebus habeant obseruationem. Neque enim semper omnes dormiunt: sed manifestarium est, quòd dum hi dormiendo occupati sunt, illi vigilant, & prorsus quidam dormientes inspiciunt. Cæterum si quæ habitatiunculæ seu cellulę in vllo monasteriorũ fuerint, sub generali huius amplæ vrbis patriarcha, siue in eius confiniis, aut sub sanctitate tua cõstitutorum, siue à nobis ipsis ædificatorũ, siue ab aliis: hasce omnes omnibus modis demolieris, aperiésque ipsis mutuum inter se aspectum, vt quæ vicissim inter ipsos geruntur, omnes intueantur. Cur enim tandem hoc agere reuereantur, qui semel se deo dedicarunt, & omnem popularem conuersationẽ valere iusserunt? Atque hoc quidem eo fine obtinere, tam hoc tempore, quàm in omne deinceps æuum volumus: nullo (vt dictum est) propriam habitationem habente, sed omnibus in vnum congregandis, & quæ vicissim inter ipsos gerantur, spectaturis. Illud enim constat, quòd eiusmodi peragere studebũt, quæ vndique reprehẽsione careant. Quòd si quis vsqueadeo impudens visus erit, vt conari audeat trãsgredi ea quæ lege promulgata sunt: hæc solitariæ mansionis præsul examinato. volumus enim, vt ista nostra obseruatio diligentius custodiatur. Et primum quidem, ne monasteriũ multos habeat aditus, sed vnum tãtum, aut duos fortè: & vt portæ adsistant viri ætate graues, & casti, neque non omnium testimonio comprobati, qui neq; ipsos reuerendiss. monachos permittant sine præsulis voluntate monasterio egredi, sed intus eos contineant, vt ea quæ deum concernunt, perquirant, nec seipsos, actionésque ac studia sua à deo diuellant: neque alios quospiam vel interdiu vel noctu in monasterio versari sinant, qui quidẽ, ne reuerendiss. monachorum syncera ac recta maneat opinio, efficiãt.

Esto autem monasterium forti muro circunseptũ, ne quis alia parte exitus sit, quàm per portas. Deinde etsi ecclesia in monasterio non sit, neque sic tamen licenter prætextu ecclesiarum egrediantur, aut etiam deambulationes illic faciant, & cum aliquibus colloquantur, quibuscum non decet: sed tempore quidem sacri ministerij vnà cum præsule, & primoribus eius, ac ætate prouectis illò accedunto. ministerio autem impleto, quidquid monachorũ est, omnes in cœnobium denuo concedant, & ibi resideant, simúlque magnum deum precibus fatigent, & sacrarum scripturarum lectioni incumbant. ingens enim sacrorum istiusmodi librorum existit chorus, & potis est cuiusque animum emendare, ac sacris irrigare eloquiis: quæ si continuè legant, non vnquam errauerint, neque ad humanas delabentur solicitudines. Porro in sacrosancta ecclesia, quæ in monasterio consistit, quatuor aut quinque ex eadẽ mansione senes sint, quib⁹ omnis iam difficultas in sancta illa vitę ac fidei institutione superata est, & qui ordinationẽ in clero meruerunt, presbyterorũ fortè, vel diaconorũ, vel aliorum deinceps gradum tenentes: atque hi adeuntibus sui copiam faciãt, & de scripturis sanctis exquisitius sermocinabuntur, efficientque vt alij omnes tales reputentur, simul sacrã adseruantes ædem, simul iuuẽtutem insolescentẽ, & terminos suos egredi volentem, in tolerãtia retinentes. Non ingredietur autem omnino neq; mulier in monasterium virorum, neq; vir in muliebre, vel obtentu memoriæ defuncti illic reconditi, vel ob aliam caussam. Et maximè si quis fratrem fortè, aut sororem, aut quempiam ex genere coniunctis se in monasterio habere

BIU Cujas

habere dicat.monachis etenim cognatio in terra non
eſt,vtpote qui cœleſtem vitã affectent. Quid enim
omnino tandem volentes, huiuſmodi aditiones fa-
ciunt: niſi ſi quid perpetrare velint rerum interdi-
ctarum:cùm & ea quę viros decent,viris in virorum
monaſteriis efficere, & conſimiliter quæ mulieribus
attributa ſunt,mulieribus liceat in muliebrib⁹ mona-
ſteriis peragere?nullo alteri admiſto neq; ſi frater,aut
ſoror,aut alius cognatus eſſe dicatur. Neq; enim per
hanc cauſſam aditum ipſis patere concedimus.nam ſi
ipſa præciderimus principia, & errorẽ qui per aſpe-
ctum ſe animis hominum inſinuat, & exinde ad mala
lubricitatem prohibuerimus:multo clementior & fa-
cilior exiſtet ſacris decertatoribus vitæ in melius e-
mendatio. Omnes itaque huic legi obtemperanto,
& neque virum recõdunto in muliebrium monaſte-
riorum ſepulchris, neq; mulieres in virorum mona-
ſteriis ſeu aſceteriis defodiuntor.neq; enim viris mu-
lierum domicilia,neque rurſus virorũ habitacula cõ-
ueniunt mulierũ conſortiis.Nec per eos qui propter
defunctos ingrediuntur,volumus exinde inhoneſtas
huiſce commiſtiones fieri:ne per hanc cauſſam natu-
ræ feneſtra aperiatur, vt ea quæ nefas eſt, delicatius
in ſe admittat,& ludos faciat,ſacráſq; res defœdet,ac
velamento pietatis & ſub ſpecie exequiarum ea per-
petret,quæ neque dicere, neq; in animo cogitare ſo-
litariam vitam exercẽtibus pulchrum eſt. Cùm ve-
rò illud re ipſa manifeſtum exiſtat, quòd neceſſe ſit
eos qui ſepulturis peragendis miniſterium præbent,
& maximè qui feretra deportant,quíque defodiunt,
ingredi in monaſteria:res ſanè difficilis cõſiſtit in mu
liebribus:cùm ob alia multa,tũ propter præfatã pro-
hibitionem. Sancimus tamen, vt ſiquando tale ali-
quid futurum eſt,& mulier aliqua in muliebri ſepe-
liatur monaſterio (virum enim ibi ſepeliri non per-
mittimus) reuerendiſs.quidẽ mulieres in ſuo perma-
neant habitaculo, ſola autem oſtiaria, ſiue oſtiariæ,
& ipſa fortè (ſi velit) antiſtes his quæ fiunt, interſit.
ſimul atq; verò illi,quę circa exequias fieri ſolẽt,tam
ſepulchro effoſſo,q̃ corpore recondito,effecerint:ſta
tim diſcedant,neq; aliquas ipſi reuerendiſs.ſpectãtes
mulierũ, neq; ab aliquibus earũ ſpectati. Sed neq;
aliam ingreſſuum occaſionẽ excogitanto vel viri in
muliebria monaſteria, vel mulieres in ea quæ viris
deputata ſunt, per cauſam eorũ quæ peragũtur circa
exequias,quas ſcilicet memorias appellitant,in tertiũ
nonumq; diem cõueniẽtes. item cũ quadraginta ex-
ceſſerint,aut etiã annus: cùm liceat,ſi quidẽ muliebre
monaſteriũ ſit,mulieres omnia peragere:ſi virile, vi-
ros:neq; per huiuſmodi occaſionẽ venerabilibus mo
naſteriis aliquam inurere infamiam. Quia verò ni-
hil eorum quæ incluſa ſunt legibus,vti æquũ eſt,ſer-
uari poteſt,niſi cõuenientẽ habeat cuſtodiam: ſanci-
mus, vt qui cuiuſq; monaſterij pro tempore præſul
fuerit, continuè ad ipſum animaduertat, & in vno-
quoque ad inſtar rei & diſciplinæ publicę operã na-
uet. Et ſicubi vel paululum quiddam contra deco
rum fiat:protinus hoc emẽdet,neque cõmittat,vt ma
ior exinde lapſus oriatur,& anima quę ad ſalutem ex
ſancta vitæ atque fidei inſtitutione prouenientẽ con
fugit,pereat. Ipſe quoque monaſteriorum ſummus
præſul,ſiue in loco ſit,quemadmodũ in hac eſt vrbe,
ſiue nõ,enixe in ea rem operam dato,& apocriſarios
ſuos(vt nuncupantur) per monaſteria dimittito:è vi
cinis etiã interroget,nũ quid mali in aliquo vicino-

A rum perpetretur monaſteriorũ:atq; hæc omnia coër-
ceto,& competentem pro dignitate impendito pro-
uidentiam. Sed & cuiuſque ciuitatis epiſcopus in
hoc prouidẽtiam adhibeto,ſiue patriarcha, ſiue me-
tropolitanus,ſiue quicunque ſit:& reuerẽdiſs.defen-
ſores eccleſiæ ſuæ mittito,qui hæc perquirant,& ob-
ſeruent,neque committãt, vt præter decorum quid-
quam fiat. ſed & ſi quid tale perpetretur: vt primo
quoque tempore hoc corrigant. Conſimiliter au-
tem & ſanctiſs. huius almæ vrbis patriarcha, ea quæ
monaſteria hic concernunt,perquirito:& eius rei cu
ſtodes dei amantiſs. defẽnſores ſacroſanctæ maioris
eccleſiæ, & quoſcunque diligentiſsimos honeſtiſsi-
móſque eſſe putauerit,conſtituito:vt maiore adhibita
B cuſtodia,amplior item obſeruatio, & pro delictis
vindicta procedat. Enimuero ſingula monaſteria
ſub aliquo cenſeri oportet antiſtite, & habere (quẽ-
admodum diximus) quos dicunt apocriſarios, viros
ætate graues,qui & in monaſtica iã diſciplina impen
diò decertarint, neq; facilè corporis ſuſtineant impe
tus,& rebus gerendis atque ipſorum vſibus vacarint.
Neque hoc tãtum,ſi virorum monaſteriũ ſit: ſed etiã
ſi mulierũ fortè ſit,duo aliqui viri,vel(ſi haberi poſ-
ſunt) eunuchi conſtituantur,qui ampliſſ. teſtimonio
cõprobati,negocia ipſarum gerant, & ineffabilẽ ipſis
communionem,cum eius rei opportunitas erit,diſtri
buant. Quòd ſi illi de neceſsitate aliqua monaſte-
rij,aut quæ vnam aliquã reuerẽdiſſ.aſcetriarum per-
tingat,neceſſarij aliquid dicere voluerint: colloquan
tur ea de re cum ſola antiſtite,neq; præterea cum vl-
la alia mulierũ quæ in eo conſiſtant monaſterio: per
reuerendiſſ.tamen omnia cõficientes oſtiarias.opor-
C tet enim & huiuſmodi aliquas ad fores collocari,quę
conſimiliter & ingreſſus & exitus reſpiciẽtes,tam ex-
itus mulierum prohibeant, q̃ inacceſſos viris aditus,
exceptis apocriſariis,reddant.Hi autẽ oſtiarias acce-
dent,& aduentus ſui cauſſam exponent.antiſtes verò
re cognita,& progreſſa cum his colloquetur:ipſiq̃
ad illam referent ea quæ diſpenſationẽ eorum con-
cernunt,& neceſsitatẽ quamobrẽ acceſſerint. Atque
ita & humana pulchrè adminiſtrabuntur,& ex omni
parte nullo tentata malo durabit caſtitas. *CERTE*
ſi quis delinquat (vt multa ſunt humana,neque quiſ-
quam ita continere naturã poteſt in officio,quin ali-
quando peccet.hoc enim ſolius eſt dei) hunc quidẽ,
ſi mediocre delictũ ſit,& admoneto,& ſeorſim includito,tẽpuſq; illi adſignato pœnitentiæ:vt meliore ra-
tione percepta ad ſeipſum redeat, neq; depẽſos iam
D & exhauſtos labores amittat. Sin verò maior lapſus
fuerit: pro modo peccati adhibetor etiã emendatio-
nis diligẽtia,& item vehementiorẽ admonitionem &
fortiorẽ pœnitẽtiã expetito. Et ſi quidẽ hiſce modis
ſeruare eum valuerit, qui labi cœperat (idem autem
& in mulieribus ſanctimoniali vitę deditis,& in viris
dicimus) magno deo gratias agat, qui & angelicis in
cœlo poteſtatib⁹ gaudiũ oboriri dixit,ſi quis pecca-
torum ſeruetur. At ſi delictum atrocius ſit,q̃ quod
medela reparari poſsit, tunc prorſus monaſterio ip-
ſum expellito:vt cùm ſeipſum à melioribus ad dete-
riora contulerit, ipſe ſolus improbitatis ſuæ fructum
capiat, neque vitiorum ſuorũ aliquid cæteris conta-
gione adfricet,quemadmodũ peſte laborantia & in-
curabiliter ægrorãtia ſolent pecora.Nam vt maximè
hi neglexerint:non tamen maieſtas iſta deſpiciet im-
peratoria,neq; indignatione contra id factum, con-

 tráve

tráve locorum episcopum,& ecclesiasticos, qui sub ipso constituti sunt, abstinebit, nisi hoc obseruauerint:nimirũ cum eius negocij diligẽtia necessariò ipsi etiã maiestati Imperatoriæ incũbat. Si enim puris illi nudisq́ manibus pro repub.preces deo obtulerint: manifestum sanè,quòd & res militaris pulchrè se habebit, & ciuitates in bono statu erunt. deo item propitio ac beneuolo constituto, quomodo non omnia in summa pace & recta legum moderatione vigebũt? Terra quoque nobis fructum feret, & celerius bona sua edet,per dei beneuolentiam precibus illorũ vniuersam rempub.in vnum colligentibus. sed & communis hominum figura venerabilior erit, quærentq́; quod prestantius est,illorum puritatem reueriti. Vnde vna fiet conspiratio, omnibus simul ad hoc cõcurrẽtibus,& (quoad fieri potest) exterminata omni malitia, melioribus sanctioribusq́ studiis introductis, & dignitatem habẽtibus. quod quidẽ cùm desideremus,bonum haud dubiè opus, quemadmodum persuasum habemus,perficimus. Illud quoque omnibus obseruari modis volumus,vt si quis reuerendiss. monachorum in caupona aliqua diuersari videatur, ilico is tradatur ciuitatũ defensorib', aut hic iudicio excellentiæ tuæ, castigetúrq; conuictus, certiorq́; ea ea de re reddatur antistes,vt eum qui hęc deliquit,& turpem vitã cum angelico hoc statu permutauit, expellat monasterio. Duabus enim potissimũ in rebus operam & diligentiam reponere oportet monachos, vt aut sacris vacẽt scripturis, aut quas manuarias vocare solent artes, monachos decentes meditẽtur exerceántque. siquidem mens inerti ocio dedita, haud sanè quidquã bonorum pepererit. Atque hanc legem de his proponimus, tam in hac regia valituram vrbe,q̃ in omnibus gentibus. nam & ad vnumquemque religiosiss.patriarcham pro maiore cautela & cõ petente custodia eam transmittemus.hi verò ad metropolitanos sub ipsis cõstitutos eam emittẽt. illi autem omnibus aliis impertientur episcopis:& per episcopos hęc reuerẽdiss. monachis eorũq́; antistitibus manifesta fiet. Porrò huius rei obseruationem cõmittimus non tantũ cuiusq; mansionis solitariæ præsuli,neq; solùm dei amantiss.locorũ episcopis,aut religiosiss.metropolitanis,aut sanctiss. patriarchis: sed & hîc quidẽ p̃fectis, vt si res vehemẽtiore aliqua animaduersione indigeat,de hoc à dei amãtiss.viris edocti, id exequantur: in prouinciis verò illarum præsidibus,vt tamẽ quid facto opus sit,prius à dei amantiss.perdiscant episcopis. Et prorsus tam per sacratas personas, quàm magistratus,ea quæ deum cõcernũt, incorrupta existãt:& præ cæteris omnibus,per maiestatem Imperatoriã,vtpote cùm nihil diuinarum rerum, & quæ custodiri iustum est,à nobis negligatur: sed per omnia studeamus, vt cõmunis reipubl. status ex magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi erga homines amore,fructũ auferat per reuerendiss. virorũ puritatem:quam custodient & clerici,& monachi,& episcopi tam maiores,quàm minores, tum sacrorum memores canonum,tum nostrarum legum & constitutionum de hoc conscriptarum, quas & valere, & ratas esse,per præsentem quoque legem sancimus.

Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem,ea cognoscens gloria tua,effectui & fini tradere studeto.

NE QVIS COGATVR BONIS CEdere. Constitutio CXXXV.

QVibus maximè rebus diuinum à nobis numen placari perhibetur,ea sanè inter subditos iugiter incrementum accipere atque elucescere contendimus. Zosarius quispiã ex Mysis oriundus, cum lachrymis porrectis precibus,nos edocuit, quòd cum pecuniarum publicarum pariter & priuatarum nomine conuentiones experiretur, à clariss. prouinciæ præside cum contumelia,* & quidẽ sola.neq; enim credidit de iis pecuniis propriarum rerum suarum persecutionis libellos oblatum iri,id quod iniustissimum habetur,& inter ea capitula,quæ cum primis adferunt molestiã. Vbi enim locorum iustum est,vt is qui in vniuersum ex accidenti,non supina negligentia res suas amisisse traditus esset,denuo per vim ad ignominiosam vitam transponatur,& ad quotidiani victus,neque non (vt licet coniicere) amictus corporis inopiam adigatur?

De his edocti,alacriterq́ cupientes,id quod deterius est,per melius corrigere, quò magis ea re omnium optimus deus concilietur,neque calamitosi aliquid nostris geratur inq́; vsu habeatur temporibus: sancimus,vt nemini glorioss.aut magnificẽtiss. magistratuum liceat rei caussa cessionis bonorum necessitatem alicui eorum inferre,qui de prædictis caussis iudicium sustinent,aut huiusmodi contumeliis vtiac prætextibus, perinde quasi dum corporis suppliciũ ipsi remittitur, maluerit rerum suarum amissionem capessere potius, quàm cum inopiæ iugo itidem ad mortem vsque premi opprobrio ignominiæ. Iusiurandum tamẽ per adorãda præbeat eloquia, quòd nullam rerum caussa occasionem aut aurum reliquũ habeat,vnde æris alieni supplementum faciat. Præterea si qua ipsi iura lex vel ex hęreditate,vel cognatorum donatione in rebus mobilibus prestet,in quarum possessione nondum constitutus sit, competere tamen ipsi videantur, possintq́ creditores vel partem ex iis,vel etiam totum colligere,extra tamen res vxoris:reuera hoc fiat,siquidem ad ipsos pertineant, creditoribusq́ huiusmodi actionum vindicandi,& in personam eius qui aliquando iurium futurus sit dominus, actiones instituendi, siue præsens debitor est,siue nõ,& (vt simpliciter dicamus) quo ad actionem & vindicationem rerum, consistendi in persona eius qui ita fuerit obnoxius,licentia sit. Diligens itaque & virtutis amans magnificentia tua, ea quæ tam piè nobis placuerunt, obseruato: decem librarum auri mulctam ei qui ex iis aliquid, quæ de his à nobis sancita sunt, transgredi præsumpsit,irrogans. Neque enim absque periculo erit,sed & vitę periculum inferetur iis qui vel sola cogitatione tenus ea quæ iustè à nobis per hanc sacram exprimuntur legem,transilire attentauerint.

DE ARGENTARIORVM CONTRActibus. Constitutio CXXXVI.

VI in corpore ac collegio consistunt argentariorum huius almæ vrbis, hi supplices apud potẽtiam nostram facti,de multis nos capitulis petierunt,potiri cupientes auxilio,vt qui cum multis se vtiles prębeant, nihil aliud exinde habeant, quàm constitutæ pecuniæ & mutui obligationes ex omni parte periculi plenas. Nam cum sacra nostra existat constitutio, quæ vult,vt exactiones ordine fiant,ac primùm quidem principales rei & res eorum excutiantur, deinde vero

BIU Cujas

inde vero & fideiussores,& mandatores,neque non constitutæ pecuniæ rei: ab hac legislatione ipsorum eximi consortium,& pati omnium grauissima, si ipsi quidem cõstitutionis auxilio vti nequeant, sed protinus exigantur: cum vero constitutæ pecuniæ obligationes ab aliis percipiant,non item ipsis satisfaciãt, qui pecuniam constituerint, mãdatorésve in eã rem, aut fideiussores exstiterint,& cõueniens putetur nostram ipsis constitutionẽ opponere. Sancimus igitur,vt cum aliqui ex his qui argentariæ mensæ præpositi sunt,mutuam alicui pecuniam dederint,& vel constitutæ pecuniæ reos,vel fideiussores,vel mandatores in eam tem acceperint,opponatúrque ipsis cõstitutio,& ordo per eam introduct⁹: nihilo minus & in ipsis constitutio obtineat, nisi speciale pactum fecerint,vt creditori licentia sit tam principalem debitorem,quàm mãdatorem,atque fideiussorem,& *constitutæ pecuniæ reum* conueniendi, non expectato constitutionis gradu. Propter ingẽs enim illud studium, quod argẽtarij circa publicos cõtractus adhibẽt,huiusmodi pacta cõuẽta admittim⁹: cũ nõ videãtur cõtra legẽ esse,propterea quòd vnicuiq; integrũ est his quę ipsi à lege data & cõcessa sunt,renũciare. Proinde sicubi tale pactũ fiat: licitũ ipsis esto,tam principalẽ debitorẽ,quàm mãdatorẽ, & fideiussorem,atq; alias porrò personas cõuenire. Vt quidẽ si nullũ pactum adscriptum sit,penitus & in ipsis valeat constitutio. Si pacta vero adscripta sint: simul formã ac regulã addãt cõtractui,simul exinde inferatur exactio.

SECVNDVM vero ipsis capitulũ de altera illa exceptione erat,quam pridem fecimus, cum quis argentariæ mensę prępositus militet,aut filios suos militare faciat,vt nequeant eo militantes ipsorum filij vti,quasi non ex paternis, aut aliũde quæsitis pecuniis militent,sed creditorum: & petierunt, vt aut neque in ipsis huiusmodi locum haberet præsumptio, aut ipsis quoque eadem suppeterẽt,vt si quis mutuò ab ipsis sumpto militet,aut etiam eius filij,neque debitum possit aliunde dissolui,vel ex istiusmodi militię ei⁹ aut filiorũ exactione satis ipsis fiat. Nos igitur cũ neq; simpliciter legẽ proposuerimus,sed cũ certa cautela:neq; facilè subuerti ipsam sustineamus:sancim⁹,vt sacra cõstitutione valẽte,neq; hac pręsumptione,quę secũdũ sacrã cõstitutionẽ cõtra ipsos protẽditur,sublata:quãdoquidẽ multi,cum cõtrahũt, non suis omnia pecuniis facere videantur:habeant & ipsi hoc priuilegij,vt si quis militet,aut ei⁹ filij,ipsius quidem militia omnibus modis obnoxia teneatur, si de numero earum sit,quæ vendi solent. consimiliter autem & filiorum,nisi manifestissimè ab ipsis comprobetur,quòd vel ex maternis filiorũ bonis, vel ex prĩcipali largitate militia ipsis accesserit. nã si debitum aliũde dissoluere nequeãt:tũc argẽtarię mẽsę prępositis etiã ex filiorum militia satis fiat: siquidem ipsorum gratia hanc legem proponimus, opponentes eã præsumptioni quæ ex constitutione nata est. Et quemadmodum illa prædictam cõtra ipsos præsumptionem effecit:ita & nos contrarium ipsi remedium addentes,his solummodo, qui de prædicto consortio sunt,liberalitatem nostram explicamus propter communem ipsorum vtilitatem, quam in contractibus exhibent,dum multis se periculis immiscent, vt ingruentibus aliorum necessitatibus medeantur.

PORRO neq; illud abs re dicere visi sunt,si cuipiam mutuentur,aut etiam prętérito tẽpore mutuati sint ad nonnullarũ mobiliũ aut immobiliũ rerũ emptionẽ,& certã auri summã dederint: vt prorsus ipsi ea in re potiora iura habeant, neque distortione aliqua tententur: sed simul ac ostenderint suis pecuniis eam rem cõparatam esse,neq; possint debitores pecunia ipsis numerata satisfacere:res istiusmodi pecuniis empta perinde ipsis addicatur,quasi reuera ab ipsis emptio celebrata foret,& nuda emptoris appellatio fuisset adposita. Neq; enim iustũ est, vt qui tam largiter pecunias suas profundũt, non item primum & extra omnem controuersiam positum ordinem in rebus sua pecunia cõparatis teneant: dumtaxat si in contractibus scriptura interueniẽte celebratis hypothecæ aliqua facta sit mentio. hoc nanque si obseruauerint:totũ habituri sunt, quod à nobis petierũt. immo verò etiã amplius quàm petierũt:siquidem omnibus præstantiora ipsis iura in iis rebus cõcedimus,quæ ipsorum pecuniis emptæ probantur.

Si tamen contractus factus sit aut fiat nulla scriptura interueniente,ipsiq; vel pecuniã numeratã dederint,vel (quod maximè apud argẽtarię mẽsę prępositos fieri consueuit)species aliquot mundi fortè muliebris,aut argẽti, quod ob eiusmodi datur vẽditúrve,pro quo tamẽ preciũ nõdũ perceperint:tũc liceat ipsis hæc tanquam sua vindicare, etsi hypothecarũ ius in iis non habeant. neque enim illi possidebunt aliena:& cum aurum pro precio non soluerint, frustra detinebũt ea quę ipsis ab aliis tradita sunt:sed siue ad hæredes trãsmiserint, hæredes eorũ pro ipsis, vel ipsa data reddẽt:siue ad hęredes nõ peruenerint, licebit hęc ipsis vĩdicare, nulla cõtra ipsos hypotheca ĩ eorũ reb⁹ quę palios forte quęsitę sunt,valitura.

QVIA VERO legẽ tulimus, ne argẽtariæ mẽsæ prępositi vltra besses vsuras fœnerarẽtur, docuerunt autem nos, quòd cum sine scripto fœnerari soleant,hi deinde illiberales se circa vsuras præbeant, propterea quòd & mutuum sine scripto cõtractum, neq; stipulatio ĩterposita sit:scilicet iuxta illud quod vulgò dicitur,nõ cõuenire, vt vsurę citra interpositam currant stipulationẽ: quãquam multi casus sint, in quibus vel sine stipulatione & ex pacto nascatur vsurarũ obligatio:nõnũquam etiã hæ,tametsi nõ ex pactis,sed suapte spõte introducãtur,tamẽ exigãtur: propterea sancimus,vt vsuræ ipsis non solum ex stipulatione,sed etiã absq; scripto præbeãtur,nimirum tales,quales ipsos lex stipulari permittit,hoc est vsq; ad bessem centesimæ. Nam qui omnibus propemodum indigentibus opem ferre parati sunt,hos vtique per eiusmodi minutias iniuriam perpeti,iustum non fuerit. *INSVPER* de hoc quoque nos instruxerũt,quòd hi qui cũ ipsis cõtrahũt,cũ instrumẽta cõtract⁹ & ratiocinia cõficiũt, partim publicè ea in foro cõponunt, partim ipsi propria manu conscribũt, partim ab aliis conscriptis subscribũt: petierúntque, vt si quid eius generis cõscribãt ij qui cum ipsis cõtrahunt,teneantur obnoxij,& ipsis satisfaciãt,neque possint hoc ĩ vsum assumere,& dicere, quòd tametsi instrumenta,siue confessiones,siue ratiocinia omnia manu sua conscripserint, aut aliis scribentibus his subsignarint,aurum tamen,quod in iis cõprehenditur, datũ nõ sit:& vt exinde hypothecas habeant, & besses vsuras quãuis scriptę nõ sint,tamẽ percipiant.

Nos itaq;,quoniã eiusmodi communia ac publica sunt,& maiore cõsideratione indigẽt: respõdem⁹ ad hęc,vti cõueniẽs est. Et quidẽ si quis publicũ instru-

mẽtũ cõfecerit, aut totũ propria manu cõscripserit, aut etiã instrumẽtis vel ratiociniis ab aliis cõscriptis subscripserit: vt omnibus modis tam ipse, quàm hæredes eius personalibus scilicet actionibus teneantur obnoxij, sancimus. Neque enim temerè hypothecã dederimus his, qui de ea pactũ non fecerint, nisi omnino in scriptura eorum quę in bonis sint, cõprobetur facta esse mẽtio, aut ipsi bona sua pignori opposuerint, aut saltẽ hoc simpliciter adiecerint, periculo eorũ quæ in bonis habeãt, aut deniq; aliquid prolocuti fuerint, aut cõscripserint eiusmodi, quod intellectum quendam hypothecæ adferat. tũc enim ipsis etiam hypothecam præbemus, vt neque legum nostrarum in vniuersum naturam perturbemus, neque ipsos tolerabili defraudemus auxilio. Vsuræ sanè, si quidem certas pepigerint, pactæ pręstẽtur. si verò dumtaxat scriptum fuit, quòd fœneratitium creditũ exstiterit: nequeant cõtrahentes dicere, quòd ex quo vsuræ finitæ nõ sunt, propterea & debitũ sterile haberi debeat: sed ex præsumptione ita celebretur exactio, quasi besses vsuræ expressis verbis nominatæ sint. atq; hoc quidem decætero obseruetur. In ratiociniis verò, quæ iam confecta sunt, etsi nulla vsurarum habita sit mentio: tamẽ quia manifestariũ est quòd apud argentariæ mẽsæ præpositum solummodo contractus sub vsuris ineatur, cùm nõ possit qui ipse vsuras depẽdit, sine vsuris dare impendia: liceat ipsis besses vsuras expetere, vt tamen decætero obseruent ea quæ præsens ipsis sacra lex largitur. In illo vtique casu nimis quàm ipsis opem ferimus, vt si ratiocinia proferantur, quę expressè quanq; caussam habeant adscriptã, in quam aurũ datũ est, atq; hic ratiociniis ipsis subscripserit: & si singulas in ipsis caussas propria manu nõ scripserit, aut etiã cõfessionẽ de hoc aliquam, siue sub specie mutui, siue ex acceptilatione, siue etiam aliter, non cõfecerit: nequeat amplius ab eo qui hoc fecit, singularum caussarum particulatim probationes exigere: nisi fortè ex abũdanti velit vel ipsi, vel creditoris hæredibus iusiurandũ deferre. hoc enim solum ei concedimus, intra tamen ea tempora, quæ exceptioni non solutæ pecuniæ attributa sunt. Nam si id quoque tempus prẽterire cõtigerit, neque iureiurando ipsos grauamus: id quod etiam in generalibus legibus descripsimus. quãquam ne hoc quidem ex vsu erat*. nã eũ qui propria manu vel scripsit, vel tradidit ratiocinia, quomodo iustum fuerit putare ita dissolutũ exstitisse, vt quæ data non essent, pro datis scriberet? Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea tam gloria tua, quàm quicunq; præterea reipub. nostræ magistratus, inuiolata custodire in perpẽtuũ studeto: decẽ librarũ auri pœna iminẽte his qui hæc vel trãsgrediũtur, vel trãsgredi patiũtur.

A

B

C

D

DE ORDINATIONE EPISCOPORUM & clericorum. Constitutio CXXXVII.

Antonio Contio interprete.

Imperator IVSTINIANVS A. Petro magistro officiorum.

SI ciuiles leges quarum potestatẽ nobis deus pro sua ĩ homines benignitate credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientium securitatẽ studemus, quãto plus studij adhibere debem⁹ circa sacrorũ canonũ & diuinarũ legũ custodiam quę super salute nostrarũ animarum definitæ sunt? qui enim sacros canones custodiũt, Domini dei adiutorio digni sunt. qui autẽ eos trãsgrediũtur, ipsi semetipsos iudicio reddũt obnoxios. Maiori igitur cõdemnationi subiacent sanctissimi episcopi quibus concreditũ & commissum est & canones inquirere & cõseruare, si quod eorũ prętermissum fuerit, indẽnatũ atq; impunitũ reliquerint. Sane cũ hactenus canones obseruati nõ rectè fuerint, diuersas ex eo passi sumus interpellationes cõtra clericos & monachos, & quosdam episcopos, vt qui secũdũ diuinos canonas non viuerẽt, & quidã etiã inter eos inuenirẽtur qui nec ipsam quidem vel sanctæ oblationis vel sancti baptismatis orationẽ tenerent aut scirent. Dei igitur intelligẽtes & animo infigẽtes iudiciũ, singulorũ quæ nobis delata sunt inquisitionẽ simul & correctionẽ iussimus canonice procedere. Si enĩ illa quę à laicis peccãtur, generales leges nõ concedũt extra inquisitionem & vindictã manere, quomodo a sanctis apostolis & patribus super omnium hominũ salute canonicè statuta despici patiemur? Sane multos ex eo maxime deprehẽdimus in peccata fuisse prolapsos, quòd non sunt factæ synodi sanctissimorũ sacerdotũ iuxta ea quæ a sanctis apostolis & patribus definita sunt. Si enim hoc fuisset obseruatũ, quilibet metuẽs grauem in synodo accusationẽ, studuisset vtiq; & sacras edíscere liturgias, & tẽperãter viuere, ne cõdemnationi diuinorũ canonũ subiaceret. Illud quoq; nihilominus quibusdã peccandi occasio fuit, quòd absq; examinatione, & rectæ fidei atque honestatis vitæ testimonio ordinãtur episcopi, presbyteri, diaconi, & ceteri clerici. Nã si ad orãdũ pro populo destinati, indigni diuino ministerio inueniantur, quomodo pro trãsgressionib⁹ & delictis populi deũ propitiare poterunt? Plane ordinationes sacerdotũ cũ omni diligẽtia & rigore fieri oportere docet nos & qui iter sanctos cẽsetur Gregorius theologus, sequutus sanctos apostolos & diuinos canones. Sic enim ĩ magno Apologetico, *QVIS* autem (inquit) secũdũ Pauli canones & definitiones seipsum dirigẽs, quas de episcopis & presbyteris constituit, vt ficci siue sobrij sint, modesti, nõ vinolẽti, nõ percussores, ad docẽdũ idonei, irreprehẽsibiles in omnib⁹, non cõuersantes malis: nõ multũ aberrare se inueniet ab illa canonũ rectitudine? Idemque rursum loquitur in hæc verba: Mũdari (inquit) oportet primũ, ac deinde mũdare: sapere, ac deinde sapientiam docere. Lucẽ fieri, & postea illuminare: propinquari deo, tum alios adducere: sanctificari, tum sanctificare: manuducere cum manib⁹, cõsultare cũ consilio. Et rursus idem sanctis cõnumerat⁹ Gregori⁹, de iisdẽ in eadẽ oratione istud scribit: Quis ĩstar figuli vno ipso die fictilia sua tornãtis, ita repẽte fingat veri cultus antistitẽ, cũ angelis stãtẽ, & cũ archãgelis laudes canẽtẽ, & Christo cõsacrificantem? Et per hæc quidẽ indicat ille Theologus qualesnã oporteat ad sacerdotiũ promoueri. De his autem qui ordinantur indigni, idem hæc dicit in eadem oratione. Qui cum nihil (inquit) ad sacrũ dei altare & sacerdotiũ attulerint, nec in virtute & pulchro prius insudarint & elaborarint, simul discipuli & præceptores pietatis ostẽdũtur, & priusquã purgati sint, purgãt: heri sacrilegi, hodie sacerdotes: heri extra sacra, hodie prẽsules mysteriorũ: veteratores malitia, nouitij pietate. qui sunt opus atq; fabrica humanæ gratiæ, non spiritussancti. Quòd autem diuini canones prohibent clericos esse, qui secundam

vxorem

vxorem duxerũt, & inter sanctos Basilius docens, sic ait. Digamos canon ministerio excluſit, inquit, & ex iis progenitos. Et hæc quidem sanctus Basilius. Intãtũ autem patribus sacerdotũ cura fuit, vt qui Niceæ conuenerũt, canonem ediderint ita habẽtem: Interdixit per omnia magna Synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductã* habere mulierẽ, nisi forte aut matrem aut sororem aut amitã, vel eas tãtũ personas quæ suspiciones effugiũt. His igitur quæ sacris canonibus definita sunt insistẽtes, præsentẽ sacimus legẽ, per quam sancim⁹ vt quoties vsuuenerit episcopũ ordinari, conueniãt clerici & primores ciuitatis cui ordinãdus est episcop⁹: & propositis sanctis euangeliis super tribus personis psephismata fieri, & quemq; ipsorũ iurare secũdũ diuina eloquia, & in ipsis psephismatib⁹ inscribi quòd neq; per dationem neq; promissionem vel amicitiam vel gratiã vel aliam qualemcũq; affectionẽ, sed quòd sciẽtes ipsos rectæ & catholicæ fidei, & honestæ vitæ, & excedere trigesimũ ætatis annum, ipsos elegerint, & quòd neq; vxorem neq; liberos sciũt aliquẽ ex ipsis habere, nec pellicẽ aut filios naturales sciũt ipsos habere vel habuisse. sed si quis eorũ prius vxorẽ habuit, & illam solã, & neq; viduam, neq; a viro separatã, neq; sacris canonib⁹ aut legib⁹ interdictã. sed nec munerib⁹ publicis addictũ, aut curialẽ aut taxeotã siue cohortalẽ aliquẽ eorũ qui electi sunt, esse cognoscũt, prẽterquã si in monasterio non minus quindecim annis monachicã vitã sine vlla calũnia exegerit: ea sanè obseruatione quæ antea à nobis dicta est, & in talib⁹ personis earũq; electione obseruãda, vt ex trib⁹ ita electis personis melior eligatur electione & iudicio ordinãtis. Exigi etiã ante omnia ab eo qui ordinãd⁹ est, libellũ cũ eius propria subscriptione cõplectentem quæ ad rectam eius fidẽ pertinent. Enunciari etiã ab ipso & sanctã oblationis formulam quæ in sancta cõmunione fit, & eã quæ fit in baptismate precationẽ, & reliquas deprecationes. Iusiurandum autem suscipere eum qui ordinatur, per diuinas scripturas, quòd neq; per seipsum neq; per aliam personã dedit quid aut promisit neque posthac dabit vel ordinãti ipsum, vel his qui sacra pro eo suffragia fecerunt, vel alij cuiquã ordinationis de ipso faciendę nomine. Si quis autẽ prẽter memoratam obseruationẽ episcop⁹ ordinetur, iubem⁹ & ipsum omnib⁹ modis episcopatu deiici, & eũ qui cõtra talẽ obseruationẽ eũ ordinare ausus fuerit. Si quis autem accusationẽ instituet cõtra ordinãdos in episcopũ vel presbyterũ vel diaconũ, vel aliũ clericum, vel etiã abbatem ex quacũque causa, differatur talis ordinatio, & fiat prius inquisitio accusationis prẽsente etiã accusatore, & ea quæ ab ipso delata sunt, vsq; ad finem prosequente.

Si vero desistat & cõperendinet accusator, nihilo minus is qui ordinationẽ factur⁹ est, inquisitionẽ diligẽtissimã faciat intra tres mẽses: & si quidẽ obnoxiũ inuenerit eũ qui accusationẽ sustinet, siue cõtra diuinos canones, siue secũdũ nostras leges, phibeatur ordinatio. si vero accusator aut præsens nõ probauerit, aut se absentauerit, si quidem cleric⁹ sit, proprio gradu depellitor. si verò laic⁹, cõpetẽtẽ coërcitionẽ sustineat. Si autem quis ante examinationem causę ordinauerit accusatũ: tam ordinator quàm ordinatus sacerdotio exuuntor. Quãdò autem quod in canonibus cautũ est de synodis sanctissimorum episcoporum per singulas prouincias congregãdis, hucusque minime obseruatũ est: illud in primis corrigere est necessariũ. Sancti igitur Apostoli & patres definierunt, bis in vnoquoq; anno fieri debere synodos sanctissimorũ sacerdotũ in vnaquaq; prouincia, & emergentes causas excuti, & competentem accipere correctionẽ. hoc est, vnã quidem in quarta septimanæ sanctæ Pẽtecostes, †alterã vero Octobris mense. Nos autẽ inuenientes quòd ex huiusmodi negligentia multi diuersis peccatis impliciti sunt, iubemus omnibus modis vnam synodũ fieri singulis annis in singulis prouinciis mense vel Iunio, vel Septembri: & conuenire quidem apud beatissimos patriarchas, illos qui ab ipsis ordinati sunt, & qui nõ habent ius alios episcopos ordinandi: at apud sanctissimos metropolitas cuiusque prouinciæ, eos qui ab eis sunt ordinati. Quo in loco motas lites & interpellationes (vel pro fide, vel canonicis quæstionib⁹, vel administratione rerum ecclesiasticarum, vel de episcopis & presbyteris, vel diaconis aut aliis clericis, vel de abbatib⁹, vel monachis, vel de accusata vita, vel de aliarũ rerum correctione) moueri quidem & agitari, & conuenienter examinari, & eorum correctionem secundũ sacros canones procedere, & secũdum nostras leges. Non solum autem in anniuersariis synodis ista quæri volumus, sed etiam quoties quidam sacerdotum vel clericorũ vel abbatum vel monachorum accusabuntur vel de fide, aut turpi vita, aut ob aliquid aliud cõtra sacros canones admissum. & si quidem episcopus est is qui accusatus est, eius metropolitanus examinet ea quæ dicta sunt. si vero metropolitanus sit, eius beatissim⁹ archiepiscop⁹ sub quo degit. †si vero presbyter vel diacon⁹ vel alius clericus vel abbas vel monachus, tũc sanctissim⁹ episcop⁹ cui subsunt, examinet delatas huiusmodi querelas: & cũ veritas probata fuerit, vnusquisq; pro qualitate delicti canonicis pœnis subdatur examinantis arbitrio. Hæc autem omnia obtinere volumus non solum in ordinandis posthac episcopis & clericis & abbatibus, sed etiam in his qui nunc sunt, & qui ex quibuscũq; causis per canones & nostras leges interdictis accusantur. Si enim hæc ita obseruata fuerint, & laici maximum hinc & ad rectam fidem & ad vitæ honestatem profectum promerebũtur & percipient. Ad hæc iubemus omnes episcopos & presbyteros non in secreto, sed cum ea voce quæ a fidelissimo populo exaudiatur, diuinam oblationẽ †, & precationem quæ fit in sancto baptismate, facere, vt inde audientium animi in maiorem deuotionem & dei laudationem & benedictionem efferãtur. Sic enim & diuin⁹ Apostol⁹ docet dicẽs in priore ad Corinthios epistola. Cæterum (inquit) si solum benedicis spiritu, is qui idiotę locũ implet, quomodo tuæ gratiarum actioni subiiciet deo sanctum illud *AMEN*? siquidem quid dicas, non nouit. tu autem pulchre gratias agis, sed alius non ædificatur. Et rursus in ea quę est ad Romanos, sic dicit. Corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Idcirco igitur conuenit, vt ea precatio quæ in sancta allatione † dicitur, & aliæ orationes cũ voce a sanctissimis episcopis & presbyteris proferantur domino nostro Iesu Christo deo nostro cũ patre & spiritu sancto. scituris religiosissimis sacerdotibus, quòd si quid horum contempserint, & horrendo dei & saluatoris nostri Iesu Christi iudicio

* vel quarta feria sancta Pentecostes.

† τελεῖ. vel consetur.

† προσκομιδὴν.

† προσκομιδῶν.

BIU Cujas

cio rationem reddituri sunt,& nos ista cognoscentes non relinquemus quieta & inulta. Iubem' autem & prouinciarum præsides si quid neglectum ex his quæ statuimus inuenerint,primum quidem cogant metropolitas & alios episcopos dictas synodos cõgregare,& omnia implere quæcumque de synodis per præsentem legem iussimus.si vero eos morantes nouerint & remissos,tunc nobis indicent,vt ad competentem protinus correctionem procedamus contra detrectãtes synodos celebrare: scituris vero ipsis præsidibus & obedientib' ipsis officiis, quòd si quidem ista non seruauerint,extremis subiicientur suppliciis. Confirmamus autem & per præsentem legem omnia à nobis diuersis legibus sancita de episcopis & presbyteris & cæteris clericis, ad hęc & xenodochis & orphanotrophis, & cæteris quicumque venerabilibus locis præsunt. Quæ igitur nobis placuerũt, & per præsentem manifestata sunt legem, tua claritudo per prothemata in consuetis locis regiæ ciuitatis affixa in cognitionem omnium perducere festinet, & manifesta facere omnibus qui prouinciis præsunt. Dat. X. Kalendas Mart. Constan. DN. Iust. PP. A. Bas. V. C. Cons.

DE INTERPRETATIONE A PRINcipe facta, & vt vsuræ particulatim solutæ duplum sortis non excedant. Constit. CXXXVIII.

PRæsens constitutio declarat, quòd neque vsuræ, quæ per partes soluuntur, duplum debitæ sortis excedãt. Item quòd omnis sacra & principalis interpretatio vim legis obtineat.

* * *

REMISSIO POENAE ILLIcitè contractarum nuptiarum. Constitutio CXXXIX.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri.
Imp. Cæsar, Flauius, Iustinianus, Aug. Floro.

REtulit ad nos gloria tua,incolas Syndyos pagi,neque non Hebræos in Tyro insula,illicitis cõtractis nuptiis,in sacram nostram incidisse cõstitutionem, nec secundum ea quæ de hoc constituta sunt,quartam bonorum suorum partem inferre: iámque ex iis nonnullos in tertia ætate consistere, & filiorum patres esse,ac propterea cũ lachrymis supplicasse,ne nunc tandem vxores à se dimittere compellantur:sed vt tam ipsas retineãt, quàm qui ex ipsis procreati sunt filij,aut procreabũtur, successores eorum existant,neque vllam exinde reuereantur pœnam. Sancimus igitur,vt pro huiusmodi indulgẽtia propter præfatas causas singuli denas auri libras præbeant,ipsisque vel solis maior illa pœna remittatur,& tam vxores,quàm qui exinde nati sunt,& (vt potest fieri) postea nascentur,successores habeãt. neque id à nobis in exemplum aliis sancitum intelligatur:sed quocũque alio scituro, quòd si quid tale petierit:vltra hoc quòd petitis non potietur, etiam facultates amittet, atque insuper corporalibus pœnis exceptis,perpetuum incolet exilium. Nemo autem his qui à nobis nostra dignati sunt indulgentia, aut eorum vxoribus,existentibúsve vel futuris filiis,aut bonis,siue ex iudiciaria sententia,siue alio quocunque modo inquietudinem inferat. Quæ igitur nobis placuerunt,& per hanc sacram nostram declarantur legem,quæ & vigorem habet specialis nostri indulti,ea studeto gloria tua effectui & fini tradere.

Nouell. CXL. apud Scringer. epitome.

APpellationes † secũdum leges porrectas volumus ab omnibus præsidibus recipi,etiam ab his qui secundum nostram iussionem audire eas debẽt,siue maiores sint siue minores:& edi quidẽ acta absque vlla dilatione his qui litigant,vt legitima in his procedat examinatio. Ad hæc iubemus, post oblatam legibus appellationem,neque executiones peragi, neq; possessiones rerum trãsferri donec definitiua super ea sententia lata sit.

EDICTVM AD CONSTANTINOpolitanos de his qui luxuriantur contra naturam. Constitutio CXLI.

Imp. IVSTINIANVS A. Constantinopolitanis.

CVm semper omnes benignitate ac bonitate dei indigeamus: tum verò maximè hoc tempore, cùm propter peccatorum nostrorum multitudinem variis ipsum modis ad iracundiam prouocauimus. Et quanquam minitatus est,& clarè ostendit, quibus secundum peccata nostra digni essemus: tamen clementer nobiscum egit, irámque suã in aliud tempus reiecit,nostram expectans pœnitentiam,vt qui nolit mortem nostram peccatorum,sed conuersionem & vitam. Quapropter iustum non fuerit, vt omnes nos opulentiam bonitatis ac tolerantiæ & lõganimitatis benigni dei contemnam', ne in obduratum & pœnitentiam refugiens cor nostrũ irá nobis in die iræ accumulemus.sed cùm omnes improbis studiis & actionibus abstineamus, tum verò maximè qui abominabili illa & merito deo exosa atq; impia actione computruerunt. loquimur autem de stupro masculorum,quod nonnulli mares sacrilego & impio ausu præsumunt, cum masculis perpetrãtes turpitudinem. Scimus etenim,sacris scripturis edocti,quàm iustum deus suppliciũ his qui olim in Sodomis habitabãt, propter hũc ipsum in commissione furorem intulerit,vt in hunc vsque diem ea terra igni conflagret inextinguibili:deo per hoc nos erudiente,vt legibus contrariam hãc actionem auertemur. Rursum scimus,qualia de huiusmodi diuus dicat Apostolus,qualiáq; reipublicę nostrę leges promulgent. Vnde omnes qui timori dei intenti sunt, cõuenit vt à tam impia & sceleste actione abstineãt, quam ne in brutis quidem animãtibus admissam reperire est. Et qui quidem nihil tale sibi conscij sunt, hi & in posterum eo se pacto conseruent. Qui vero hoc morbi genere contabuerunt: illi non solum de cætero peccare desinant,sed etiam ritè agant pœnitentiam,& coram deo procidant,& morbum beatil. patriarchæ renuncient,rationémque curationis percipiant,& (prout scriptum est) fructus producãt pœnitentiæ,vt benignus deus pro opulentia miserationum suarum dignetur nos quoq; benignitate:& omnes illi agamus gratias de pœnitentium salute,quos modo iussimus vt etiam magistrat' persequerentur, conciliãtes sibi deum,qui meritò nobis irascitur. Et quidem

quidem scientes prudentésque ad sanctorum dierũ reuerentiam benignum deum obsecramus, vt ita hi, qui impiæ huiꝰ actionis cœno coinquinati sunt, pœnitentiam capessant, ne alia nobis persequendi eius flagitij præbeatur occasio. Prædicimus autem omnibus deineeps, qui huiusmodi alicuius sibi peccati conscij sunt, nisi peccare desierint, & seipsos renunciantes beatiss. patriarchæ, salutis suæ curã gesserint, pro tam impiis actionibus deum intra sanctum festũ placãtes: quòd acerbiora sibi accersent supplicia, nimirum qui nulla decætero venia digni habebuntur. Neque enim de eius rei inquisitione ac correctione quidquã relaxabitur, nẽgligentiúsve tractabitur cõtra eos, qui intra sanctũ festum se non detulerint, aut in tam impia actione perstiterint: ne si remisso circa id animo simus, deum contra nos iritemꝰ, quòd cæcutientibus oculis trãsmiserimus actionem tam impiã, ac prohibitã, & quæ maximè idonea sit vt bonũ illum deum in omniũ perniciem ad iram prouocet.

DE HIS QVI EVNVCHOS FAciunt. Constitutio CXLII.†

Imp. IVSTINIANVS A. Marthanæ.

Vpplicia, quæ ab aliquot retro principibꝰ cõtra eos qui eunuchos facere auderent, constituta sunt: omnia sanè manifesta existũt. Ex quo enim nõnulli rationem salutis suæ non habentes, ante paruum admodũ tempus ausi sunt tam impium in se delictũ admittere: propterea & nõnulli meritas de se dederũt pœnas, alij post irrogata supplicia etiam in exilium missi sunt. Verùm enimuero quia ne sic quidem à tam impia actione temperatur, sed in tantã multitudinem hoc flagitij genꝰ excurrit, vt sæpenumero è multis vix pauci euadant incolumes, vsque adeo, vt quidã ex his qui seruati fuerunt, sub nostro aspectu deposuerint, è nonaginta ægrè tres seruatos esse: quis obsecro in tãtũ salutis suę contemptor existit, vt hæc despiciat, & inulta relinquat? Nã si leges nostræ eos etiam qui gladiũ cõtra aliquem distringunt, suppliciis subdunt: quomodo impunè cõniuentibꝰ præterire oculis possimꝰ tot perpetratas cædes, & factum cõtra deũ pariter & leges nostras præsumptum? Inde adeo necessarium duximus, eos qui huiusmodi facere ausint, exquisitius per hanc legem persequi. Sancimꝰ igitur, vt qui in quocũq; reipublicæ nostræ loco, quamcunque personam castrare præsumunt, aut etiam præsumpserint: si quidem viri sint, qui hoc facere præsumpserint, aut etiam præsumunt: idem hoc, quod aliis fecerunt, & ipsi patiantur. & si incolumes euaserint: tam bona eorum addicantur fisco per eum qui pro tempore magistratũ obit gloriæ tuæ: quàm ipsi mittãtur in gypsum, vbi locorum per omne vitæ suæ tempus esse debebunt. Sin verò mulieres sint, quæ id egerint: afficiantur & ipsæ supplicio, & bona earum per eum qui pro tempore gerit magistratum tuum, addicantur fisco, mittãtúrq; in exilium: vt ex quo putauerint, aut putant impium se lucrũ assecuturas, ex eo supplicia simul & bonorum suorum amissionem sustineant. Porrò & eos qui ad hoc mandatum dederint, obtulerintve personas, aut etiam domos, vel locũ aliquem ad hoc præbuerint, aut præbẽt, siue viri sint, siue mulieres, eadẽ subire supplicia iubemus, vtpote qui iniustæ huius actionis testes facti sunt. Verùm ipsos castratos tametsi à vetustiorib' tẽporib' liberos esse oportebat: iubemꝰ tamẽ, vt qui iam inde à decima ĩdictione nũc ineũtis mẽsis per quemcũq; in locis nostræ reipublicæ castrati fuerint: liberi sint, neque vllo modo aut quouis genere cõtractꝰ in seruitutẽ retrahantur: neq; itẽ instrumẽtũ de ipsis vel publicũ, vel priuata manu cõscriptũ, quocũq; tãdẽ modo aut per fraudem factũ aut fiendum, valeat. sed neq; inquirendi illorũ status caussa cognitiones, quæ anacrises dicũtur, de istiusmodi personis interponãtur, aut interpositæ valeãt: Sed & omnes eos qui tali cõtractui in posterũ ministeriũ præbent, superius traditas subire pœnas iubemus. Præterea si vsueniat vt seruus propter morbum castretur: iubemus vt & ille libertatẽ nanciscatur. Qui enĩ initio liberi erãt, eos probabile est, cùm in hoc genꝰ morbi inciderint, sui potestatẽ habuisse, vt quod vellent, sibi remedium adhiberent. Iubemus igitur, vt in nostra republica castrati iam inde à memorato tẽpore, apud quãcũq; personã sint, liberali caussa adserantur manu, & liberi sint, neq; vnquã in seruitutẽ retrahantur. Cæterùm si qui eorũ post præsentẽ nostrã legẽ aliquos detinere apud se castratos præsumpserint: damꝰ etiam ipsis castratis licentiã, nimirũ qui semel ex præsente nostra lege libertatem promeruerint, vt hic quidẽ maiestatẽ Imperatoriã, & sanctiss. pro tẽpore patriarchã adeant, neque non apud glorioſiss. ĩperij nostri proceres relationẽ ea de re instituãt, in prouinciis verò apud religiosissimos locorũ episcopos, & harũ præsides: quò magis prouidentia omniũ nostrorũ magistratuum, & periculo obtẽperantiũ ipsis cohortiũ (siue Cõstantinopoli, siue alibicũq; locorũ nostræ reipub.) his secũdũ libertatẽ dentur vindiciæ, libertásq; ex præsente nostra lege ipsis largita cõseruetur. Nã tot cędes cõniuentibꝰ oculis accipere per caussam eorũ qui talia in nostra præsumunt repub. neutiquã sustinuerimꝰ. Si enim barbari simul atq; nostra de hoc audierũt mãdata, hæc custodierũt: quomodo tãdẽ permittemꝰ, vt post tot retro principũ sanctiones tale quid denuo delinquatur, & inultũ relinquatur ĩ nostra republica? Quę igitur nobis placuerũt, & per hãc sacrã generalẽ declarãtur legẽ, ea tã hic, quàm in prouinciis gloria tua manifesta pariter faciet & cõseruabit.

DE SAMARITANIS. Constitutio CXLIIII.†

† hæc ĩ editione Haloãdrina Iustiniano tribuitur, at in Scrimgeriana Iustino imperatori.

VT impiã Samaritanorũ hęresim, & omni ratione carentẽ horũ vesaniã ad meliorẽ frugẽ perducerẽmꝰ, neq; nõ ipsorũ animas, quo detinentur morbo, liberarẽmꝰ: sæpenumero tã piẽtiss. princeps pater noster, quàm etiã nos ipsi studio habuimꝰ. Sed in plerisque horũ nõ potuimus id, in quod lõgo studio incubuimus, effectui tradere. Euaserunt enim in tantã nonnulli eorũ vesaniam, vt vel salutari baptismo dignati, denuo ad id mali, vnde discesserant, redierint, & eadem cum Samaritanis habere in precio, eodem cum ipsis agitari furore dinoscantur. Præclarum igitur nobis visum est, veterẽ illã & prius contra ipsos propositam patris nostri legem renouare.

Ac propterea sancimus, vt ipsi neque ex testamenti tabulis, neque absque iis hæredes fiãt, legatáve capiant, aut donationis titulo rem aliquam nanciscantur. Sed neque Samaritani, aut in vniuersum hæretici, quíve rectam se Christianorum fidem amplecti simulant,

simulant, cùm reuera neque ita sentiant, neque huic consentanea faciant: ad hæreditatẽ ab intestato vocati, successionem habeant. Item neque testamenta conscribant, neque legata relinquant, aut donent: nisi qui ea percepturi sunt, & rectè de fide sentiant, & fideles sint operibus. Nam si nemo horum sit: iubemus, vt post ipsorum mortem horum bona ad sacratiss. pertineant ærarium. Vnde & sacra illa forma per indulgentiam ipsis à patre nostro concessa, quæ legis vicem obtinens, largitur ipsis vt hæreditatem pariter adire & transmittere, itẽ legatis honorari & legata relinquere possint: in posterum vacabit, neque prorsus vllam firmitatem habebit. Nã si huius se clementia indignos esse perhibuerint, qui Samaritanorum agitantur vesania: neminem alium, quàm seipsos accusabunt, cum à benignitate dei & seruatoris nostri Iesu Christi alieni sint. liberalitates autẽ ab Imperatoria olim maiestate ipsis concessas amittunt in hoc, vt ad meliorem mentem redeant, non vt perpetuò in peruersa hac opinione sua permaneant. Excipimus autem à præsente lege rusticos, qui Samaritanorum opinionibus honorem habent: idque non ipsorum gratia, sed propter constitutionem prædiorũ quæ ab ipsis coluntur, propterque reditus & tributa, quæ exinde inferuntur publico, vt qui rusticitate seducãtur. His etenim permittimus, vt tã ascendentes, quàm descendentes, & ex transuerso cognatos suos hæredes legatariósve scribãt, tametsi Samaritanorum errore detineantur: vt tamen fundos rectè colant, quò magis & vberior exinde prouentus ad prædiorum dominos deferatur, & per ipsos ad fiscum. Sed & sine testamentis prædicti alter ad alterius hereditatem peruenient propter eandem causam. Quandoquidem & si nemo horum inueniatur: nihilo minus tamen volumus, vt prædij dominus, in quo rusticus defunctus est, ab illo relicta capiat, & fisci locum teneat, vtpote qui & pro illo publicis satisfacit tributis. Præterea Samaritanũ omnino neque militiam capessere concedimus, neque ad ciuilẽ administrationem accedere, neque postulare in iudicio, neque postremo in consortiũ disertissimorũ assumi rhetorũ, neque adolescentes instituere. Sed & si qui ex iis salutari dignati baptismo, ad pristinũ denuo errorem reuersi, obseruare sabbata aut etiam alia quædam agere videantur, quæ coarguant per simulationẽ ipsos sanctum baptisma assumpsisse: eos proscribi iubemus, & in perpetuũ tradi exiliũ. Iisdẽ quoque pœnis eos subdimus, qui contra rectã Christianorũ fidẽ impium istis patrocinium præstiterint.

Perpulchrũ vero nobis videtur, vt ad incontaminatũ accurrentes baptisma, non temerè suscipiantur, sed cũ quadã obseruatione, & instructione, quæ initiationis tẽpore fieri solet. Dicimus autẽ, vt qui omnino sensu aliquo bonæ doctrinæ tangi possunt, per duos primũ annos in fide instituantur, & pro viribus scripturas ediscant: tuncque demũ sacro redẽptionis offerantur baptismati, tã longi temporis pœnitentia prorsus redẽptionis fructũ assecuti. Pueros autẽ admodũ, qui per ætatẽ doctrinas intelligere nequeunt, etiã absq; hac obseruatione sacro dignari baptismate admittimus. Porrò nullus Samaritanus Christianũ habebit mancipiũ: sed simul atque emptũ fuerit, protinus in libertatẽ rapiatur. Quod si æquè peruersa opinione mancipium, vt ipse dominus, fuerit: licitum ei esto, si Christianorum de fide sententiam exosculetur, ilico & Romana ipsum libertate potiri.

Quæ igitur nobis placuerunt, & per præsentem declarantur legem: ea proponens gloria tua solennibus locis, effectui & fini contradi præcipito.

VT NVLLAM DECAETERO LICENtiam dux aliquis, aut cohibendis violẽtiis præpositus habeat ad vtramque Phrygiam accedendi, aut aliquos ipsis coniunctos eò dirigendi, vt quosdam comprehendant. Sed neque earum prouinciarum incolæ ad eos, qui tales magistratus in Lycaonia & item Lydia gerunt, decurrant, apúdque ipsos contra aliquos querelam instituant: cum ciuiles magistratus abunde sufficiant ad huiusmodi emergentes casus persequendos. Constitutio CXLV.

Imp. IVSTINIANVS A. Areobindo prætoriorum præfecto, expræfecto almæ vrbis, & exmagistro militum.

TAmetsi assiduè incidentibus rebus cõpetens per singula remediũ inuenimus, postea tamen quàm eius vsus esse desinit, rursum priori nos ordini adiungimus, pro modo dũtaxat laborantis particulæ medicinam statuentes. Cuius generis quiddã & præsens sacra nostra lex innuit. Cum enim paulo ante partim perturbationes ordinum ac disciplinæ publicæ, partim latronum incursiones passim per vtramque Phrygiam & Pisidiã fieri perdisceremus: vltra ciuilem administrationem functionémque his ipsis, atque insuper Lycaoniæ & Lydiæ militarem etiam magistratum præfecimus: eum cuius curæ hæc pars committebatur, Ducem nominantes, seu Biocolytam, hoc est cohibendis violentiis præpositũ. Verum qui vtramque Phrygiam & Pisidiam incolunt, dudum nos adierunt, dicentes grauia quidẽ illa quæ olim admittebantur, iam desiisse, neque latronũ amplius receptacula per ea loca existere, neq; hoc hominum genus in prouinciis suis enutriri: onus autem excogitati à nobis magistratus se ferre non posse, cũ hi qui illi sunt in ministerio, crebro decurrant per prouincias, & certos homines comprehendant, dãnáque inferant: & locis illis militaribus refertis tumultibus, prouincias ipsis penitus inhabitabiles reddi. Adeóque & multos ex iis qui prouincias incolunt, lucrum sibi ex aliorum modestia adsciscentes, magistratus huius velamento abuti, & innoxios prehendere, atque hac ratione perpetrare ea quæ iure ipsos facere æquum non est. Hæc cum multotiens apud nos protulerint: ipsos miserati, ad præsentem sacram nostram legem peruenimus: per quam sancimus, vt prædictæ nostræ prouinciæ (nempe Phrygia salutaris, Phrygia Pacatiana & Pisidia) decætero ab hoc magistratu, quem pridem ipsis, neque non Lycaoniæ insuper & Lydiæ præfecimus, exemptæ sint: neque vlla iam inde ab hoc tempore licentia sit his qui illum magistratum gerunt, vt vel in iis prouinciis versentur, quasi potestatem aliquam & imperium in eas habeant: vel aliquos de cohorte sua, aut alioqui sibi coniunctos illò dirigant, & quosdã prehendant. Sed neque iis qui ex illis prouinciis originem habent, licentia sit, vt ad eos qui vtrinque eum magistratũ gerunt, currant, interque se mutuas querelas proponant, siue de pecuniis, siue de criminibus agitetur quæstio, his qui pro tempore cũ magistratum gerunt, aut denique in cohorte ipsorũ referuntur,

BIU Cujas

ferũtur,triginta librarũ auri pœnã formidantib⁹: nobis videliect omnẽ illis ad prædictas prouincias aditum intercludentibus. Vnde neque iusiones in illis prouinciis,aut contra illos qui eas incolũt,edent: neq; alioqui quidquã eorũ quæ ad ipsos referantur, sibi vindicent:sed contenti erũt Lycaonia & Lydia, his solis imperitãtes,quemadmodũ initio magistratũ ipsorũ duab⁹ hisce prouinciis inclusim⁹, nulla illi in vtrãq; Phrygiã & Pisidiá potestate data. Omni enim exinde proueniẽte difficultate prouincias illas liberam⁹:ciuilib⁹ magistratib⁹ omnia persequentibus siue ad pecunias,siue ad crimina spectent. Scituris ipsis, quòd si perpetrato aliquo latrocinio ĩ illis locis, aut aggressura,ereptísve reb⁹, cõpetẽti animaduersione factũ prosecuti non fuerint,& id quod ereptum est, vindicauerint:de suis facultatib⁹ emergens inde dãnũ resarcire cõpellentur, siue magistratũ adhuc gerant,siue eum deposuerint. Quapropter & si is qui in Lycaonia & Lydia militarẽ magistratũ sustinet, posteriore tẽpore vel ipse ausit ad prædictas à nobis prouincias accedere,vel aliquem de cohorte sua mittere:licentiã damus ciuitatũ episcopis, vt ipsum, aut ab ipso missos accedere volentes arceant, locísq; abigant,vt qui in vniuersum per præsentem sacram id facere legem prohibiti sunt:vltráq; hoc,quòd triũ librarum auri pœna tam ei qui pro tempore eũ magistratũ tenet,quàm quib⁹ iniunctum est vt dicto illius audientes sint,incũbet,si tale quid vel ipse iusserit,vel quispiam in hoc ministerium præbere ausus fuerit:& insuper vltra amissionem magistratus, circa ipsam etiam periclitetur substantiam. Gloria itaque tua cognoscens ea quæ per præsentem sacram à nobis legem sancita sunt : tam decreta his consentanea faciet, quàm edictis & iusionib⁹ vtetur ad prouinciarum rectores,& ciuitatũ episcopos, vt & oppidatim hæc lex proponatur, & omnibus manifesta fiant quæ occasione huius nobis placuerunt.

DE HEBRÆIS, QVOMODO eporteat eos scripturas legere.
Constitutio CXLVI.

Imp. IVSTINIANVS A. Areobindo gloriosiss.prætoriorum præfecto.

AEquum sanè erat,vt Hebræi cum sacris libris aures præbent, non leuiter & reb⁹ solũmodo gestis delectarentur, sed reconditos in ipsis sensus spectarent, per quos magnum illi deũ & seruatorem humani generis Iesum Christum annunciant. Verùm enimuero quamuis dum commentis inter ipsos interpretationibus se committunt, in hunc vsque diem à recta sententia aberrarunt: quia tamen didicimus habere ipsos inter se controuersiam: non sustinuimus eum tumultum relinquere ipsis incompositũ. Siquidem per interpellationes quæ ad nos referuntur , didicimus,quòd ex ipsis quidam sola lingua tenentur Hebraica,eáque vtendum esse in sacrorum librorũ lectione volunt:quidam etiam Græcam assumendam contendunt: & longo iam tempore ea de re seditiones inter se agitant. Nos igitur de hac controuersia edocti:meliores esse iudicauimus eos,qui Græcã etiã linguam in sacrorum librorum lectione voluerunt assumere,&(vno verbo)omnem deniq; linguã, quã locus accommodatiorem & magis familiarem reddat auditoribus. Sancimus igitur,vt in quibus omnino locis Hebræi sunt,Hebræis qui volunt, licentia sit in eorum synagogis Græca etiam lingua, itemque patria hac fortè,nempe Italica, aut quacunq; alia pro loci ratione mutata lingua,sacros libros intelligentibus legere:quò magis per ipsorum lectionem intelligentibus tota dictorum series ordine manifesta sit, secundumque ea & vitam & studia sua instituãt: neque facultas sit ipsorum interpretibus,qui solam Hebraicam assumunt linguam, vt suo arbitratu malitiosè hanc tractent, vulgi ignorantia suam tegentes improbitatem. Enimuero qui Græca lingua legunt, vtẽtur interpretatione Septuaginta , quę omnib⁹ exactior est , & præter cæteras multa continet occulta; præsertim verò propter id quod in interpretãdo accidit . nam cum semper bini seorsim concluſi essent, & diuersis locis interpretarentur:vnam tamen omnes compositionem ediderunt. Ad hæc quis non illud in his viris admiretur , quòd cum longo tẽpore salutarem apparitionem magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi præcesserint:tamen illam futurã quasi prẽsentibus cernẽtes oculis,prophetica quodãmodo gratia ipsos circũfulgente,sacrorum illi librorũ interpretationem accõmodarunt? Atque hac quidẽ omnes prẽcipuè vtentur.Ne tamen in eam opinionem veniant, quasi cęteras interpretationes excluserimus: dam⁹ illis licentiam, vt etiã interpretatione Aquilæ vtantur: tametsi illæ diuersæ nationis fuerit,& in nonnullis dictionibus nó mediocrẽ cum Septuaginta habeat differentiam. Quæ vero deuterosis,quasi secundaria traditio ab ipsis dicit,in vniuersum interdicimus,vt quę sacris libris comprehensa non sit,neque desuper tradita per prophetas,sed excerpta quædam virorũ contineat,qui terrena duntaxat loquantur, neque quidquam in se diuini habeant numinis. Sed & ipsas vtique sacras voces legant, cum sacros libros euoluunt : neque celantes ea quæ inibi prolata sunt, extrinsecus assumant nusquam scriptas vocum inanitates, ab ipsis ad perditionem simpliciorum excogitatas. Vnde hac à nobis præbita licentia:neq; aliquibus omnino subdentur dispendiis hi qui Græcam & alias linguas assumunt , neque item ab vllo prohibebuntur : neq; qui Archipherecitæ , aut seniores interim,aut etiam magistri apud eos appellantur,licentiã habebunt,vt vafris quibusdam cõmentis aut anathematismis id prohibeant : nisi velint corporalibus castigati pœnis,atque insuper bonis spoliati , vel inuiti consentire nobis,qui & præstãtiora,& deo magis accepta velimus iubeamúsque. Certè si quis impias & sacrilegas vocum inanitates introducere attẽtauerit, & vel mortuorum resurrectionem, vel iudicium extremum negare, aut affirmare quòd figmentũ & creatura dei per angelos subsistat:hi volumus vt etiã omnibus locis expellantur: neque tam maledicam vocẽ emittant,qui in vniuersum ipsa etiam cognitione dei exciderunt.Eos enim qui huius generis aliquid proloqui pertẽtauerint:omnium acerbissimis suppliciis subiicimus , introducto per hos errore gentem Hebræorum depurgantes. In votis autem habemus, vt per hãc & illam linguam sacris libris præbẽtes aures, & interpretum peruersitatem obseruent , neque solis attendant literis , sed res etiam ipsas degustent, & sacratiores omnino sensus percipiant: quò magis & quod præstantius est, addiscant, & aliquando decipi , atque ab eo quod omnium præstantissimum est , nempe in deum fiducia, aberrare desinant. Pro-

pterea enim omnẽ ipsis linguã ad sacrorũ librorũ le- A
ctionẽ aperuimus, vt si omnes ordine eorũ scientiã amplectantur, ad meliora perdiscenda reddantur aptiores: cũ in confesso sit, multo paratiorem ad meliora discernenda & capessenda esse eũ qui sacrorũ librorũ lectione innutrit⁹, non longe à correctione, & vt ad bonã frugem perducatur, dissidet: quàm qui nihil horum intelligit, sed ex solo religionis nomine dependet, eíq; tãquã sacræ adhæret anchoræ, & scientiã dei putat in sola sectæ appellatione versari. Quę igitur nobis placuerũt, & per hãc sacrã declarãtur legẽ, ea obseruabit tã gloria tua, quàm cohors tibi obtẽperans. obseruabit autẽ & qui pro tẽpore in fastigiũ magistrat⁹ tui collocabitur: neq; cõmittet, vt Hebræi contra hæc faciant. sed & eos qui obstiterint, & omnino prohibere attentauerint, corporalib⁹ primũ pœnis subditos, adẽptis etiã bonis cõpellet incolere exiliũ, nequãdo insolenti⁹ se & temerario ausu cõtra deũ pariter & maiestatẽ Imperatoriã efferãt. Vtetur autẽ & iussionib⁹ ad prouinciarũ præsides, adiũgens ipsis legẽ nostrã, vt & ipsi de hoc edocti per singulas vrbes hanc proponant: scituris quòd necessariò hæc obseruanda sint, nostram indignationẽ metuentibus.

VT EA QVAE PRÆFECTIS AVT largitionibus, aut rebus priuatis, aut sacro patrimonio debentur in reliquis in quacumque specie, vsque ad præteritam septimam indictionẽ & ipsam indulgeantur.

Constitutio CXLVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Areobindo gloriosiss. prætoriorum præfecto, expræfecto almæ vrbis, & exmagistro militum.

TAmetsi magnis hoc tẽpore sumptibus, vt nunquã antea, indiget respub. simul vt ea tueatur quæ per dei beneuolentiã obtinet, simul vt ad propagandum Imperiu vltra limites bello circumiacẽtes barbaros vrgeat: omnes tamen vias comminiscimur, vt & in eos vsus absque impedimento omnia erogentur, neque vllũ humanitatis genus circa collatores nostros prætermittatur. Quàm multa igitur his qui singulatim nos adeũt, & fiscalia debita, suamq; in soluendo prætendũt inopiã, nulla interposita mora liberaliter elargiamur: quódq; nemo qui humanitatẽ sibi exhiberi desiderarit, sine effectu à nostro conspectu discesserit: non nostrũ est dicere, cũ & de hoc conscriptæ exstẽt tabulæ: & hi qui liberalitates exceperũt, eius rei nobis testimonium præbeant. Sed quia D
pusillum & maiestate Imperatoria indignũ esse arbitramur, circa singulos speciales aliquas liberalitates edere, aut certè prædiis vel vrbibus dũtaxat, aut etiã integris prouinciis tenus benignitatem nostram extendere, ac non potius magno aliquo & cõmuni beneficio in vniuersum omnes collatores afficere: huius rei gratia ad prẹsentes nostras largitiones peruenimus: Per quas sancimus, vt omnibus collatorib⁹ nostris omnia reliqua quæ ab ipsis iam inde à prima prioris circuli indictione, & ipsa in quã priores nostras largitiones concluſimus, vsq; ad septimã nuper trãseuntem indictionem & ipsam debentur, remittãtur: vt ita in collatores nostros à nobis explicata liberalitas per vigintiduos annos porrigatur ordinẽ, neq; vlla reliquorũ quæ ad illa tempora reducũtur, supersit exactio. Atque hæc non tantùm dicimus de iis quæ in auro consistũt, sed & si argentum, aut frumentũ, aut alia species debeatur: *aut Illyricianæ præfecturæ, aut alicui sacrorũ nostrorum thesaurorũ, siue hæc tributorũ nomine, siue sub aliis titulis quocũq; eis modo inferãtur. In cõmune enim omnib⁹ nostris collatorib⁹ ordine hãc nostrã exhibemus munificentiam. Vnde nemo eorũ qui pro illis tẽporib⁹ aliquã ab iis reliquorũ exactionẽ faciãt, in posterũ tolerabitur, siue ab ipsis dirigãtur magistratib⁹, aut aliquo etiã modo ipsius fisci personã sibi vindicent, siue iussiones aliquas aut mãdata proferãt extraordinaria: quandoquidem & eos qui tale quid percipiũt, post tãtũ tẽporis interuallũ exigere nolum⁹. Omnẽ enim contra collatores exactionem tollim⁹, insupérq; etiã contra fiscũ. Nã cui tã lõgæ tẽporis serie tãtũ debetur, aut socordiæ deditus, aut inter* sportularios potius quàm principales habitus; cũ neque ab illis, neque à fisco quidquã perceperit, neque opportuno tempore in posterũ extraordinariarũ exactionũ mentionẽ facit, neq; inde cõpetentem exactionem conatur inducere. Quin è contrario eũ qui huiusmodi aliquid facere pertentat, quasi vitiatorem nostrarũ largitionũ auersamur: vt omnis deinceps exactionis prætextus ac vafrities tollatur tã contra collatores, quàm contra fiscũ, & maior vitæ trãquillitas nostris exinde proueniat collatorib⁹.

Quòd autem his largitionibus perfruentur etiam possessiones quæ ad sacras nostras res priuatas, aut sacrũ nostrũ pertinent patrimoniũ: quodq; nec cõtra agricolas, aut colonos, aut emphyteutas prædictis à nobis temporib⁹ publicorum tributorũ nomine, vel ab his qui publica tributa profligant, vel à C
palatinis ipsis instituetur exactio: apud omnes in cõfesso est. Hæc autem de his dicimus quę adhuc debentur, & apud nostros restãt collatores. Si quid enim illi præterito iam tempore dederint, quod vel apud decuriones fortè, vel cohortales, vel susceptores, vel exceptores, vel etiã apud tractatores prouinciæ resederit, nolum⁹ vt ea pars nostris comprehensa intelligatur largitionib⁹, sed fisco conseruabitur: cũ absurdissimum existat, vt quod à collatorib⁹ tribuitur, id fiscus non percipiat, sed priuatim alteri in lucrum cedat. Porrò ab hac nostra munificentia excludimus & ea quæ fortè à tractatorib⁹, aut scriniariis, aut arcariis fisco confessa aut etiã constituta sunt. neque enim hos in partem æquabilis vocamus munificentiæ: quãdoquidem semel hæc sibi fisc⁹ vindicauit pro suis, & propemodum accepta habuit. Excipimus insuper diuina hac munificentia militares discussiones, & fœderatorũ. hę etenim collatores nostros non contingũt, & iustã contra illos exactionem inducũt, qui aut incompetenter ex publico perceperunt, aut quãuis per caussam militaris fortè impendij seu fœderatorũ acceperint, in suũ tamen id lucrũ conuerterunt. Multóque magis hac nostra largitione excipimus ciuilium pecuniarum inquisitiones, insupérque discussiones operum, tam in alma hac vrbe, quàm in prouinciis: quandoquidem iustum non est, vt cum tantum nos auri pro munitione reipub. expendamus: hi quidem qui ministerium in hoc subeunt, iniustum exinde lucrum habeant: loca verò nostra fraudentur munificentia, aut etiam vrbes defraudentur pecuniis quæ ad venustatem & dignitatem ipsis cõseruandã attributæ sunt. Et quãuis omnifariã eos qui improbè agũt, odio prosequimur: tamen

men quia benignitatis nostræ nullo vnquã tempore obliuisci possum⁹: propterea sancim⁹, vt exceptio in certis à nobis capitulis facta, in iis tẽporib⁹ locũ habeat, quę à prima iampridẽ transcurrente indictione elapsa sunt, nẽpe quæ sedecim ante annis exstitit. In his enim tẽporib⁹ quæ præcesserũt, simpliciter generalẽ omnib⁹ ordine munificentiã nostrã exhibemus, nullã in ea exceptionẽ facientes: vt cõmuniter omnes homines securitate perfruãtur, neq; ab eo tẽpore quacũq; de caussa vlla reliquorũ procedat exactio.

Hanc nos actionẽ tametsi liberaliter subditis edimus, putauim⁹ tamen & magno eã deo offerendã, vt omnes, cũ exinde prouenientib⁹ bonis perfruantur, magno deo pro maiestate nostra gratias agant, qui hanc nobis actionem in mentem miserit. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea studeto excellentia tua vt ad effectum perducantur: sed & vt conseruentur, dato operam.

DE INDVLGENTIA TRIBVTARIORUM reliquorum. Constitutio CXLVIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Areobindo gloriosiss. prætoriorum præfecto.

QVantum studij & prouidentiæ iam inde ab Imperij nostri primordiis in cõmoda publica contulerimus, dũ sedulò traditæ nobis à deo reip. curã gerimus: omnib⁹ manifestũ reddidim⁹ ex iis quæ iam gessim⁹. Nam & ærariũ cum multis prægrauatũ debitis, & ad extremam redactũ inueniremus inopiã, ære alieno in nos suscepto, onere pariter & magna difficultate subleuauimus: & rem militarem, quæ iam necessariarũ rerũ inopia diffluxerat, vt vndique respublica barbarorum labefactaretur irruptionibus & incursionibus, quantũ in nobis fuit, cõpetente correctione dignati sumus. Nihilo minus tamen iuuandis subditis non tantũ hucusque terminos præstituendos arbitrati sumus: sed etiam collatores alterius cuiusdã humanioris sententiæ participes faciendos esse putauimus, qua liberos eos reddamus à reliquorũ solutione, quæ ab ipsis debentur ærario. Commune igitur & hoc beneficiũ nostrũ in omnes extendentes, omnia præteriti tẽporis reliqua à collatorib⁹ fisco debita, vsque ad octauam instantis circuli indictionem & ipsam indulgemus. Et sancimus, ne qua celebretur exactio eorũ quæ in reliquis debẽtur, vsque ad prædictã indictionẽ, siue generalẽ, aut specialẽ mensam concernunt gloriæ tuæ, siue administrationẽ sacrorũ prætoriorũ in Illyriis, aut gloriosiss. præfecti militariũ numerorũ in Mysia & Scythia, aut & sacrorũ nostrorũ thesaurorũ, aut etiã sacratissimi nostri ęrarij, aut sacri patrimonij, aut magnificentiss. curatoris rerũ priuatarum: sed quidquid in auro pariter & argento, & reliquis speciebus debitũ fuerit, id omnib⁹ debitoribus indulgeatur: vt neque ab agricolis, neque colonis, neque emphyteutis, neque item possessoribus reliqua fisco debita vsque ad prædictæ indictionis tẽpora & ipsius exigantur. Excipimus autem hac nostra munificentia discussiones militares simul & fœderatorum. hæ enim nulla parte collatores nostros solent cõtingere: *sed* illos, & quidẽ solos, *qui vel* è publico erogatas pecunias *incompetenter accipiunt, vel* eas quæ militaribus ordinibus & fœderatis deputatæ sunt, è publico ad suũ lucrum transferunt.

Cæterùm si qua apud eos qui vel susceptores, vel exactores, vel exceptores dicũtur, à collatorib⁹ nostris in auro aut argento, aut aliis quæ dependuntur in specie, inueniantur soluta: exigentur & ipsa, atque prædictis à nobis magistratib⁹, ad quos quæq; pertinent, præstabuntur. Consimili quoq; modo omnes alios, qui à collatorib⁹ nostris aurũ aut aliud quiddã in prædictis à nobis indictionib⁹ acceperint, neq; id fisco persoluerint, cui persoluere conuenit, præsente nostra largitione excipim⁹: quo magis hæc fisco, aut etiã quibuscũq; talia cõpetũt, persoluãt. Siquidẽ ducti misericordia collatores præsente humanitate dignamur, non etiã eos qui publicas ab ipsis susceperunt pecunias, defraudaréque voluerunt aut publicũ, aut illos ad quos extraordinariè exigẽdos destinati fuerant. Illud sanè manifestarium est, quòd si qui cũ hanc nostrã munificentiã præsentirent, vafritie quadã animi à collatoribus pro indultis reliquis confessiones aut expromissiones acceperint, etsi ea ad priuata debita trãsposuerint, aut aliud eius generis ad circũscriptionẽ excogitasse effecisséve videãtur: nullã tamen ex iis vtilitatẽ habebũt, sed confessiones restituent his à quibus hasce abstulerunt. In vniuersum autẽ omnes deo ac nobis agent gratias, hi quidẽ qui reliqua debent, quòd horũ indulgentia & humanitate dignati sint: illi vero qui nihil in reliquis debent, quòd solicitudine liberati sint, quam in obseruatione susceptorũ habuissent, reueriti nequando intercideret, & eorundẽ tẽporũ nomine denuo sustinerent inquietudinem. quin rursus* quasi furto proprias res receperint, remisso animo sunto, cũ omni cura ac solicitudine vacent: vt merito in omnes præsens nostra distribui videatur largitio. Quę igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostrã declarantur legem, ea literis vsa gloria tua, omnibus per hanc regiam vrbem manifesta constituet.

Desideratur hoc loco Constitutio.

DE EA QVAE RAPTORI SVO nubit. Constitutio CL.

PRæsens constitutio confirmat pœnas in constitutione ipsam præcedente prædictas. Iubet enim, ne puella raptum passa raptori suo nubat. Sin vero hoc fecerit: non succedit ei, cuiuscunque tandem sectæ aut ætatis sit. Nã si ipsi coniuncta non fuerit: capiet omnia bona eius. Si parẽs cõsenserit raptũ passæ filiæ suę, vt raptori suo copuletur: mittetur in exiliũ. Si mortuus est non prębito cõsensu, tũc raptoris bona cõfiscãtur, videlicet cum nefarię sint eiusmodi nuptię, si denuo raptori suo raptum passa puella copuletur.

NE DECVRIO AVT COHORTALIS perducatur in ius, sistatúrvè iudicio citra iussionem principis, quæ insinuetur præfectis. Constitutio CLI.

Imp. IVSTINIANVS A. Areobindo prætoriorum præfecto.

SVggestio nobis per epistolam gloriæ tuæ facta est, quæ dicit, non ex vsu esse, vt decuriones aut cohortales, cum publico priuatóve cum ipsis iure agendũ est, ad diuersa iudicia, vel ad hanc almã perducantur vrbẽ, vel in alias mittantur prouincias. sæpenumero

BIU Cujas

autẽ sacras nostras præberi iussiones, quæ id velint. A petiistíq; vt sacra pragmatica forma prohiberetur ne quis cohortaliũ aut decurionũ iudicij causſa vel ex alia in aliã prouinciã duceretur, vel ad hãc vsque regiã pertraheretur vrbẽ. si verò sacrę de hoc cõponãtur formę: vt hę prius insinuentur iudicio excellẽtiæ tuæ,& decreta, vti ęquũ est, suscipiãt. Nos igitur tametsi omnẽ productionẽ in ius, exhibitionémq; in iudicio auersamur: si tamẽ necessitas incidat vt huiusmodi aliquid agatur, nulli nostrorũ magistratuũ, excepto throno tuo, cõcedim⁹, vt cohortalẽ, aut decurionẽ ad hãc almã vrbem iudicij causſa perduci faciat: nisi sacra aliqua interueniat iussio, quę expressis verbis id pręcipiat: quam ipsam cõuenit vt & excellentia tua perdiscat, neq; citra decretũ tuum ipse huc in ius perducatur, cùm ita fieri id expediat publico: ne si ex iis locis vbi publicas tractãt pecunias, B abstrahãtur, hãc ansam arripiãt nocumẽtũ inferendi cõtra rẽpublicã. Quę igitur nobis placuerũt, & per hãc sacrã nostrã pragmaticam declarantur formam, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere.

NE SACRAE FORMAE QVAE DE causſis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quàm si glorioſiſs. prætorierũ præfectis insinuatæ sint, vel fuerint, illícque habeantur ratæ. Constitutio CLII.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni glorioſiſs. prætoriorum præfecto.

DAntes operã, vt diuino cooperãte auxilio, cũ summa diligẽtia res Imperij à domino deo nobis cõcrediti gubernẽtur: C iubem⁹ ne aliter forma de publicis confecta causſis ad magnificentiſs. ducẽ, aut etiã Augustalẽ, aut clariſs. prouinciarũ prędides valeat, nisi pri⁹ insinuata fuerit iudicio excellẽtię tuę. quę verò insinuatę nõ fuerint, nullã firmitatem habeãt. Absurdũ etenim fuerit, sacrã formã pro publicis cõfectã causſis, non prius insinuari throno excellentię tuę, atque ita trãsmitti in prouincias, finíque contradi. Si quid igitur hucusque ad detrimentũ reipublicæ factũ est, iubemus hoc irritũ esse: sancientes, vt quæuis decætero sacrę formę pragmaticę, siue ad Augustalẽ, siue ad ducẽ, siue ad reliquos prouinciarũ prędides conficiãtur occasione (vt dictũ est) causſarũ publicarũ: omnino insinuentur iudicio excellentiæ tuæ, eóque pacto (vti dictũ est) cum iussionibus excellentię tuæ mittãtur in prouinciã: vt quæ quidẽ sacrę formę ad D detrimentũ reipub. factæ non sunt, hę & suscipiãtur, coniiciãtúrque in prędceptiones, & ab excellentia tua mittãtur in prouincias, quatenus certo fini tradãtur. quę verò ad detrimentum reipub. per obreptionem fiũt, has quidẽ sacras formas tua suscipiat excellẽtia: nõ tamen prius quę inibi sunt repoſita faciat, quàm ad nos relationẽ ea de re ptulerit: quo magis si quid (vt pot̃est fieri) ad detrimẽtũ factũ est reipublicæ, id corrigam⁹. Quęcũque enim sacra pragmatica forma publicarũ causſarũ nomine facta, throno excellentię tuę ĩsinuata nõ fuerit: hãc nullo valere tẽpore volum⁹.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS. Constitutio CLIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ glorioſiſs. præfecto prætoriorum Illyrici.

CRimen à sensu humano alienũ, & quod ne ab vllis quidẽ barbaris admitti credibile est, dei amãtiſs. Thessalonicensis ecclesiæ apocrisiarius Andreas ad nos retulit, ꝙ quidã vix ex vtero progressos infantes abiiciãt, inq; sanctis eos relinquãt ecclesiis: & poſtquã educationẽ atq; alimoniã ab hominib⁹ pietatis studia exercentib⁹ promeruerint, hos vindicent, & seruos suos esse pronuncient, cupientes crudelitati suæ hoc etiam apponere, vt quos in ipsis vitæ primordiis ad mortem exposuerint, eos poſtquam adoleuerint, defraudent libertate. Ex quo igitur huius generis factum multa simul in se absurda complectitur, cædem videlicet, ac calumniam, & quæcunque aliquis in tali actione facilè enumerauerit: ęquum sanè erat, vt qui talia perpetrarent, vindictã quæ proficiscitur ex legibus, non effugerent, sed quò magis alij exemplo horum temperatiores fierent, extremis pœnis subiicerentur: vt qui per actionis impudentiã sua detulerint flagitia. id quod in posterum custodiri iubemus. Qui itaque ad eum modum in ecclesia, aut vicis publicis, aut aliis locis proiecti fuisse cõprobati erunt: hos omnibus modis liberos esse præcipimus: licet ei qui præiudicio contendit ad hoc, manifeſta existat probatio, & posſit eiusmodi personam ad suum pertinere dominium ostendere. Nã si nostris præcipitur legibus, vt ægrotãtes serui à dominis suis pro derelicto habiti, & quasi desperata iam valetudine cura dominica non dignati, prorsus ad libertatem rapiantur: quanto magis eos qui in ipso vitæ principio aliorum hominum pietati relicti, & ab ipsis enũtriti fuerunt, non sustinebimus in iniustam seruitutem pertrahi? Quin sancimus, vt tam religioſiſs. Thessalonicensium archiepiscopus, quàm sancta dei sub ipso constituta ecclesia, & gloria tua his opem ferat: neutiquam illis qui hæc patrant, legibus nostris constitutas pœnas effugientib⁹: nimirum qui omni inhumanitate & crudelitate referti sint, & tãto deteriores homicidio pollutis, quãto calamitoſioribus id inferunt. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram nostram declarantur legem, ea tam gloria tua, quàm qui eundem pro tempore magistratum suscepturi sunt, & obtemperans vobis cohors, effectui ac fini tradere & obſeruare studento. Quinque etenim librarum auri pœna imminebit tam his qui hæc transgredi pertentauerint, quàm qui alios transgredi permiserint.

DE HIS QVI IN OSDROENA Illicitas contrahunt nuptias. Consti. CLIIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Floro comiti sacrarum rerum priuatarum.

PRæter opinionẽ incertus ad nos rumor peruenit, quòd hi qui Mesopotamiã & Osdroënã prouincias incolũt, illicitis se iungere ausint nuptiis: & Romanas leges, neque non interminatas in iis pœnas veteres simul & nouas transgrediantur, in illicitas ac prohibitas incidentes nuptias, dum vicinis & adiacentib⁹ populis morem gerunt. Cæterùm nos nihil quidquã horum credidimus. neque enim arbitramur homines esse, qui quidem, cùm portio sint nostræ reipub. tale quid facere audeant, quo facto & progeniem suã dehoneſtẽt, & cõfundãt nomina. Vnde & peruestigare ea voluimus: & si omnino huius generis aliquid

BIU Cujas

quid factum sit, extremũ delinquentibus inferre supplicium. Sed quia & longum tempus est, neq; credim' eiusmodi aliquid delicti admissum esse, vt maximè huiusmodi quid cõtigerit: tamen quod præteriit, quocũq; se modo habeat, his qui Osdroënã & Mesopotamiã prouincias incolũt, propter diuersas hostium irruptiones, quæ quotidie in ipsis fiunt, indulgemus, maximè verò quia agrestis vt plurimum multitudo hæc fertur delinquere: sinimúsque ea manere sub præsente forma, haud scrupulosius nimísque anxiè hæc inquirentes, quæ vsque ad nouellã sacrã de hoc nostrã (vt potuit fieri) constitutionem perperã admissa fuerunt: sed omnẽ huiusmodi de hoc inquisitionem contra personas & res ad earũ prouinciarum incolas pertinentes prohiberi sancientes. Post nostram verò legem quæ nuper de hoc fuit proposita, si quis præsumpsit, aut etiam præsumpserit tale quid facere: volumus vt is extremis subdatur pœnis, sciturus quòd non intra pecuniarias pœnas resistemus, sed tam ipsum, quàm vxorem, & liberos ex illicitis procreatos nuptiis post nostrã constitutionem digna animaduersione persequemur, & periculũ capitis simul atque bonorũ ademptionem irrogabim': nulli parcentes, siue maioris siue minoris status aut cõditionis, aut (quod multo etiã difficilius est) sacerdotij sit, sed omnib' plectendis solennẽ & Romanis legibus decentem ordinem conseruabimus, non tantummodo partẽ bonorũ ablaturi, sed & cũ toto patrimonio partem corporis: & si importunius illicitas contractas nuptias deprehenderimus, ne ipsam etiã vitam quoquam saluare queunte: vt per omnia pœnæ cõsectaneæ sint delictis. Oportet enim recta pariter ac conuenientia sapere, & alios ad earũdẽ rerũ æmulationẽ excitare: nõ verò ipsos perpetrare legibus cõtraria, & ex mutua vitiorum imitatione refugium quærere. Hæc igitur conseruari in prædictis prouinciis volumus, tam ciuilibus quàm militaribus magistratib' idipsum custodientibus, & vt pœnæ delinquentibus imponantur, procurantibus. Atq; hoc mandatu tuo volumus ibi locorũ programmatis per proprios magistratus manifestũ fieri: nisi & ipsi extremis subdi velint suppliciis, simul & magistratuũ ac bonorum amissionibus, si quid horum per negligentiam omiserint. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur formã, ea studeto gloria tua effectui & fini tradere.

VT MATRES ETIAM TVTELÆ rationibus obnoxiæ sint. Consti. CLV.

Imp. IVSTINIANVS A. Belisario.

PRorexit potentiæ nostræ supplicationẽ Martha clariss. fœmina, qua continebatur, quòd magnificæ memoriæ Sergius, qui pater eius fuit, cùm obiisset mortem, tenera admodum ætate ipsam reliquerit: quódque clariss. mater eius Auxẽtia, testatione apud actorum monumenta deposita non se ad secundas peruenturam nuptias, tutelã eius subierit: & legibus nostris de hoc definito iureiurando præstito, res administrauerit. His ita ab ea gestis, quasi neque iusiurandum ab ipsa præstitum, & despicabile patrimonium relictũ esset: paucula quædã in inuentario ab ea confecto designasse. postea etiã secũdas elegisse nuptias, cùm tutorẽ ipsi nominasset Petrũ. Itẽ è secũdo matrimonio duos habuisse filios. & cùm rectè erga ipsam affecta nõ esset, institutũ quidẽ ab ea tutorẽ administratione destitisse, cùm ipsa vix decimũtertium apprehendisset annum: petiisséque, vt secundæ ætatis curatorem quæreret: mox etiã persuasisse, vt pro se acceptilationes conscriberet, & omni actioni quæ secundum leges ipsi posset cõpetere per caussam tutelarium rationum, in istiusmodi acceptilationibus renunciaret: cùm in cubiculo per id tẽpus esset, neq; quidquam sciret eorũ quæ gererentur. Neque enim possibile fuit, vt ea quæ apud illam educaretur, neq; in vllo contradicere posset his quæ aduersus ipsam gererentur, vt maximè inferri sibi detrimentum sensisset, aliquid ageret eorũ quæ prohibere potuissent ad ipsius attentata iacturam. Postquam verò tempus effecerit, vt quæ aduersus ipsam agitata essent consilia, persentisceret: se quidẽ apud matrẽ vsam exhortationibus, ne his quæ in fraudem suam gesta essent, perperam vteretur: sed vti matrem deceret, se ostenderet: & quas primùm res in bonis habuisse noscueretur, sibi restitueret. Ipsam verò cùm se totam filiis ex secundo matrimonio procreatis exposuisset, neutiquam istiusmodi rationes edidisse: quin è contrario sacram nostram prætendisse sanctionem, qua continetur, non posse restitutionis contra ipsam iura in vsum assumi: tametsi ea nihil eius generis de matribus quæ filiorum tutelam suscepissent, & secundas exosculatæ essent nuptias, sanciret. Atq; ea de caussa supplicationẽ nobis porrexit, quò magis & mentem sacræ constitutionis redderemus manifestam, & extra controuersiam positam: neque si perperam in ea contentis vteretur Auxentia mater eius, res à patre relictas in lucrum proprium conuerteret. Cùm igitur hæc in se contineret supplicatio: meritò ad sacram hanc pragmaticã formã respeximus, per quam sancimus, vt quoniã sacra nostra sanctio nullã mentionem facit earum mulierum, quæ suscepta filiorũ suorum tutela, secundas amplexæ sunt nuptias: non liceat Auxentiæ clarissimæ fœminæ eam sacram nostram sanctionem perperã in vsum desumere. Propter caussas autem prædictas, & quia monumenta actorum, sub quibus Marthæ filiæ suæ tutelã suscepit, ostendunt legibus definitum ipsam iusiurandum præstitisse non se ad secundas peruenturam nuptias, & quòd iusiurandum aspernata, in matrimonium secundo se marito iunxit, & susceptis ex eo liberis, effecit, vt clarissima filia eius Martha pro rerum restitutione acceptilationes in ipsam exponeret: summam vtique licentiam habere Martham clariss. fœminam posse sancimus, vt restitutionis in integrum iure vtatur, præsertim cùm nondum se vicesimumquintum ætatis suæ annum excessisse profiteatur: sacra sanctione à nobis proposita, quæ sancit, ne filij contra parentes suos, aut liberti contra patronos suos possint restitutionis in integrum iure vti, neutiquam ipsi obiicienda, propterea quòd nihil lex de his disputet, quæ filiorum suorum tutelam susceperunt: quin contra, eo quòd altera post hæc sacra nostra processerit sanctio, quæ sancit, ne, qui tutores constituuntur, aliter filiorum suorum tutelam suscipiant, quàm si designationis suæ tempore apud acta deposuerint, quòd pupillos indefensos non relinquent: & si contingat etiam matrem filiorum suorum tutelam suscipere, vt & ipsa hoc faciat, tutelaribúsq; rationib' obnoxia sit: & si aliũ pro se designa-

re tutorẽ velit, vt suo & subsistentiũ illi rerũ periculo id faciat. Vnde omnibus modis hoc etiam casu conuenit, vt si Martha clarissima fœmina cõprobauerit non præteriisse ea tẽpora, in quibus restitutoriæ ipsi actiones cõpetunt: tã restitutione in integrũ vtatur, quàm omnibus aliis, per quæ leges nostræ minorib' ætate opẽ & auxiliũ præbent. Sancit etenim nostra potentia, vt omnis reuerentia quæ parentibus debetur à liberis, itẽ honor atque obsequiũ parentib' cõseruetur: dũ tamen nihil ab ipsis in illorũ detrimentũ fiat. Vt verò ex prioribus nuptiis filios despiciamus, neque religioni putamus consentaneũ: neque alioqui cõuenire, vt res quæ ex paterna ad ipsos peruenerunt substantia, huiusmodi matres possint vel sibi, vel his qui secũda vice ipsas habent in matrimonio, vel ex istiusmodi matrimonio procreatis liberis lucrifacere. Quæ igitur nobis placuerunt, & per sacram hanc pragmaticam declarantur formã, ea studeto gloria tua vnà cũ beatiss. archiepiscopo Theopolitanæ ecclesiæ, effectui & fini tradere.

DE PROLE PARTIENDA INTER rusticos. Constitutio CLVI.

DOcuerunt nos, qui sacrosanctæ Apamiensis ecclesiæ negocia gerunt, quòd ad alios quosdã pertinentes rustici, cũ rusticanis mulieribus suis se coniunxerint, exindéq; procreauerint filios: petierúntq;, vt & rusticos ipsis assignarent, & horũ filios, maternũ sequentes vterũ. Sed qui hæc petunt, hi sanè constitutionẽ nostrã quæ nuper prodiit, intelligere non videntur quid ea sibi velit. Nam si liberi aliqui se adscriptitiis coniungant: secũdum rationes constitutione cõprehensas, infantes matrẽ sequentur: vnde ad libertatẽ non perueniunt. Si verò rustici sint, non amplius constitutioni illi per omnia locus fit: sed quemadmodũ nuper decreuimus, & lege cauim', proles diuiditur in partes. Et si quidẽ æqualis sit natorũ numer': in duas partes diuiditur. si inæqualis, aut etiã vnus tantũ natus sit: tunc quod redundat, venter habet, propterea quòd & amplius laborauerit. & vn' quidẽ si sit, matrẽ sequetur. si verò tres nati fuerint: duo quidem duæve matrẽ sequentur, vnus autẽ ad proprietatẽ paterni domini peruenturus est. atque ita semper (vt prædiximus) id quod impar est, habebit venter. Et secundũ hæc Apamienses quoq; prolem partiendam esse cognoscunto: vt quod multis retro temporibus in controuersia fuit positũ, intelligant denuo sub nostram redactum sanctionem.

DE RVSTICIS QVI IN ALIENIS prædiis nuptias contrahunt. Constitutio CLVII.

Imp. IVSTINIANVS A. Lazaro Comiti Orientis.

EX his quæ diuersimode ad nos relata sunt, didicimus in Mesopotamia & Osdroëna prouinciis quidpiam delinqui nostris planè tẽporibus indignũ. Consuetudinẽ etenim apud ipsos esse, vt qui ex diuersis originẽ trahant prædiis, nuptias inter se contrahant. inde sanè conari dominos, de facto iam contractas nuptias dissoluere, aut procreatos filios à parentibus abstrahere, exindéque totũ illũ locũ miserè affligi, dum & rusticani viri & mulieres ex vna parte distrahũtur, & proles his adimitur, qui in lucẽ produxerunt: & sola nostra opus esse prouidentia.

Sancimus igitur, vt prædiorum domini decætero rusticos suos prout voluerint cõseruent: neq; quisquã eos qui iam cõiuncti sunt, possit secũdũ cõsuetudinẽ prius obtinentẽ diuellere, aut compellere vt terrã ad ipsos pertinentẽ colãt, abstraheréve à parẽtibus filios prætextu conditionis colonariæ. Sed & si quid huiusmodi fortè iam factũ est, corrigi hoc simul & restitui efficies, siue filios abstrahi cõtigerit, siue etiã mulieres, nẽpe vel à parẽtib', vel cõtubernij cõsortib': eo qui reliquo deinceps tẽpore huiusmodi aliquid facere præsumpserit, etiã de ipso prædio in periculũ vocãdo. Quare libera sunto cõtubernia metu qui dudũ ipsis immittitur, & parentes habento ex hac iussione filios suos: nequeuntibus prediorum dominis subtilibus contendere rationib', & vel nuptias cõtrahentes, vel filios abstrahere. Qui enim tale quid facere præsumpserit: etiã de ipso prædio in periculũ veniet, cui eos vindicare rusticos attentat.

Quæ igitur nobis placuerunt, & per sacram hanc pragmaticam declarantur formam, ea prouidentiam habeto magnificentia tua, tibíque obtemperans cohors, & qui pro tempore eundem magistratum geret, vt ad effectum deducantur conseruentúrq; trũ librarum auri pœna imminente ei qui vllo vnquam tempore hæc transgredi attentauerit.

VT DELIBERANDI IVS ETIAM ad impuberes transmittatur. Constit. CLVIII.

OBlatæ nobis à Thecla, quæ & Manno appellatur, preces sunt, quæ declarant Theclã quandã è vita decessisse relicta Sergia filia impuberem ætatem agente: cúmque vix sedecim dies matri superuixisset filia, obiisse & ipsam mortẽ in cõtagione illa quæ nuperrimè homines inuaserat. Eam verò quæ nobis preces porrexerit, inquit Sergiæ patri sororẽ extitisse: Cosmã autẽ Theclæ fratrẽ, Sergiæ hæreditatem vindicasse, dictasseque eo nomine iudicium. Rursum hãc, ne nõ rectè cõtentiones fereret, abiisse ad Ioãnẽ prouincialis fori aduocatũ, percõtatum de legib' quę hãc caussam cõcernerẽt. Illúmq; responsum in scriptis edidisse eo ipso significãtẽ, quòd Sergię ad ipsam delata esset hereditas. Atque ea sanè de caussa cõtrouersię iudicẽ delegisse ipsum Ioannem, Cosmæ partes agẽte Aesculapio quodam scriniario per Oriẽtẽ magisterij militũ. Sed Ioãnẽ cõtrariã edidisse sentẽtiã his quę in scriptis respõderat: vsurpata ad hoc in sententia lege iustiss. principis Theodosij, quę dicit nõ posse eũ qui nõdũ septẽ annorũ natus sit, maternã vindicare hereditatẽ, nisi tutorẽ habeat: sed vt ad illos ea deferatur, quib' cõpetitura esset etsi defunctus impubes ad hæreditatem legibus vocatus non esset. Neque hæc tantũ protulisse in sententia, sed & effeciisse, vt quæ nobis supplicaret, consequẽter secũdũ sentẽtiam pacta iniret, & eadẽ denuo dictaret Aesculapio, qui pro Cosma caussam egerat. Petiítq; nos, vt ipsam tã miserè affectã iniuria, respicerem': & maximè cùm lex in Codice qui de nostro nomine cognomẽ accepit, posita sit, quę ĩnuat, rectè maternã hereditatem vindicare eũ qui fari possit: & rursus alia à nobis lege proposita, quæ vult, vt si quis hæreditate ad ipsum delata, antequam eam vindicet,

aut

BIU Cujas

aut contrariam ea in re sententiam suam ostendat, ex hac vita emigret: super ea hæreditate deliberandi ius ad hæredes suos transmittat. Porrò eam legem quæ nuper à nobis proposita sit, qua idem in hæreditatibus ordo agnatis pariter & cognatis tribuitur, locum in hac cõtrouersia non habere, cùm antiquior sit nostra, cuius occasione lex illa valere iussa est. Sancimus igitur, vt gloria tua, si hæc ita se habere comperit: opem ferat supplicãti, & legem nostrã illi conseruet, quæ deliberandi ius ei tribuit, nimirum Sergia ante excessum anni post matrem suam demortua, volentique maternam Sergiæ hæreditatem vindicare, eius agendi copiam præbeat. Neq; enim pugnare inter se aliquis Theodosij pientiss. principis & nostram legem dixerit: cùm in eodem vtraque volumine sit posita, & nos per constitutionem quam pro eo posuimus, obfirmauerimus nihil in eo residere contrarij. Sed obtineto quidem lex nostra in præsenti controuersia, & omnibus casibus in quæstionem deducto asimilibus: obtineto autem Theodosij sacratiss. principis lex, in quibus annum præterire contigit, & deliberandi tempus elapsum est. Pacta enim post sententiam conscripta, cum altero inita, qui obligationem adquirere non potuit: manifestum est quòd nullam actionem Cosmæ de his quæ inibi confessa fuerunt, dederint.

EXEMPLVM SACRAE PRAGMATICAE formæ de vsuris. Constitutio CLX.

Imp. IVSTINIANVS A. Papio.

ARistocrates prudentiss. Aphrodisiensis reipub. pater, quique immobilia in ea possident, supplices nobis facti sunt, aientes prædictam ciuitatem &c. Ac principio quidem illud cognoscimus, quòd plerique leges nostras ita accipiant atque intelligant, vt vnde minime conueniat, inde iniustarum ipsis actionum ansas præbeant. Siquidem à patre reipub. edocti fuimus, quòd cum bene magna auri summa Aphrodisiensium reipub. ex legatis à nõnullis ciuitati relictis collecta esset: nequando ea deperiret, quidam illorũ qui in repub. cum potestate erant, eam auri summam collocauerint, vt quandiu id auri apud ipsum resideret, tandiu qui suscepisset, quoque anno pro eo ciuitati penderet (siue quis id pastum, siue reditum, siue etiam vsuram appellare velit) quantum ferre ciuitatem æquum esset. Eos vero qui aurum susceperunt, postquam constitutionem protulimus, ne creditoribus permittatur vt debitum vltra duplum exigere, sed hoc ipso duplo contenti sint, * sanè legatum ciuitati deperire, & tam calefactiones balnearũ publicarum, quæ exinde fieri soleant, iniuria affici, quàm opera publica per legem nostram labefactari, & illorum interpretationem vitium adferre reipub.

Vt igitur omnia hæc è nostra expellamus repub. sancimus, vt qui id auri perceperunt in hoc, vt pensionem aliquam pro eo persoluant reipub. singulis annis quoad illud penes se aurum habuerint, inferre compellantur id quod pro eo se illaturos constituerint, haudquaquam sacra nostra ad hoc constitutione vsurpata. Illam etenim de creditoribus conscripsimus, & qui in ea comprehenduntur casibus: præsens vero species illam nõ attingit: siquidem hoc magis annuo reditui, quàm vsurarum præstationi simile videtur. nos autem ex æquo ciuitatum curam gerere oportet, vt rerum fiscalium. Quòd si quis post hanc præsentem nostram formam aliter ea quæ à nobis lege promulgata sunt, acceperit, & defraudare ciuitatem dato auro voluerit: & pro vniuerso tempore quantum debet, ciuitati persoluet, & præterea reddet duplum: vt malitiosæ interpretationis iustam retributionem percipiat, propterea quòd cum in manu illi esset vt bonum se exhiberet ciuem, ita improbus est, vt quæ illum in lucem protulerit, eam nõ dubitet afficere iniuria.

DE PROVINCIARVM PRAESIDIBVS. Constitutio CLXI.†

†In Scrimgeriana editione omissa est, quòd sit (vt illic dicitur) Tiberii posteriora.

NOn tantùm decenter leges ferre, summo bono est, sed etiam sancita accuratè custodire, & ad effectũ deducere, transgressoréq; competẽtibus pœnis subiicere. Quæ enim legum erit vtilitas, si in literis duntaxat consistant, non etiam per ipsa facta atque opera subditis vtilitatem de se præbeant? Ac scimus quidem, quàm vehementer maiestas Imperatoria collatorum curam gesserit, cum aliquoties definierit, vt prouinciarum præsides officia gratis suscipiant: quò magis & ipsi, cum purè his vtuntur, æquum & bonũ subditis impertiantur, & ex collatorum incolumitate omnium rerum copia abundet respublica. Sed hæc quidem per immodicam auaritiam eorum qui officia redimunt potius quàm suscipiunt, deuicta, paulatim in obliuionem deuenerunt. Nos autem de his propositas leges renouantes, sancimus, vt illi magistratum gerãt, qui & bona existimatione noti sunt, & in exercenda iustitia plurimum reposuerunt solicitudinis. Sed & vt citra vllum munus & largitionem magistratus suscipiant. Item vt tam collatores incolumes indemnésque conseruent, quàm publica tributa diligenter expediant. Præterea vt neque per se neque adsessores suos, aut cancellarios, domesticósve, aut quempiam eorũ qui ad ipsos pertineãt, quidquam à subditis accipiant, nisi in quadruplum velint (vt leges loquuntur) quod ab ipsis acceptum est, dependere: sed contenti his sint, quę lege ipsis deputata sunt è publico. Simul atque magistratu abierint, vt per solẽnes quinquaginta dies in prouincia adsideãt, sub publico versantes conspectu, & omnibus actionem intentare volentibus respondeant. Lite vero intra quinquaginta dies non finita: si quidem pecuniaria sit, procuratorem dãto. sin vero criminalis, ad terminum vsque caussæ permanẽto: his qui in caussa diiudicant (siue magistratus sint, siue à præfectis dati) nisi intra viginti dies quàm initium cœperit, eam litem finierint, decem libris auri mulctandis: lite nihilominus secundum prædicta procedente. Si qui enim mala conscientia stimulati, vel clam aufugerint, vel ad sacras ædes decurrerint: substantia excident, secũdum legem pro modo admissorum inter iniuria affectos diuidenda. Et quemadmodum procedẽs de hoc constitutio & * ex vna parte, prout antea lege comprehensum est, stiterit: quæ pro collatoribus introducta sunt, ea firma permanento. permanentibus videlicet & aliis firmis, quæ ad collatorum vtilitatem de præsidibus pulchrè à maiestate sancita sunt Imperatoria. Quemadmodum autem eos qui hæc perperam in se admittunt, punimus: ita & eos qui per hanc caussam contra interdictum aliquid ab ipsis accipũt, restitutioni quadrupli subiicimus. Atque vt hæc ita

caueremus lege, ex eo nobis in mentem venit, quòd pluris à nobis fit subditorũ opulẽtia & medela, quàm reditus qui exinde inferũtur Imperio. Contrahimus enim vnà cum largitionibus præsidum in arctum ipsa etiam suffragia quæ Imperialibus inferebantur rationibus, & magnum reddebant pecuniarum cumulum: quo magis hac causſa & respub. meliore successu potiatur, & locupletior redeat, aliquot retro temporibus à nonnullis excogitatis præstationibus liberata. Vna enim hæc res potentiæ nostræ studio est, vt prouinciæ & bonis gubernentur legibus, & tutò inhabitentur, neque non ex præsidum iustitia fructum capiant, & tributa publica sine querela inferãtur. neque enim aliter conseruare licet rempub. nisi pientiss. prestationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, vt resistatur hostibus, & per agros ac vrbes aguntur excubiæ, perfruuntur item reliqui ordines attributis sibi salariis, reparãtur quoque muri & vrbes, denique omnia alia proueniunt, quæ communem subditorum vtilitatem concernunt. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram declarantur legem, ea gloria tua in alma hac vrbe consuetis locis proponet, sed & solitis vsa iussionibus mittet per prouincias: vt omnes intelligant quantum nobis respub. simul & subditorum nostrorum incolumitas curæ sit.

SACRA FORMA TRANSMISSA Dominico glorioſiſſ. prætoriorum Illyricianorum præfecto, de diuersis capitulis.

Constit. CLXII.

PErcontata nos est gloria tua de quibusdam, quæ ab eloquentiss. in Illyriciano foro causſarum patronis deducantur in controuersiam, quæ ait nostra indigere disceptatione, quo minus perpetuo laborẽt dissidio.

PRIMVM igitur capitulum huiusmodi fuit. Mulier quædam, cum res ipsi à coniuge donatæ essent, neque tamen traditę, voluit marito mortuo, & donationem silentio prætereunte, res vindicare, quasi harum domina tam donatione, quam silentio mariti facta. Opponebatur à rerum possessoribus, habere ipsam solummodo exceptionem in ius vocatam, si possideat: non etiam ab alio hasce per vindicationem petere posse. Et quidem quod controuersum est, eiusmodi fuit. Nos vero & constitutionem nostram reuocauimus in memoriam, quę dicit, donatorem, licet traditio ab eo stipulata non fuerit, necesse tamen habere, vt donatam rem tradat. neque enim per imposturam, & vt in nudis consistant literis quæ gerũtur, instrumenta confici conueniens est. Sumpsimus prętereа in mentem sanctionem veteris legis Aelię Sentiæ, quam rectè & pro officio è legum suarum corpore ablegauit olim respublica, consimilia promulgantem, quæ in præsentia hærent in controuersia.

Et sancimus, vt si istiusmodi donatio, prout antè à nobis dictum est, perfectè omnia habeat tam quo ad modum, quàm quo ad insinuationem: ab eo statim tempore quo facta est, omnimodo secundum prædictam constitutionem silentio mariti conualescat: vt tametsi maritus eam rem postea hypothecæ det, tamen qui id silentio præteriit, abalienasse nõ videatur: & traditio si facta est, largiatur ei exceptionem: si facta non est, præbeat etiam (si quidem stipulatio interposita est) exactionem per actionem ex stipulatu, vt donatam rem percipiat. Sed & illud constituere iustum duximus, vt si quidem initio donationes apud actorum monumẽta insinuatæ fuerint, omnibus modis silentio confirmentur. si vero insinuatæ non fuerint, transcendant autem modum qui insinuatione indigeat: ad eam duntaxat quantitatem conualescant, quatenus vel sine insinuatione donationes firmas esse, lege à nobis expressum est. hoc enim cum posterius sancierimus, obtinere & ipsum volum', neque quod recte se habere poterat, propter quantitatis appendicem intercidere: idque etiam in generalibus iam donationibus lex nostra dicit. His non tantùm inter vxorem & maritum valituris, sed etiam in cæteris personis, inter quas consistentibus nuptiis donationes sunt prohibitæ. *DE SECVNDO* insuper capite ab excellentia tua interrogati sumus, an post constitutionem nostram, quæ vult, vt qui ex libera & adscriptitio nascuntur, propter conditionem matris postea & ipsi liberi sint: arbitrari oporteat, quòd tametsi adscriptitij, quemadmodum olim, facti non sint: tamen omnino coloni existant, propterea quòd alia constitutio nostra colonorum filios non sinat terram relinquere, sed manere colonos iubeat: multoque id magis esse oporteat hoc loco, quandoquidem & inter has prorsus personas adscriptitiorũ sint prosapiæ. Atque hæc quidem sub prædicto capitulo extiterunt in interrogatione tua. Nosse autem oportet eos qui legem nostram considerant, quòd nullo vnquam tempore concedamus, vt liber venter adscriptitium pariat: sed hanc notam atque signum genito post legem tũc propositam immitti oporteat, quòd omnibus modis libertas ex libera matre progenitos condeceat. Si igitur ex libera & adscriptitio natus aliquis fuerit: est ille quidem liber, neq; maternam ingenuitatem vlla ratione abiicit. ostẽdit tamen constitutio à nobis proposita, quòd tales velit prædiorum permanere incolas, & agrorum cultores, tanquam illic prognatos. hoc enim sibi vult coloni appellatio. Non præbemus itaque ipsis licentiam, vt prædium deserant, & aliò se recipiant. Quin si omnino aliqui prædio cuipiam deputentur, & ex adscriptitia matre nati sint: manifestarium est quòd penitus adscriptitij futuri sint. si ex libera: manebunt quidem liberi, & quæ adquisierint, in bonis suis habebunt, neque peculium fiet dominorum. nó tamen ex eo prædio egredientur, sed hoc excolent: neque ipsis erit licentia, vt hoc deserant, alterum obeant alienum: nisi fortè propriæ alicuius possessionis domini fiant, quæ satis superque ipsos inibi occupatos tenere possit, neque permittat vt alteri prætereа fundo colendo operam nauent, inq; illum transmigrent. Alioqui sancimus, vt omnibus modis in eo prædio maneant, liberi quidem constituti, incolatu tamen detẽti. Et hoc quidem in ea specie ita constitutum esto.

SED NEQVE illa nobis quęstio absque facta, & disceptatione nostra indigna visa est. Nã si adscriptitia cum adscriptitio aliquo ad alterum pertinente cõiugium coëat: quæsitum est de prole, si filij ex ipsis nascantur, vtrum eam ad dominum viri, an ad dominum mulieris pertinere conueniat. Sancimus igitur, si eius generis aliquid incidat, & diuersorum inter se dominorum adscriptitij congrediantur: quandoquidem conditionis ratio in controuersia posita non est, cum venter liber non existat: sunto quidem nati adscriptitij, non tamen matri dominóve huius totum dabimus.

BIU Cujas

dabimus: sed si quidem vnus filius procreetur, venter sationi præfertor, & quod natum fuerit, esto domini ipsius matris. sin vero duo fortè filij: ambo inter ipsos diuiduntor, electione ductis sortibus celebranda. Si impar filiorum numerus sit: id quod redundat, maternus sinus retineto: vt si tres existant, duo quidem sint matris, vnus vero patris. rursus si quinq;, tres quidem è prognatis domini matris, duo vero patris sint. secundumque hanc incrementi rationem numerus procedat: vt quod æqualiter potest diuidi, id ex æquo distribuat: quod vero redundat, quod & gratiosissimum est, hoc attribuat matri. oportet enim maiore eam studio prosequi, quæ partus doloribus distenta fuit, quę peperit, quę nutriit: quàm eum qui succisiuam tantummodo libidini operam accommodans, filij generationem procurauit. Quæ igitur sacra hac pragmatica comprehenduntur forma, ea in similibus casibus conseruare gloria tua studeto. Siquidem & generalem de hoc legem conscripsimus, tum eaipsa, tum insuper alia quæpiam, in quibus legislationem necessariam esse credimus, ad certam redigentes formulam.

DE RELEVATIONE TRIBVTORUM publicorum. Constitutio CLXIII.†

RÆstantissima inter homines bona sunt iustitia & benignitas, quarum altera æquabiliter suum cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad misericordiam decurrit, & debitorum incommoditate egentes liberat. Hæc ornare firmareque Imperium, hæc conseruare rempublicam, hęc pulchrè humanam nouerunt gubernare vitã. Vnde & nobis, ex quo diuinitus Imperij sceptra susscepimus, magno affectatum est studio, vt vndique tam bonis actionibus conspicui simus: quo magis si vtiles nos præbeamus subditis, ex virtute & gloria remunerationem habeamus. Ac scimus quidem mutua illa & omnimoda hominum exitia ad tantam inopiam possessiones redegisse, vt neque reditus possint suis producere possessoribus, neque satis idoneè publica inferre tributa. Atq; hæc militari & alio necessario sumptu imminente, vehementerque nos impellente, dum multis vndequaque bellis alluimur, vt crebriores pecuniarum collationes faciamus. Inde adeo non semel curas in eam rem impendimus, quánam ratione fieri possit, vt & necessitati faceremus satis, & subditorum egestati adferremus remedium. cumque in multa nostra circa hæc distraheretur sententia: magis tamen obtinuit, vt ad benignitatem respiceremus, & deo placẽtem collatoribus impertiremur medelam: & quod communibus deesset sumptibus, hoc in eius vicem introduceretur ex thesauris principalibus. Acceptam igitur & hanc nostram curam ferentes domino Christo, & salutaris passionis neque non sanctæ resurrectionis eius præsentibus magni festi diebus cõdigna facientes, meritò & ipsi in præsentia hanc pro repub. largitionem offerimus: per quam cõcedimus in vniuersum omnibus agricolis pariter & collatoribus (idem autem dicere licet & de prædiorum dominis) integrum vnum canonem publicorum tributorum in quadriennium partiendum: hoc est quartam quidem eius portionem pro nona indictione proximè initura, tantandem vero alteram & pro decima quæ hanc secutura est, consimiliter & pro vndecima & *duodecima*, vnicuique quartam portionẽ vna eádémque opera deminuentes, & consuetudines quæ quocunque modo aliquibus hoc nomine præbentur.

Remittimus autem his & præteriti temporis reliquationes, vsque ad finem proximè præteritæ quintę indictionis. Ac sancimus, ne qua fiat exactio pientiss. à nobis condonatarum prestationum, siue maximam præfecturam respiciant sacrorum orientalium prætoriorum, siue præfecturam Illyricianam, siue præsidatum insularum, atque præfecturam militarium in Scythia & Mysia ordinum, aut sacras nostras largitiones, aut denique alium magistratum: interdicentes decurionibus & exceptoribus, scriniariis & cohortalibus, palatinis & exactoribus, neque non susceptoribus, & quicunque vel exactionem vel susceptionem publicorum expediuit aut expedit tributorũ, ne per vafritiem excogitatis contra agricolas & collatores vtantur artibus. * aut etiã prædiorũ dominos, vt diuersos * ex reliquis indultis pro se instituant, aut constitutæ pecuniæ obligationes, aut fideiussiones, aut confessiones dolo malo susciplant. Constituimus etenim omnem contra munificentiam nostram factam aut futuram circunscriptionem, irritam: cum illud cõstet, quòd siqui nostram anteuertentes largitionem, ex reliquationibus iam inde à quinta indictione factis aliquid exegerint, neque id persoluisse videbuntur, omnibus modis publicis id rationibus inferent. Nam vt collatores beneficio afficeremus, præsentem ipsis benignitatem impartiti sumus: non autem his qui publica tributa susciplunt, & in suum lucrum cõferre ea voluerint, præsentis ad tempus canonis indulgentiam instituimus: nullo modo embola (hoc est est annua specierum transmissione, vt in condito & ad militares sumptus habeantur) deminuẽda. Oportet enim vniuersum frumenti aliarúmque specierum modum consueto ac solito more & contribui, & importari: preciis quartæ partis per singulos annos à nobis vsque in quadriennium collatoribus indultæ, ad mensam publicam cum aliis quæ in auro ab ipsis cõtribuuntur, æstimandis, soluendisque è publico.

Idemq; hoc in Osdroëna & Mesopotamia peragetur eorum gratia quæ pro reconditis & militari sumptu in speciebus conferuntur. Consimiliter & in speciebus quæ ploimæ, quasi nauibus transportandæ dicuntur, quæ proueniunt in Lazica, & Bosporo, & Chersonneso. percipiẽt enim harum precia ex publico, prout in mensis præfectorum ordinatum fuerit, vnde hæ importantur: vt & ipsi nostra in hoc perfruãtur benignitate. Earum enim specierum illationem negligere, haudquaquam tutum est: cum & ineuitabilis existat impensa, & publicas (vt ita dicamus) res in vnum conciliet. Credimus autem & ex hac nostra largitione magna reipublicæ incrementa futura, Deo omnia nobis fausta per huiusmodi actiones præbente: ea quæ pro subditorum à nobis vtilitate dispositа sunt, transcendere præsumentibus, tam de substantia, quàm de ipsa periclitandis salute.

Quæ igitur nobis placuerunt, & per præsentem sacram declarantur legem: ea programmatis vsa gloria tua, tam in alma vrbe, quàm etiam per prouincias omnibus manifesta faciet, vt neminem nostra lateat munificentia.

DE HÆREDIBVS. Constitutio CLXIIII.

Deo simul

DEo simul & iustitia nihil maius existit. A absque his enim nihil vnquam commodè geri potest, & præcipuè in nostra hac republ. Exinde enim & rectè regnare,& subditos ad beneuolentiã, neque nõ ad summam licet attrahere deuotionem. Eapropter cum & nos diuinitus,perq; iustitiam,Imperij sceptra susceperimus: tametsi multis vndiq; curis implicamur, quo magis & Romani quotidie virtutibus reddantur auctiores,& Barbari deuicti succumbant: non tamen penitus à solicitudine nostra secludimus, ne non in his quæ priuatim vsui esse possint subditis, competens accommodetur prouidentia. Ac cum multa quæ prius confusa erant, ad meliorem statum erexerimus: conueniens esse putauimus & id quod longo iam tempore in successionibus neglectui fuit habitum,ad actionem deo placentem reducere. Cognouimus enim,quòd quidam oberrantes defunctorum perturbant patrimonia,sed neque testamẽta valere sinunt,neque item ab intestato successiones locum capere,mobilibus quidem rebus immittentes signacula,immobilibus vero imponẽtes titulos, vt hac ratione ipsis illorum successio adcrescat, inq; ea decentem aliquem ordinem occupent. Quoniam vero impossibile est in tãta multitudine, exactè ea quæ singulatim in talibus eueniunt, perdiscere: perpulchrum nobis visum est, si generali hæc lege ad certã redigeremus formulã. Propterea sancimus,vt vniuersi citra inuidiam & rebus iuribúsque suis perfruãtur,& ad suos ista transmittant hæredes. Penitus autem nemo omnium illorum inuadat patrimonia, aut horum successores damnis implicet, aut titulos siue signacula rebus præter legum nostrarum placitum imponat. Nam & successiones ab intestato,quo quisque vocatur ordine,confirmamus: & vltimas horum voluntates legitimè consistentes non subuertimus. Si enim sedulo aduigilamus, sumúsque soliciti vt collatores bonis gubernentur legibus, & de eorum incolumitate multo maximam potentia nostra curam sustinet: quomodo non in hanc quoque partem prouidentiam ipsis accommodauerimus, & alacriter nostrum ipsis impertiamur beneficium? hæc etenim placere deo, persuasissimũ habemus,& hoc iustitiæ munus esse asserimus: persuasissimũ quoq; est, Imperiũ per hæc nobis vndique munitum & quietum futurũ.

Connumerator itaque & hæc nostra lex cæteris præclaris nostris facinoribus:& subditi pristinis liberati molestiis,& tanta à potentia nostra dignati prouidentia,deo simul & post illum nobis gratias agant: diuinum numen placantes precibus, vt deuictis hostibus, aliam insuper & maiorem ipsis securitatem impertiamur. Quæ igitur nobis placuerũt,& per hanc sacram declarantur legem, ea conseruanto tam glorioss. sacrarum domuũ curatores,quàm quibus vel maximorum vel etiam minorum gerendorum magistratuum cura,siue in alma hac vrbe,siue item in prouinciis commissa est: publicationem bonorum iuxtà & supplicium formidantes capitis, si sancita nostra transgressi fuerint. Præsentem itaque sacram nostram legem gloria tua in insignioribus locis huius almæ vrbis proponet: sed & vsa ad hoc iussionibus, transmittet in prouincias.

B

GENERALIS FORMA DE PROSPECTU in mare, scripta Dominico glorioss. prætoriorum præfecto. Constit. CLXV.†

† Ita scribendum ex Graeco.

DOcuit nos mater &c. Prospectus in mare, qui intra centum esse pedes solet,non solùm per directum,sed ne per transuersum quidem impediri nouo debet opere. hoc enim præsens forma adiicit,tum Zenonis constitutionem custodiens, tum nouellam interpretans. C

Nouella.clxvj.&.clxvij.&.clxviij. sunt formæ præfectorum,vt notatur in editione Scrimgeriana.

FINIS.

BIU Cujas

TITVLORVM SEV RVBRICARVM COLlationis decimæ Index alphabeticus.

A

DE Adiutoribus Quæstoris. 570.C
de Appellationibus Siciliæ. 592.D
Apud quem oporteat appellationes in quinque prouinciis &c. 577.C
de Argentariorum contractibus. 610.D
de Armeniis, vt & ipsi per omnia Romanas sequantur leges. 541.A

C

DE Comite Isauriæ. 553.C
de Consultationibus. 589.D

D

DE Decurionibus, vt filiis suis decurionibus dodrantem relinquant. 571.C
de Decurionibus. 593.D
de Depositione Anthimi & Seueri &c. 578.C
de Descriptione quatuor præsidum Armeniæ. 568.B
de Donatione mortis causa facta à decurionibus. 592.D

E

DE Ea quæ raptori suo nubit. 628.C
de Ecclesiis constitutis in Africa. 571.B
Edictum ad Constantinopolitanos de his qui luxuriantur cõtra naturam. 618.B
Edictum de formula artificum. 601.D
Exemplum sacræ formæ de appellationibus. ibidem.
Exemplum sacræ pragmaticæ formæ de vsuris. 635.B

G

GEneralis forma de prospectu in mare, scripta Dominico gloriss. &c. 642.B

H

DE Hæredibus. 640.D
de Hebræis quomodo oportet &c. 623.C
de His quæ relicta sunt ecclesiæ Mysiæ. 591.D
de His qui eunuchos faciunt. 619.B
de His qui in Osdroëna illicitas contrahunt nuptias. 630.D
de Hortulanis. 590.B

I

DE Impensis quas fieri oporteat in defunctorum funerationibus. 585.A
de Indulgentia tributariorum reliquorum. 627.B
de Infantibus expositis. 629.D
de Interpretatione à principe facta &c. 617.B

M

DE Moderatore Arabiæ. 596.C
de Moderatore Helenoponti. 554.D
de Monachis & ascetriis. 605.B

N

NE decurio aut cohortalis producatur in ius. 628.D
Ne Iudei, Samaritani & hæretici &c. 583.D
Ne quis cogatur bonis cedere. 609.D
Ne sacræ formæ quæ de causis procedunt &c. 629.B

O

DE Officinis siue tabernis Cõstãtinopolitanæ vrbis &c. 581.C
de Ordinatione episcoporum & clericorum. 613.D

P

DE Patria Iustiniani. 536.C
de Plebeiis prætoribus. 537.D
de Præside Pisidiæ. 542.A
de Prætore Lycaoniæ. 545.D
de Prætore Paphlagoniæ. 558.B
de Prætore Siciliæ. 600.D
de Prætore Thraciæ. 549.D
de Priuilegiis Archiepiscopi Iustinianæ primæ &c. 535.A
de Proconsule Cappadociæ. 561.B
de Proconsule Palæstinæ. 598.B
de Prole partienda inter rusticos. 633.B
de Prouinciarum præsidibus. 636.A

R

DE Releuatione tributorum publicorum. 639.B
Remissio pœnæ illicitè contractarum nuptiarum. 617.C
de Rusticis qui in alienis prædiis nuptias contrahunt. 633.D

S

SAcra forma transmissa &c. de diuersis capitulis. 637.B
de Samaritanis. 620.D
de Sede P.P. Illyrico in Pannoniam secundam &c. in tit. de Priuilegiis Archiepiscopi Iustinianæ primæ. 535.A
de Successoribus eorum qui in Africa degunt. 571.A

T

DE Transitu militum. 603.B

V

VT constitutio sacratissimi imperatoris &c. 592.A
Vt deliberandi ius etiam ad impuberes transferatur. 634.B
Vt ecclesia sanctæ Resurrectionis alienare possit &c. 575.C
Vt ea quæ præfectis aut largitionibus &c. 625.B
Vt matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ sint. 631.D
Vt nullam decætero licentiam &c. 622.A
Vt particulares vsurarum solutiones in duplum computentur. 600.D

FINIS.

BIU Cujas

BIU Cujas

FEVDORVM TYPVS.

Feudorum diuiso vigecuplex.

I. 1 Ecclesiasticum, quod { ab ecclesia datur, ab ecclesia suscipitur, datur, vel suscipitur à clerico non tanquam ab ecclesia.
I. 2 Seculare.
II. 3 Regale
II. 4 Non regale.
III. 5 Nobile
III. 6 Minus nobile
III. 7 Aliqualiter nobile
III. 8 Ignobile.
IIII. 9 Paternum, seu antiquum.
IIII. 10 Nouum.
V. 11 Paternum,
V. 12 Maternum.
VI. 13 Masculinum,
VI. 14 Fœmineum.
VII. 15 Habens propriam naturam,
VII. 16 Habens impropriam.
VIII. 17 Reale,
VIII. 18 Personale,
VIII. 19 Personalissimum.
IX. 20 Iurabile
IX. 21 Non iurabile.
X. 22 Ligium
X. 23 Non ligium.
XI. 24 Annale
XI. 25 Perpetuum.
XII. 26 Diuisibile
XII. 27 Indiuisibile.
XIII. 28 Purum, siue simplex
XIII. 29 Non rectum.
XIIII. 30 Francum
XIIII. 31 Non francum.
XV. 32 Ad omnes hæredes transitorium,
XV. 33 Non transitorium ad omnes hæredes.
XVI. 34 Corporale
XVI. 35 Incorporale.
XVII. 36 De camera
XVII. 37 De cauena.
XVIII. 38 Guardiæ
XVIII. 39 Castaldiæ
XVIII. 40 Quod pro mercede datur.
XIX. 41 In curte domini,
XIX. 42 Extra curtem.
XX. 43 Aduocatiæ
XX. 44 De tabula.

BIU Cujas

Feudorum declaratio.

FEVDORVM DECLARATIO CVM EIVS SOLENNI DECLARATIONE, IN qua multæ ponuntur correctiones, quæ contraria consuetudine inualuerunt, maximè in hoc Christianissimo Franciæ regno, compilata per spectabilem ac egregium virum dominum Petrum Rebuffum, de Monte Pessulano, iuris vtriusque doctorem Parisius regentem.

QVanquam multa in hac materia feudorum scripta reperiantur hincinde dispersa, tamẽ quia variantibus tẽporibus iura & consuetudines variantur, in c.j. de cõsanguinita. & affinita. ita quòd vix in ista materia potest certa dari doctrina vel regula in hoc regno: sed secundum consuetudines locorum & ritus variatur vsus, vt asserit conterraneus meus Ioan. Berbe. in viator. iuris in rub. de feud. in pe. quæstione. ideo breui bonum ratus diuisiones colligere quasdam & consuetudines contra consuetudines feudorum scriptas, nunc in viridi obseruantia in hoc regno existẽtes, iuxta. l. Arriani. C. de hæreti. & cum consuetudines feudorum fuerint vsu hominũ introductę, contrario vsu possunt tolli. §. ex nõ scripto. insti. de iure natura. & ibi docto. & Io. Fab. in §. j. in fi. instit. de his per quos agere possumus. Bal. in l. ij. per illum text. ff. de vulgar. Deci. consi. cclxix. consultus. in col. iiij. numero. viij. & consi. cccxc. quoniam ex facto. col. vj. versi. quinto. quia ius. numero. xij. c. vno. §. filij. in. j. si de feudo conten. sit inter domi. & agna. vasal. Et maxime dominatur in feudalibus consuetudo. c. Obertus. de feud. cogni. glo. l. de quibus. ff. de legib. Guido papa singu. cccccxciiij. Et etiam cũ sint consuetudines locales, non habent nos in hoc adstringere regno, inquit Petrus Iacob. in sua prac. in rub. de succesio. feud. & doctissimus ille do. meus & conciuis. d. Boer. in libro consuetu. Bitur. in. §. ij. de consue. feud. & censual. quod est verum in casibus in quibus reperitur contraria consuetudo: aliàs seruabuntur consuetudines feudorum tanquam ius scriptum, vt concludunt communiter doct. in præludiis feudo. & quia hæc materia est fructuosior & frequentior in Francia & aliis regnis, quàm in Lombardia, quæ caret rege: ideo semper in passione & anxietate erit, secundum Petrum de Ferra. in sua prac. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in prin. sed dicit verum de facto: sed de iure Christianissimus rex noster Franciæ est rex & dux illorum: sed væ illis, cum eum non admittant, sed quotidie rebellent. Sunt etiam causæ feudorum graues, & magni ponderis, magnósq; solent præstare prouẽtus, vt asserit modernorũ facile princeps Ias. in proœ. feu. in prin. & est hodie practicabilis, ex cuius scientia oriuntur nũmi, & transeunt in bursas aduocatorum feudistarum, secũdum do. Io. Sanxon in consuetu. Turo. in titulo, *comment homage se doibt offrir à son seigneur.* in prin. éstque lucrosa materia, vt verbis vtar do. Io. Pyrrhi in consuetu. Aurelia. rub. de feud. c. iij. & quandoq; vnus casus est sufficiens ad ditandum hominem, si in hac materia accidat per vitam. Vidẽdum est ergo quid sit feudum, vnde dicatur, quæ sit eius natura: & demum ad diuisiones & typi declarationem veniemus. Primo quæro, quid sit feudum? Et respon. quòd est beneuola actio tribuens gaudium capientibus, capiénsque retribuendo: in id quod facit, prona, & sponte sua parata. c. vno. versi. beneficium. in quib. cau. feud. amitta. & hanc definitionem posuerunt communiter summistę: quam sequitur Sozi. consi. clxvij. non inutilis. in prin. in. ij. volu. & consi. lxvj. visa donatione. in. iij. volu. aliam definitionem citat Io. Raynaud. in comprehen. feudal. in prin. videlicet, Feudum est beneuola & libera rei immobilis vel æquipollentis concesio cum translatione vtilis dominij, proprietate retẽta sub fidelitate & exhibitione seruitiorum honestorum. & bene dicit, honestorum: quia si feudum concederetur ad seruitium inhonestum, non teneret feudi concesio. arg. text. in. l. si remunerãdi. §. rei turpis. & l. si mandauero. §. qui ædem. ff. manda. & insti. eo. §. illud. Panor. in ca. bonæ. in. ij. numero. xiiij. de postula. præla. nã generaliter nouimus turpes stipulationes & concesiones nullius esse momenti. l. generaliter. ff. de verb. oblig. Petrus de bella pertica in suo tracta. de feud. in. j. quæst. Sequitur & Franc. Curtius in suo tracta. de feud. in. j. parte, quæst. vj. vbi dicit septem esse requisita: quæ latius extendit vir magni consilij. d. Io. le Cirier, in tractatu de iure primogenituræ. q. iiij. lib. ij. in ver. possesio. col. ij. nec vasallus in factis turpibus tenetur domino obedire. arg. l. hæ demum. & l. eius. ff. de oper. liber. c. domino guerram. ibi, iuste. in princi. hic finitur lex &c. idem tenet Pet. de Ferra. in sua pract. in forma libelli quo agitur ad reuoca. feud. in principio, ponens ibi aliam definitionẽ. & Barba. aliam in rub. de feud. col. iij. & Petrus de bella pertica in. d. tracta. de feud. in princ. ponit tres. Sed Benedic. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorem. in. iij. decisio. nume. ccccxxiiij. extra de testa. sequitur definitionem. Io. Raynaud. licet Io. de Selua in suo tracta. de beneficio. in. j. quæst. j. partis alias definitiones ponat: tamen Ias. in præludiis feud. & nouissime. d. Bartho. de Chassa. in consuetud. Burgund. in rub. *des fiedz*, sequuntur definitionem. d. Ray. & Io. Sanxon vbi supra in prin. dicit eam esse

A veram in genere, sed non specie pro feudo nouo, vel antiquo. late tradit in omni censura doctissimus vir. d. Claud. Aquen. in specu. feud. rub. de definitione & inuentione feudi. vbi sic definit: Feudi est concesio rei habilis pro fidelitate. Quia periculosa est omnis definitio. l. omnis definitio. ff. de regu. iur. ad alia transeo. Et hoc feudum vocatur beneficium in. §. beneficium. si de feud. defuncti conten. sit inter do. & agna. vasalli. c. vno de feud. fœminæ, & de benefic. fra. cum similibus. sequitur Curtius in. d. tracta. de feud. in. j. parte. quæst. xj. Et sic infertur quòd archiepiscopi, episcopi, & alij prælati, pro eorum beneficiis possunt nominari vasalli papæ nam suos episcopatus à papa quasi in feudum habent, & eidem iurant fidelitatem, in ca. ego. N. de iureiuran. Alua. in prælud. feud. in. xix. diuisio. Hodie etiam iurant episcopi fidelitatem regi Franciæ, qui in prędictis episcopatibus & pręlaturis ac dignitatibus electiuis habet nominationem in. d. regno: vt habetur in concordatis in rub. de elect. & maxime si episcopatus sit in partibus limitrophis: vt dico in. d. auth. habita, vel de regalibus in ca. generali. de elec. ponit Io. Ferault in tracta. de iuribus Franco. regis. in quinto

B priuilegio & decimo, vbi limitat ratione rerum temporalium & feudorum habere verum: secus in aliis. Item feudum potest grauis appellari: vt not. Bald. in prælud. & Curtius cõsil. xlix. nume. xlvij. & lxviij. & hic contractus feudalis quo ad nomen erat incognitus ante lib. feud. sed per consuetudines fuit baptizatus, vt sentit Lucas de Penna in. l. j. coll. ij. C. de pet. bono. subla. lib. x. Ange. in consi. cx. incipien. sanctissima. in princ. & Benedic. in. d. ver. & vxorem. vbi. ẽ. Claud. Aquen. in specu. feud. quæstio. iij. Sed contrarium tenuit. d. Vdalric. Zasius in sua solenni repe. l. ij. in ver. curias. ff. de origine iuris. Secundo quæritur, vnde dicatur feudum: Et respõ. secundum communem opinionem docto. quòd à fide seu fidelitate. cap. vno. §. fi. per quos fiat inuestitu. vel dicitur à fidei datione: quia non debet aliqua inuestitura fieri ei qui fidelitatem recusat facere. cap. j. ẽ. eod. Petrus de bella pertica vbi supra in. ij. quæstio. Host. in sua summa, rub. de feud. §. vnde dicatur. Bolog. in addi. ad Io. de Ana. in consi. vij. incipiente, Visis. Panor. consi. lxxxij. quanquam in his. col. j. in. j. volu. Corne. consil. xvj. aperta fronte. col. prima: volu. primo. Claud. Aquen. in specu. feud. in. ij. quæst. d. meus conciuis. d. Boërius in consue. Bitur. in. §. iij. de consuetu.

C feud. Io. de terra rubea in tracta. contra rebelles regni, arti. ij. tertij tracta. (& ista vocabula feudorum inculta satis, ac barbara, restaurauit linguæ Latinæ meritissimus. d. Budæus in annota. in Pandec. in l. Herẽnius. ff. de euict. & sequutus est Io. Pyrrhus in cõsue. Aurelia. rub. de feud. §. j. nec omisit admodum subtilis vir. d. Vdalric. Zasius in repet. l. secundæ, in verb. curias. ff. de origine iuris) limita nisi feudum esset eo modo acquisitũ, vt nulla fidelitas præstetur, vt ibi tenet Host. nam ex pacto potest contractus immutare naturam. l. naturalis. §. penul. ff. de præscript ver. l. contractus. ff. de reg. iur. sic & feudum. & licet in quolibet actu fides esse debeat, quando alienam fidem sequimur. l. j. ff. si cer. peta. in feud. tamen per excellẽtiam debet fides consistere, cum dominus suo vasallo quodammodo personam, honorem, & bona committat. c. j. de noua forma fidelita. Bal. Aluar. & Ias. in prælud. feud. col. iij. & ibi Io. Raynaud. in suo comprehen. ij. quæst. Deci. consi. cccxxiij. consuluit. in prin. ideo feudatarius à feudo dicitur, & vocatur fidelis & valuasor, quasi dignus stare ad valuas domini, & eas intrare propter beneficium quod à domino accepit: vt tenet Alua.

D in. c. vno. §. j. quis dica. dux. d. Bartho. de Chassa. in consuetu. Burgund. in rub. *des successions des bastardz.* §. v. numero. lxvj. in consilio. Et quomodo sit præstanda fidelitas, ponit glos. in. d. c. j. in fi. per quos fiat inuesti. Petrus de bella pertica vbi. ẽ. quæstio. ij. Specu. eo. titu. §. quoniam. versi. j. & versi. in plerisque. sequitur Curtius in. d. suo tracta. feud. quæstio. vij. primæ partis. & d. Boërius in consuetu. Bitur. in. d. §. iij. vbi in ea præstanda ponit differentiam inter nobilem & ignobilem: quia ignobilis in fidelitate non admittitur ad osculum pacis à domino, sed nobilis sic, etiam si à rege inuestituram accipiat. idem Io. Sanxon in consue. Turo. in tit. *comment homage se doibt offrir.* in princ. & Bonus de Curtili in tracta. nobilita. in. v. parte. in. xlvij. nobilium priuilegio. Corset. in repet. c. grandi. in no. in verbo, fidelitatem. nume. lxviij. & seq. de suppl. negli. præla. d. de Chassa. in cõsue. Burgun. in rub. *des fiedz*, §. ij. glo. *faire recongnoissance.* & in magno consuet. rub. *du serment de fidelité.* Est etiam differentia inter clericos & laicos: quia laici tenent manus inter manus regis quãdo iurant fidelitatem, vel inter manus cancellarij: episcopi vero iurãt stola posita ad collum, & manibus ad pectus: vt tenet Ioan. Ferault in tracta. de iuribus

Franco.

BIU Cujas

Franco. regis in decimo lilio. Et hæc fidelitas in decem consistit quæ ponuntur in.c.ego.N. de iureiuran.c.j.de noua forma fidelitatis.cap.de forma.xxij.q.v.late explicat Ioan. de terra rubea in suo tracta. contra rebelles regum. articu.iij.tertij tracta. versicu. pro declaratione. Notandum est tamen quòd istud iuramentum fidelitatis est quadruplex.Primum sit ratione feudi,de quo per totum librum feudorum. Secundum præstatur ratione familiaritatis,seu officij: vt si aliquis sit magister hospitij, vel camerarius, aut aliud habeat officium: vigore officij tria iurare tenetur: primum,quòd iuxta posse saluabit vitam, membrum, & rectum domini honorem: & eius mentem,id est,secretum non reuelabit.c.vno.§.si vero domesticus.qualiter vasal.iura.debeat fidelita.do. Tertium iuramentum præstatur ratione habitationis, eo quòd Hispanus vel alius exterus habitat in Francia, tenetur Christianissimo regi nostro Franciæ præstare fidelitatem postquam rex illum permittit terram suam habitare. not.Lucas de Penna in.l.deuotum. col.j.C.de mera.lib.xij.Alber. Brunus in consi.xxxv.in causa.col.j.& col.iiij. Et hæc fidelitas est hodie in vsu,vt dicit se practicasse Guido papa in suis decisi.quæst. cccvij. & forma iuramenti ponitur in magno consuetudina.lib.iij.rub. *du serment des aulbains*.nam albini dicuntur quasi alibi quàm in regno nati. inde ius albinagij in Francia est illud ius quod rex habet ad omnia bona in.d. regno acquisita capiendum per.d.exterum. de quo glos.in verbo,liberius. de colla.in pragma.sanctio.vide glo. in procem.in verbo,exterorum.& Benedic.in.d.ver.& vxorem.numero.M.xlij. &.d.Boer.in.§.fi. de testamen.in consuetu.Bitur.d.Bartho. de Chassa.in.d. consuetudina.in rub. *des confiscations*.§.j.nume.xxxvij. Et nõ solum exterus debet fidelitatem præstare, immo etiam quilibet subditus regni. ej.qualiter vasal.iura. debeat fidelita.& in extra.ad reprimẽdum. & reuerentiam.c.regum.in fi.xxiij.quæst.v. &.j.Petri.ij.c.Regem honorificate.sequitur Ioan.de terra rubea in tracta.contra rebelles regum.articu.j.tertij tracta.& Ioan.Pyrrhus in glo.ad consuetudi.Aurelia.rub.de succesio. ca.xiiij. Quartum iuramentum est, quod tenentur præstare illi qui tenent & possident prædia in territorio seu iurisdictione alicuius domini, & vocatur iuramentum fidelitatis,& assecurationis. c.j.qualiter vasal.iura. debeat fidelita.& ibi dicunt docto.quo ad hoc iuramentum consuetudini standum esse. ita tenet Iaco. de sancto Georgio in trac. de feudis, in ver. qui quidem inuestitur. vbi latius ponit.vide. Et ista fidelitas quatuor personis est seruanda,videlicet imperatori cœlesti, id est deo. secundò imperatori terrestri in suo imperio, & regi Franciæ in hoc regno.tertiò domino seculari.quartò proximo suo.ita no. Petrus de ferra. in sua prac.in forma libel. quo agitur ad reuocatio.feudi, in princi. Item alia est fidelitas quæ debetur à coniuge. c.debitum.de diga. alia quæ debetur à quolibet amico ad amicũ. Io.de terra rubea vbi.s.arti.ij. tertij tractatus. Notandum est tamen quòd hoc iuramentum fidelitatis non præstatur per procuratorem.casus singu.in.c.vno.§.verum.de sta.regula.lib.vj.secundum Roma.sing.ccccccxcviij.quia hoc iuramẽtum debet præstari per verbum, ego talis.N.c.j.de noua forma fidelita. & verbum ego,importat industriam personæ.xxij.quæst.v.c.de forma.& habetur Iob.c.xix. Quem visurus sum ego.sequitur Bald.in.l.j.ff.de re.diuisio.limita,nisi dominus consentiat.d.§.verum.quia tunc reuerentia quæ præsentialiter & personaliter debet exhiberi. l. si non sortem §.libertus.ff.de condic. indebi. fiet per nuncium. Secundo limita, quando fidelitas esset præstanda per vniuersitatem, quia tunc per syndicum potest præstari,vt tenet Bal. & alij in.l.ij. §.ex his.ff.de verb.oblig.Tertio fallit in episcopis.§.episcopis.de statu regu.s.alleg. idem tenet Stepha. Maleretus in trac. de electio.fo.xlviij.vbi plene. Quis possit infeudare,seu in feudum concedere:& dic quòd omnis qui non prohibetur iure.Petrus de bella pertica in.d.tract. quæst.iij. & Hosti. in summa de feud.§. quis possit.quod intellige, si habeat liberam bonorum administrationem: vt no.in.c.j.§.noui. per quos fiat inuestitura. sequitur.d.Io. Sanxon vbi supra: ideo vasallus non potest in re feudali imponere censum seu annuam præstationem vel aliam seruitutem sine domini consensu:alioquin dominus feudum poterit reuocare,vasallo etiam contradicente: Io.Masuer. in prac.sua,rubri.de feud. versi.Item vasallus in re feudali. Per quæ iura debeat terminari quæstio feudalis?Et respon.quòd si in inuestitura iuramentum est interpositũ,debet decisionibus iuris canonici decidi, vt tenet Bal. in.c.imperialem.§.fi.col.iij.de prohi.feudi alie.per Frideri.& hoc si ius ciuile & canonicum inuicem contradicant,secundum eum,& Alexan.consi.v.si vera sunt.col.iij. in.v.volu. argu.c.nouit. de iudic. Si iuramentum non erit interpositum, per iura ciuilia & consuetudines feudorum decidetur,secundum Bal.in.l.liberti.in vlti. col.C.de oper. liberto. & in consi.clxxxiij.factum sic se habet. in iij.volu.&.clxxxviij.factum tale.eo.li.& refert Catellia. Cotta in secunda parte memoralium,in ver.feu.quæstio. & confert ad decisionem multarum quæstionum,secundum Cur. in suo trac. feu-

A do.in.j.parte. quæst.vlti. Et quis sit iudex in feudis, ponunt doc. in.c.cæterum.de iudi. Hosti. in summa huius tituli.§. apud quem. docto. in.c.vno.apud quem vel quos cõtrouer.feudi terminari debeat.Io.Raynaud.in cõprehen.feuda.in.§.præterea si inter duos. numero.v.& seq.& ibi alij docto. Nico. de Milis in reper. in ver. feudum.q.sexta. & ibi in additio. & Curtius vbi supra in septima parte.Plene Soz.in.c.ex transmissa.de fo.compe. Tertio quero, quæ sit natura feudi? Respon. quia dominus qui concedit, retinet sibi directum dominium,in.cap.vno de natura feud. & in.c.j. in fi. quib.modis feud.amittatur.sequitur plene Curtius in.d.trac.in.j. parte quæst.sexta. col.ij.Secũdo vtile dominium in vasallũ trãsit: quia potest vindicare rem feudalem.§.j. de inuestitura de re alie. facta.& sic est quasi dominus,aliàs non vindicaret.l.Quintus.§. argento.ff.de auro & ar.leg.Ias.notat in.§.sed istæ.nume. lviij. instit.de act.gl.in.c.vno.in ver.de suis. per quos fiat inuestitu. idem tenet Io.Berberi.in viato. iuris in.x.q. huius tituli. Bald. in Marga.in ver.feudum. in.ij.quæst.c.j. §.præterea. & ca.Corrad. & in quib.causis feud.amittatur. Panor. in.c. si diligenti. in.iij. no. de præscrip.Pet.Iaco. in sua prac.in libello de rei vindica. quæ competit ratione vtilis dominij in quinta positione. Feli. in.c. quæ in ecclesiarum.numero.lxix.de consti.Deci.consi.cxciij.& pro tenui. &.cclxix. consultus ab illustri. nume. vij. &.ccclxxxix. visa longa serie.colum.iij.nume.vj.Curtius vbi supra col.iij. primæ partis.d. Io.Sanxon vbi supra artic.j. Io.Pyrrhus in consue. Aurelia.c.j.de feudis. Quod intellige si fiat inuestitura realis, id est traditio. secus si verbalis,quæ aliàs vocatur abusiua, in.c.j. & ibi docto. quid sit inuestitura. sequitur Guido papa in decisio. Delfinal. q.ccciiij. &.d.Ioan.Sanxon in.d. consuetu. in rub. *de pied de fied*. articu.v. fo.lxxj.& Alber.Brunus consil.j.&.ij.col.iiij.Tertio,si vasallus seruitium constitutum domino non exoluerit, cadit à feudo. c.j.qui. modis feud.amittatur.intellige tamen si fuerit requisitus:nam domino offerre se non tenetur,nisi illi magnũ periculum videat imminere.§.& si vasallus.&.§.licet.si de feudo defuncti cõten. sit inter do.& agna.vasal.Petrus Iaco.in rub.quib.causis feudum amittatur.col.ij.ver.decimo,si non seruiat.&.§.illud.de prohibita feudi aliena. per Frideri. Idem si vasallus inimicos domini recipiat, dando eis transitum per terras suas, quando poterat resistere:& victualia.nam tunc feudo priuatur.glo.in.c.de forma. in ver. munitionibus.xxij.q.v.sequitur Io.de Ana.consi.vij. visis & ponderatis.col.iij.& seq.Causas ob quas quis feudo priuatur,vide per Pet. de bella pertica in.d.suo tracta.de feud.quæstio.ix-xxij.tradit Io. Raynaud.in comprehen. feuda.in.§.fi.cap. imperialem. de prohibita feud.alie.per Frideric.Petrus de Ferra. in sua pract. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in ver. nec superstitionis.Iaco.de sancto Georgio in suo tracta.de feud. in ver. dictique vasalli.d.Boeri.in.§.xv. de consuetu.feud. & censua. in consuetu. Bitur. & late Curtius in quarta parte trac. de feud. vbi cumulat quadraginta causas priuationis feudi. Quinto,feudum sine domini voluntate alienari non potest,in ca.imperialem.in prin.de prohibita feud.alie.per Frideric. quia seruitia possent subtrahi, vt ibi dicitur.& in ca.quæ in ecclesiarum.de consti.immo si alienet,perdit illud,vt ibi.& no.Areti.consi.xiiij.incipiente, viso &c. & plenissime Albertus Brunus consi.cxj. incipiente, magnifice domine &c. Intellige alienantem priuari feudo,si dominus voluerit.aliàs secus.Alex.consi.clxxiij.viso themate.in secundo volu. Deci.consi.clxxxv.vlterius. in.ij.dubio. &.cxxxviij. & diligenter vide text. bene facientem in.l.j.§. sed & quoties. ibi, si velit alius fideicom. ff.ad Trebel.l.cogi.§.Metianus. illo tit.l.ij.col.ij.C. de iure emphyteuti.& ibi Ias.Sed puto in hac materia quatuor tempora considerãda,antiquius,antiquum,nouum & nouissimum. De iure antiquiori poterat mediam partem vasallus alienare.§. aut si liuellario.& seq.&.§.fi.quib.modis feud.amitta. &.§.j.de aliena. feudi.iure antiquo non poterat alienare,nisi per viam libelli vsque ad medietatem,vt de aliena.feud. in princi. sed iure nouo est prohibitio alienationis indistincte: vt in.d.§.j. de prohibita feud. alie. per Frideric.Iure tamen nouissimo siue consuetudinario hæ consuetudines feudorum in regno Franciæ non sunt allegandæ, cum contrarium obseruetur.Pet.Iac.in sua practica.rubrica de succesione feud.columna.xxvij. versicu. modo in summa. & sic vasalli licite in hoc regno Franciæ alienant feuda consuetudine dictante & approbante,secundum eum in rub.de condic.ex lege,imperialem.§.callidis.col.ij.& habetur in magno consuetudi.rub. *des coustumes des fiedz*. versic. de iure feuda. Guido papa in decisio. Delfina.quæst.lix. & quæst.ccxcvij. & hæc consuetudo est hodie vniuersalis in regno,vt asserit.d.meus & conciuis.d.Boer.in.§.ij.&.§. xxiij.de consuetu.feud.& censual.& Benedi.in repe.c.Raynutius, in ver. & vxorem. nume.clxiij. de testa. d.Io.Sanxon in consuetu. Turo.titulo, *comment homage se doibt offrir à son seigneur*. in.xxxvj. conclu.& in tit. *de pied de fied*. articulo secundo.& quòd talis consuetudo valeat,tenet Bal.consi.clxxxv.li.j. plene & consi.cccxviij.

BIU Cujas

quidam.lib.ij. Dec.consilio. cclxix. consultus. nume.viij. & consi. ccviij.ad clariorem.nume.ix. Et non solum vasallus priuati potest feudum alienare,sed etiam eccle.vasallus,dummodo eccle.nō sen tiat damnum ex illa alienatione,vel lucrum non amittat, puta lau dimium,aut aliud commodum,secūdum Ioan.Fab.in.§.j.insti. de re.diuisio.& in.§.j.insti.de emp.d.Boër.in.d.§.ij. etiā domino inuito,vel ecclesia.Ioan.Raynaud.in comprehen.feud.in.c.imperialem §.j.nume.xxvij. Ioan.Berberi. in viator.iuris.q.xj. de feudis. versi.hodie tamen in ista &c.Petrus Iaco.in sua prac.rub.quib.mo. feud.amitta.immo tenet idem Pet.Iaco. in forma libelli ꝓ re feudali.in.ij.forma.co.ij.fō.xvij.dominum posse cogi, si requiratur ad cōsentiendum dictæ alienationi.& sequitur.d.Barth. de Chassa.in consue.Burgundiæ,in rub. *des fiedz.*§.octauo. habebit tamen ius prelationis seu retētionis dominus.§.porro qualiter olim feu. poterat aliena.l.iij.C. de iure emphyteu. & ibi nota. & Petrus de bella pertica in suo trac. de feu.quæst.octaua. sequitur.d.Boër.in §.j.de consuetu.retentio.rerum feuda. in glo.ad consuetu. Bitur. Ecclesia vero non habet retentionem secundum eum: quod est be ne notandum,& sæpius fui interrogatus. Intellige tamen supradi cta procedere quando ille in quem fit alienatio,vellet subire omne ius feudi,aliàs secus.Bar.in.l. murileguli.C. de murilegu. lib. xj. Feli.in cap.quæ in ecclesiarum. de constitutio. item requiritur quòd ille in quem alienatur, sit eiusdem conditionis sicut primus vasallus alienans.qui si est nobilis,nō potest alienare in plebeium. l.neutris.C.de committend. stipul.l.ij. de fund. limitro. lib.xj.§. similiter.de lege Corrad.Ioan.Masuer. in rub.de feud.versi. item dominus. maxime feudum superius videlicet feudum comitatus secundum Alber.Brunum consi.lx. dilecte nepos. hodie de generali consuetudine regni Franciæ alienantur feuda habenti pecunias,siue sit nobilis,siue villanus : vt asserit.d.meus in.d.§ secundo supra allegato. & oculata fide videmus,ideo nō est opus probatione. Quod est verum, si sit feudum inferius,secus si superius, vt feudum marchiæ, vel aliud simile : quia non posset in rusticum sine domini superioris consensu alienari. Albertus consi.lx. Sexto debet vasallus intra annum petere inuestituram à domino, nisi fuerit miles, quia habet & mensem.c.vno, quo tempore miles inuestitur.pete.debeat.& ibi Bal.& alij.&.c.vno.quæ fuit prima causa benefi.amittend. & si intra illud tempus non petierit feudum, perdit. cap.imperialem.§ præterea. in primo. de prohibita feud. aliena.per Frideric.c.vno. in princi. de capi.Corrad.Calder. consi.vj.&.vij.de feud.Cardina.consi.cxxviij. Deci.consi. cccxlj. in fi. incipiente,viso.Guido papa quæstio.clxiiij.cum sc. in suis decisio. quem vide quæst.ccccliiij. ponentem quatuor requisita ad hoc vt possit agi ad commissum . vide Albertum Bruuum in consiliis factis in materia feudali,consi.xlij.incipiente,cum quæritur &c.hodie est consuetudo generalis fere in toto regno, per quam nullus vasallus ob inuestituram non petitam feudo priuatur : sed potest dominus ad manū suam ponere feudum,& fructus leuare, & suos facere,quousque vasallus præstiterit fidelitatem. Istius consuetudinis non fuit nescius. d.Boer. in titu. de consuetud. feud.§.vj. & xv. quem sequitur do. Ioan. Sanxon in consuetud.Turo. in titulo *comment homage se doibt offrir à son seigneur.* in prin. & articu.iij. & d.de Chassa.in rub. *des fiedz.* in prin.& glo. *dedans lan.* nume.xij. ante tamen quadraginta dies nō poterit dominus leuare fructus, vel ante proclamata facta,secundum varias consuetudines. nam Pictauis requiritur proclama statuens tempus vasallis ad inuestituram faciendam. ita vidi in consuetu.Picta.rub. *de la distinction des iurisdictions.* arti.xc.in aliis locis cōmuniter statuuntur quadraginta dies,vel plus,vel minus,secūdum varias consuetudines,vt Ioan. Masuer. dicit esse in Aluernia,in rub.de feudis.in versic. item dominus feudi.& Parisiis,vt continetur in magno consuetud.rub. *de sayſine en fied.* versi.nota.fo.ix.Bituris, in.§.vj. de consuetu. feud. Burgundiæ,in.§.j.in glo. *dedans lan.*& ita fuit prolatum arrestum Tholosæ,vt in eius stylo patet in.iiij.parte, arresto.lxxiij. & idem Parisiis,vt continetur in quæstio. per arresta. quæst.cxviij. arresto primo. quod est notandum . Inoleuit præterea consuetudo in hoc regno,vt recognitiones fiant tam in re feudali,quàm in re emphyteuticaria in decennium, quod dicunt de decennio in decennium, vt asserit conterraneus meus Ioan.Berber. in viato.iur.in.d.tit.de feud.q.xij.versi.& nota verbum &c. Septimo,fœmina in feudo nō succedit ex cōsuetudine libri feudorum.c.vno.§.filia.de successio. feudi.c.vno an mutus vel aliàs imperfectus.in fine.latè Roma.cōsi.j.& ibi asignat multas rationes. & Bal. in.l quoties. C. de suis & legiti.dicit esse rationem præcipuam, quia fœmina non ita bene potest defendere dominum in bello , vel aliàs seruire sicut vir: ergo nec feudum habebit,cum detur ob seruitium. cap.vno.quib. mo.feudum amitta.hāc rationem citat Benedi. in repet.c.Raynutius. in ver.duas habens.nu.iiij. &.xv.de test.sequitur.d.de Chassa.in consuetu.Burgun.in.§.quinto.numero.xxvij.& seq.Soz.consi.xix.pro decisione.colum.j.lib.j. & consi.cclvij.visis inuestituræ. A in.ij.volu.Corne.consi.xvj.aperta.in primo volu.Idem tenet Deci.in regula,fœminæ.in.xxxix.speciali.ff.de reg.iur.Iaco.de sancto Georgio in tracta.de feudis,in ver.& fœminis. Curtius in.d. tracta.in tertia parte.q.j.Ange.de Claua.in sua summa.in verbo feudum.in primo nume.vij.& Deci.consil.xxxij. & pro tenui. & lxxxv.& diligenter.&.cxxxix.& diligenter.&.ccviij.ad clariorē. & consi.cccxc.quoniam.Alber.Bru.consil.iiij.refutationem.in fi. &.viij.circa priu.col.iij.& est consilium Iasonis.Hodie ex cōsuetudine generali huius regni sicut masculi succedunt authore Petro Iaco.in sua practi.rubr.de successione feud.co.iij.ver.in illis enim locis.& versic.sequen.idem tenet Bernard.de Bustis in suo mariali in.xij.parte,sermone primo,in prin.magnus ille scientiæ & consuetudinis thesaurus.d.Boer.in.§.secundo. de consuetudi. feud.&.§.septimo.sequitur.d.Ioan.Sanxon in consuetudi. Turonen.in titu. *des successions des fiedz* articu.xiiij.& rubr. *comment homage*.articu.j.conclu.vlti.& in possesione feudi per iudices sunt manutenendæ,vt pulchre scribit Albertus Brunus consi.j.&.d.de Ripa in libro primo respon.de legibus.c.primo.nume.lxx.& idē in collateralibus censet integer consuetudinarius.d.Boer. in dicto.§.sexto.& Benedictus vbi.s.in versi.& vxorem.nu. cccclxiij. &.ccccclvj.quia in dicto regno feuda sunt redacta instar patrimoniorum secundum prædictos, & Ioan.Fabri.in auth.ingressis C.de sacrosanctis ecclesiis.Guido papa consil.xviij. super casu.& consi.ccxiiij.circa materiam.Ioan.Raynaud.in sexta diuisio.in loco sæpe allega.Ioan.Sanxon in titulo, *du pied du fied.*articu.secundo.&.xij.& Ioan. *le cirier* in tract.de iure primogenituræ.libro.ij. q.iiij.in ver.possesio.col.ij.& supra dixi.immo hodie contractus feudales sunt redacti instar omnium aliorum contractuum, teste Ioanne Berber.in.d.titu.de feud.iij.q.immo etiam succedunt ex mulieribus descendentes.Guido papa decisio.Delfinat.parlamēti.q.lix.& quæst.ccxcvij.& Francis.Mingon in consuetudi. Andega.in tertia parte.licet in aliquibus partibus, vt vidi,non succedit fœminæ extantibus masculis.sed quod supra dixi est communis. vide tamen vnum casum in quo de consuetudine feudorum mulier succedit:per Roma.sing.clxxvij. & septem casus vide per eum consi.cccxlvij.circa prin.& octo per Iacobum in.d.ver.& fœminis. & doc.in.d.§.filia.quinquagina quæstiones in hac materia vide per Bal.in l.j.ff.de rerum diuisio.& Curti.in tertia parte.quæst.prim. Vltimo vasallus tenetur seruire quando est à domino requisitus, B C aliàs non:& ideo fiunt hodie proclamata siue *criees au ban*,& indatur in cap.vno.§.fi. an ille qui interfec. fratrem do. sui,feudum amittat. sequitur.d.Ioan. Sanxon in consuetu. Turo. in rub. *comment homage &c.*arti.j.conclu.xviij.fo.lxij. Et quando fiunt ostensiones,quas vulgari sermone *monstres* appellamus,si vasalli & milites non recipiunt solutionem,quia recusant, nō poterunt postea petere,secundum Bar.& patruum meum Reb.in.l.fortissimi. per illum text.C.de eroga.milita.anno.arg.l.nulli. illo titulo citat.d. Bartho.de Chassa.in consuetud. Burguud. in.§.iiij. in glo. *nouelle cheualerie.* in nouis additio. ideo communiter solutiones fiunt in ostensionibus pro tribus mensibus , nisi fraudentur per thesaurarios , vt vidimus sæpius fieri : quare multæ domus nobilium sunt fere destructæ,& thesaurarij mali hodie ad furcas patent:ad quas ostensiones potest compellere suos milites & armigeros capitaneus,teste Luca de penna in.l.fi.col.viij.C.de re milita. lib.xij.vide Ias.in.l prætor.§.si aliquādo.ff.de noui oper.nun. Notandum est tamen quòd hodie vasalli non tenentur ad aliquid dandum vel faciendum domino suo, nisi ad expressa in sacramento fidelitatis,quæ sunt septem,in.c.de forma.xxij.quæst.v.c.ego N. de iureiur. cap.vno.de forma fidelita.& pulchre declarat.d.de Chassa. D in.§.quarto.in glo.j.rub. *des fiedz.* & Petrus Iaco.in sua pract.rub. de feud. successio.col.ix. versi. dico ergo quòd vasallus.Alia quæ sunt de natura feudi , ponit text. & ibi doc. in cap.vno de natura feud. & Siluester de Prierio in sua summa in versi. feudum. in.j quæst.& in hac materia vide.xxxv. regulas per Ioan.Baptistam in repe.c.primi.col.ix.cum sequen.de feud. cognitio. & ibi ponit casus in quibus feudum ab emphyteusi differat & concordet, vltra Ias.in.l.j.C. de iure emphyteu. &.xxxvj. conclusiones citat. d.de Sanxon vbi supra, in rub. *comment homage.* articu.j. vide Benedic. in repe.C.Raynutius. in ver. & vxorem. in quarta decisio. numero.ccccxlvj. cum sequen. de test. non omittas videre quæ cumulatè licet quandoque remissiue ponit.d.meus in glo.ad consuetu. Bitur.in rub.de consuet.feud.& rub.seq.Nunc se offert vltimum, videlicet quotuplex sit feudum. quòd sit tantum duplex, ex dicto Philos.complectitur,dicentis quòd quælibet diuisio debet esse bimembris,vel ad bimembrē reducibilis. citat Petrus de Besutio, & Ias.in repe.l.re coniuncti.ff.de lega.iij.& Lācelo.Polit.in tractatu subst.in prin.ideo Curtius hoc perpendens, in suo tracta.feudorū q.viij.primæ partis duplex dicit esse feudum, videlicet proprium & improprium.Sed vt iuuenes clarius intelligant,procedo per diuisiones, insequēdo doctrinā iurisconsul.in.l.j.ff.de doli exceptio.

Bal.&

BIU Cujas

Feudorum declaratio.

Bal. & aliorum: ideo prima diuisio est, quia feudum quoddam est ecclesiasticum, aliud seculare. hanc diuisionem ponit Raynaudus & Aluaro. in proœ. feudo. & Pet. Iac. in rub. de causis ex quibus do mi. debet amittere proprietatem, in prima diuisione. Petrus de Ferra. in sua pract. in forma libelli quo agitur ad feud. reuoc. in ver. ac nomine recti &c.

1 Ecclesiasticum est triplex. quod ab ecclesia datur, qđ ab ecclesia suscipitur: aliud quod datur vel suscipitur à clerico non tanquam ab ecclesia. & de hoc loquitur tex. in ca. vno de clerico qui inuestitu. accepit. §. fin. de capitu. Corrad. c. j. qui feudum dare possunt. Berber. in. ij. q. Alua. in. v. diuisione. & Ias. in. xj. in præludiis feudorum.

2 Seculare est, quod à seculari principe vel domino recipitur. §. marchio. qui feudum da. possunt. vt si Christianissimus rex Francorum inuestiat aliquem de marchia vel comitatu: & de hoc feudo maior pars libri feudorum loquitur, & plus q̃ de ecclesiastico: & hæc probantur in prælud. feudo. in vltima diuisio. per Bald. sed quia nobiliora sunt præmittenda. §. fi. insti. de iure persona. ca. sedes. & ibi doct. de rescript. Decius in cap. auaritiæ. de preben. ideo præmisi hanc diuisionem, sicut facit Obertus de orto. ca. vno, qui feudum dare possunt. & quia ecclesiasticum est nobilius, arg. c. solitæ. de maiori. & obed.

3 Secunda diuisio. quoddã est regale, aliud nõ. Regale est, quod à rege vel imperatore recognoscitur immediate, vt est feudũ marchiæ, ducatus, comitatus, vel alterius dignitatis regalis. ideo vicecomes Tureuæ, vel comes Fuxi possunt dicere habere se feudũ regale. ca. vno. quis dicatur dux march. vel comes. Vel potest imperiale dici: vt no. Ioan. Berber. in. d. ij. q. de feudis. & duobus concurrentibus vocatur regale: primo, ꝙ sit dignitas, puta regnum, marchia, comitatus vel ducatus. secundo ꝙ ab imperatore vel rege nostro concedatur, vel alio non recognoscente superiorem. tenet Curtius in tract. de feud. in prima parte quæst. viij. col. ij. Occasione præmissorum quæro de quæstione, an rex Franciæ possit alienare ea quę sunt regni. & Bal. in proœ. C. & in prima constit. cõcludit ꝙ non, abdicando à se omnem iurisdictionem, dignitatem, dominium, & nihil sibi retinendo, quia esset principatum seu regnum deformare: quod non potest rex facere: imò si retineret sibi directum dominium, adhuc non valeret, si in regni detrimentũ vel incommodum tenderet. arg. l. in summa. ff. de pecul. Corse. in ca. grandi. de supplenda negligen. præla. lib. vj. Panor. in ca. intellecto. de iureiur. & in ca. abbate sane. de re iud. lib. vj. Ioan. Sanxon in consue. Turonen. in rub. *de pied de fied.* articu. ij. & in rub. *des donaisons entre gens nobles.* articu. sexto. d. Boer. in addi. ad Benedict. plamb. in. l. inuitus. ff. de fideicommiss. liber. etiam cum iuramento, per text. in. d. ca. intellecto. & successor posset reuocare. Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Bald. in cap. licet. col. sepiima. de probatio. Feli. in cap. ad audientiam. colum. secunda. de præscrip. Deci. in ca. j. co. quarta. de probatio. imò fortius rex non potest inuitis ciuibus suis alienare vnam de ciuitatibus sui regni. Hosti. in ca. dilecti filij. de maio. & obe. & ibi Inno. & Feli. Oldra. consi. ccxxxj. vt eius. Alexan. in addi. ad Bar. in. d. §. plane. Bal. in ca. si quis miles. quo tempore miles inuestitu. petere debeat. ca. vno. §. in generali. si de feudo defuncti conten. sit inter do. & agna. vasal. Ioan. de pla. in. l. fin. C. de loca. prædio. ciuil. lib. xj. Panor. consi. tertio. colũ. xviij. in. ij. volu. Guido papa in decis. Delfinalibus quæst. ccxxxix. Aufrer. in decis. capel. Tolosa. q. cccclxxxv. Iason in §. item Seruiana. co. xviij. instit. de act. nume. cv. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. l. debitorum. C. de pact. & in proœ. feudo. in prima diuisio. Barba. & Feli. in c. j. de proba. vide de Ripa in consi. xxv. de rescript. in lib. ij. respon. & lib. primo de legibus consi. primo. numero. lij. Bal. consil. cccxxiij. queritur. volumi. primo. Bartho. de Chassa. in consue. Burgund. in rub. *des fiedz.* §. viij. in ver. *en alienation.* in fine. Curtius in tractatu feudo. in sexta parte. q. ij. Sozi. consi. xl. in quæstione. col. ij. nume. vij. in tertio volu. Io. Lupus in repe. c. per vestras. fo. lxxxij. col. quarta. de do. inter virum & vxo. Gomes. in. §. item Seruiana. nume. xl. cum seq. vbi sex modis limitat. insti. de actio. & Spec. in prin. rub. viij. fo. xv. cum sequen. & nouissime conterraneus meus. d. Iaco. Bonaudi in addi. ad Io. de terra rubea, tractatu primo, articu. primo, conclu. xiij. Albertus Brunus consi. xij. in secunda ratione. & hoc maxime quando metu alienaret. nam quod metus causa gestum est, ratum non habeo. l. j. & per totum. ff. quod metus causa. & quando alienaret voluntariè, hoc nõ esset sine peccato, vt tenet Lucas de penna in. l. j. C. de capita. ciuium censib. eximen. lib. x. quod est notandum.

4 Non regale est quod ab inferioribus à principe, imperatore, vel rege recognoscitur: vel à principe, sed non consistit in dignitatibus, sed princeps de aliqua plebe inuestit. ca. vno qui feudũ dare possunt. & rub. quis dicatur dux, comes, vel marchio. si verò aliquis inuestiatur à domino de Claromonte, feudum dicetur nõ regale. ponit Bald. & alij in proœmio feudorum. j. & sequitur Iason in prima diuisione.

5 Tertia diuisio. Feudum quoddam est nobile, aliud minus nobile, aliud aliqualiter nobile & ignobile. Nobile est quod possessorem nobilitat: vt quando à rege Franciæ est concessum, vel imperatore, vel papa: vt si concederent ducatum, vel marchiam. ca. primo quis dicatur dux vel marchio. Berbe. in secunda quæst. Bal. & Iason in. x. diuisione. & Alua. in secunda. Bonus de Curtili in tractatu nobilita. in tertia parte, col. xxxiiij. nume. ccj. Alexan. consi. xxx. quoniam. col. pen. prima parte.

6 Minus nobile est, quando dux, marchio vel comes alteri concedit in feudum: & ille proprie dicitur valuasor, siue vasallus: vt no. Io. And. in addit. ad Specu. in titu. de præscriptio. & Bonus de curtili tractatu nobilita. in tertia parte, nume. ccj. & istud de consuetudine libri feudorum non poterat alienari in non nobilem, sed in regno Franciæ potest vendi, & in feudum dari: sed non super eo reditum accipere. d. Boer. in consuetudi. Bituricen. §. ij. de consuetu. feud. & censua. &. s. latius dixi.

7 Aliqualiter nobile siue mediocriter, est quando habentes à duce, marchione, vel comite, aliis infeudant: & recipientes vocantur minores valuasores. Alua. in secunda diui. j. & ibi cõmuniter doct.

8 Ignobile est quando à minoribus valuasoribus conceditur & minimis. ca. vno. qui feudum dare possunt. & ibi Bal. in. §. marchio. dicit rusticos posse in feudum concedere, dummodo suarum rerum administrationem habeant. §. noui. per quos fiat inuestitura. sequitur Iac. in suo tractatu de feu. verbiculo, in feudum. in octaua diuisione. Ioannes Raynaud. in septima. Petrus Iaco. in rub. de causis in quibus do. debet &c. in. v. diui. Petr. de Ferra. in. viij. diui. vbi supra. Ias. in. x. Curtius secunda parte. q. quarta secundæ partis.

9 Quarta diuisio. Feudum aliud est paternum, quoddam antiquum, aliud nouũ. Paternũ dicitur quod per patrem est acquisitũ, vel ab aliquo ascendente communis agnationis vsque ad quartum gradum. tex. in ca. vno de successione fra. & grad. succe. in feu. qui est melior de iure secundum Alexan. consi. xxx. quoniam. in primo volu. in hoc ꝙ declarat feudum paternum quid sit. vide tex. in tit. de natura successionis feu. & Alexan. consi. lv. prospectis. in quarto volu. & consi. xxvi. ponderatis. in. v. volu. & Curt. consi. xlix. nume. tertio. Pet. Iac. in sua practica de causis ex quibus do. debet amittere proprieta. in secunda diuisione. Alua. in sexta. Deci. cõsi. ccviij. ad clariorem. nume. v. Albert. Brunus consi. lxxij. tota virtus. col. prima. Sozi. consi. lxvij. visis. col. v. in fi. & consi. clxv. visis inuestituris. col. sexta, in primo & secundo volu. & consi. lxvj. visa donatione. in tertio volu. Bolog. consi. primo. Bal. cõsi. cccxxxvij. in primis. in primo volu. col. pen. & consil. ccclj. in literis. eo. volu. & consil. seq. quomodo probetur, & quæ personæ cõtineantur in hoc feudo, declarat Bal. in. §. hoc quoque. de succes. feu. ꝙ proprie continentur hæ personę supra patrem, videlicet auus, proauus, abauus, & atauus: & abinde supra perdit nomen paterni, & antiquum appellatur. ex quo singulariter infert quòd si cuidam concedatur feudum paternum, non extendetur vltra quartam generationem: & si cum mysterio ponuntur illa verba in inuestituris, concedimus in feudum paternum & antiquum. sequitur Ioan. Raynau. in comprehen. feuda. in prima diuisione. quod est perpetuo notandum secundum eos. Hodie notarij ponunt omnia verba hæc, & multo plura, & ideo extenditur vsque ad infinitum, & etiam ratione consuetudinis de qua supra.

10 Nouum verò est quãdo fuit de nouo acquisitum, & habet initium in persona ipsius inuestiti: nec prouenit à successione progenitorum. c. j. quot testes sunt necessa. ad probandum no. inuestitu. Oldra. consi. clxxviij. factum tale. Alberi. in dictio. in ver. nouum. Iac. de sancto Georgio in tractatu de feudis, in ver. in feudũ. in sexta diuisione. Curtius consi. l. in tertio dubio. & consilio sequenti. Io. Raynau. in prima diui. Sozi. consi. cclij. visis. in secundo volu. Deci. consi. liij. placet mihi. & consi. cccxc. quoniam ex. numero quarto. Alber. Brunus cõsi. lxviij. si insistamus. tres effectus ponit Curtius in suo tract. in prima parte quæst. octauæ. col. secunda. & seq. Ias. in. l. ij. col. fi. C. de iure emphyteu. & istud regulariter nõ nobilitat, nisi vt suprà dictum est in præcedenti diuisione: quia nobilitas non nascitur in ictu oculi, secundũ Bal. in. x. diuisione. j. per tex. in. l. stemmata. ff. de gradi. Petr. de Ferra. in sua practi. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi. in ver. ac nomine. in secunda diuisione. & in hoc non succedunt ascendentes, nec collaterales. de cõsue. feudorum. c. primo. de inuesti. noua. & ca. vno de successione fra. sed hodie contrarium obseruatur in regno Franciæ: vt no. Benedic. vbi supra in ver. & vxorem. nume. cccccccliiij. & d. de Chassa. in. d. §. v. numero. vij. & in rub. *des successions.* in glo. & *les enfans.* §. vj. & supra lati⁹ extitit discussum. & ponit Alua. in sexta diui. & Ias. in tertia. Albe. in. l. j. §. si quis ædificium. ff. de no. ope. nuncia. Imol. in ca. vlt. de feu. Old. cõsi. clxxviij. factum tale.

11 Quinta diuisio. Feudum quoddã est paternum, aliud maternum. Paternum in proxima cellula fuit declaratum.

BIU Cujas

12 Maternum est quod primo per fœminam est acquisitum.ca. vno.de feudo fœminæ.& sicut large omne feudum quod fuit ex superioribus agnationis communis acquisitum,paternum dicitur: ita quod ex quacunque fœmina ex superioribus quæ fuerit ex cõmuni cognatione,fuit acquisitum,maternum dicitur:vt habetur in titulo de feudo fœminæ.& Bald.in.v.diuisio.Alua.in.vij. Natura feudi paterni est,vt tantum descendentes masculos respiciat:in.§. profecto.j.de lege Corra.natura feudi materni est, vt primo masculos respiciat, secundo fœminas.d. titulo de feudo fœminæ. & pulchre not.Curtius in.d.tractatu feudorum in tertia parte.q.prima.in.ij.limitatione.

13 Sexta diuisio. Feudum quoddam est masculinum, quoddam fœmininum.Masculinum est quod ad masculos transit, & non ad fœminas.§.hoc autem.qui feudum dare possunt.imò fœminæ nõ succedunt etiã si de eis sit facta mentio,nisi masculis deficientibus. §.quinetiam episcopum,vel abbatem.c.vno.de feudo fœminæ.Ia. in ver.& fœminis.Petr.de Ferr.vbi.s.in.iij.diuisio.nisi vt fuit dictũ supra in natura feudi.vide.

14 Fœmininum seu fœmineũ dicitur, quod ad fœminas transit: sicut supra de materno diximus.ca.j. quemadmodum feudum ad filium pertineat. Iaco.in tractatu de feud.in versi.in feudum.in.v. diuisio.licet Ioan.Raynaud.duas diuisiones misceat. Itẽ si aliquis receperit feudum pro se & hæredibus tam masculis quàm fœminis: extantibus masculis fœminæ excludentur.ca.j.§.j.episcopũ. vel abbatem. Alexan.consi.ix.in.v.volu.Alber.Brunus consi.lxv.super casu.sed hodie in regno tene quod supra dixi in natura feudorum.in versi.vij.vide tamen do.Io.*de cirier*.in.d.tractatu de iure primogenturæ.lib.j.q.xix.

15 Septima diuisio.Feudum aliud habet propriam naturam, aliud impropriam. Habens propriam est feudum simplex, rectum, purum,liberum.nam natura feudi est quẽdã qualitas innata à principio generationis feudi siue tempore inuestituræ ex qua virtus cõtractus perficitur,& semper videtur inesse, nisi per pactum improprietur,vt est tex.in rub.de feudo non haben.propriam naturam. &.§.præterea.quid sit inuestitura.& supra late dictum est in tertia quæstione principali.sequitur Hostien.in summa huius titu li de feu.§.qualiter feudũ.& Iaſ.in.iiij.diuisione.& ista inuestitura seu tenor eius semper debet attendi.c.j.in fi. de duobus fratri. & ibi Bal.c.accepimus.de priuile.Ioan.de Ana.consi.vij. visis &c. col.ij.& consilio.xxxvij.Barba.consil.xvij.præclare.col.iij. in primo volumi.Deci.consil.cclxiij.in cõtractu.in prin.& cõsilio. cccix. quoniam.numero.iij. & consilio.cccxcv. in causa. nume.v.Roma. consil.xxxiij.viso inuestituræ.in fine. Albertus Brunus consil.viij. colũ.quarta.& consilio sequenti.& consil. xxxix.colũ.ij. & consi. xlj.col.ij.

16 Non habens propriam naturam,vel habẽs impropriã,est feudum cõditionatũ: vt ad certũ seruitium vel conditionẽ ex pacto cõcessum.§.si. quid sit inuestitura.& de capita.qui curiam vẽdi. vt est feudũ guardiæ & castaldiæ,& quod p mercede datur.de feudo guardiæ.c.j.Itẽ feudũ cameræ vel caueuæ.c.fin.de feu. cog.& infra dicam Io.Raynaud.in comprehẽso.feuda. in quarta diuisio. Alua.in tertia.Iaco.in suo tractatu de feud.in verbo,in feudum.in quarta diuisione.Bal.in quarta.de Ferra.in.vij.Et impropriè dicitur feudum quando pactum apponitur contra alterum ex requisitis in feudo: vt latè concludit Curtius in dicto suo tractatu feudo.in prima parte quæst.vj.cum sequen.

17 Octaua diuisio sequitur.Quoddam feudum est reale, personale,personalissimum. Reale est quod ad hæredes transit ram ex parte dantis quàm accipientis.§. cum verò Corradus. qui feudum dare possunt.c.vno.de duobus fratribus. quia vnusquisque in hoc sibi præsumitur voluisse prouidere, & hæredibus.l.si pactu.ff.de probat.d.c.primo de duobus fratri.sequitur Alexan. consil. cciij. consideratis.in secundo volumi.illum text.dicens singularem.colũ.ij.in prin.

18 Personale est quod ad vitã alicuius conceditur,& non transit ad hæredes recipientis,sed bene dantis: vt feudum guardiæ & castaldiæ.c.j.de feud.guar.Iaſ.declarat in.vj.diuisio.vt quando feudum habitationis concederetur,quod morte finitur.Bald.in.l beneficium.col.j.ff.de constitu.prin.

19 Personalissimum est quod neque ex parte dantis, neque ex parte recipientis transit ad hæredes.c.j.quis dicatur dux.exemplũ ponunt doctores in soldata: vt si detur nobili in paupertatem redacto annua prouisio, tunc soldata vocatur: de qua in dicto titu. & ibi per Alua.&.l.stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verb.obliga.l. vt pomum.ff.de seruitu.Bal.in.vj.diuisione. & Alua.in decima. & non censetur proprie feudum,vt tenet Ioan. Berber.in.d. viator. rubri. de feud. quæstio.ij. Iason in præludiis. colũ. penulti.& ab initio feudum erat personalissimum, quia ad nullum transinissibile.l.j.§.si impuberi.ff.de colla.bono. & militia vocabatur.l. omnimodo.§. imputari.C. de inofficio. testamen. Hodie verò fa-

A ctum est feudum realissimum,& ad quemlibet successorem transitorium etiam particularem, ita quòd potest donari,vendi,& alio modo alienari sicut bona patrimonialia. & hoc in isto regno:vt supra latè dixi.& tenet Benedi.in repeti.ca. Raynutius. in verbo. & vxorem.in tertia decisio.nume.ccccxxv.& sequen. & in quinta decisione.de testa.

20 Nona diuisio feudorum est: quia quoddam est iurabile, aliud non.Iurabile est pro quo domino fidelitas iuratur,vt sit regulariter pro omni feudo: vt in.c. vno de noua forma fidelitat.& istud expresse ponit Petr.Iaco.in sua practica in.ix.diuisio. Pet.de Ferra.vbi supra in.iiij.diuisio.Et si plures domini in locũ succedãt, vni iurandum erit nomine omnium dominorum.Pet.Ia.vbi supra, & Gũido papa consi.ccvij.dominus.& Bal.sibi contrarius in.c. imperialem.§.præterea ducatus.col.vlt.de prohibita feu.alie.per Frederic.dicens antiquiori præstandũ esse iuramentũ. ar.l. procurator.C.de eden.Iac.plene distinguit in.d.tractatu de feudis,in ver. qui quidem inuesti.præstiterunt.col.vij.Aret.in.l.ij,§.ex his.& ibi doct.ff.de verb.obli.late Iaſ.in.l.de pupillo.§.si pluribus.ff.de nouope.nuncia. & hæc est communis & in practica sequẽda secundum

B d.de Chassa.in consue.Burgund.in ru.*des fiedz*.§.vij. in princip.itatex.in.§.omnes.si de feu.defuncti conten.sit inter do.& agna.vsal.d.Ioan.Sanxon.articu. viij.rub. *des successions des fiedz*. Albert. Brunus consi.cvij.quatuor rationibus.vbi vide latius per.d.Io.*le cirier* in suo pulchro tractatu de iure primogenituræ.q.ij.lib.ij.in xvj.prærogatiua.

21 Non iurabile est quando illo pacto conceditur, vt non iuretur fidelitas.in §.nulla.per quos fiat inuesti.c.vno.in princi.de capitu.Corrad.quod est singu.secundum Roma.singu.cclxvj.sequitur Alua.in.xj. diuisio in præludiis feudorũ. Notandum est tamẽ quòd licet feudum reperiatur sine iuramento: non tamen erit sine fidelitate. ita Ioan.Raynaud.in secunda diuisione feudo. Ioan. Berber. in secunda quæstio.titu. de feud. & Iason in proœ. feud. nume.cxxij.

22 Decima diuisio.Feudum quoddam est ligium, quoddam nõ ligium.Ligium est,quando iuratur fidelitas contra omnem hominem mundi nullo excepto,& istud non recipitur nisi à principe nõ recognoscente aliquem in superiorem: vt est imperator, & rex Franciæ.ca.per venerabilem.qui filij sint legiti.ideo dux Sabaudiæ potest dici homo ligius regis Franciæ, vicecomes Turenæ, & alii

C magni feudatarij regni.Et dicitur homo ligius, quasi illi ligatus & subditus,& legalitatem prædicto regi debens.glo.sing.in Clemen.pastoralis.& ibi Cardi.de re iudi.Specu.in titu.de feud.in.§. quoniam.versi.primo.Io.Masuer.eo.tit.versicu.fi.Ioan.Berber.vbi supra.q.ij.Bal.consi.ccxcj.ad euidentiam.in.ij.lib.Guido papa consi.ccxiij.& in suis decisio.q.cccix.& idem tenet Alexan.consi.xxx. quoniam.col.ij.in primo volu.& cõsi.ij.in prin.in.v.volu. Panor. in.c.ex diligenti.de simo.Io.de Ana.in consi.vij.visis & ponderatis.col.tertia.d.de Chassa.in cõsue.Burgund. in eo.tit.§.iij. in gl. *& homage*.& tria requirũtur posita per Curti.in suo tractatu feudo.in prima parte.q.viij.col.vij. quatuor effectus ponit Iaſ. in septima diuisione feudo.sequitur.d.Ioan.Sanxon in consuetu.Turonen.in rubr.*cõmeẽt homage &c*.articu.primo in.xxiij.conclu.Carellia.Cotta in ij.parte memoral.in ver.feudum.

23 Non ligium est,quando in iuramento fidelitatis prior dominus excipitur:vt in tit.hic finitur lex.in fi.&.§.fi.de prohibi.feu.aliena.per Fride. Ideo quando vasalli,d. de Turena iurant ei fidelitatem,debent iurare aduersus omnem hominem excepto rege Franciæ, qui super omnes reges est,& tanquã quidam corporalis

D deus in suo regno.ita Bal.in.d.§.fi.& in.vij.diuisio.Pet.Iac.in nona.Benedic.in repeti.c.Raynutius.in ver.& vxorẽ.numero.ccxxx. de testa.quod notes.

24 Vndecima diuisio.Feudum aliud annale, aliud perpetuum. Annale est siue temporale,quod post annum statim auferri potest, vt est feudum guardiæ & castaldiæ,& quod pro mercede alicuius rei datur.c.primo de feud.guardiæ.iste tamen annus per pactum potest prolongari, & tunc potentior est conuentionalis prouisio quàm legalis,qua cessante sibi locum vindicat legalis.l.quod si nolit.§.si quid ita.ff.de ædil.ædi.Bal.in proœmio feu.in.ix. diuisio. plus dicens,posse pacisci vt nullo tempore possit auferri.sequitur Iac.de sancto Georgio in tracta.de feu.in versi.in feudum.in.ix diuisio.& Pet.Iaco.in quarta.Hostien.in summa de feud.§. qualiter feudum.versi.perpetuum feudum.Ioan.Berbe.in viato.iuris in rubri.de feu.in quæstione.ij.Sed hodie hoc in regno sunt perpetua ac officia, & quasi pro patrimonio habentur: vt not.Benedict.in ver.& vxorem.nume.ccccclxiiij. cum sequen.de test. & supra latius dictum est,ideo vide si libet.

25 Perpetuum erat regulariter omne feudũ eo modo datum.§. cũ verò Corradus.qui feudum dare possunt.& ibi docto. & illud quod est simplex,est perpetuũ.c.j.in fi.in quib⁹ causis feudũ amittit.ita tenet Petrus de Ferra.in forma libelli quo agitur ad reuocationem

BIU Cujas

tionem feudi.in verſi.ac nomine recti.in.vj.diuiſio.

26 Duodecima diuiſio feudorum eſt:quia quoddam eſt diuiſibile,aliud indiuiſibile.Et quodlibet feudum regulariter eſt diuiſibile quibuſdam exceptis,videlicet regno,marchia,ducatu,& comitatu.ita atteſtatur Alua.in.ix.diuiſio.in proœmio per tex.in.§. omnes.ſi de feudo defun.conten.ſit inter do.& agna.vaſal.c. imperialem,§.præterea ducatus.de prohibita feud.alie. per Fride. Berb.vbi ſupra in.d.q.ij.Iac.in ver.in feudum.in.xj.diuiſio.Bar.in l.inter tutores.ff.de admi.tut.&.l.& ideo.ff. de condi.fur. Bal.in l.j.de offi.conſul.Panormi.in.c.prudentium.in prin.col.iij.de offi.delega.& ibi hoc tenẽt alij poſt eum.Curtius in tracta.feudorũ in quarta parte.q.xxx.Alber.Brunus Aſten.in conſi.lx.incipien.& iſta ideo diuidi non poſſunt:quia ab vno ſolo reguntur melius q̃ à pluribus.arg.l.iij.§.apparet.ff.de admi.tuto.l.ij.§.nouiſsime.ff. de origine iuris.c.gaudemus.de diuor.§.quia vero.xciiij.diſtinct. nam politia vnius optima eſt,paucorum etiam bona:ſed plurimorum eſt difficile,vt bona ſit:cum plures ad virtutis meritum peruenire difficile ſit.Ariſtote.in politi.& Lucas de penna in.l. vitos.col.ij.C.de diuer.offic.lib.xij.& Philo.ij. metaph. ait, non capit regnum duos:quia multitudo principum eſt onerosa: cum in apibus vnus ſit princeps.c.in apibus.vij.q.j.latè.d.Iac.Bonaud. in additio.ad Ioan.de terra rubea in tracta.contra rebelles regũ. articu.ij.tracta.primi.& arti.iij.tracta.tertij.conclu.ij.Feli.in cap. quæ in eccleſiarum.col.antepe.de conſti.& Iaſ.in.xij.diuiſio.Angel.conſil.cclxxxvij.incipien.pro clariori. Curtius conſi.lxix.Panor.conſi.lxxxij.in primo volu.Barba. conſi. xiiij. clementiſsimi. co.iij.& conſil.xl.clementiſsimum.col.ix.in.iiij.volu. Chaſſa. in vlti.parte.Catal.in.lv.conſidera.& Albe. Brunus tracta. de augmen.conclu.x.Hippo.ſing.ix.ſequitur Ioan.*le cirier* in ſuo tracta. de iure primogenituræ.queſt.vij.primi libri,vbi pulchra verba ponit.vide do.Bartholo.de Chaſſa.in conſuetudi. Burgund. in rub. *des fiedz*,§.vj.Alexan.conſi.lx.viſis dubitationibus.in tertio volumi.& conſi.xxv.& ſequen.incipien.attentis. in. v. volumi. Petrus de Ferra.in.ix.diuiſio.& ideo in iſtis indiuiſibilibus primogenitus ſuccedit.c.licet.& ibi docto.de voto.gl.in.c.ſi hæredes.de teſtamen.Albe.in proœmio.ff.§.diſcipuli.latè Dec.conſi.ccclxxxix. viſa longa.nume.vj.& aliis filiis debetur apanagium.i.legitima, non per modum diuiſionis,ſed per modum prouiſionis,ſecũdum Ioan.de Monteferrato in tracta.de ſucceſsione regum.in primo dubio & ſecundo.&.d.Stepha.Buinardus in repe.l. quiſquis. col. xvj.C.ad le.Iul.maieſta.&.d.Boer.in tracta.de cuſtodia cla.portãdiut.fol.xv.col.iiij.nec aliqua iniuria fit vltimo genitis,nec cõqueri poſſunt,vt expreſſe dicit cõterraneus meus.d.Ioan.de terra rubea in tracta.contra rebelles regum,arti.primo tract.primi. conclu.xxj.& ſequen.immo hoc conuenit legi diuinæ ſecundum eum in prima concluſione hoc latius deducentem:quem licet videre.Intellige tamen ſupra deducta,videlicet feudum non poſſe diuidi,eſſe verum quo ad dignitatem. ſecus quo.ad adminiſtrationem:vt vnus frater regat vnam ciuitatem,alius aliam.Benedic. in repeti.c.Raynutius.in verſic.in eodem teſtamento.in.j. nume. clxxv.de teſtamen.& etiam bona mobilia vel immobilia pertinentia ad dignitatem bene diuiduntur teſte Alber.in dictio.in ver.feudum.verſi.alia etiam pulchra.ibi, item quæro pulchram. & in additio.ad Pet.Ia.in ru.de cauſis ex quibus do.debet amittere proprieta.in.vj.diuiſio.ſed poteſt fieri cõcordia reſpectu exercitij,vt vnus vno anno regat,alter altero anno.arg.l.Lucio. & ibi Bar.ff.de aqua coti.& æſtiua.& pulchre Pyrrhus in conſuetudi. Aurelia.titulo de feu.c.primo.&.d.Vdalri. Zaſius in repe.l.ij.in verbo,non perinde.ff. de origine iuris.

27 Hodie ex conſuetudine regni Franciæ omnia feuda poſſunt diuidi præter regnum,vt atteſtatur Fabia.de Giochis in repet.authen.nouiſsima co.ſi.C.de inoffi.teſta.q.ſi.Io.Raynaud.in comprehenſorio feuda.in præludiis ad.c.imperialem.in.v.diuiſione. &.d.Boer.in conſue.Bituri.in.§.ij.de conſue.feu.& ibi in additio.& in.§.ij.de teſt.& in tract.de cuſto.claui.fo.xv.co.iiij.ſed cõſuetudo eſt in.d.regno q̃ licet diuidatur feudum,primogenitus inter nobiles habet præcipuum manerium (vt verbo doctorum vtar) ſiue habitationem cum galli vel caponis volatu. iſtius cõſuetudinis meminit Benedic.vbi ſupra.Guido papa in deciſio.Delfina.q.ccclxxvj.Io.Sanxon in conſue.Turo.in rubri. *des ſucceſsions des fiedz*.articu.xiiij. & late.d.Ioan.*le cirier* in tracta.ſuo ſolenni de iure primogenituræ.lib.ij.q.iiij.vbi latè refert conſuetudines. vide ibi,& lib.j.q.xj.conclu.ij.& ſequen.& an conſuetudo diuidẽdi feuda valeat,videatur tex.in.d.§.præterea.qui conſuetudinem reprobat:ergo non videtur valere:ſed cõtrarium credo.& ita tenet Oldra.conſil.ccxxxvij.perlectis.in fi.penulti.colum.Bal.Alua. & alij in dicto.§.præterea.Cardina.& alij in capit.licet.de voto. & non obſtat ille.§.reprobans conſuetudinem:nam debet intelligi ſi non fuerit inducta & ſeruata ſciente ſuperiore: ſed in hoc regno patiente ſuperiore & ſciente fuit inducta & ſeruata: ergo

A go ſequitur quòd valebit.hoc tenet Ioannes Andr. in additio. ad Spec.in titulo de feu.in ver.non omittam.& Alber.Brunus cõſi.lxvj.ex themate quod &c.late.d.Io.*le cirier* in ſuo tracta.de iure primogenituræ.q.xj.primi lib.in.iij.concluſio.& hæc conſuetudo eſt in Italia,teſte Alexan.conſi.xviij.viſis.in.ij volu.Dec. conſi. ccclxxxix Sozi.conſi.lxvij.in.j.volu.& conſi.clxv.viſis.co.vij.in.ij. volu.Curt.conſi.lxvij.ſapienter.numero.xxxj.& conſi.lxix.dominus Ioannes.

28 Decimatertia diuiſio feudorum eſt:quia aliud eſt feudũ purum ſiue ſimplex,aliud vero conditionatum ſeu non rectum. Purum ſiue rectum dicitur quod non habet ſeruitia determinata.§. pe.& vlti.quid ſit inueſtitura.ſequitur Petrus Iac.in ſua practica rub.de cauſis ex quibus domi.debet amittere proprieta.in.vij.diuiſione.Hoſtien.in ſumma huius titu. §. qualiter feudum diſtinguatur.aliis etiam modis dicitur rectum,vt habetur in titulo de conſuetu.recti feu.per docto.& Curt.in ſuo tracta.feudo. in prima parte.q.viij.co.vj.Imol.in.c.ſi.co.antepe.de feu.

B 29 Non rectum ſiue conditionatum eſt quando in conceſsione eſt certum ſeruitium determinatum,puta de aſſociando vxorem domini,vel de filia maritanda,aut de ſeruiendo domino in menſa,vel aliud ſimile.§.ſi.de capita.qui curiam vendidit.c.j. de notis feud.& ibi no.& hoc caſu ad alia non aſsignata nec expreſſa ſeruitia non tenetur vaſallus.l.j.§.ſi conueniat.ff.depoſi.l.legem.C. de pac.Ioan.Raynaud.vbi.s.in.§.firmiter.col.xxij.Iaco. vbi ſupra in.ij.diuiſione.Rectum vero poteſt dici quando de domini volũtate & licentia adipiſcitur poſſeſsionem præſente curia vaſallus. nam perinde eſt ac ſi inueſtitura eſſet facta.& eſt hoc feudũ tranſmiſsibile.c.vno de conſuetu.recti feud.ſecus ſi data eſſet licentia ſine curia:nam tunc non rectum diceretur.c.j.quib.mod.feudum conſtitui poteſt.vel dicitur rectum,id eſt perpetuum. Alua.in.xij. diuiſione.Bal.& Iaſ.in.ij.

30 Decimaquarta diuiſio eſt:Feudorum aliud eſt frãcum,aliud non francum.Francum eſt quãdo vaſallus à ſeruitiis eſt immunis, & nullum ſeruitium debet: tamen non eſt francum à maleficiis conſiſtentibus in tacendo fraudem,vt quia non denunciauit inſidias domino quas contra eum ſcit parari:ſiue in faciendo:vt ſi cõmittat feloniam contra dominum,priuatur feudo.c. vno. quibus mod.feud.amit.Feli latè in.c.cæterum.col.iij.nume. vj.de iudi. alioquin eſſet quædam donatio,& non in feudum conceſsio,vt C declarat Imol.in.c.ad noſtram.col.penul.de reb.eccle. non alienan.immo tale feudum contineret repugnantiam,videlicet quòd ſit feudum,& prorſus liberum ab omni fidelitate,quę in iure non eſt admittenda.l.vbi.ff.de regu.iur.l.Titiæ.ff.de conditio.& demon.c.ſolicitudinem.de appel.Alua.in.ij.diuiſio.Bal.in.viij. Berberi.in.d.viato.in rub.de feud.in.ij.q.Benedi. in repe.c. Raynutius.in ver.& vxorem nume.ccccxliij.cum ſeq.de teſta. Feli.latè in.c.quæ in eccleſiarum.nume.lxxij.de conſti. Deci.cõſi.cxciij. & pro tenui.nume.iiij.Curtius in.j.parte in.q.viij.col.ix. Alexan. conſi.iij.col.penul.in primo volu.& tres effectus huius feudi licet videre per Iaſ.in.viij.diuiſione.& conſil.lvij.in cauſa.col.iij.volu. primo.Et ideo ſi inueſtitura hoc modo dicatur,Titius conceſsit tale caſtrum in feudum liberum & francum,hæc cõceſsio importat feudum omni libertate liberum,exceptis duobus ſupra dictis, & etiam importat omni ſeruitio francum,vt no.Ioan.And.in addi.ad Specu.in titu.de præſcriptio.& Iac.in.d.ſuo tracta. de feu. in verbo,in feudum.in.viij.diuiſione.Bal.in.l.ſi plures.C.de conditio.inſer.c.vno.de capita.qui curiam vend.illa tamen conceſsio non importat q̃ faciat rem allodialem,quæ tunc dicitur quando à nemine tenetur nec recognoſcitur niſi à ſolo deo: & ſic dicitur D francum,quia ſui iuris & nulli ſubiacens ſeruituti.& nullum onus poteſt imponi ſine conſenſu poſſeſſoris.c.primo de allod.& ibi docto.Guido papæ ſing.cccl xxx.& Benedi.nume.ccxciij. cum ſequen.de teſta.& in iſtis bonis allodialibus non habet rex vel alius dominus niſi protectionem,vt tenet Benedic.vbi ſupra:& in hoc regno pauca ſunt quæ non ſint feudalia,vel emphyteuticaria ſecundum eum,nume.ccccclxv.cum ſequen.vide Corne.conſil.xvj. aperta.col.pe.in primo volu.& an domini temporales habeant de iure communi intentionem fundatam,quòd non,excepto rege.d. Boer.in.§.penul.de conſuetudi.feu.in lib.conſuetu.Bitur.& Ioan. Sanxon rubri.j.articu.iij.in conſue.Turo.eos vide ſi libet.

31 Aliud eſt non francum,& eſt quando in conceſsione dominus retinet aliquod ſeruitinm,prout fit regulariter,vt habetur in libro feud.& not.And.de Iſer.in rub.in quib.cau.feu.amitta.& Bal. in.viij.diuiſione.Notandum eſt tamen quòd res quo ad propoſitum poteſt duobus modis franca & libera vocari,primo quando à nemine tenetur,immo poſsidens habet & directum & vtile dominium,& dicitur allodium,& non loquimur hic:ſed loquitur titulus de allodiis.Secundo dicitur franca:vt hic,quia ad aliud ſeruitium non expreſſum non tenetur vaſallus:dabitur tamen laudimium domino directo pro inueſtitura,vt tenet Io.Raynaud in

BIU Cujas

d.comprehenſo.in.c.imperialem.§.preterea.in.j.q.xx.nume.xvj. A
§.allega.& hoc quando alienatur,non vero quando renouatur inſtar emphyteuſis.l.fi.C.de iure emphyteu.& dominus habebit ius retentionis in feudo ſicut in emphyteuſi. Iac. in tracta. de feu.in ver.qui quidem inueſtiti.co.xvj.pro quo facit text.in.c.vno.in fi. ibi,aliquid propter feudum receperint.qui feu.dare poſſunt.in.c. j.§.Titius.ſi de feudo defuncti contentio ſit inter do.& agna. vaſalli.doc.in.c.ad noſtram.de rebus eccle.non alienan.d.Boer.in §.vj.de conſuetudi.feudi ſatis lente pertranſit contra morē ſuū. do.de Chaſſa.in conſuetudi.Burgundi.in rub.*des retraictz.*§.x.gl. prima.nume.vij.in additio.nouis.Quare Galli vocentur Franci, an à Francione capitaneo,vel quia liberi,ſatis explicat Gaguinus in princi.ſui libri.& Benedic.in repe.c.Raynutius.in ver.ſi abſque. in.ij.nume.xxxix.& ſequen.de teſta.& de Chaſſa. in conſuetudi. Burgund.in rub.*des mains mortes.*§.v.in princi.vbi vide & per Paul. Aemilium in princi.ſui libri & hiſtoriæ Gallorum.

32 Decimaquinta diuiſio.Feudum quoddam ad hæredes omnes eſt tranſitorium,aliud non.Tranſitorium ad omnes hæredes eſt regulariter quodlibet feudum,nam æqualiter ad omnes deſcendentes tranſit.c.j.§.j.ibi,quod hodie.qui feud.da.poſ.& iſtud declarat Iaſ.in præludiis feud.col.ſi.nume.cxxviij.

33 Aliud eſt non tranſitorium ad omnes,ſed ſolum ad primogenitum,vt eſt regnum hoc Franciæ,quod ſolum primogenito maſculo defertur,& non aliis eo ſuperſtite:& idem in Anglia & Sicilia.tex.in.c.licet.de voto.& ibi plene doc.Bar.in.l.j.col.xvj. verſi.ſed poſſet dubitari.C.de ſum.trini.Bal.in.c.j. in prin. ſi de feud.controuer.fue.inter do.& agna.vaſalli.& l.cum antiquioribus.C.de in.delibe.& Petrus Iaco.in ſua practi.in titul.de ſucceſ. regni Franciæ.col.iij.Ioan.de terra rubea in tracta.contra rebelles regum.& ibi.d.Bonaudi.in additio.in tracta.j.conclu.viij. articu.j.Iaco.in ſuo tracta.de feudis.in ver.in feudum.in.xij.diuiſio. & Alua.in.x.&.c.vno de ſucceſsio.feud.Petrus de Ferra. vbi ſupra in vlt.diuiſio.d.Ioan.Sanxon in conſuetu.Turonen.in rubric. *des ſucceſsions des fiefz.*artic.iij.& ſi ad amuſim velis videre de hac materia primogenituræ,vide in.d.tracta.de iure primogenituræ, per.d.Ioan.*le cirier*. Vel quoddam eſt familiare, aliud *eſt* hæreditarium,vt not.Bal.in.l.cum virum.C. de fideicom. Familiare eſt, quod pro ſe & familia recipitur,& in reſtitutione fideicommiſſi non venit,niſi fideicommiſſarius ſit de familia.l.quia poterat. ff. ad Trebel.Hæreditarium eſt,quod quis habet pro ſe,& hæredibus quibuſcunque,& ad omnes hæredes extēditur,ſiue ſint de familia,ſiue nō. & Deci.conſil.cccxc.quoniam ex.nume.v.&.cccxcv. in cauſa.ſecus ſi pro ſe & liberis.And.de Iſer.in.§.hoc quoque.de ſucceſsio.feud.Alexan.conſil.xix.ſuper eo.in.v.volu.Deci.conſil. clxxxv.in cauſa.& Curtius in ſuo tracta.de feudis,in prima parte.quæſt.viij.

34 Decimaſexta diuiſio feudorum eſt:nam aliud eſt corporale, aliud incorporale. Corporale eſt quod in immobilibus conſiſtit, caſtro,manſo,& ſimilibus rebus tangibilibus.§.item.& ſequen.& §.ſi quis de manſo.ſi de inueſtitura feu.contro.fue. & Petrus Iaco.in forma libelli pro re emphyteuticaria in fi.Iaco.Alua.in prælud.feu.in.xxij.diuiſio.& in.c.vno.col.iiij.in quibus cauſis feud. amit.Curtius in ſuo tracta.feu.in.vj.q.in quarto requiſito declarant doc.inſtit.de reb.corpo.

35 Incorporale eſt quod conſiſtit in iuribus decimalibus,vel iuriſdictionalibus,& ſimilibus,vt feudum guardiæ & caſtaldiæ.c.vno.§.fi.de feu.cog.ſequitur Silueſter de prierio in ſua ſumma,in ver.feudum.in prin.in.ij.q.Alua.in vlti.diui.in proœmio feudorum.Iaſ.in.xiiij.diuiſio.Ideo laici poſsidentes decimas(quas ante concilium Lateranen.à papa cauſa defenſionis eccleſiæ habuerūt) D iuſtè nunc eas detinent,vt vult Panor.in.c.cum apoſtolica. de his quæ fiunt à prælato ſine conſen.capi.illas tamen non poſſent alteri laico in feudum dare,niſi loco religioſo,vt not.doc.in.c.prohibemus.de deci.ſequitur Petrus de bella pertica in.v.q.tracta.de feu.& hoc cum conſenſu capituli ſecundum eos.& Berber. in viato.iuris,in rubr.de feu.q.iiij.& an ſine conſenſu,ponit Iaſ.in.c.primo.qui feudum dare poſſunt.col.pen.& vlti.cano.Card.Andr.& Imo.in cap.ij.de feud.vbi plene eos vide,ſi libet.& late ponit.d. Boër.in conſuetu.Bituricen.in.§.xj.de conſuetu. prædio. cū conſenſu tamen epiſcopi poterit dari in feudum decima alteri laico conſuetudine dictante:licet contraria opinio ſit communior, vt atteſtatur Stephanus Maleret.in tracta.de electio.fo.xxvj.col.j.

36 Decimaſeptima diuiſio.Feudum quoddam eſt de camera,aliud de cauena.probatur hæc diuiſio in.c.vno.in fi.de feudi cognitio.Feudum de camera eſt,quando princeps cuidam nobili concedit decem recipienda de camera communi vbi theſaurus repōnitur.hoc debet recipi ſingulis annis. & exemplum ponit Aluar.in.d.c.j.in ciuitate Paduæ,vbi eſt locus qui appellatur camera,ad quam eſt deputatus officialis,qui camerarius appellatur,cuius officium eſt colligere & diſtribuere omnes introitus ciuitatis. A & de hoc videtur not.in.§.præcepta.in authen.de defen.ciui.col. iij.& tali vaſallo non debet fieri ſolutio de tali camera vel cauena,niſi ibi ſit vnde ſolui poſsit:nā ſi euacuata ſit ſine domini culpa,debet vaſallus expectare donec ſolui poſsit.Solui autem poſſe intelligitur deducto ære alieno:vt in tit.de notis feu.in princip.& Alua.in.d.§.fi.de feu.cognitio.col.ij.& iſtud tranſit ad hæredes; & eſt feudum propriè.§.ſi vero vaſallus.quid ſit inueſtitu.declarat Iaſ.in prælud.feud.col.pen.

37 Feudum de cauena eſt quando princeps concedit vt decem ſextaria frumenti vel vini ex cauena recipiantur:quæ dicitur locus in quo frumentum,vinum,& huiuſmodi introitus colligentur,conſeruantur & diſtribuuntur.declarat Alua.ponendo exemplum in eccleſia ſuæ ciuitatis,in qua eſt locus qui vocatur Canipa,ad quam eſt officialis conſtitutus,qui habet colligere, conſeruare & diſtribuere tales introitus.& ille feudatarius nomine regio colliget & recipiet quicquam in vino pro ſe,ſicut in ciuitate Burdegaleſi aduocatus regius & procurator.& vide Alua.in proœmio feu.in.xvij.diuiſio.& Bal.in.c.vno.de notis feu.&.c.vno.§. ſi vero vaſallus.quid ſit inueſtitura.& Alua.vbi.ſ.

B 38 Decimaoctaua diuiſio feudorum eſt:nam quoddam dicitur feudum guardiæ,aliud caſtaldiæ,& aliud quod pro mercede datur.Feudum guardiæ eſt quod pro cuſtodia datur,vt quādo princeps deputat alicui caſtro guardiatorem,ſiue cuſtodem.nam propter cuſtodiam deſignatur tale feudum:vel guardia habet feudi annexum,vt declarant doc.c.vno.de feudo guardiæ.& poteſt poni exemplum in capitaneo Aquarum mortuarum,cui cuſtodia ciuitatis datur in feudum,& vocatur capitaneus Aquarum mortuarum,& habet magnam turrim,in ſummitate cuius ſingulis in noctibus ponit lumen,vt reducat nauigantes ad portum,vt ſæpius vidi,inſtar ciuitatis Ianuæ,de qua meminit Ioan. de platea in.l. pen.C.de naufrag.lib.xj.& hoc feudum anno finito poteſt reuocari niſi ad certum tempus fuerit conſtitutum.cap.vno de feudo guardiæ.quia etiam officia olim non durabant niſi anno.l.præſidis.cum ſimilibus.ff.ſi certum pet.& finito officio finitū erat feudum:quia ceſſante cauſa &c.c.cum ceſſante.de appel.l.adigere. ff.de iure patro.l.quod dictum.de pac.& de iſto cuſtode ponit late.d.Boër.in ſuo eleganti tracta.de cuſtodia clauium porta.cum. per totum,maxime fol.vj.vbi pulchre.Sed hodie cōmuniter feuda & officia ſunt in hoc regno perpetua.i.ad vitā recipientiū du- C ratura,& hoc quando emanant à rege,vel ab his qui ſunt ex eius ſanguine,& hoc ex conſuetudine generali regni: vt ſæpius vidi obſeruari,& audiui,& ponit Benedic.in repeti.cap.Raynutius.in verbo,duas.nume.xliiij.cum ſeq.de teſta.ſecus ab aliis dominis quia ad nutum durant dominorum. Notandum eſt tamen quòd habens caſtri cuſtodiam,vel ciuitatis,ſi eam amiſerit,præſumitur culpa amiſiſſe.l.cum ita.§.ſpecies.ff.de leg.ij.& gloſſ.refert Barba.in additio.ad Bal.in.c.vno de feu.guardiæ.quod eſt memitenendum contra cuſtodes fortalitiorum,qui in hoc regno cuſtodias caſtrorum relinquunt:vt nuper vidimus de ciuitate Rhodiorum,& aliis multis caſtris.& pro hoc poteſt allegari tex.in.l.quicunque.C.de fun.limitro.lib.xj.vbi nullus priuatus poteſt cuſtodiam caſtri recipere in limitibus regni exiſtentis,niſi ex conceſſione principis:& contra faciens capite plectitur: & hoc propter regni pericula dietim contingentia:nec aliquis in prædicto regno poteſt epiſcopatum obtinere ſine regis nominatione & conſenſu:vt habetur in titulo de electione. Concordatis.in.§.j.late ponit Benedic.vbi.ſ.nume.ccccv.cum ſequen.de teſtamen.& in ordina.reg.in rubri. *du droict de regale.*

39 Feudum caſtaldiæ eſt quod datur propter procurationem: D nā caſtaldus dicitur is cui res domini gubernanda mandatur.glo. in.c.vno de feudo guardiæ.& in.l.fi.C.quod cum eo.

40 Feudum quod datur peo mercede,dicitur illud quod eſt alicui conceſſum propter laborem,& pro mercede.Alua.ita tenet in.d.c.vno de feudo guardiæ.& ibi Barba.in additio.ad Bal.dicit quòd communiter datur pro mercede alicuius vilis officij,vt pro officio coqui.l.legatis ſeruis.§.ſi ex officio.ff.de leg.iij.& coquus principis dicitur habere dignitatem,ſecundum eum. nil allegat, ſed adduco text.in.l.nemo.ibi, nobis iubentibus ſuſtinetur.C.de dignita.lib.xij.quem clamat ſing.Roma.ſing.ccccccccv.dicens officium quantumcunque vile mandante principe effici nobile.ſequitur Feli.in.c.fraternitatis.de hæreti.doct.in.l.j. C. de manda. princip.Iaſ.in.l.omnium.in.j.not.C. de teſta.idem dicit Areti.de ſecretariis principis in.§.fi.col.j.inſtitut.de excep.ſequitur Bonus de curtili in tracta.nobilita.in.iij.parte,nume.clvj.

41 Decimanona diuiſio feudorum eſt:Aliud eſt in curte domini,quoddam extra curtem. hæc diuiſio elicitur ex.c.vno de capita.qui curiam vend.vbi tunc dicitur feudum in curte,quando dominus habet dominium poſſeſsionum & feudorum totius villæ: ita q̄ omnes ruſtici & coloni dictæ villæ recolligunt omnes fructus & reditus domini,& portant illos ad domum dominicalē.i. ipſius

BIU Cujas

Feudorum declaratio.

ipſius domini exiſtentē in dicta villa: & illa domus appellatur curia ſeu curtis domini. ideo ſi dominus concederet in feudum vnū māſum de dicta villa, vel vt vaſallus haberet annuatim certum reditum de dicta curte, & omnes alij fructus eſſent domini: tunc ille vaſallus dicitur in curte, & eſt feudum in curte. ponit idem Alua. in proœmio feu. in. xiiij. diuiſione.

42 Feudum extra curtem, eſt quando dominus non habet dominium totius villæ: ſed poſſeſsiones pro maiori parte ſunt ruſticorū, vel aliorum: & dominus modicū habet, puta duas vel tres poſſeſsiones: & nō eſt neceſſe quòd teneat ibi domū dominicalē: nam ſi dictas poſſeſsiones infeudaret, diceretur habere vaſallum extra curtem. ca. vno. §. pen. & fi. quibus mo. feu. amitta.

43 Vigeſima diuiſio feudorum eſt, quia feudum aliud eſt aduocatiæ, aliud de tabula, ſeu quaternata. Feudū aduocatiæ appellatur, quando eſt aliquis aduocatus forte fiſci, & illi aduocatiæ eſt feudum annexum pro ſuis ſtipendiis exoluendis: & idem in iudicatura, vel procuratia, notaria, vel alio officio, cui feudum ſit annexum. probantur prædicta in. c. vno. §. quicunque aduocatiam. de pace tenen. & eius viola. & idem puto in feudo ſcutiferorum, ſecundum Alua. in proœmio feudorum in. xviij. diuiſio. & in titu. de feudo guardiæ. & Iaſ. in col. pen. in præludiis feudo.

44 Feudum de tabula ſeu quaternata, eſt quādo ſpectat ad collationem regis vel domini: & illa ſunt ſcripta in quaternis cameræ, ſicut in camera computorum Pariſiis. declarat Andr. de Iſer. in ca. j. de controuer. inueſtitu. apud pares terminan. Alua. in. xxj. diuiſio. ſequitur Lucas de penna in. l. j. col. ij. C. de venditio. rerum fiſca. lib. xj. & l. quicunque. col. tertia. de omni agro deſer. lib. eo. & l. j. col. viij. de imponenda lucra. deſcriptio. lib. x. videto ſi libet. Aliud eſt feudum emptitium, ſeu mercenarium, & id eſt quod pecunia acquiritur. l. Titius. ff. de obſeq. Curt. conſi. l. col. j. & deciſ. Neapol. cclxxxij. orta. Aliud eſt feudum edictale, quod quis habet ſtatim quòd eſt hæres vaſalli, cuius perſonam repreſentat, & onus homagij videtur ſubiiſſe. not. Specu. in tit. de feud. in §. quoniam. verſi. xvij. & hoc habet ex edicto prætoris mortui, vt ibi no. Aliud decretale, quaſi à domino decretum. nam mortuo vaſallo hæres ſiue filius tenetur à domino petere inueſtituram, & dominum agnoſcere, & iuramentum fidelitatis præſtare: & idem dominus tenetur eundem recipere vaſallum: & recipiendo videtur ſibi decernere ius in feudo: ideo decretale feudum vocatur, vt declarat Iaſ. in præludiis feudorum, in fin. & d. Boer. in. §. vj. de conſue. feudi. in conſue. Biturigum: ſicut dicitur de bonorū poſſeſsione. nam quędam eſt edictalis, quædam decretalis, de qua vltima eſt tex. in. l. j. §. decretalis. ff. de ſucceſ. edict. de vtraque loquitur glo. in. l. iij. §. à municipibus. ff. de bon. poſ. doc. in. l. fin. §. qui admit. declarat mirifice conſocius ac conterraneus meus. d. de Contadis in ſuo tracta. de bono. poſ. fo. vij. & ſequen. vbi potes videre. Aliud eſt feudum quod ipſo iure amittitur: aliud per ſententiam. Ipſo iure tūc amittitur, quando vaſallus iure prohibente ſine domini permiſsione alienat: nam licet in alium transferre feudum non poſsit, tamen illud vere amittit de conſuet. libri feudorū, ca. j. de lege Corrad. glo. in ca. j. qui. mo. feu. amit. ca. imperialem. §. callidis. iuncta glo. & §. ſeq. de prohi. feu. aliena. per Frideri. & ibi late Ioā. Raynaud. & Pet. Iaco. in ſua practica, in forma libelli pro re feuda. in ij. rubri. de feudo aperto. c. vno. §. qui clericus. ſi de feud. defun. cō ten. ſit inter domi. & agna. vaſal. Barba. conſi. xj. illud aſſeram. col. octaua. in ſecundo volu. d. Bartho. de Chaſſa. in conſuetu. Burgū.

A in rubri. *des fiefz*. §. viij. glo. *commiſe n'a point de lieu*. & d. Ioan. Sanxon in conſuet. Turon. in rubri. *comment homage ſe doit offrir*. articu. j. in prima concluſione. & vndecim caſus in quibus ipſo iure perditur feudum, ponit Franciſcus Curtius in ſuo tractatu feudal. in quarta parte. verſi. reſtat &c. & quod remedium poſsit dominus intentare, ponit Iaſ. late in. l. vna. col. v. & ſeq. poſt alios. ff. de condict. ex lege. & in proœmio feu. hodie alienatur, nec perditur, vt ſupra dixi in tertia quæſt. verſi. vj. &c. Per ſententiam feudū vaſallus amittit, quando requiritur ſententia priuatiua, & lex non priuat. c. j. de feu. ſine cūlpa non amit. §. j. quo tempore miles inueſtitu. pet. debeat. & iuribus ſupra adductis. In dubio tamen quando vaſallus amittit feudum, debet intelligi per ſententiam, nō ipſo iure. Pet. Iac. in. d. ſua practi. in forma libelli de condict. ex lege non ſcripta. col. j. & Curtius vbi ſupra. Quæro nunc finaliter quæ ſit vtilitas quando ipſo iure amittatur, & an ſit maior quàm per ſententiam? Et videtur quòd nulla: quia licet ſit priuatio ipſo iure, ſiue per ſententiam, ſemper requiritur ſententia, ſaltem declaratoria. c. cum ſecundum leges. & ibi doct. de hæreti. lib. vj. Feli. late in. c. Rodulphus. de reſcript. & in ca. cum non ab homine. de iudic. Reſpon. tres eſſe vtilitates præcipuas quando ipſo iure amittitur. Prima eſt, quia quando quis eſt ipſo iure priuatus, tenetur ad reſtitutionem fructuum quos recepit à die quo fuit priuatus: licet ex poſt interuenerit ſententia declaratoria. ita tenet glo. mirabilis & ſingu. in authen. de inceſ. nup. in ver. imminere. col. ij. ſecundū Bal. in Marga. in verſi. priuatio. & Ange. in tracta. in gl. & eius bona. ver. quæro licet accuſatio. & Iac. in tracta. ſæpe allegato de feu. in verbo, dictíque vaſalli. col. xv. probatur arg. l. eum qui. in prin. ff. de his qui. vt indig. tex. & ibi glo. in ver. prouentibus. in. c. de multa. de præben. imō fructus recipiendo poſt priuationem, ipſo iure quis committit furtum: & atteſtatur Bal. in §. iniuria. col. tertia de pace tenen. & iura. firman. ſequitur Iaſ. in. l. ij. col. v. nume. xvij. C. de iure emphyteu. plus dicēs q, ſi emphyteuta ſit priuatus nō ſoluendo canonem per triennium: ſi tamen perſeuerauerit in poſſeſsione recipiendo fructus, ad reſtitutionem tenetur. allegat Ange. in §. ſi verò. in authen. de non alie. col. ij. Secunda vtilitas eſt propter rei alienationem: quia ipſo iure priuatus non alienat. l. Manichæos. C. de hæreti. l. fi. ff. ad. l. Iul. maie. & ibi latius docto. Tertia eſt vtilitas & vltima nunc propter modum agendi. nam alio modo agitur poſt priuationem ipſo iure ante ſententiam declaratoriam, & alio quando quis debet priuari per ſententiam, vt tenet Ioan. Rayuaud. in ſuo feuda. comprehenſo. in. §. pœna. numero. xiiij. de prohibita feu. aliena. per Frideri. declarant docto. in. d. ca. cum ſecundum leges. Feli. in. c. Rodulphus. de reſcript. & ca. cum non ab homine. de iudi. & hoc facit contra beneficiatos hereticos, ſiue Lutheranos, vel ſimoniacos. Alias vtilitates vide per Iac. de bello viſu in ſua practica, rubri. de quæſtio. fo. lxxxij. nume. cxj. vbi ponit quinque. & lvj. tradit And. Tiraquel. ī repeti. l. ſi vnquam. in verbo reuertatur. C. de reuocan. donatio. multáſque alias feudorum diuiſiones curioſus reperiet: quia tot ſunt feuda, ſeu ſpecies feudorum, quot ſunt qualitates perſonarum & modi dandi, vt notat Ioan. Berber. in. d. viatorio iuris, rubri. de feu. His tamen intellectis, arbitror alias diuiſiones feudorū recte intelligi: in quibus omnibus ſubmitto me correctioni charitatiuæ cuiuſlibet melius ſentiētis, iuxta tex. in. l. Claudius Felix. in fine. ff. qui pot. in pig. habean. Gratias Deo, virginíque Mariæ, ac toti cœleſti curiæ agendo.

B

C

FINIS.

BIU Cujas

ILLVSTRI VIRO, AC IVRECONSVLTO PRAESTANtissimo, optimóque viro domino Nicolao Boerio Burdegalen. in senatu præsidi meritissimo, Petrus Rebuffus. S. P. D.

COgitans ego, æquissime præses, quanta sit authoritatis tuæ amplitudo, quàm ingens & sonorum famæ tuæ nomen, quod olim Pythagoræ illi Samio, id hodie tibi contigisse video. Siquidem postquam seiunxit se ab humanis vir ille grauissimus, eius dicta, vt à vero minime aliena, pro oraculo quodam Apollinis, apud eos qui illum quondam audiuerant, anxiè ac religiosè suspiciebantur, ita vt nihil esse verius illis putaretur. De te verò qualem vbique gentium induerint opinionem vtriusque iuris sacerdotes, satis ostendit ista (ad quam te non diuitiarum vis atque copia, non aulicum artificium, non palpans & blandula adulatio, sed tua eximia virtus & incredibilis in legibus interpretandis æquitas euexit) senatoria dignitas. Certe quoties in augusto illo Aquitaniæ senatu, immo in quolibet totius Galliæ iudiciali foro dubia incidit aliqua & reciprocans quæstio, ad te, velut olim ad Oedipodem, vel tua opera concurritur, adeo vt mirandum sit in vno homine tantam iurisprudentiæ (vt interim varia quibus ornatus es scientiarum genera omittam) notionem existere. Itaque cùm non sim nescius Pessulanenses pro communi vtilitate vigilias non spernere, vt licet videre de Azone, qui in tres nouissimos libros Iustiniani Codicis commentaria, seu summam appositè in Montepessulano digesit. Item testatur & Ioannes Berberius, cuius extat opus illud lucubratissimum, cui Viatorio iuris nomen impositum est. prætereo Bertrandum de Monte Fauentino, qui l. diem functo. in eodem castro repetit: & exposit in Cardinalem ob eius præclaram scientiam creatus extitit. Quantum verò adiumenti, vt domestica etiam exempla adducam, attulerit nostri ordinis hominibus Iacobus ille Rebuffus, mihi patruus magnus, satis ostendunt præclaræ eius inuentiones, & scripturæ. Ego quoque horum exemplo accensus, hoc qualequale est transposui potius quàm compilaui: tibique, cui omnia debeo, dedicandum duxi, ex cuius fontibus potiorem præsentis munusculi partem hausisse (si nullo est veritas cõtaminanda mendacio) fatear est necesse. illud ergo iucundo suscipies animo, vir humanissime: atque sub vmbra tui nominis à latrantium canum baubatibus proteges. quod si feceris, incredibiles, mihi crede, ad literarum laborem fortiter subeundum stimulos ciuibus tuis concitabis. Vale tui Rebuffi memor.

BIU Cujas

INCIPIVNT CONSVETVDINES feudorum.[a]

Qui feudum dare possunt, & qualiter acquiratur & retineatur.

Quidam habent aliter rubricam: ita scilicet, quibus modis feudum acquiratur & retineatur: noster autem apparatus vtitur hac rubrica ab illo verbo primo in antea.

Incipiũt cõsuetudines Feudorum: Et primo

TITVLVS I.

DE HIS QVI FEVDVM dare possunt,[a] & qui non: & qualiter acquiratur, & retineatur.

Feudum dare possunt prælati ecclesiarum, si ecclesiæ est cõsuetudo: & nobiles seculares: & qui ab eis feudũ accipiũt. Bal.

Via de feudis[b] tractaturi sum[g], videamus primũ qui feudũ dare possunt. Feudũ autẽ dare possunt[c] archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa, prępositus, si antiquitus[d] cõsuetudo eorũ fuerit feudum dare.[e] Marchio[f] & comes similiter feudum dare possunt, qui propriè regni vel regis capitanei dicũtur. Sũt & alij, qui ab istis feuda accipiũt,[g] qui propriè regis vel regni valuasores dicuntur: sed hodie capitanei dicũtur, seu appellantur: qui & ipsi feuda dare possunt. Ipsi verò qui ab eis accipiũt feudum, minores valuasores dicuntur.

Vasallus ipso viuo nõ priuatur feudo. ipso verò mortuo, ad filios æqualiter pertinet feudũ: & si filii nõ sint, ad nepotem & ad fratres, eis nõ extãtib⁹, si feudũ est paternũ, vel nouũ, & p pactũ est actũ: filiæ verò in feudũ nõ succedũt: nouissimo autem tẽpore collaterales vsq; ad septimũ gradũ descẽdentes masculi in infinitum succedunt. h. d. vsque ad §. notandum. Baldus.

Et quia vidim⁹ de personis, videam⁹ qualia prius habuerũt initia. Antiquissimo enĩ tẽpore sic erat ĩ dominorũ potestate cõnexũ, vt quãdo vellent, possent auferre[h] rẽ in feudũ à se datam: postea verò eò vẽtũ est, vt per annũ tãtũ firmitatẽ haberẽt: deinde statutũ est, vt vsq; ad vitã[i] fidelis produceret. sed cũ hoc iure successionis ad filios nõ pertineret: sic progressum est, vt ad filios deueniret: ĩ quẽ scilicet domin⁹ hoc vellet beneficiũ cõfirmare: quod hodie ita stabilitum est, vt ad omnes æqualiter† filios pertineat. Cùm verò[k] Corradus Romã proficisceret, petitũ est à fidelib⁹ qui ĩ ei⁹ erãt seruitio, vt lege ab eo promulgata hoc etiã ad nepotes ex filio p̃ducere dignaret: [l] & vt frater[m] fratri sine legitimo hærede defuncto, vel fili⁹ in beneficio qđ eorũ patris fuit, succedat. Sin autẽ vn⁹ ex fratribus à domino feudũ acceperit: eo defuncto sine legitimo hęrede, frater eius ĩ feudũ nõ succedit. qđ & si cõmuniter acceperĩt, vn⁹ alteri nõ succedit, nisi hoc nominatim[n] dum amittat: dum tamen culpari non posit is qui succedere intendit. arg. ff. de inter. & re. l. iij. ita tamen succedit, vt si dominum in aliquo offendit, ei satisfaciat: alioquin tali beneficio indignus videtur, vt ex constitutione imperatoris Corradi manifestè colligitur, quæ est in Lombar. in titu. de be. & ter. tri. l. vlti. Sic ergo legitimus velut proximior fratrem excludit. hoc autem ita intelligitur, si fuerit masculus. fœmina enim non succedit in feud. nisi ex pacto: vt infra de succes. feu. §. filia verò. & infra eodem. §. hoc autem notandum. nisi secundum quosdam si fuerit feudum maternum: vt infra de na. suc. feud. c. j. licet videatur cõtradicere infra de feud. fœ. c. j. Item hoc sic intelligatur, scilicet si non felonia prædecessor feudum amiserit. nã tunc proximior expellitur, & vlterior admittitur, nisi dominus gratificatus proximiori fuerit, & ei feudum concesserit: vt infra quemadmodum ad filiam feu. perti. c. si quis sine filio masculo. & infra si vasal. feu. priue. cui deferatur. c. vasalli feu. Quod verò dixi fœminam non posse succedere, sic verum est, nisi feudum à domino redemerit: vel nisi dominus propter seruitium patris id ei dederit. tunc enim ab aliquo ex parentibus suis non est inquietanda: vt infra quemadmodum feu. ad filiam perti. c. si quis sine filio masculo.

Si antiquitus. vt nõ stet memoria[d] rẽ alicuius ter pcessisse: vel p. xxx. annos & retro hoc cõsueuerat facere. nã cõsuetudo multũ operat in iurisdictione: vt. C. de emanci. libe. l. j. & l. fi.

Feudum dare. quod hic dicitur de clericis, intelligas[e] secũdum id quod dicitur. ĩ. de cle. qui inue. fac. ca. clerico. & ita videtur secũdũ quod hic dicitur, q̃ clerici non possunt feudũ dare, nisi eorũ antiquitus fuerit consuetudo: quod forte est sic intelligendũ, scilicet de rebus ipsius ecclesiæ, quæ videlicet ei subiectæ sunt: vt. ĩ. episcopum vel ab. vel abbatiss. &c. §. item si episcopus. sed alia dare, quę data non inuenerunt tempore sui ingressus, prohibentur: & hoc est quod ibi dicitur, quæ videlicet ei subiectæ sunt &c.

Marchio. qui autem dicantur marchiones, comites, duces, capitanei, valuasores maiores, vel minores, & etiã minimi, dicitur infra quis dicatur marchio, dux, vel comes. c. qui à principe. Acc.

Feuda accipiunt. Et ista feuda superiora propriè iure feudi olim concedebantur: alia verò feuda quæ à maioribus aliis impendebantur, iure feudi non iudicabantur: vt infra eodem. §. notandũ est autẽ. hodie autẽ idem obseruatur in minoribus & minimis, quod etiam in maioribus: vt infra de natu. feu. c. j. & ij.

Auferre. quod adhuc obtinet in feudo guardiæ & castaldiæ, quod datur pro mercede alicuius rei scilicet, quòd post annum potest auferri, etiam pretio pro eo dato nõ restituto: nisi ad certum tempus datum sit: vt infra de feud. guardiæ. ca. itẽ illud datur. & infra de conten. inter domi. & vas. de inuesti. feu. §. insuper sciẽdum est. nisi forte velit dicere, quòd illa capitula loquãtur secundum antiqua tempora, secundum quæ hic generaliter dicitur: contrarium tamen videtur dicendum: [f] ideo quia illa duo capitula posita sunt post istud.

Vsque ad vitam. vltra non. & hoc adhuc obtinet secundum rigorem consuetudinis in feudo marchiæ, ducatus, comitatus, vel alterius regalis dignitatis ab imperatore data: quoniam illud feudum finitur cum persona accipientis: quia hæres in eo non

g Per cõsuetudinem, vt etiã in talibus feudis habeat locũ successio, & nõ extĩguatur cũ vita vasalli: vt c. 1. in fi. de ali. feu. secũdũ Bal. & Albe.

h Idẽ tenet hic Bal. in 4. col. ver. quærit glo. pone quòd & nõ sic de illegitimo, frater. & id est de eo qui de iure institui nõ valet: sed †Facit hic ideo cõtigit hoc, quia potius principali prouidẽtia, quàm eius iudicio hoc feudũ ad fratrẽ peruenirĕt: & ideo non valet. argu. ff. de adop. l. si arrogator. §. j. nã & à maioribus potius hoc ĩtelligitur habere, quàm à fratre. vn de intelligo fratrẽ fratri debere succedere, ex quacũq; causa feudum maternum. Bald. super verb. æquauiderĕt, liter. in. 2. col. sed quæ re de vno, vbi late tractat hanc materiam. Frater fratri, filiis nõ extantibus, succedit in feudo.

i Istud dictũ gloss. approbãt Bal. & Albe.

BIU Cujas

in illo tit.de duobus fratribus de neuo bene.inuesti.c.si duo fratres in communi causa.quia ibi loquitur quando domino feudi ignorante de cõmuni pecunia emebat.& hoc est quod dicitur ibi,ne forte inuit⁹ dominus &c.sic ergo cuius fuerit pecunia de qua feudum emitur,multum interest.arg.tamen contra est aliàs: quia nõ ĩterest de cui⁹ pecunia emit,sed cui⁹ nomine emitur,nisi ca sualia notentur:vt. C. de rei vin.si ex ea pecunia. &. C. communia vtriusque iudi.l. si patruus.&.C.de ꝓba.ad probationem. casualia autẽ his tribus carminibus comprehenduntur,Fit res dotalis nũmis dotalibus empta: Fitque pupillaris [a] nũmis res empta pupilli. Et ne conuertas, idem de milite credas: vt.ff. de iure dot.l.cum vir. §.vlti.aliàs est ibi.l.res quæ.&.ff. solu. matrimo.l.si cum dotem.in fi.&.C.de rei vin.l. si vt proponis.sed quod in versi.primo continetur, falsum puto: [b] vt.C.de iure dot.l.ex pecunia.

a Idẽ dic in filio prodigo p.l.2.in gl.C.de cura.fu.& in ecclesia per gl.in.l.si vt ꝓponis. hic allega.& vl.vxor marito.ff. de do.inter vi. & vx.Bal. & Albe.

b Tu dic ꝙ immo res efficiatur dotalis v subsidiũ.l. Proculus.ff. de iu.do. Bal. & Albe.

a *Legibus.* quod verũ est:sed alio modo succedunt iure Romano: alio modo iure Lõbar. iure enĩ Romano succedũt tã masculi quàm fœminæ,& ꝓ se,& cũ masculis æqualiter:quoniam sublata est differẽtia sex⁹:vt.C.de suis & leg.hẽr.auth.in successione.nec enim debent propter hoc solũ puniri,quòd fœminæ natæ sunt: vt. C.de legi.hære.l. pe.quid enim peccauit natura, ꝙ masculos non ꝓcreauerit?C.de libe.præ.vel exhæ.l.vlti.extantibus ergo filiabus legitimis,tanquam legitimis successoribus,naturales filij omnino excluduntur:vt.C.de na.li.quasi ꝓ totũ.& in auth.ibi signata.præterea si pater dotauerit filiam,nihilo minus veniet ad successionem patris,etiam si pacta fuerit cum patre se nullũ regressum habituram ad bona paterna:vt.C.de coll.l.pactum.&.C.de pac.l.pactum.filij enim meritis paternis magis sunt ad obsequia paterna ꝓuocãdi, quàm pactionibus adstringẽdi:vt.C.de inof. test.l. siquando.§.j. iure autem Lombardo non succedũt ita fœminæ sicut masculi.quamuis enim iure Lõbardo filia legitima, si sola remaneat, totã patris hæreditatẽ habere debeat:vt in Lõbar.de suc.si quis Lombardus.& de ho.lib.§.si quis Lombardus. tamen si remãserit vnà cum filio legitimo masculo,ipsa habebit tantum tertiam partem hæreditatis,& masculus duas: vt in Lõbar.de succ.l.ij.&.l.vj. Præterea iure Lombar.legitima filia non excludit naturales:immo habet tãtũ tertiã:& naturalis vnus vel plures aliã tertiã,& curia regia vel alij parẽtes aliã tertiam:vt in Lõbar.de suc.si quis dereliquerit filiã.legitim⁹ verò fili⁹ haberet duas partes,& naturalis tertiã:vt in prẽdi.tit.l.ij. itẽ si pater dotauerit filiam,nõ veniet amplius filia ad eius successionem: vt in Lõbar.prædic.tit.si pater filiã suã,aut fra. Itẽ iure Lõbar.fili⁹ legitimus natus post donationem quam pater fecit omniũ bonorũ suorũ,reuocat eam totã post mortẽ patris:filia verò tãtũ tertiam partem:vt in Lombar.prædic.titu.si quis se desperauerit.& præterea filia iure Lombar.non recipit compositionẽ patris occisi,sed masculus tãtum,vel alij parentes,ideo quia faidam leuare non potest:vt in Lombarda.de ho.li.ho.si quis longo.dicitur autem faida,id est inimicitia:vt in Lõbar.de pla.li.ho.l. in omnibus.& titu.de succes.si fuerint filij. Accursius.

b *A successione feudi.* hic ergo aliud statuit,quàm in legib⁹ obseruatur:nimirum legum Romanarum non vilis est authoritas: non tamen vsqueadeo vim suam extendunt, vt consuetudinem dictũ sit: scilicet vt vno defuncto sine legitimo hærede,alter succedat:hærede verò relicto, alter frater remouebitur.

Hoc autem notandum est,ꝙ licet filiæ vt masculi patribus succedant,legibus [a] tamẽ à successione feudi [b] remouentur:similiter & earũ filij:nisi specialiter dictum fuerit vt ad eas ꝓtineat. Hoc quoque sciendum est,quòd beneficium hoc ad venientes ex latere vltra fratres patrueles [c] non progreditur successione secũdum vsum ab antiquis sapientibus constitutum:licet moderno tempore vsq; ad septimum gradum [d] sit vsurpatũ:quod in masculis descendẽtib⁹ hodie nouo iure vsque in infinitum [e] extenditur.

Feudum quod datur à capitaneis, vel regis valuasoribus, propriam habet naturam:quod verò à minoribus datur, propriã naturam nõ habet: duobus casibus exceptis, qui in litera continentur. Baldus.

Notandum est autem, quòd illud beneficiũ quod à regis capitaneis, atq; regis vel regni valuasorib⁹ †aliis impẽditur, ꝓpriè iure feudi censetur. Illud verò quod à minorib⁹ in alios trãsfertur,non iure feudi iudicatur,licet aliter in curia Mediolanẽsi obseruetur: [f] sed quãdo voluerint,rectè auferre queunt: nisi Romã cũ illis in exercitu perrexerint, quo casu iure feudi trãsit,& adiudicatur:vel nisi aliquid propter feudum acceperint.tũc enim nisi restituto precio auferre non possunt.

TITVLVS II.

DE FEVDO GVARDIAE & castaldiæ.

Feudum guardiæ & castaldiæ,& illud quod pro mercede alicuius rei datur,elapso anno reuocari potest:nisi ad certum tempus detur.sed si castaldi nomine proprii feudi dicant se possidere:non defendunt sibi possessionem,nisi de suo iure probent. Baldus.

ITem [g] illud quod datur nomine castaldiæ vel guardię,& ꝓ mercede alicuius rei:transacto anno potest iure auferri, etiã precio ꝓ eo dato nõ restituto: nisi ad certũ tẽp⁹ datũ fuerit. Si verò castaldi [h] aliquid nomine proprij feudi possederit:nõ valebũt ꝓpterea possessionẽ sibi defẽdere, [i] nisi ꝓ pares curię vel breue testatũ [k] potuerit ꝓbare se antequã castaldi essẽt vel postquãde fierũt esse, iuestiturã accepisse.

c *Patrueles.* patrueles fratres dicuntur,qui ex duobus fratribus nati sunt.nam qui ex sororibus nascũtur,ipsi cõsobrini proprie appellantur,quasi consororini sint: licet vulgus omnes cõsobrinos appellet:vt instit.de gra. co. §. quarto. &. ff. de gra.l.j.§.quartogradu.

d *Gradum.* aliàs gradum,aliàs geniculum. gradum plus est assuetum quàm geniculum: sed sunt æquipollentia ĩ significato.& quidam non habent verba sequentia,vsque in infinitum.quod antem dicit gradum,sic intellige: vt si contẽtio inter eos collaterales & curtem regiam fuerit de feudo,debent iurare cũ legitimis sacramentalibus suis.xij.& feudum paternum esse:& se illis qui acquisierunt,propinquiores esse:& in septimo geniculo eis pertinere in Lõbar.de succes.l.j.

e *Vsque in infinitum.* hic ergo colligitur ꝙ infinitas rei licitũ vel illicitũ nec iuuat, nec excludit. arg.ff. de le. præstan.cõtra tab.l.j.licet contra aliàs dicatur,scilicet quòd infinitas est vitanda:vt.ff.de dam.infe.l.qui bona.§.vlt.& de testi. l.j.& no.de hac materia plene in libello dispu.Py. iiij. char. ru. quod illicitum est &c.

f *Obseruetur.* quia omnium æqualis est cõditio. Sed quãdo hoc refertur ad versic.illud,non ad versi.aliter in curia.rectè hoc intelligo secundum sua tempora. olim enim licebat minoribus valuasoribus deuestire vasallos suos quandocunque volebant:& principi vel maioribus valuasoribus non erat permissum: & sic concedebatur minori quod maioribus denegabatur.ar. ad hoc ff.de ri.nup.l.obseruãdum.ar.ff.de offi.præt.l.Barbarius.hoc tamen hodie mutatur:quia idem est in minori quod in maiore dicebatur: vt infra de na.feu.in fi.& infra de feu.da. mini.val.c.si minores.sed nouissimo iure feudũ sine certa & conuicta culpa amitti non debet: vt in Lombar. de bene.& terris tribu.l. vlti.& infra de feu.sine cul.non amitten.ca.j.& titu.quo tempore miles inuestitu.pete.debeat.c.iij.

DE FEVDO GVARDIAE & castaldiæ.

g *Item.* Aliàs, item illud.aliàs,item aliud.aliàs, illud autẽ.aliàs c.& aliàs.§.sed.c.debet esse,non.§.quia habet rubricam, vel habere debet:vt hic:qua vtimur in nostro apparatu.

h *Si vero castaldi.* dicitur castaldus,siue actor, cui res domini committuntur [d] gubernandæ : vt.C. de sacro.eccle.l. iubemus. circa prin.& in Lombar.de acquisi. act. re. l. j. vt aliàs dicitur [e] œconomus, cui gubernanda res ecclesiæ mandatur: vt.C. de sacrosan.eccl.l. iubemus.circa prin. villicus autem dicitur,qui ad fructus percipiendos præponitur : vt. ff. de instit. actio. l. si cum villico.

i *Sibi defendere.* ignoranter accipiendo, quod erat proprium feudum,simplex pro castaldia.alioquin præiudicium fieret sibi. C.de actio.empti & vendi.l.si seruos.

k *Testatum.* hæc tamen adiectio plerisque non placet.

Leges Romanorũ cõ-

QVI SVCCESSORES FEVDVM dare teneantur.

Si verò. aliàs. c. & aliàs. §. siue rubri. quę hic est, vel debet esse, secũdũ quosdã: quia hic in apparatu nostro vtimur. aliàs habetur hic glossa talis: vacat hoc cap. ꝓpter inferius, si quis inuestitus. & hic potest esse tit. qui succes. test.

b *Archiepiscop.* possunt ergo huiusmodi clerici feudũ cõstituere: sed hoc est itelligẽdũ vt not. i summa. cõstituebat olim &c. sed licet feudũ dare possint, nõ tamẽ cognatis dabũt. C. de sacrosan. eccles. l. iubemus. & in auth. ibi posita, quibus cũq; modis. & est notãdũ, ꝙ si ꝑsona ecclesiastica facit inuestiturã de feudo quod ab alio detinetur, antequã sibi ꝛperiatur, ꝙ nõ tenetur successor eius: & si pure aliqué iuestierit, ꝙ exinanitur feudũ. ꝙ si sub cõditione fecit, inducit inuestiturã: & ecõuerso ꝑdecedẽte vasallo inuestiturã recusare nõ valet: secus autẽ est in ꝑsona priuata: quia tunc vtriusque successor obligatur. & hic potest esse tit. qui succes. feu. c. si quis inuestit[a] fuerit. & j. si de feu. controuer. fuerit. ca. morib[o]. & est quoq; not. ꝙ in clericorũ inuestitura pariter admittuntur testes pares & extranei: vt. j. si de inuestit. inter domi. & vasal. lis oriatur. c. j. §. iuste se venturum. & hoc cũ de rebus eccles. faciũt inuestiturã: quia sec[o] est cũ de suis ꝛpriis: vt. j. qui testes sunt neces. ad nouam inuesti. ꝛpban. c. j. circa princip. Accursius.

c *Pares.* eius curię, vt breue testatũ: aut aliis euidentissimis probationibus. Accursius.

d *Ratam habere.* hic potest not. quòd ratione adiuncti præsumitur quid ademptũ, nisi ꝛpbetur concessum: vt arg. ff. de postu. l. j. §. ité senatus. & ff. de infa. l. furti. & C. de ifa. l. decreto. ar. cõtra ff. de do. inter vi. & vxo. l. si spõsus. §. ij. & de ma. test. si quis liber. secũdũ etiã ꝙ de hoc no. pro & cõtra in libello Py. char. ij. rub. licitũ est quid ratione adiũcti. & rub. cõtra. seq. Sed huic §. est cõtra. j. si de inuesti. inter do. & va. lis ori. §. si autẽ aliquis. Sed illud itelligo, quãdo in possesione fuit castald[s]. hic igitur nõ ꝓsumitur fuisse datũ, nisi ꝛpbetur cõtra: sicut & peculiũ illius qui manumittitur in testamento, vel in vltima voluntate: vt. C. de pecu. eius qui libertatem meruit. l. vnica. Accursius.

e *Compelluntur.* Et est ratio: quia successor prędictorũ nihil habet à prędecessore, a vnde eius factũ nõ tenetur habere ratũ: sed in herede secus. b Azo. quia ex qua ꝑsona quis lucrũ capit, eius quoque factum probare tenetur, etiam si quandoque iure factũ non esset: vt. ff. de regu. iur. l. ex qua. &. C. de libe. cau. l. si ab eo.

SI DE INVESTITVRA FEVDI controuersia fuerit.

f *Si autẽ.* Quidã habẽt hic talẽ rub. si cõtrouersia fuerit de iuestitura feudi: qua nõ vtimur in nostro apparatu. & quidã habent glossatum, vacat hoc. c. propter inferius. c. de controuersia feudi apud pares curię terminãda. c. si inter dominũ. Accursius.

TITVLVS III.

QVI SVCCESSORES feudum dare teneantur.

Successor prælati non cogitur inuestituram à prædecessore factam, & non expletam de feudo quod alius tenet, ratam habere: nisi eo consentiente qui feudum tenet, sit alius inuestitus. inuestiens autem cogitur eã adimplere feudo sibi aperto: sed laici successor cogitur indistinctè adimplere inuestituram à prædecessore factã. Baldus.

SI verò[a] archiepiscopus, [b] episcopus, vel abbas, vel abbatissa, inuestituram eius feudi quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, vt post decessum eius qui possidet, habeat: & antè decesserit archiepiscopus, quàm ille qui feudũ possidebat: successores eorũ nõ cogũtur eã inuestiturã facere, vel confirmare, etiã si pares [c] ei[s] curiæ adsint testes, vel breue testatum [d] inde sit: nisi ille qui inuestituram acceperit, nomine ei[s] ĩ possesionẽ missus feudi sit eo cõsentiẽte qui detinet. Sed si ille qui feudũ possidet, prius decesserit, quàm ille qui inuestiturã fecit: iure cogitur eã ratã habere. [d] Laici verò iisdẽ modis omnibus, quibus suprà diximus, si aliis inuestiturã dederint, hæredes eorũ si rationib[s] claruerint, omnimodo eã adimplere cõpellũtur [e].

TITVLVS IIII.

SI DE INVESTITVRA feudi controuersia fuerit.

Si inuestitura sit facta coram paribus, vel per breue testatum, dominus tenetur inuestitum mittere in possessionem. si verò in possessione fuerit, & lis ei moueatur à domino: sibi datur defensio per iuramentum: nisi in casu: vt quando vasallus est de alio feudo infeudatus: quia tunc domino remittitur sacramentum. Iaco. de bel.

SI autem [f] controuersia ĩter dominũ & fidelẽ de feudi iuestitura fuerit: quid iuris sit, videam[s]. Et si inuestitura facta fuerit corã parib[s] [g] curiæ, aut in breui testato: [h] rectè eũ qui inuestitus est, cogitur dominus mittere in feudi possessionẽ. [i] Si verò fuerit in possesione, [k] & mota fuerit ei cõtrouersia à domino: ei defensio detur ꝛpter possesionẽ. Si autẽ nõ fuerit in possesione, [l] nec supradictis modis poterit ꝛpbare: tũc illi[s] erit defensio, qui iuestiturã dicitur feciſſe. Si verò feudũ aliquis habuerit, de quo nulla cõtrouersia est, & dixerit se inuestiturã alterius feudi accepisse ab eodẽ domino, nec in possesione fuerit, nec prędictis rationibus probare poterit: licet domini esset defensio, [m] ex ordine: tamen, quia aliũde vasallus est, remittitur [n] domino ex æquitate defensio.

Si vasallus legitimè probauerit se fouere ius in parte feudi paterni per ipsum possessi: retinerè debet etiam in alia parte de qua versatur quæstio inter ipsum & dominum. b. d. secundum Alua.

Cùm autẽ quis dixerit feudum ad se per successionẽ pertinere, asserẽdo illud esse paternũ: si fuerit ĩ possesione medietatis, vel alicuius partis, [o] vel cã biũ ꝛprietatis [p] nomine illius res. & prõptiores sumus ad absoluẽdũ, quàm ad cõdẽnãdũ: vt. ff. de ac. & obli. l. Arrian[s]. & hoc vbi ꝑ omnia paris cõditionis sunt actor & reus: alioquin honestiori deferẽdũ est sacramẽtũ: secũdũ quod no. C. de iureiu. l. in bonę fidei. &. j. de cõ. re. seu. ca. sacramẽtũ nõ semꝑ est dãdũ &c. vnde quę dicũtur hic de sacramẽto dãdo possidẽti, & in se. c. & in omnib[s] in quibus hoc dicitur, debent intelligi cum determinatione prædicti. c. sacramentum.

a *Archiepiscop.* possunt ergo huiusmodi clerici feudũ cõstituere: sed hoc est itelligẽdũ vt not. i summa. cõstituebat olim &c. sed licet feudũ dare possint, nõ tamẽ cognatis dabũt. C. de sacrosan. eccles. l. iubemus. & in auth. ibi posita, quibus cũq; modis. & est notãdũ, ꝙ si ꝑsona ecclesiastica facit inuestiturã de feudo quod ab alio detinetur, antequã sibi ꝛperiatur, ꝙ nõ tenetur successor eius: & si pure aliqué iuestierit, ꝙ exinanitur feudũ. ꝙ si sub cõditione fecit, inducit inuestiturã: & ecõuerso ꝑdecedẽte vasallo inuestiturã recusare nõ valet: secus autẽ est in ꝑsona priuata: quia tunc vtriusque successor obligatur. & hic potest esse tit. qui succes. feu. c. si quis inuestit[a] fuerit. & j. si de feu. controuer. fuerit. ca. morib[o]. & est quoq; not. ꝙ in clericorũ inuestitura pariter admittuntur testes pares & extranei: vt. j. si de inuesti. inter domi. & vasal. lis oriatur. c. j. §. iuste se venturum. & hoc cũ de rebus eccles. faciũt inuestiturã: quia sec[o] est cũ de suis ꝛpriis: vt. j. qui testes sunt neces. ad nouam inuesti. ꝛpban. c. j. circa princip. Accursius.

b *Pares.* eius curię, vt breue testatũ: aut aliis euidentissimis probationibus. Accursius.

c *Ratam habere.* hic potest not. quòd ratione adiuncti præsumitur quid ademptũ, nisi ꝛpbetur concessum: vt arg. ff. de postu. l. j. §. ité senatus. & ff. de infa. l. furti. & C. de ifa. l. decreto. ar. cõtra ff. de do. inter vi. & vxo. l. si spõsus. §. ij. & de ma. test. si quis liber. secũdũ etiã ꝙ de hoc no. pro & cõtra in libello Py. char. ij. rub. licitũ est quid ratione adiũcti. & rub. cõtra. seq. Sed huic §. est cõtra. j. si de inuesti. inter do. & va. lis ori. §. si autẽ aliquis. Sed illud itelligo, quãdo in possesione fuit castald[s]. hic igitur nõ ꝓsumitur fuisse datũ, nisi ꝛpbetur cõtra: sicut & peculiũ illius qui manumittitur in testamento, vel in vltima voluntate: vt. C. de pecu. eius qui libertatem meruit. l. vnica. Accursius.

d *Compelluntur.* Et est ratio: quia successor prędictorũ nihil habet à prędecessore, a vnde eius factũ nõ tenetur habere ratũ: sed in herede secus. b Azo. quia ex qua ꝑsona quis lucrũ capit, eius quoque factum probare tenetur, etiam si quandoque iure factũ non esset: vt. ff. de regu. iur. l. ex qua. &. C. de libe. cau. l. si ab eo.

e *Si autẽ.* Quidã habẽt hic talẽ rub. si cõtrouersia fuerit de iuestitura feudi: qua nõ vtimur in nostro apparatu. & quidã habent glossatum, vacat hoc. c. propter inferius. c. de controuersia feudi apud pares curię terminãda. c. si inter dominũ. Accursius.

f *Coram paribus.* scilicet quia debent esse nouæ inuestituræ, si tamen pares habet dominus: si autem non habet, tũc sufficient [c] extranei. infra qui testes sunt neces. ad proban. nouam inuestituram. c. j. Accursius.

g *Breui testato.* & à paribus confirmato saltẽ duobus, [d] vel tribus: vt infra quid sit iuesti. §. si enim. Secundum Mediolanẽ. aliud obseruatur: vt infra qui testes sunt ne. ad proban. nouã inuesti. c. j.

h *Possesionem.* scilicet vacuam. quod si differat, omnem vtilitatem ei prętabit: [e] vt deno. for. hde. c. inuestiturã, nec liberabitur dominus soluendo interesse, si eum pœniteat inuestiturã feciſſe, vt. j. si de feu. contro. fue. c. si facta inuestitu.

i *In possesione.* in qua stetit ad minus per annum, & domino sciẽte, & non contradicẽte, ne aliàs iusta ignorantia, vel parui tẽporis negligentia cũ iniquæ possesionis periurio quandoq; domino posset dãnũ afferre: vt j. si de feu. defun. cõtẽ. sit ĩter do. & agna. vas. §. si facta de feudo.

k *In possesione.* hic datur defensio possessori ꝛpter possesionẽ. est enim magnũ cõmodũ possidere: vt. ff. de rei vin. l. is qui destinauit. quod puto intelligẽdũ de iusta possesione, [f] quoniam si dolo quis possessor inuẽt[s] fuerit, nõ debet talis possesio sibi patrocinari: vt C. de li. cau. l. eam. nec enim dolus ꝛprius alicui releuare debet: vt ff. ꝓ soc. l. verũ. §. tẽp[o]. Quid ergo erit si neuter possideat? Respon. ei qui cõuenitur, dabitur defensio: quia fauorabiliores sunt rei, quàm actores, [g] vt. ff. de re. iu. l. fauorabilio-

l *In possesione.* hic datur defensio possessori ꝛpter possesionẽ. est enim magnũ cõmodũ possidere: vt. ff. de rei vin. l. is qui destinauit. quod puto intelligẽdũ de iusta possesione, [f] quoniam si dolo quis possessor inuẽt[s] fuerit, nõ debet talis possesio sibi patrocinari: vt C. de li. cau. l. eam. nec enim dolus ꝛprius alicui releuare debet: vt ff. ꝓ soc. l. verũ. §. tẽp[o]. Quid ergo erit si neuter possideat? Respon. ei qui cõuenitur, dabitur defensio: quia fauorabiliores sunt rei, quàm actores, [g] vt. ff. de re. iu. l. fauorabilio-

m *Esset defensio.* hoc sic intelligo, scilicet vt habeatur ratio personæ, & feudi quod petitur: vtrum honesta sit: an est persona quæ facile iuret: & an sit magnum, an paruum feudum quod à vasallo exposcitur: & an diu dominus sine aliqua controuersia sciente vasallo possederit. hæc omnia curiæ cum alterius iudicis arbitrio relinquuntur examinanda.

n *Remittitur.* id est aufertur.

o *Partis.* hic dicitur quòd obtinere debeat vasall[s] si de aliqua parte possessor inueniatur: quod puto intelligendum secundum superius dicta: vt supra proxi. postea detur sibi defensio.

p *Proprietatis.* sed vtrũ eadẽ sit distinctio hic quẽadmodũ. §. e. §. ꝛpxi. scilicet vtrum fuerit ei datum cambium coram paribus, vel in breui testato, vel aliàs? Respon. vtique, & intelligo quòd allegat vasall[s] se habere pure nomine ꝛprietatis pro parte illi[s] feudi, quod feudum pro parte petit, scilicet pro illa parte ꝛp qua

BIU Cujas

dicit se non habere cambium: nam alioquin si haberet cambium totius feudi nomine proprietatis, frustra experiretur pro feudo.

a *Iustis rationibus.* hoc est quòd inuestitura fuerit facta coram paribus curiæ: vel quòd habuit breue testatũ. alij enim & si idonei sunt, non admittuntur: vt infra de con. inter do. & vas. de inuesti. feud. c. si fuerit contentio.

b *Probare.* sed & si nõ ꝓbauerit, etiã electio iurisiurãdi ei datur. si verò ꝓbare non potuerit prędicto modo, dabitur ei defensio cũ. xij. sacramẽtalibus, etiã si nõ possideat totũ feudũ, vel parte, vel ꝓ eo aliquid. Accur.

c *Iure.* adeo vt eũ solũ iurare sufficiat sine testibus quãdo possidet: vt. j. si de inue. in. do. & vas. lis oritur. §. si quis se vel paré. &. §. si auté. nec est contra prędictũ. c. si fuerit cõ. inter do. & va. c. si tamẽ conté. quia illa determinatur per istam, vt distinguatur, sit domin⁹, an fidelis. vel ibi cõstat feudum: sed dubitatur esse paternum, an collaterale. in. c. si fuerit. non constabat quòd vnquam fuerit feudum.

d *Per pares curtis.* in hoc & in se. §. sic opponitur: aut inficiatur se habere nomine guardiæ: aut non inficiatur. si nõ inficiatur, ad quid probat dominus? Item si inficiatus fuerit: ad quid postea auditur, cũ illi denegetur audientia, qui ꝓpriã scripturã negauerit: vt. C. de non nu. pe. auth. cõtra qui ꝓpriam? Ité quæritur in isto. §. & se. ad quid deferatur iusiurãdum vasallo, si dominus in ꝓbatione deficiat, cũ actore non ꝓbante reus & si nihil præstiterit, obtinebit: vt. C. de eden. l. qui accusare? Respõ. ad cautelam hoc facit iudex, sicut & i. C. de iureiur. l. in bonæ fidei. &. ff. de iureiuran. l. admonẽdi. nõ est cõtra. ꝟ. de feu. guardiæ. vt ibi no.

e *De manso.* in isto. §. talis notatur distinctio: aut domin⁹ aliquid sibi reseruauit, aut non. si non sibi reseruauit aliquid: aut est vas. in pos. aut non. in primo casu tenetur probare vas. inuestituram: & hoc facit retentio dominij. In secundo vero quando nihil sibi reseruauit, si non est in possessione, idem est. si verò possideat, non probabit inuesti. sed ita esse iurabit.

f *Reseruauerit.* præsumitur enim quòd dominus incrementum retinuit eo quòd aliquid sibi in curia reseruauit. vnde vas. obtinere debet, & de incremento specialiter inuesti. factam esse probare habet necesse. Vel dicas referre, vtrum sit discretum, vel latens incrementum: vt si sit discretum, sicut est insula, pertineat ad dominum: si latens, ad vasallum: vt. ff. de vsufr. l. item si fundi. §. j. &. ij.

feudi habuerit, vel aliis iustis rationibus[a] illud esse paternũ ꝓbare[b] potuerit: iure[c] obtinebit. Si verò ꝓbare nõ potuerit prędicto modo: dabitur ei defensio cũ duodecĩ sacramẽtalibus.

Si vasallus possidet castrum nomine recti feudi, dominus autem dicat eum nomine guardiæ possidere: domino incumbit probatio: & si probauerit, vasallus condemnabitur: nisi vasallus probet se legitimè inuestitum à domino, postquam in guardiã ab eo acceperit: domino verò in probatione deficiente, vasallo datur defensio. Baldus.

Item si vasall⁹ possederit castrum, quod dixerit se pro feudo tenere, & econtra dominus per guardiã dixerit se ei dedisse: domini est probatio: & si poterit probare, tunc ille qui tenet, domino debet restituere, vel probare per pares curtis,[d] vel per breue testatũ, postquã in guardiam suscepisset, se à domino pro feudo inuestituram accepisse. domino verò in ꝓbatione deficiente, tunc illius erit defensio, qui possidet.

Si creditor emit pign⁹, desinit esse pign⁹, nisi esset emptio simulata, & de simulatione constaret per certa indicia. Bartolus.

Similiter si aliquis possederit castrũ, vel aliam rem, & dominus dixerit se pro pignore ei dedisse: econtrario ille dixerit se accepisse ꝓ feudo: si potuerit dominus probare quòd ei ꝓ pignore dedisset: tũc ille qui tenet, domino restituet: vel ꝓbet supradicto modo se postquã à domino ꝓ pignore accepit, feudi nomine accepisse: & si dominus nõ poterit ꝓbare se nomine pignoris dedisse, erit defensio illius qui possidet. Si quis de mãso[e] vno feudi nomine inuestiturã acceperit, & dixerit ꝙ omne incremẽtũ ꝓtineat ad eũ ꝓ inuestituram, si dominus reseruauerit[f] sibi aliquid in ipsa curte, tunc oportebit fidelẽ incrementi inuestituram per pares curtis, vel per breue testatum probare[g]. Sed si dominus in ipsa curte nil sibi retinuit: tũc omne incrementum iure feudi fidelis obtinebit. Si verò fidelis in possessione incrementi fuerit: non oportebit eum inuestituram probare, sed iurare.

Si secundus vasallus accipiat inuestituram de feudo à primo vasallo cum eius incremẽto, & aliquid accedat huic feudo viuente primo vasallo: totum incrementum est ipsius vasalli secundi. si vero post mortem primi vasalli decedentis sine liberis, & sic aperientis feudum domino, tunc totum incrementum spectat ad dominum. Bartolus.

Rursus si aliquis acceperit inuestituram feudi cum omni incremento quod ei obueniret: & aliquid accreuerit viuẽte eo à quo acceperit: ipsi⁹ erit. & si ille qui inuestituram fecit, sine hærede decesserit, & feudum reuersum fuerit ad eum à quo ipse tenuerit, vel ad alium: quicquid post mortẽ eius qui dedit, accreuerit, ad eum pertinebit,[h] ad quem regressum fuerit.

TITVLVS V.

QVIBVS MODIS FEVdum amittatur.

Casus primus feudi amittendi est, si dominus prælium campestre habuerit, & vasallus eum morantem in prælio dimiserit non mortuum, nec ad mortem vulneratum. Baldus.

QVia supra dictum est quibus modis feudũ acquiritur, & retinetur: nunc videamus qualiter amittatur. Si enim dominus prelium campestre habuerit, & vasallus eum morantem in ipso prelio dimiserit non mortuũ, nec ad mortem vulneratum: feudum amittere debet[i].

Item si fidelis cucurbitauerit[k] dominum, id est cum vxore ei⁹ cõcubuerit,[l] vel cõcũbere se

g *Probare.* qualisqualis ergo retentio domino prodest: vt hic, & infra tit. j. §. item si quis feudum.

h *Pertinebit.* ĩ isto. §. no. ꝙ resoluto iure datoris, & ius acceptoris resoluitur. simile. ꝟ. tit. j. §. rursus. &. C. si pign. pign. da. fu. l. j. Sed quęro, nũquid iste qui secũdo loco possidet iure feudi, si vellit priori domino seruire, an sit expellẽdus? Respõ. nõ secũdũ iura ista: vt. j. qua. olim. posfeu. ali. c. j. verũ hodie fortè poterit. sed vtrũ poterit, vel non poterit, infra plenius determinabitur.

QVIBVS Modis feudum &c.

i QVia *supra. Feudũ amittere debet.* Nũquid[a] est a De hoc ĩtelligẽdũ, siue iuste, siue iniustè, siue dominus prælietur? Respon. hoc determinabitur. ĩ. tit. j. hic finitur lex, desde cõsue. re. incipiũt. c. j. Sed quero hic, si sciat dominũ iniustè prędari, cũ eũ adiuuare non teneatur: si eũ adiuuare ĩcipiat, & eũ posteà vt hic deserat: an feudo priuetur? Respon. hęc vberius. ĩ. notabitur. ar. tamẽ est ad hoc ꝙ non: [b] vt. C. de neg. gest. l. tutori. sufficit enim si cui vel in paucis &c. vt ibi dicitur. sed illud quod ĩ hoc. c. dicitur, intelligo cum poterat dominũ adiuuare, & eum dimisit. quid autem si brachiis absciſsis aufugit, vtpote omnino inutilis ad dominj defensionem? Respõ. non priuabitur feu. ar. ĩ. de feud. sine cul. non a. §. ij. in fi. ni. hil enim interest dominj vasallũ ibi stetisse. ergo feu. nõ priuabitur, cũ pereꝙe moriturus erat: vt argu. ff. de condic. ob cau. l. si pecunia. §. vlti. &. C. depo. l. si plures. Sedeó fuerit quæri, quod auxiliũ domino vasallus prestare teneatur: nũquid saluté suã debebit pręponere saluti domini sui, an nõ? arg. est quòd postponere debeat. ff. ad senatusc. Sylla. l. j. §. hic autẽ quærit. versi. serui. Sed puto cõtra[c] fore cẽsendũ: quia non tãtũ habet ius dominus in vasallo, vt in seruo: licet dicatur contrariũ infra de alie. feu. pa. c. si à morte. scilicet quòd debeat dominum à morte liberare si potest. Accursius.

k *Cucurbitauerit.* [d] quod hic dicitur cucurbitauerit, verbum est. inde cucurbita nomen verbale. alias dicitur arga: vt in Lombar. de conuiciis. l. j. sed in hoc loco quidam[e] habent glo. vacant istę causæ amittendi feu. propter inferiores. §§. huius tit.

l *Cõcubuerit.* vel cũ inimicis domini amicitias copulauerit, vel aliter cõtra dominũ se habuerit, vt magis præsumatur inimicus, quàm amic⁹: vt arg. C. de inoff. test. l. liberi. &. ff. de of. præ. vrb. l. j. §. cum patronus. sed si dominus non placitauerit vas. de culpis commissis in vita sua, nec hæres debet placitare: vt C. de

C.de inoffi.testa.l.omnimodo. &.C.de reuo.do.l.j.&.ff.de proba.l.Proculus. Accursius.

a *Exercuerit.* hoc ideo,quia in maleficiis potius volūtas,quàm effectus inspicitur:vt.ff.ad.l.Cor.de sic.l.diuus.& hoc intelligo nisi ꝓpter pœnitētiā destiterit:vt.ff.ad legē Cor.de fal.l.qui falsam.si vero ꝓpter ipossibilitatē destitit,affectus est puniendus: vt no.in dict.Py.cū quis habet voluntatem delinquendi &c.

b *Luserit.* a puta forte manus ad pectus eius ponendo,vel etiā turpius aduersus dominū luserit:vt in Lōbar. qua. quis se defen.de.si qs amodo.ludus enim sine lusus noxius in culpa est:vt.ff.ad.l.Aquil. nā ludus. Quis enim eos ludos appellet,ex quib⁹ crimina oriūtur: vt i cōsti.Fride.ſperia. circa fi. cōstitutionis.

c *Cōcubuerit.* quidam habent hic in tex. post illa verba statim hæc alia,hæc ita obtinēt: si in domo domini maneat.quidam non habent: sed credimus illa esse superflua.

d *Amittere cēsetur.* sed nūquid hodie & illud est correctū,vt nō possit auferri sine certa & cōuicta culpa? Respō. nequaquam. qđ enim specialiter nō remouetur,quare stare ꝓhibetur:vt.C.de test.l. sancimus.quicquid enim noua lege nō inuenitur expressum, illud in cōstitutionibus veterū cōstat esse relictū: vt.C.de ap.l. præcipimus.in fi.l.satis tamen puto b posse dici contrarium: vt in Lōbar. de bene.& ter.tri.l.vl.&.j.de feudo sine cul.non amit.c.j.& ti. quo tempo.mi.inuesti.pe.de.c.iij.

e *Sciens.* ita tamen quòd crassa & supina ignorantia eum non excuset:vt.ff.de contrah.emp.l.& si. §.ignorantia.& de iur.& fa. ign.l.nec supina.immo,vt verius loquar, c subaudiendū est, maximè:quoniam contra sacramentum facit.Sed tu instabis, nunquid feudo priuatur vas. quia sacramentum fidelitatis deserit? Respon. nequaquam : vt infra quæ fue.pri. cau. bene.a.§. illud enim. Sed ibi loquitur quando dēierat se subtrahendo : hic autem delinquendo.si ergo sciat vel ignoret dominum ibi esse, feudo priuatur. Item siue ibi fuerit,siue non fuerit: licet videatur obuiare infra quæ fu.pri.causa bene.amit.§. porro.nam ibi loquitur de alieno loco:quoniam sciens ibi dominum esse, feudo priuatur. sic ergo ratione loci licitum deprehenditur, quòd aliàs non liceret.licet alibi sit contra : vt.C. de temp. in integ. resti.l.vl.& hoc ita tam variè: quoniam maiorem iniuriam putauit legislator in eius domo fieri quàm alibi : vt.ff. ad.l. Iul. de adul.l. quod ait.

f *Ibi esse.* aliàs,intus:& aliàs,ibi.sed melior litera est,intus.

g *Fratrē suū occiderit.* Hic quęritur cui referatur istud suū:nūquid ad dominū,vel ad vasallū? Respō.ad vtrūq; potest referri: nō tamē indistinctè.nimirū licet fratrē domini sui vasallus occiderit,nō tamē ideo feu.amittit.sed istud intelligo,nisi in tradēdo.i.,pdēdo hoc fecerit.nā extūc si extraneus esset,priuaretur feudo:multo ergo fortiꝰ si domini fratrē ita occiderit.& in hoc casu feu.ad dominū reuertitur si vasallus suiipsius fratrē interficiat ad hoc forte,vt totā hereditatē habeat: vel similem felonią fecit:puta hominem occidēdo, vt amplius in curia stare nō possit,feud.amittat.verum quia in dominum non deliquit,ad pro-

exercuerit, a aut cum ea turpiter luserit: b vel si cum filia, aut cum nepte ex filio,aut cum nupta filio,aut cum sorore domini concubuerit c (hæc ita obtinēt,si in domo domini maneat) iure feudū amittere censetur. d Similiter si dominum assalierit, vel castrum domini,sciēs e dominum vel dominam ibi esse. f Item si fratrē suum occiderit, g vel nepotem,id est,filium fratris. Aut si libellario nomine amplius medietate in feudū dederit:aut ꝓpignore plus medietate obligauerit,ita vt trāsactum permittat : vel dolo hoc egerit : amissione feudi multabitur. h His omnibus casibus feudum ad dominum reuertitur. i Rursus si fidelis minus medietate libellario nomine feudum dederit, & sine hærede decesserit,& feudum ad dominū k redierit, vel postquam ad libellum l dederit, vel pignori obligauerit,& domino refutauerit:tunc ille qui ab eo acceperit, nullo iure aduersus dominum se tueri poterit.

Qui consentit,iura sua perdit : & aliena fortificat. Baldus.

Prætereà si ille ad quē feudum per successionē iure obuenire debet, consenserit eos inuestire ad quos secūdum rectum morem non pertinet:nullo modo ad eum repetendum regressum m habet. Itē si fuerint duo fratres,& vnus inuestituram feudi acceperit: si postea feudum cum fratre diuiserit,& ille qui feudi partem accepit,postea plus medietate vēdiderit,& sine hærede legitimo decesserit: feudum ad dominū reuertitur. n Item si quis feudum habuerit in curte domini sui:non poterit ipsum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui sine consensu domini sui dare, vel pignori obligare. Similiter si extra curtem o detinuerit, & dominus districtum habuerit,vel alium honorem: si alienauerit sine domini voluntate,iure ad dominū reuertitur.

TITVLVS VI.

EPISCOPVM, VEL ABbatem,vel abbatissam, vel dominū plebis feudum dare non posse.

Episcopus,abbas,vel abbatissa,vel dominus plebis non possunt decætero infeudare res ecclesiarum sibi subiectarum,quæ vocantur tituli. Baldus.

ITem si episcopus, vel abbas,vel abbatissa, vel dominus † plebis feudū dederit de rebus ecclesiarum, quid hoc intelliges quocumque modo consentias,id est siue tacitè,siue expresim?Respō.vtiq;:vt arg.C. de remiſ.pig.l.ij.&.l. si hypothecas.&.ff. de re.iur.l.creditor.in fi. nisi dum tacitè cōsentit, intelligat ius suū vbiq; durare:vt.ff. quib.mo.pig.vel hypo.sol.l.sicut.§.nō videtur. Item istud intelligo,quādo ex certa scientia cōsensit f.nam aliàs potius ſtelligitur errare,quàm iam consentire:vt.ff.de iudi.l.ij.& de iurisd.om.iudi.l.si per erroré. &.j.si de feu.contro.fue.c.si vasallus. Item consentire hic intelligitur,qui præsens est,nec contradicit:vt arg.ff. de decur.l. decuriones.§.vlti.&.ff.ad mu.l.ij.&.C.de filiisfa.l. j.lib.x.in summa autem hic notandum est,quòd qui alij consentit,ipse sua iura perdit:vt.C.de admi.tut.l.cum quidam. Accursius.

h *Multabitur.* nūquid toto priuabitur ratione partis alienatæ? Respō.imò in quo deliquit:vt.j.de va.qui cōtra const.Lotha. bene.ali.c.j.hodie nō potest aliquam partē alienare sine domini volūtate: vt.j.de ꝓhi. feu.ali.per Fri.l.imperialem. quicquid hic dicatur.

i *Reuertitur.* post hoc verbū reuertitur,& ante.§.rursus,inueni glo. talē, derogatur hoc nostro tempore in curia Mediolanensi.

k *Ad dominū.* hic notari possunt quę notauimus.ſ.ti. j. §. rursus. &.j.tit. illo, qua. olim po.feu. ali. circa prin. Sed quæritur,nunquid hic secūdus vas.valeat cōtra hęredē ipsius experiri,cū decesserit sine hærede.ſ.in feu.sed cū hęrede in aliis bonis?Respō.hęc quęstio potius facti est quàm iuris: & potest determinari secūdū quod legitur.j. de inuesti. de re aliena.c.cū de re aliena. Sed nūquid eodem modo resoluitur ius acceptionis si culpa sua dominus,id est primus vasal.feu.amittit? Respon. e vtique . nam si propter inimicitias id accidit,siue alio modo propter culpam suam: ipse tenebitur: vt arg. ff.solu.matri.l.pe.ī pri. &.ff.lo.& conduc.l. si merces.§. cōductor.& argu. C. de condi. ob causam.l.si militem.

l *Ad libellum.* aliàs ad libellū. aliàs ad libellarium. Accursius.

m *Regressum.* Sed nūdiſ.

n *Reuertitur.* hoc intelligo quando communiter feudum acceperunt : & nominatim dictum fuit,vt alter alteri succederet.nā alioquin nullum esset dnbium : & nil operaretur talis prohibitus contractus : quia aliàs frater fratri non succederet in feudo: vt supra qui feu.da.pos.§.ij.Sed tu instabis : quoniam si non delinquat vasal.in dominum,ad proximiorem agnatum,& non ad dominum feudum reuertitur: vt infra in qui.cau.feu.amit.§.vlti.ibi quoque & in dominum delinquere intelligitur : quoniam contemnere videtur,vt ibidem ostenditur.sic ergo alterius delictum siue factum alteri obesse videtur.sed hoc plenius notabitur isra quę fuit prima cau.benefi.amit.§.vl.& infra si vasal.feu. pri.cui defe.cap.vasalli. Accursius.

o *Curtem.* scilicet quod vulgo de cauena dicitur.sic ergo secundum iura ista aliàs habet vasallus feudū in curte domini sui, aliàs extra.& si extra:vel dominus habet districtū, id est iurisdictionem: vel non.in primis duobus casibus non potest aliquam partem sine domini voluntate libellario nomine dare: sed

d Istam gl. infi.sequitur Bal. & Albe.

e Approbatur per Bal. Albe. & Præpo.

† *Exponit hic do. Alua.i.plebanus: & interdū præpositus. nā vt dicit, idem importat. & vide hic præfatū do. Alua. tractātē de ordinibus & dignitatib⁹ ecclesiasticis valde diffuse in.3. col. ante fi. versic. quæro quoniam alibi.*

f Idē Bal. & Albe.

BIU Cujas

in vltimo vsque ad medietatem potest: vt supra ꝑpe. & infra in pluribus casibus, vel locis. veruntamen hodie in nullo istorum casuum potest vasallus sine domini voluntate id alteri concedere: vt in constitu. Fride. imperialem decet solertiam &c. sic itaque qualisqualis retentio domino prodest: vt hic, & supra tit. j. §. si quis de mãso vno. Accursius.

EPISCOPVM vel abbatem, vel abbatissam, &c.

Aliàs non est hic rubri. seu titu. nec litera capitalis, sed solus. §. & male.

a *ITẽ si episcopus. Nullũ habet vigorẽ.* hoc qualiter sit intelligendum, in summa exposuimus. vnde istud notandum est: quia quod constituit papa Vrbanus, in futurum dũtaxat habet locũ: & merito: quia nil peccauit antiquitas, cum huius decreti foret inscia: vt C. de testa. l. iubemus. in fin. &. ff. de iur. immu. l. j.

b *Nõ admittũtur.* Sed quid si masculũ relinquit & fœminam: nũquid & fœmina ĩ feudo succedit? Respon. non: vt infra tit. ij. §. ij. nisi forte masculus subito post mortem patris mortuus sit, quasi non videatur extitisse, cum non perseuerauerit: vt. ff. de iniust. ru. test. l. posthumus. nec enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus supereſt ex eo qui primus de eo feudo fuerit inuestitus. infra de eo qui sibi vel su. hære. mascu. & fœmi. inue. ac. c. qui sibi.

Esse nõ videtur, quod parũ durat.

c *Feudum retinere non potest.* quod hic dicitur, plerisque non placet: vt in Lõbar. de bene. & ter. tri. si quis terrã. Sed de quo muto sit ĩtelligendũ, quęso mihi dicas: aut enim de muto à natura: aut de muto aliàs. s. supueniẽte casu, sicut distinguitur. C. qui testa. face. poss. l. discretis. de muto à natura nõ potest intelligi: quoniã si potuit acquirere, multo fortius debet retinere. si de alio intelligatur: sic opponitur. Quilibet in vltimo articulo vitę mut⁹ efficitur. Respõ. perit⁹: amice, summã subtilitatem secut⁹ es: igitur loquela tua à iudicib⁹ nõ est admittẽda: vt. ff. qui. mo. pig. vel hypo. solu. l. sicut. §. si debitori. imò poti⁹ est respuẽda: vt. C. ad Treb. l. pen. &. C. vt ac. ab hęre. & cõtra hęre. inci. l. j. & hoc quod alibi dicitur, simplicitas est amica legibus: vt inst. de fideicom. hære. §. sed quia. & insti. de legi. ag. suc. §. sed simplicitatem. sic ergo legitimum factum ꝑpter superueniẽtia turbatur: vt. ff. vnde vi. l. vlti. & in authenti. de rest. & ea quæ pa. §. fi. &. C. de secun. nup. l. j. vel intelligitur hic de feudo paterno: quod secundum quosdam mutus, surdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus non retinebit: quia feudo seruire non valent: vt infra titu. an mutus vel aliter imperfec. feud. reti. c. mutus. Vel intelligas secundum quod de hac materia in summa not. in rub. quibus mod. feud. amit. §. propter casum. Accursius.

Legitimum factum per supervenies turbatur.

DE NATVRA FEVDI.

Aliàs hic inueni notabile in glo. vacat hoc ca. propter inferius ca. mutus. sed lac. Gnfredi, alias Columbi, hanc glo. non habet.

quæ eis subiectæ sunt, & tituli vocãtur: nullũ habet vigorẽ[a], secũdum hoc quod constitutũ est à papa Vrbano in sancta synodo, hoc est illud quod post eius decretũ fuerit datũ: quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet.

Idem iuris est si sit præpositus, vel abbatissa, vel alia ecclesiastica persona, quæ antiquitus non sit solita in feudum dare: scilicet, vt quod dederit, de iure non valeat.

Fœmina posita in copula cum masculo non succedit simul cum eo, sed ita demum, si masculus non est. Baldus.

Quinetiam si quis eo tenore feudũ acceperit, vt eius descẽdẽtes masculi & fœminæ illud habere possint: relicto masculo, vlterius fœminæ non admittuntur[b]. Mutus feudum retinere nõ potest, [c] scilicet qui nullo modo loquitur. sed si feudũ fuerit magnum, quo ei ablato, se exhibere non valeat: tantum ei relinqui debet, vnde se sustinere possit. Et his omnibus casibus feudũ amittitur, & ad dominum reuertitur.

TITVLVS VII.

DE NATVRA FEVDI.

Non potest de comitatu, marchia vel baronia inuestitus per principẽ, de his pro libito deuestiri. & quod de principe dicit, idem de maximis & maioribus valuasoribus. Baldus.

NAtura feudi hęc est, vt si princeps inuestierit capitaneos suos de aliquo feudo, non potest eos deuestire si-

A d *NAtura. Sine culpa.* simile infra de feu. sine cul. non a. c. j. & titu. quo tempo. mi. inue. pe. debet. c. iij. & in Lombar. de bene. & ter. tri. l. vlti. ex isto loco colligitur arg. secũdum vete-res, quòd ex personarum qualitate & differentia licitum deprehenditur, quod aliàs esset illicitum. arg. ff. de proba. l. cum de in-debito. & insti. ad. l. Aquil. §. ij. &. C. de ꝑcu. l. militem. de hoc plenius ĩuenitur in libello Py. char. ij. i rub. ex personarum qualitate &c. secũdum modernos vero inter maiores & minores non habetur discretio. Iẽ collrigitur adhuc, quòd id quod ab initio est voluntarium, ex post-facto necessarium efficit: vt not. C. de act. & obliga. l. sicut. cum suis concor. Item colligitur quòd licitũ est ante, quod postea non licebit: vt. ff. de ofh. pre. si. l. senatusco. &. ff. de fer. l. j. &. ff. de procu. sed etiã. & de iudi. sed & si. §. ij. & de ĩfa. solet. &. l. ij. §. j. ff. de ri. nu. l. siquis officio. arg. cõtra. ff. de iudi. l. ij. §. penulti. &. ff. de ritu nu. l. siquis tutor. §. quãuis. Accursius.

Precium. hic colligitur quòd non debet quis duplici damno affici. simile. ff. de cõdic. ob tur. cau. l. si pecuniam. §. pe. &. ff. ad le. Rho. de iac. l. nauim. si. &. ff. de act. emp. & ven. l. ex empto. §. vl. &. ff. de iu. do. l. iureſor. cursum. &. ff. de pœn. sanctio. Sed contra. ff. de transact. l. qui fide. &. C. de transac. l. cum proponas. &. l. si quis maior. &. C. de secun. nupt. l. j. Item innuitur hic quòd feudum emi valeat: vt infra de feu. da. minimis val. cu. si minores. & de bene. fratris. c. j. &. j. quemad. ad si. feud. per. ca. si quis sine filio mascu-

B Romæ. tunc enim idem est in minimis, quod ĩ maiorib⁹ valuasoribus: vel nisi emerint feudũ. tunc enim precium [c] restituendum est secundum antiquum & rationabilem vsum. Moderni autem non ita subtiliter cernentes, dicunt idem obseruandum in minimis quod dictum est in maioribus valuasoribus.

TITVLVS VIII.

DE SVCCESSIONE feudi.

Si habens feudum decedat masculis & filiabus relictis: soli masculi succedunt in feudum, non filiæ seu fœminæ. Baldus.

C SEquitur de successione feudi videre. Si quis igitur decesserit filiis & filiabus superstitibus: succedunt tantum filij æqualiter, [f] vel nepotes ex filio, loco sui patris: nulla ordinatione defuncti in feudo manẽte, vel valẽte.

Feudo paterno alienato, vel de quo est filia inuestita, succedit masculus superstes. Baldus.

Hoc quoque [g] obseruatur, vt si frater meus alienauerit partem suam [h] feudi, vel fecerit in-

D lo. Sed contra infra de feu. da. in vicem le. com. c. j. sed domino dante ibi vberius exponetur: & in summa etiam expositum est.

DE SVCCESSIONE FEVDI.

f *SEquitur. Aequaliter.* Hic colligitur in primis quòd melior est masculorum conditio, quàm mulierum: sicut & in multis not. vt. ff. de sta. ho. l. in multis. & no. supra qui feu. da. poss. §. hoc autem notandum est. quædam possunt hic notari quæ notata sunt alibi, vt in summa de suc. ab intest. est disputatum. inferius autem de suc. tractaturi plenius exponemus quæ possunt subtiliter indagari. Py. & secundum quod de hac materia in summa no.

g *Hoc quoque.* super istud hic glossatum inueni, vacat hoc ꝑpter inferius ca. per successionem.

h *Partem suam.* id est ad libellum conceſſerit: quod quidem facere potuit sine domini voluntate: vt infra de feu. alie. c. j. & hoc contingit ea ratione, quia pars tantum feudi est alienata, cũ vnum erat feudum tantũ, quod ad alios fratres puenerat ex successione patris seu aui, & ideo donec vixerit alienator, frater eius non poterit petere partem illam alienatam: secundum quod hic infra sequitur. si moriatur sine hærede masculo, nihilo minus reuertitur ad me &c. q. d. ante mortem eius non potest reuerti; imò

BIU Cujas

imò nec dominus poterit eum recuperare, nisi demum alienatore mortuo, sine hęrede masculo subaudias & sine fratre: vt infra de feu.alie.§.si clientulus fecerit libellum &c. Vel si vis intelligere quòd hic loquatur etiam de alienatione titulo venditionis factæ: dicas quòd hic loquitur secundum sua tempora. olim enim poterat vasall⁹ necessitate suadente vsque ad medietatem sine cõsensu domini feudum vendere: vt infra qua. olim po. feu. alie. c. j. §. j. & secundum hoc habet locum notula Py. quam hic no. quæ sic incipit, Hic colligitur fratrem ad partẽ eius qui alienauit &c. nam & tunc quando vasallus vendebat partem sine consensu domini, non irritabatur venditio, nisi demum mortuo alienatore sine hęrede masculo. veruntamen si dominus volebat eũ redimere pro æquali precio, poterat hoc facere, sed agnatus præferebatur ei & in phibendo & in redimẽdo: vt j. qua. olim po. feu. alie. c. est autẽ §. porro siue de bona. hodie vero inhibita est omnis feudi alienatio tã particularis, quàm totalis per leges Lotha. & Fride. infra positas. quę si fiat, hodie ipso iure non tenet, & ad dominum liberè reuertitur: vt dicit. d. l. Fride. imperialem. quod intelligo verum esse quando feudum erat nouũ seu tale paternum, ad quod non veniebat aliquis post alienatorem cum non habebat agnatos seu descendentes, & non erat paternum ad quod agnati venditoris venire debebant post mortem eius sine filiis masculis: quoniam tunc ipsius agnati præferuntur domino: sicut olim præferebantur ei in redimendo partem, scilicet feudi alienatam: vt supra no. est. sicut & aliàs dicitur quòd si vasallus culpam committat propter quam feudum amittere debeat: neque filius, neque eius descendentes ad id feudum vocabuntur, sed agnati admittentur: vt infra si de feu. contro. fue. c. si vasallus. & infra si vas. feu. pri. c. si vasallus. sicut ergo olim præferebantur agnati domino: ita & hodie præferuntur, cum hoc non sit mutatum, quia quod specialiter non mutatur, quare stare prohibetur? vt. C. de testa. l. sancimus. quicquid enim lege noua non videtur expressum, id veteri legi debet intelligi relictum: vt. C. de ap. l. præcipimus. in fin. Dices ergo quòd hic loquitur de alienatione quæ fiebat olim ante constitutionem Lotharij & Friderichi. olim enim si vasallus alienabat feudum, & postea ipsum recuperabat: ipsum tanquam feudum retinebat. Hodie vero secus, cum statim post alienationem illicitam sit hoc domino apertum: vt infra quid iuris si vas. post. alie. feu. ipsum recupe. c. j. Sed videtur quòd dominus omnino debeat agnatis præferri, quando vasallus feudum vendidit: quia tunc videtur dominum contemnere: vt infra in qui. cau. feu. amit. §. denique. in fi. cũ vasallus ita in dominum peccet, quòd feudum amittere debeat: non ad proximos, sed ad dominum beneficium reuerti debet: vt dominus hanc suæ iniuriæ vltionem habeat: vt in. d. §. circa princ. Sed dicas quòd ibi loquitur de feudo nouo: vel de tali paterno, ad quod non veniunt agnati ex latere venientes, cum non supersint, sed tantum descendentes ab eo qui illud acquisiuit: & ad hoc videtur facere litera ibi posita, non ad proximos. & non dixit agnatos: quasi voluerit intelligere descendentibus tantum: arg. ad hoc infra si de feu. con. fue. c. si vasallus culpam committit &c. eodem modo potest intelligi quod legitur infra an ille qui in. fra. do. sui. ca. si quis interfecerit. licet alibi dicatur quòd ille proximus est, quem nemo sequitur: vt. ff. de verb. sign. l. proximus.

a *Inuestiri.* quid ergo erit si frater consentiat fratri sic facienti? nunquid filio præiudicium facit? & certè videtur quòd non: vt C. de lib. & eo. lib. l. ij. ar. ff. de adop. l. si arrogator. &. ff. de sena. l. emancipatum. sed quomodo, cum teneatur affirmare quod defunctus voluit: nec debeat hæredi licere, quod defuncto non licebat: & maxime cum non possit filius feudum habere, & hæreditatem repudiare: vt infra an agna. vel filius defun. pos. feu. reti. c. si contigerit. & infra de cap. qui cu. ven. c. filius non potest. &. C. de lib. cau. l. si ab eo. & ff. pro soc. l. hæres. & de diuer. & temp. præ. l. cum hæres. secundum quod de hac materia potes inuenire in libello dispu. Py. ij. char. & pro & cõtra in rub. non est licitum hæredi &c. & in superioribus rubricellis. Respõ. quæ opposita sunt, loquuntur in feudo paterno: & hoc non est paternum, sed ab antecessoribus acquisitum: igitur non iure paterno hoc habet nepos. ar. ff. de adop. l. si arrogator. §. pe.

b *Si moriatur.* sine filio masculo: vt infra de aliena. feu. §. inde potest præsumi. Accursius.

c *Masculo.* hic colligitur fratrem ad partem eius qui necessitate suadente alienauit, vel alio modo à iure suo cecidit, non admitti, donec supererit alienator. nam & si hæres scriptus rogatus esset alicui post mortem suam restituere hęreditatem suam, & condemnetur, & bona eius occupentur à fisco: interim veniens fideicommissarius hæreditatem petens repellitur. expectanda enim est mors scripti: vt. ff. de iure fis. l. Statius Florus. §. fin. & de leg. ij. l. cum pater. §. hæreditatem. &. §. ab instituto. & ar. infra de. l. Cor. §. profecto. Accursius.

d *Vsque ad. vii.* sed hodie obtinet vsque in infinitum: vt supra qui feu. da. poss. §. hoc quoque sciendum est.

e *Non succedit.* nec eius filij. proles enim fœminini sexus, vel ex fœmineo sexu descendens aspirare non potest ad feudum, nisi ex pacto: vt hic, & infra de gradi. succes. in feu. c. j. licet enim filiæ vt masculi succedant patri, legibus tamen à successione feudi remouẽtur, & earum filij: vt supra qui feu. da. pos. §. hoc autem notandum est.

Fœmina ad feudum aspirare nõ possunt.

f *Succedant.* hic potest notari illud generale, quòd licitum est expressè, quod tacitè non licet: vt. C. de pi. l. iij. &. ff. de contrahẽ. em. l. Labeo. &. C. de do. inter vi. & vxo. l. donationes. cum omnibus concord. seq. in rubricella illa. imò expressim, & per pactum licet. quod est in li. disp. Py. char. ij. licet contrariæ sint rubricellæ illæ ibidẽ præcedẽtes. notari tamen hic potest q̃ illud locum habet in feudo masculorum: quoniam filia recte succedit matri in feudo secundum quosdam: vt infra de natu. suc. feu. c. j. licet videatur contra infra de bene. feu. c. j. & super illud succedat: inueni gloss. talem in quibusdam lib. sic dicentem, vacat hoc c. propter inferius, si duæ. infra de feu. marchi.

Expressè licent, quæ tacitè non.

g *Non extantibus.* vel extantibus, & subito mortuis: quasi non videantur extitisse: vt no. supra episcopum vel abba. &c. §. quinetiam si quis.

h *Inuestitura.* hoc est dicere, siue vnus tantum fuerit inuestitus, siue ambo fuerint inuestiti, non succedet vnus alteri, nisi hoc dictum fuerit expressim, & alter decedat sine legitimo hærede, secundum quod hic dicitur, & supra qui feu. da. pos. §. cum vero Corradus. & infra de feu. mar. ca. si duo fratres.

QVI SVCCESSORES TENEANTVR.

Hic potest esse titu. qui succes. teneãn. rubricella talis est: quid iuris, si quis fuerit inuestitus de alieno feudo. hac autem non vtimur in nostro apparatu.

SI quis inuestitus.

i *Inuestitoris.* nimirum ex qua persona quis lucrum capit, eius

QVI SVCCESSORES teneantur.

Inuestitura papæ potentior est quàm iusiurandum. Item facta inuestitura à laico de alieno feudo in diem, vel sub conditione, sortitur effectum vasallo mortuo sine successore, siue præmoriatur inuestitor, siue inuestitus, siue tenens feudum: sed purè facta inuestitura non valet. facta verò inuestitura ab ecclesiastica persona modo prædicto, non sortitur effectum, si præmoriatur inuestitor antequam feudum tenens: vel si sub conditione, vel tempore, antequam conditio vel tempus existat. Bal.

SI quis inuestit⁹ fuerit de alieno feudo: post mortem eius, vel si quis fuerit inuestitus sub conditione aliqua, vel tempore quo null⁹ erat inuestitus: siue præmoriatur tenẽs feudum, siue inuestitor, siue inuestitus: inuestitor & inuestitoris[i] hæredes tenentur inuestito vel hæredi eius veniẽte tempore vel conditione: licet alij dicãt, si moriatur inuestitus antequã tenens feudũ, vel ante conditionem existentem, vel ante

quoque factum præstare tenetur, & si quando iure factum non esset: vt. ff. de reg. iu. l. ex qua persona. &. C. de li. cau. l. si ab eo. Ac.

a *Inuestiri.* & merito: quia per patrem vel testatorem sibi deferebatur: at in ipsius persona locum non habuit: igitur nec hæreditas competit: nimirum nec debet permitti hæredi, quod defuncto non fuit licitum: vt ff. de diuer. & tem. præscrip. l. cum hæres. & ff. quod quis. iu. l. iij. & ff. de ver. obli. l. ij. & qua. re. ac. non da. l. j. & de condi. & demō. cui. & de eden. l. quędam. & in summa in rubricella illa, non est licitum hęredi &c. vt no. ſ. ti. j. §. hoc quoque. super verbo illo, inuestire filiū &c. & sunt hæc omnia intelligēda quando nō fuerat in possessionem missus hic secūdus vasallus: vt supra ti. qui successores teneantur. c. si quis inuestitus. & hoc est quod alibi dicitur possessionis maximum cōmodum esse: vt. ff. de rei vin. l. is qui destinauit. Sed opponitur: quomodo potuit hic secundus vasallus in possessionem mitti, cum alter possidebat? Rñ. bene: quia potuit aliqua causa interuenięte feudo priuari: & sic etiam ante tempus ipsi reo potuit fieri traditio.

Hæredi nō licet, quod defuncto nō licuit.

b *Habita inuestitura.* scilicet ꝙ hæredes inuestitoris tenętur prędefuncto inuestitore, antequam tenens feudū, vel conditio, vel tępus existat: vel nisi fuerit.

c *Per legem Lotharii.* quæ est in Lombar. ti. quādo licet rectoribus l. ij. & rub. de precariis.

DE CONTENTIONE inter domi &c.

Si contentio fuerit. d. *Sper pares.* Istud plenius notabitur in tit. quid sit inuestitura. c. j. §. j. in distinctione quæ ibi fit. & infra ti. si de inuesti. inter dominum & vasallum lis oriatur.

e *Inopia.* hic notandum est quòd inopia probationis emergente conuolandum est ad auxilium quod aliàs esset respuendum: sicut etiam no. in. C. de hæret. & Ma. l. quoniam. &. ff. de testi. l. serui. & C. de rep. l. consensu. Accursius.

f *Hoc ita.* ſ. vt detur sacramentum vasallo. nam verum est ꝙ ei datur: nisi sit castaldus, qui possidet. tunc enim tantū sue, id est domini religioni stabitur. alioquin non, nisi fortè venit castald⁹ qui possidet: tunc enim non possidenti domino sacramentū defertur: & hoc est quod dicit, nam malignando &c. Py. melius tamen puto, scilicet quòd istud hoc, ita refertur ad proxi. dictum, vt ita exponas: hoc ita, vt scilicet per sacramentum, id est per iusiurandum domini possidentis cum. xij. sacramentalibus dirimatur, nisi clientulus sit castaldus &c. tunc enim suæ, id est domini religioni statur, ita quòd solus iurabit: & non habebit necesse iurare cum. xij. sacra. sed alibi est in tex. non stabitur: & secundum hoc non debet esse in tex. verbum illud, id est domini: sed debebit referri illud verbum suæ, tantum ad clientulum, & non ad dominum: ita dicas tantum suæ, id est clientuli religioni non stabitur, nisi habeat testes &c. & secundum hoc magis congruit literæ prior expositio.

tempus, quòd hæredes eius non debeant inuestiri [a]. nam si quis fuerit inuestitus purè de alieno feudo, non valet habita inuestitura [b]. hoc ita est, nisi fuerit facta ab aliqua ecclesiastica persona. tunc enim si præmoriatur inuestitor antequam feudū tenens, vel conditio vel tempus existat: non obligatur successor illius. hoc probatur per legem Lotharij [c] de precariis. & hoc intelligēdum est in vasallis qui feudi successionem non habēt.

TITVLVS X.

DE CONTENTIONE inter dominum & fidelem de inuestitura feudi.

Orta contentio inter dominum & fidelem de inuestitura, decidi debet vel per pares curiæ testimonium perhibentes, vel per iuramentum possessoris iurantis cum duodecim sacramentalibus. Baldus.

SI contentio fuerit inter dominum & fidelem de inuestitura feudi, per pares [d] curiæ dirimatur. Alij enim testes etsi idonei sint, admittendi non sunt. inopia [e] tamē probationum dirimatur per religionem cliētuli possessoris feudi, vel cum duodecim sacramētalibus secundum quosdam. Cæterùm si dominus possideat, etiam per suum iusiurandum cum duodecim sacramētalibus dirimatur. hoc ita [f], nisi clientulus [g] sit castaldus vel actor domini. tunc enim tantum suæ, id est domini religioni statur: nisi habeat testes pares idoneos. nam aliquando malignā-

g *Clientulus.* huic simile est. C. de re. cre. & iureiuran. l. in bonæ fidei. & merito nota ꝙ possessori defertur iusiuran. tū possessiōis fauore, tum quia reus est. nimirū (vt. ſ. dictū est) maximū est possessionis cōmodum: quoniā melior est possidentis cōditio quàm petentis: vt hic, &. ff. de Sal. inter. l. j. &. ff. de pig. l. si debitor. nam

A

do [h] multa bona auferūtur domino hoc modo. & hoc colligitur per legem quæ est in titulo de acquisitione actorum regis in Lombarda. Idem dicendum est de guardia.

TITVLVS XI.

DE PIGNORI DATO feudo quid iuris sit.

B SImiliter si quis voluerit dicere de pignore [i] sibi dato se inuestitum esse, non credatur suo iuramēto, sed testibus idoneis paribus domus vel curiæ. Insuper sciendum est feudum guardiæ & castaldię quacunque hora vult, auferri posse à domino, scilicet post annum [k].

TITVLVS XII.

DE CONTENTIONE inter me & dominum de portione feudi fratris mei defuncti.

Fratris superstiti defertur iusiurandum, si partem habeat in feudo de quo est contentio inter eum & dominum: sed si nullā habet partem, datur domino. Baldus.

C SI contentio [l] fuerit inter me & dominū de portione [m] feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum esse, & sic me debere succedere: ille verò minime, tāquam habuerim partem meam, siue possideo, siue alienaui, [n] dabitur mihi iusiurandum, scilicet patrem meum iure inuestitum fuisse: licet non possideā portionem fratris mei. Si verò nullam partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino dabitur iusiurandum, nisi propter

h *Malignando.* aliàs malitiando: & aliàs aliquando multa bona.

DE PIGNORI [a] dato feudo &c.

i *Similiter. De pignore.* hoc intelligo locū habere, quando de pignore constabat: aliquin probatio incumbit domino. ꝙ si prouare non poterit se pignori dedisse, restituere debet eum domino, vel probare per pares curtis, vel breue testatum, quod sibi de feudo dederit postquā per pignus accepit: vt. ſ. si de cōtro. inue. feu. c. similiter si aliquis. Huic obuiare videtur. C. qui pot. in pig. ha. l. si generaliter. auth. item possessor. Respō. illud locum habet quando inficiabatur rem fuisse illius: sed hic bene confitebatur rem domini fuisse: licet diceret sibi obligatam pro pignore non esse. Vel aliter dicim⁹, quia potest intelligi iste. §. scilicet quādo domin⁹ in probatione defecerit: & sic datur defensio vasallo, nec sufficit iusiurandū nisi & testes adsint: alioquin crederetur suo sacramēto cū xij. sacramētalibus: vt. ſ. pri. §.

D k *Post annum.* nisi ad certum tempus datum sit. tunc enim non posset auferri ante tempus: illud autem intelligas & de eo quod datum est pro mercede alicuius rei: vt. ſ. de feu. guar. c. j. quis autem dicatur castaldus, dic vt ibi no.

DE CONTENTIONE INTER ME &c.

Quidam non habent hic aliquam rubricam, & malè.

l *Si contentio.* aliàs inuenitur in glo. vacat hoc ca. propter superius. c. item illud. de feu. guar. & castal.

m *De portione.* id est de medietate: nam appellatione partis dimidia continetur: vt. ff. de vsufr. l. etiam. &. ff. de verbo. sign. l. nomen filiarum. §. portionis. vel intelligas de portione, id est siue de medietate, siue de aliqua parte intelligendo de maiori, vel minori: vt supra qui succ. te. §. cum autem quis dixerit.

n *Alienaui.* intelligo sic. i. siue possideo per me, siue per aliū. nā qui meo nomine possidet, ipse non possidet: sed ego ipse possideo. ff. de acquiren. possessione. l. quod meo nomine. Impropriè ergo ponitur, alienaui. Vel fortè ideo refertur ad vasallum iusurandum, etsi non possideat: quia feudi non est contentio, sed de feudi qualitate hęsitatio, id est vtrū fuerit paternū, vel nō: vel ratione alteri⁹ partis quā possidet, istud intelligo. si enim nihil possideat de feudo, & nec dominus, vel fortè dominus: aliud est.

DE

BIU Cujas

DE ALIENATIONE FEVDI.

Si clientulus.[a] *Vlterius.* ergo pro parte licet quod in solidum non liceret: vt. ff. de contrahen. em. & ven. l. si quis donationis. & de offi. eius cui man. est iurisl. j. & de in ius vocan. l. sed si hac. §. qui manumittitur. & C. de condit. & demõ. l. cũ ita. similia studiosus inquirat.

b *De libello.* sic ergo videtur quòd aliàs non sit alienatio permissa præterquam libelli cõcessio. nam cum de pluribus vnum cõceditur, sequens intellectus patens est q̃ de aliis remouetur: sicut ecõtra: vt. ff. de cõdi. & demõ. l. cum ita. & de iudi. l. cum prætor. Sed cũ alienationis appellatione pignoris obligatio contineatur: nũquid pignori obligare poterit? Et videtur q̃ non: vt. C. de re. alie. nõ ali. l. fi. nimirum cui nõ in genere licet, nec̃ ſpecie licebit. ff. nau. cau. ſtab. l. j. in prin. & de ope. pu. l. iij. & de rei vin. l. officium. & inſt. de auct. tut. & inſtit. quod cum eo. §. fi. videtur etiam istud confirmari per. l. Friderichi, imperialem &c. quicquid tamen dixerim, & obtinet & verum est q̃ vsque ad medietatẽ valet pignoris obligatio, sicut & olim poterat: vt supra qui. mo. feu. amit. §. rursus. nec obſt. constitutio: quia loquitur de fraudulẽta alienatione: vel quãdo totum alienare volebat, vel pignorare. eodem casu loquitur. C. de re. alie. nõ ali. l. vlti. nam vt dicimus, licitũ est pro parte, quod in totum non licet: sed huic quomodo respondebimus? quod dictũ est alienare, intelligas de libello. ſubaudi, & pignore: & ita videtur Py. sibiipsi contradicere: cum aliàs in ſumma contrarium notatur in rubricella, quid hodie obtinet de feu. aliàs. §. sed an hodie &c. sed de hac materia dic vt ibidem notaui.

c *Derogatum est.* ego non puto quòd debeat esse in tex. sed potius in glo. & dices verum esse, scilicet quòd ei derogatum erit per. d. l. Lotharij quæ est infra de prohi. feu. ali. per Lotha. imperialis benevolentiæ. imò dices quòd similiter derogatum sit ei per. l. Fride. imperialem.

d *Inde.* quæritur vnde procedat illud inde? Respõ. quia dictum est ſolam alienationem quæ fit in concesſione libelli, permiſſam esse: inde præsumi potest &c. per hoc datur intelligi quòd nulli sit permissa alienatio præter istam, scilicet per libellum cum alicui conceditur: nec cõtradicit quod de pignoris obligatione dicitur: quoniam licet pignoris obligatio contineatur alienationis appellatione, non tamen est alienatio. nimirum pignus in bonis debitoris permanet, ideoque ipsi perire in dubium non venit: vt C. de pig. act. l. pignus.

e *In priuato.* est ergo deterioris conditionis ecclesia quàm priuatus, cum ecclesia in perpetuum per libellum habere rem non possit, sed priuatus valet. alibi contra: vt no. C. de sacrosan. eccle. l. vt inter diuinum. Accursius.

f *Ecclesia cultrix.* istud verbum satis notabile est: nam satis est heredis omnibus prodesse velle, & neminem lædere: licet solui possit, si alienatione diues sit: vt in decretis. causa. xiiij. q. v. denique. Accursius Florentinus.

g *Sine filio masculo.* in hoc. c. notare licet, quia hæredis appellatione continetur filius tantum masculus: sed alibi ponitur pro liberis: vt. ff. ad Trebell. l. ex facto. §. vlti. & si vis scire quantum extendatur nomen hæredis, decurre in lib. disp. Py. char. v. j. ru. sed quæritur quatenus hæredis appellatio extendatur &c. in qua dicitur quòd hæredis appellatio in perpetuum significat succedentes: vt. ff. de verborum significatione. l. hæredis. & ff. de iure immu. l. iiij. & ff. de verbo. obliga. l. stipulatio ista. cum aliis concordan. ibi sequentibus: licet contraria rub. sequens ibi dicat quòd significat proximum hæredem duntaxat: vt. ff. de verb. signific. l. sciendum. & ff. de ope. liber. l. cum patronus. §. j. & ff. de minori. l. in causæ. §. j. cum aliis concor. ibi sequen.

h *Reuertitur feudum ad dominum.* hic ergo dicitur quòd vasallus licitè possit vsque ad medietatem feudi in libello dare sine permissu domini: quod si fecerit, & sine filio masculo decesserit, tũc ad dominum feudum reuertitur. Sed op. vas. licitã fecit: ergo pœnam non meretur. C. ad. l. Iul. de adult. l. Gracchus? Respõ. hic punitur, non quia alienauit, sed quia sine masculo decessit: sicut de minore dicitur q̃ restituitur, non quia fecit, sed quia sic fecit: vt. ff. de minori. xxv. an. l. si ex causa. §. & nunc. aliàs hic non punitur, quia istud intelligitur de recto feudo, in quo fœminæ non succedunt. Sed in stabis: nonne nepotes hic excludunt? Respõ. non: quoniam filiorum appellatione etiam nepotes cõtinentur, nec enim dulciori vocabulo possunt nominari. ff. de ver. sig. l. liberorum. & in Lombar. de beneficio. l. fi. Accursius.

Filiorũ appellatione nepotes veniunt.

i *Per libellum facta.* ſubaudi, etiam sine domini voluntate, quasi non videatur alienatio, scilicet cum feudum erat paternum. Item & in alia alienatione ei facta. licet enim aliàs prohibeatur alienatio feudi paterni, inter agnatos tamen conceditur: vt infra de alie. feu. paterni. ca. j. argu. infra per quos fin. inuesti. & per quos reci. §. sed & res. & ff. de leg. iij. l. pater. §. quindecim. Vel etiam dicas quòd hoc refertur ad proximum dictum: & ita continuabis: ſtabilis permaneat alienatio: fratri vero vel nepoti &c. dum tamen sit facta fratri vel nepoti. & ita secundum hoc nihil videtur operari consensus siue voluntas domini: quia tunc si eius voluntate esset facta qualitercumque, valeret, & non posset irritari secundum quòd videntur velle constitutiones Lotha. & Fride. Vel etiam dicas quòd nihil ſubauditur: & ita continua cum sequenti litera: fratri vero vel nepoti, id est alienatio libelli facta in feudo comitatus vel marchiæ &c. & secundum hoc dices quòd non debet esse. §. Prior tamen expositio verior esse videtur.

k *Vsurpatum.* in feudo ergo non est seruandum: nimirum quia male inuenta, & prauæ consuetudines tractu temporis non confirmantur: vt in authentica vt nulli iudic. §. nulli. collatio. ix. licet contrarium dicatur infra de cog. feud. in princip.

SI clientulus voluerit partem ſuam feudi alienare,† id est, mediũ sine domini voluntate, poterit hoc facere: vlterius[a] progredi non potest, secũdum iustum & verum vsum: alioqui & feudum amittit: & non valebit quod factum est. Quod dictum est alienare, intelligas de libello[b]. Huic consuetudini derogatum[c] est per legem Lotharij. Mediolanenses verò irrationabiliter considerantes dicunt clientulum etiam alienare posse in totum, & ſupradictam rationem: domino non, vt ego propter hoc aliud meum feudum amittam. Si tamen vasallus poterit probare paternum fuisse, siue possideat, siue non, obtinebit: alioqui nisi probet paternum fuisse, vel nisi possideat, dominus obtinebit.

TITVLVS XIII.

DE ALIENATIONE feudi.

Vasallus hoc iure potest etiam sine voluntate domini feudum alienare ad libellum vsque ad medietatem, & non in plus: & non per alium contractum, & non ecclesiis in perpetuum: sed priuato sic: & tunc resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris: sed voluntate domini facta alienatio, vel proximo agnato, manet ſtabilis omni tempore. In feudo autem marchiæ & comitatus non est ſucceſsio. Baldus.

SI clientulus voluerit partem ſuam feudi alienare,† id est, mediũ sine domini voluntate, poterit hoc facere: vlterius[a] progredi non potest, secũdum iustum & verum vsum: alioqui & feudum amittit: & non valebit quod factum est. Quod dictum est alienare, intelligas de libello[b]. Huic consuetudini derogatum[c] est per legem Lotharij. Mediolanenses verò irrationabiliter considerantes dicunt clientulum etiam alienare posse in totum, & sine domini voluntate. Inde[d] potest præsumi, si clientulus fecerit libellum in perpetuum de feudo suo alicui ecclesiæ, non valet: ideo scilicet, quia nunquã reuersurum sit ad dominum, cum ecclesia non desinat esse hæres. quod obseruandum est & in priuato ex natura perpetui libelli. Sed diuersum obseruatur in ecclesia quàm in priuato[e]. Ecclesia enim cultrix[f] & auctrix iustitiæ, non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum: priuatus verò sæpe obuiat iustitiæ. Et si clientulus fecerit libellum, vel aliud de medietate feudi, sine domini voluntate: eo mortuo sine legitimo hærede masculo (quod verbũ ita intelligẽdũ est in feudo, id est, sine filio masculo[g]) reuertitur feudum ad dominũ.[h] Si verò cum domini voluntate totum, vel medium alienauerit, ſtabilis permaneat alienatio: fratri verò vel nepoti per libellũ[i] facta alienatio, etiã sine voluntate domini. Item in secũdo comitatus, vel marchiæ, vel aliarũ dignitatum nõ est ſucceſsio secũdum rationabilem vsum: sed hodie hoc est vsurpatum[k].

TITVLVS XIIII.

DE FEVDO MARchiæ, vel ducatus, vel comitatus.[l]

l *DE FEVDO MARCHIAE, VEL DVcatus vel Comitatus.*

Aliàs est titulus talis. Qualiter vsus beneficii sit retinendus. quo non vtimur in nostro apparatu.

BIU Cujas

a *De marchia. Ab Imperatore.* In primis illud not. scilicet quòd ex rei qualitate & differentia licitum deprehéditur quod aliàs non liceret. simile. C. famil. ercis. l. si filius. & ff. de procur. l. procurator totorum. & de mino. l. ait prætor. §. quæsitum. & ff. de admi. tuto. l. qui sine hærede. & C. si aduer. do. l. ij. & in summa, vt in lib. dispu. Py. char. ij. rub. ex rerum de quibus agitur qualitate &c. licet contra. sit argu. ff. vsufru. quemadmo. caue. l. j. & ij. & C. de contra. iudi. l. vnica. Item hic not. quòd licitũ est minori quod maiori non licet: vt. C. de arb. l. j. & C. si de momen. pos. ap. fue. l. j. & C. ad leg. Iul. de adul. l. si adulterium. & C. de procur. l. militẽ. & ff. de ri. nup. l. obseruandum. licet argu. sit contra. C. de decur. l. fi. & ff. de regu. iur. l. non debet actori. immo & aliàs dicitur, ꝙ si licitũ est minori, multo fortius & maiori. ff. de offi. præto. l. Barbarius. & C. de postu. l. j. & C. de peda. iudici. l. ij. Item hic nõ licet hæredi qđ defuncto licebat: vt & aliàs. C. de reuo. do. l. j. & fi. & ff. de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic. & ff. de peti. hære. l. nec vllam. & in summa, vt in lib. Py. char. vj. rub. cõtra, nõ licet hæredi qđ defuncto licebat. licet sit contra. ibi rubica superior. vnde hic solet assignari cõtra: vt. ff. de probatio. si pactum. sed ibi plerunq; est ꝓpter quod soluitur contra.

In feudis dignitatum non succedit hæres, nisi sit inuestitus. Item in aliis feudis succedunt filii & nepotes: & filiis vel nepotibus defunctis sine descendentibus, succedunt eis fratres & nepotes: quinimo & consobrini. Baldus.

DE marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali dignitate, si quis inuestitus fuerit per beneficiũ ab imperatore: [a] ille tantũ debet habere. hæres enim non succedit [b] vllo modo, [c] nisi ab imperatore per inuestiturã acquisierit. Si capitanei, † vel valuasores maiores vel minores inuestiti fuerint de beneficio: filij vel nepotes ex parte filiorum succedunt. Si vero vnus ex his filiis vel nepotibus sine descendẽtibus masculini sexus hæredibus mortuus fuerit, prędicti fratres vel nepotes per inuestiturã patris & aui, [d] in beneficiũ succedunt. Et similiter intelligendum est in consobrinis. [e] Si duo fratres simul inuestiti [f] fuerint de beneficio nouo, & nõ de paterno: si vnus eorum sine descendẽtibus masculini sexus mortuꝰ fuerit, dominus succedit, non frater: nisi pactum fuerit in inuestitura, ꝙ frater fratri succedat. Per pactum enim frater succedit: nõ dominus. Et quod diximus de fratribus, vt vnꝰ alij succedat per pactum: idem dicendum est de filiabus, si hoc pactũ cõciliet. & sic per pactũ filiæ succedunt. [g]

TITVLVS XV.

AN MARITVS SVCCEDAT VXORI IN BENEFICIO. [h]

Maritus vxori non succedit in feudo, etiam fœmineo, nisi specialiter sit inuestitus. filiæ etiam non succedunt matri in eodem feudo, de rigore: nisi specialiter sit dictum, vel fuerit inuestitæ: sed de æquitate bene succedunt. Hoc obtinet in capitaneis, & maioribus valuasoribus. Baldus.

SI fœmina† habens beneficiũ & maritum, moriatur: nullo modo succedit [i] in beneficium maritus, nisi specialiter inuestitus fuerit. Et si ipsa fœmina filios dimiserit: dicunt quidam filios non debere succedere in beneficium matris, nisi specialiter sit dictũ, vel inuestiti fuerint: quia secundum vsum regni, ad beneficium vocantur paternum, & non maternum. Sed secundum æquitatem [k] dicamus filios debere succedere. Hoc dicimus [l] de capitaneis, & de maioribus valuasoribus, [m] & de minoribus: de minimis autem, & de iis qui beneficium tenent à maioribus valuasoribus, sic seruetur [n] sicut inferius dicemus.

TITVLVS XVI.

DE FEVDIS DATIS minimis valuasoribus quid iuris sit. [o]

Minores valuasoribus minimis feudum auferre possunt quandocũque, precio tamen restituto, si quod acceperint. Baldus.

SI minores [p] valuasores beneficium tollere voluerint minimis valuasoribus, licet eis facere: excepto si beneficium vendiderint eis. Si vero precium de beneficio acceperint: tunc aut precium reddant, aut beneficium dimittant.

TITVLVS XVII.

QVIBVS MODIS FEVDUM amittatur. [q]

SI capitanei, vel maiores valuasores, qui hodie vocantur capitanei (licet improprie dicantur minores) seniores in bello dimiserint, [r] vel si credentiam ad eorum damnum scienter [f] manifestauerint, si valuasores seniorũ vxores adulterauerint, [t] si scienter seniores assalierint, vel similes culpas commiserint: beneficio carere debent.

---

b *Succedit.* licet hoc hodie sit vsurpatũ: vt. ś. §. proxi. in fine.

c *Vllo modo.* & aliàs vllo mortuo: sed, vllo modo, credo literam veriorem.

d *Patris & aui.* bene dixit, patris & aui: quoniã hoc obseruatur in feudo ab antecessoribꝰ quæsito, non si per se quęsiuisset: quia tũc frater fratri non succedit: vt. ś. dictũ est, & ÿ. proxime dicetur: nisi ex pacto: vt ibi dicitur.

e *In consobrinis.* hoc olim vsque ad septimũ gradũ: sed hodie in infinitum: & intellige hic proprie accipi consobrinos. alioquin de superfluo diceretur: vt institu. de gradi. cog. §. iiij.

f *Si duo fratres inuestiti.* istud expositum est. ś. de succes. feu. §. filia vero. &. ś. qui feu. dare pos. §. cum vero Corradus. sed est sciendum quòd induxit argu. à simili. similia studiosus inquirat.

g *Succedunt.* vt. ś. qui feu. da. pos. §. hoc autem notãdum. &. ś. de succes. feu. §. filia vero. &. ÿ. de gradi. suc. in feud. c. j.

h *AN MARITVS SVCCEDAT VXORI IN beneficio.*

Aliàs est titu. Quo ordine succedant filii in beneficium matris: quo nõ vtimur in nostro apparatu.

i *Si fœmina. Succedit.* quanuis in aliis bonis iure Lombar. succedat: vt in Lombar. de succes. l. fi. simile. j. de inuesti. quam Titius accepit à Sempronio. c. j.

k *Æquitatem.* hic rigori iuris præfertur æquitas: vt & alibi: & in sum. vt in li. Py. ij. quaterno. j. char. rub. semper enim æquitas præfertur rigori: vt. C. de si res ali. l. cũ res ali. & C. de iudi. l. placuit. & ff. ad senatusc. Vel. leia. l. si creditor. §. j.

l *Hoc dicimus.* quod dictum est. ś. de natu. feud. in prin. scilicet ꝙ sine causa deuestiri nõ posit. Accursius.

m *Valuasoribus.* quidam habent hic interstatim post valuasoribus glossatum, seu interlineatũ, id est de his qui beneficiũ tenent à minoribꝰ valuasoribꝰ, post sequitur sic, vt seruetur &c.

n *Seruetur.* sicut continetur in seq. ca. prox. licet illud hodie corrigatur, vt ibi nota.

o *DE FEVDIS datis minimis valuasoribus quid iuris sit.*

Aliàs non erat tit. neque ca. sed. §. si minora. Accursius.

p *Si minores.* Istud totum est correctũ vt. ś. de na. feu. in fi.

q *QVIBVS MODIS feudum amittatur.*

Aliàs est tit. de amissione feu. quo non vtimur.

r *Si capitanei. Dimiserint.* Istud expositũ est. ś. in princ. illius tit. qui. mo. feu. amit.

f *Scienter.* nũquid ista duo sunt necessaria, id est ꝙ manifestet, & ꝙ ad eius damnum hoc faciat? respõ. vtique: quia pœnæ potius sunt molliẽdę quàm exasperãdę. ff. de pœ. l. pen. si ergo credẽtiam domini manifestauerit aliàs, non damnificandi animo, licet dominus damnificetur: tamen non priuabitur feudo. similiter dic de liberto, qui conspirationem fecit cum inimicis domini sui: sinõ contra dominũ conspirauerit, non reuocabitur in seruitutem: vt. ff. de off. præf. vr. l. j. §. cũ patronꝰ. licet videatur arg. contra in decretis iij. q. v. accusatoribus.

t *Adultauerint.* illud intelligo quãdo scienter vasallus cognouerit ipsam. quid enim si in lectũ suũ sua vxore absente vasallus dominã suã inuenerit: & sic putãs vxorẽ suã esse, eam cognouerit: nũquid propter hoc feudo priuabit? certe non. vere enim ipse adulteriũ non cõmittit: vt in decretis. xxxiiij, q. ij. c. in lectũ. idem intelligo, si conubere se exercuerit: vt. ś. quib. mod. feu. amit. §. item si fidelis. idem dicitur de eo qui sacratissimas virgines solicitauerit. C. de epis. & cleri. l. si quis non dicam. & in authen. de san. epis. §. pp. col. ix.

APVD QVEM VEL QVOS CONTROuersia feudi definiatur.

Aliàs

---

† *Not. quòd feudũ in dotem dari nõ potest. facit Spec. in tit. de loca. §. nũc aliena. versic. 292. & in c. i. §. donare. qua. olim feu. po. alte. in vsi. feud.*

† *Fridric.*

BIU Cujas

Aliàs non est hic aliquis titulus.

[a] *Si contentio. Coram imperatore.* Istud hodie corrigitur, quia hodie inter maiores & minores nulla est discretio: vt. ſ. de na. feu. in fi. sic ergo pares curtis cognoscere poterunt etiam inter capitaneos: & maxime hodie per constitutionem Friderichi imperialem. §. præterea si interim. Vel dicas quia hic loquitur quando cótrouersia erat inter capitaneos de feudo qđ quilibet eorum dicebat se tenere ab imperatore, & ab eo se esse inuestitum. vnde non est mirum si imperator tanquam dominus debet cognoscere inter eos: sed quod dicitur in prædicta constitutione Friderichi, imperialé. §. præterea. scilicet quòd si cótrouersia est de feudo inter duos vasallos, quòd domini est cognitio.

TITVLVS XVIII.

APVD QVEM VEL quos controuersia feudi definiatur.

SI contentio fuerit de beneficio inter capitaneos, coram imperatore [a] definiri debet. Si vero fuerit cõtentio inter minores valuasores, & maiores de beneficio: in iudicio pariũ definiatur, vel per iudicem curtis. Si aliquis [b] de capitaneis, vel de maioribꝰ valuasoribꝰ, vel de minoribus suũ beneficium, siue totum, [c] siue partem alienauerit: & ipse vel hæres eius sine hærede [d] decesserit: quia beneficium senioribus aperitur, totum quod fecit, reuocari debet. [e]

TITVLVS XIX.

CONSTITVTIONES feudales domini Lotharij imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit obseruandas.

Præcepit imperator constitutionem editam super beneficiis militum, & successione & culpa, cum consilio virorum prudentium ab omnibus obseruari. Baldus.

SI quis ex militum ordine decesserit, qui de feudo inuestitus fuerit: vt constitutum habemus, obseruetur de beneficio & successione, & culpis. Si vnus inculpatꝰ fuerit vna de his nominatis culpis, vt habemus insertũ, obseruetur per cõstitutionem domini Lotharij [f] imperatoris, quæ est constituta tempore Eugenij papæ, ante ianuã beatissimi Petri apostoli in ciuitate Romana per laudamentum sapientũ Papiæ, atque Mediolani, Mantuę, Veronę, quę Brenus, (aliàs Hybernus) vocatur, & Parmæ, Lucæ, & Pisæ, & Syponti, & marchionũ atq; ducũ vel capitaneorum, atq; valuasorũ maiorum.

Decedente milite vasallo succedit sibi filius, & nepos ex eo, & frater: quinimmo & patruus, si feudum sit auitum. Baldus.

Imperator Lotharius [g] Eugenio papæ, & vniuerso populo.

SI quis miles mortuus fuerit sine filio masculo, & nepotẽ reliquerit: [h] in beneficiũ aui in patris vicẽ succedit. Et si hęredem & fratrem reliquerit, in beneficiũ patris ipse succedit. Et si filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium aui defuncti succedat.

TITVLVS XX.

DE BENEFICIO FRAtris, & qualiter frater in beneficium fratris succedat. [i]

Frater fratri defuncto sine filio nõ succedit in feudo nouo. Fallit regula si tẽpore inuestiturę per pactũ aliud conuenit. Item si de communibus bonis est emptum. Item si frater est inuestitus vtriusque nomine domino sciente. Item si frater acquisiuit in hostem regis. Baldus.

SI quis acquisierit beneficium, & sine filio masculo mortuꝰ fuerit, & fratrem reliquerit: frater nõ succedat fratri, sed dominus habeat, nisi per inuestituram à domino ordinatum fuerit, vt frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine hærede masculo: vel succedat frater fratri moriẽti sine filio: vel nisi beneficium de communibus bonis fuerit emptum: [k] vel vtriusque scilicet de alienatione feudi: per quod videtur quòd hic non loquitur de illa constitutione: nisi forte diceres qꝫ illa constitutio in fi. & istæ quæ sunt hic, sint vel debeãt esse tãtũ vna cõstitutio.

[g] *Imperator Lotharius.* quidam non habent hanc superscriptionem, nec aliquam: puto tamen quòd satis possit admitti talis superscriptio: quia credo hanc fore illam constitutionem de qua feci mentionem. ſ. proxi. & credo quòd duret hæc constitutio vsque ad illud. c. si quis sine filio masculo. licet distincta per plura capitula.

[h] *Si quis miles. Reliquerit.* in successione militis notabis, qꝫ licet inferiores nõ relinquant, tamen fratres ex transuerso admittuntur, & dominus pręponitur, licet in feudo aliorum fratrum fratres non succedant, nisi fuerit specialiter dictũ: vt. j. c. prox. & ſ. de feu. mar. ca. si duo. Vel qđ est verius, idem in filiorum successione: quia in feudo antiquo loquitur. & hoc est quod dicit, in beneficio patris ipse succedit &c. Quid ergo erit si duo fratres inter se bona fratris diuidant, & vni soli feudũ eueniat, qđ erat antiquum: nũquid sine hærede mortuo fratre, ad quẽ deuenit, defertur fratri vel domino? Respon. aut refutauit, aut nõ. si refutauit: vel ad hoc refutauit, vt dominus eum de nouo inuestiret: & recte ad ipsum dominum reuertitur. alioquin fratri: vt j. de nat. suc. feu. cap. j. &. j. de eo qui fi. fe. ag. de feu. pat. c. tres erant agnati. &. j. si de feu. cõtro. fue. c. Titius cum Sempronio.

[i] *DE BENEFIcio fratris, & qualiter frater in beneficium &c. Aliàs non est titulus.*

[k] *Si quis acquisierit. Emptum.* sic ergo feudum emitur & acquiritur precio: vt hic, &. ſ. de na. feu. contra. est euidenter. j. de feu. dato in vicem le. commis. vbi dicitur quòd non sub prętextu pecuniæ, sed amore domini feudum acquiritur. Respon. istud intelligo, quando à vasallo emitur domino sciente: illud vero locũ habet, quando à domino emitur: quod fieri prohibetur. Sed opponitur. j. titu. quemadmo. feu. ad fis. perti. ca. si quis sine filio. ex eo verbo, nisi à domino redemerit: per quod innuitur quòd à domino emi valeat. Sol. illud intelligendum est quando redimit sine precio: aliàs bene seruiendo domino, & optime se habendo erga dominum. & ponitur ibi redimit, extra propriam significationem. similia studiosus inquirat. hic autem notabis istud generale: Licitum est sine precio, quod cum precio non liceret. vt ar. ff. de infa. l. furti. & arg. C. de prædiis curi. l. fi. & C. mãd. l. fi. & de fun. patri. l. j. ar. contra est aliàs, scilicet quia non est licitum gratis quod precio non liceret: vt. ff. de rit. nup. l. palã. arg. contra ad hoc. ff. de reg. iur. l. cui ius est donandi. licet aliàs dicatur quòd licitum est precio, quod gratis nõ liceret: vt. ff. qui. mo. pi. vel hypothe. solui. l. sicut. §. sed si. &. C. de contra. iudi. l. j. &. ff. de contrahen. emp. l. j. &. C. de admi. tu. l. nõ omni. &. ff. de procu. l. procurator

Si contentio. id est si hodie inter capitaneos de feudo quilibet eorum dicebat se tenere ab imperatore, & ab eo se esse inuestitum. vnde non est mirum si imperator tanquam dominus debet cognoscere inter eos: sed quod dicitur in prædicta constitutione Friderichi, imperialé. §. præterea. scilicet quòd si cótrouersia est de feudo inter duos vasallos, quòd domini est cognitio.

Si aliquis. super hoc ca. quædam exemplaria habent titu. talem, qualiter alienationes militum euacuari debeant. quo non vtimur.

Siue totum. istud intelligo quando licite alienauit: & ponitur hic vel, correctiue: quoniã non totum poterat alienari: alioquin ex sola alienatione non inspecta morte hæredis ad dominũ reuertitur: vt ſ. de feu. alien. in princ. expositum est. Vel si vis intelligere quando alienauit contra prohibitioné, intelligas quòd ita de facto euenerat, & erat solummodo dubitatio vtrum à bonæ fidei emptore posset reuocari mala fide traditum. & not. hic idem quod. ſ. quibus mo. feu. amit. §. rursus.

Sine hærede. id est sine filio masculo: vt. ſ. de alien. feu. circa finẽ.

Reuocari debet. Hic notandum est verbum necessitatis pro possibilitate poni, & pro cõ filio: sicut & alibi: vt. ff. de pi. l. creditor. &. C. ad leg. Fla. de plag. l. si fratrem. sicut ecõtra verbum consilij sæpissime ponitur pro necessitate: vt. C. de rescin. ven. l. non idcirco. &. ff. de admi. tu. l. tutores. §. ij.

CONSTITVTIONES FEVDALES domini Lotharii &c.

Si quis ex. Lotharii. hanc constitutionem non memini me legisse. nisi fuerit illa quæ sic incipit: Imperialis beneuolentię &c. Py. ego autem puto quòd ista quæ sequitur, sit illa quæ sic incipit, Si quis miles mortuus fuerit. & debet habere superscriptionem talem, Imperator Lotha. Euge. papæ, & vniuerso populo. & in quibusdam consuetudinibus ita habetur suprascriptum: & intelligo quòd teneat hæc constitutio vsq; ad illud ca. si quis sine filio masculo. nam in prædictis ca. omnibus quæ sunt vsque ad dictum. c. si quis &c. loquuntur de beneficiis militũ, & de successione, & de culpis, si quis ea capitula recte inspexerit: & hæc est de qua dicitur hic obseruet, de beneficio & successione & de culpis &c. ad hoc faciunt plura capitula, quæ sic incipiunt, sancimus &c. quod verbum notat esse. l. imperatoris. Illa enim constitutio, Imperialis beneuolentiæ, non loquitur nisi de vna culpa,

BIU Cujas

curator cui.ff.de pac.contra.§.vlt.ff.de do.l.filius. &.C. si maior factus.l.fin.& ista generaliter sunt in li.Py.quod autē hic dicitur si insimul steterint: intelligo maxime: quia idem intelligo & si non insimul, dum tamen de cōmuni pecunia, & domino sciente fuerit emptū, & ita multū interest, cuius pecunia feudū ematur. vnde hic poteris repetere quod notauim⁹ supra qui feu. da. pos. c. cum vero Corradus.

a *Domino sciente.* hoc autem dictum est,ne aliàs inuitus dominus aliū quàm quē velit acquirat vas. vt.j. de fratribus de no. bene. inuesti. ca. si duo fratres. & in cōmuni causa hic colligitur, quòd ex certa scientia sine contradictione presumitur dominus consentire,sicut & aliàs:vt.ff.de euict.l. quidam.&.C. de nupt. l.si vt proponis.&.ff.de reg. iur.qui tacet. & in summa vt in lib. disp. Py.secūdo quaterno.ij. char.ru.ex scientia sine cōtradictione eiusque contrario, licet cōtraria sit sequens rubricella per id quod legitur.ff.quib.mod.pig. vel hypo. fol. l.sicut.§. non videtur . &.ff. de procu. l. filius.§. inuitus.cum concor.ibi sequen . quod autem dicitur in fin. vel in hostem regis, dicitur per l. quæ est in Lombar. de suc. si fratres post mortem &c.

† *Hæc regula est vera in omnibus: vt ff. de nat. feu. de his qui feud.dare pos. §. fi. & qui. mo. feu.amit. in princ.*

que nomine domino sciente:[a] si insimul steterint: vel in hostem regis acquisierint.

TITVLVS XXI.

DE FEVDO SINE CVLpa non amittendo.[b]

SAncimus,vt nemo miles[c] sine cognita culpa beneficiū suum amittat,si ex culpis iis vel causis conuictus non fuerit,quas milites vsi sunt nominare quando fidelitatem faciūt dominis suis,vel per laudamentum parium suorum:vel si dominis suis deseruire nolue rint, tunc condictio causa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non seruit domino. Nam si steterit viginti annis & vltra quòd non seruierit domino: nisi necesse fuerit domino,feudum non amittit.†

Vasallus feudo priuatur alienando:cum vxore domini concumbendo: & in pugna cum posset eum iuuare,dimittendo. Bald.

SI quis miles[d] beneficiū suū vendiderit totum sine voluntate vel iussu[e] domini sui: vt proprium beneficium amittat decernimus: dominus vero habeat:vel si concubuerit[f] cum vxore domini sui domino viuente:vel si in pugna suum dominum dimiserit: † & cum eo[g] non laborauerit,si potuerit.

TITVLVS XXII.

QVO TEMPORE MIles inuestituram petere debeat.[h]

Si miles intra annū & mēsem post mortem domini nō petat inuestituram ab eius hærede,vel post mortē patris à domino: perdit feudum.fallit in casibus hic insertis. Bart.

SAncimus,[i] vt nemo miles vltra annum[k] & mensem[l] vadat vt inuestituram beneficij sui à filio vel successore domini sui petat, vel post mortē domini sui, vel patris sui,vel alterius cui succedere debet:nisi iusta causa interuenerit quare nō petierit:veluti mortis,[m] vel capitales inimicitię,vel infantia,[n] vel iusta absentia:[o] & si, (vt supra dictum est) non petierit,damnetur.[p]

SI quis fecerit inuestituram vel cambium[q] de beneficio hoc erit casuale in milite:sicut & alia casualia notantur circa militem,quæ hic enumerare esset superfluum . Vel forte corrigitur istud per constitutionem Frider. & idem erit in milite quod in aliis.velut ergo contumax feudo priuatur vasallus post spacium tanti temporis, sic & alibi punitur contumax: vt.C. quorum appellationum non re. l. j. & de iud.l. properandū.§.cum autem . Sed pone q̄ post annum & mensem,secundum vsum consuetum dominus vasallus recepit: nūquid huic talem † *Nota* quasi ingratitudinē videtur remittere? Et certe videtur quòd sic.ff. de le. commis. l. post diem.& de eo quod certo loco.l.fi.

m *Veluti mortis.* Numquid si moriatur antequam petat, cū supereſſent tantū duo vel tres dies de anno & mense vel die, dabitur hæredi suo tantū tempus duntaxat quantum defuncto supererat:aut dabitur iterum mēsis & annus? Respond. ne tu lector piger efficiaris, quæras diligenter quæ notātur in.C.de temp. in integ.resti.l. antepe. quæ incipit, ea quæ.& omnia poteris inuenire:licet videatur quòd illud tantum qđ supererat defuncto, debeat:vt.C.de iudi. properandum.§. finautem. &.ff. de iudi.l. si iuder.

n *Infantia.* si habes in litera, infantia,tunc cessabunt contra.vel anfractus:vt patet in consti.Fride.j.si de feud. contro.fue.c.si minor. si habes , infamia: tunc quæritur de cuius infamia sit intelligendum:nunquid de infamia vas. an de infamia do? Si dicatur de infamia vas.tūc videtur absurdū quòd propter istam infamiam debeat istud habere priuilegium:cum potius debeat ei nocere delictum suum,quàm prodesse.nimirū dolus proprius non debet aliquem releuare,neque propria temeritas alicui lucratiua concedi.ff.pro soc.l.verum.§.tempus.& de dolo.l.j. & l.Neratius.&.C.de epi.& cle. l.omnes. in fi. ne igitur ex delicto suo fructum consequatur,de vasalli infamia non loquitur: de domini autem infamia sic,puta quia dominus excommunicatus est: & ideo cum domino vasallus non habet loquelam . in quo casu etiam à sacramento fidelitatis est absolutus:vt in decre.causa.xv. q.vj.ca. alius.&.c.fi.&.j.tit.hic finitur lex:deinde consuetudines regni incipiunt.c.j.vel ita intelligas,infamia, id est mala fama habita de domini morte.pone dominum vltra mare mortuū:nec ita fama de eius morte post annū & mensem:certe istud vasallo non valet imputari. vnde apparet,quòd hoc tempus ei à tempore scientiæ cedat: & secundum hoc erit ei vtile , & non continuum hoc tempus.sed nunquid hodie per.l.Friderichi corrigitur? Respondebi determinabitur.

o *Absentia.* puta cū causa reipublicæ sit absens. nunquid ergo absenti causa reipublicæ nō currit tempus,maxime si potuit per procuratorem adire dominum, & non fecit? & vtique currit ei: nec puto ei succurrendū hoc casu.ff.de mi.pa.l.exuli.sed ibi non potuit:per procuratorem secus est,vt ibi not. Vel forte vbi iusta de causa absens est,nec per procuratorem adire tenetur:quia nō intelligitur absens qui legitimum procuratorem relinquit: vt in pluribus studiosus indagator poterit inuenire.

p *Damnetur.* distinguitur tamen,si fuerit contumax vel non: vt si contumax fuerit inuentus, quia noluit seruire : merito amittat feudū. Sed si dominus recepit eius seruitiū post annum: videtur renunciasse iuri suo:& hoc propter multas.ll.vt ar.ff. de recep.l. Celsus.&.C.de vsu.l.quanuis. &.C.de pac. inter empt. & ven.l. commissoriæ.&.C.de iu.do.impe.l.ij.&.ff.de va.& ex.l.pe.

q *Si quis fecerit. Cambium.* licet non possit alienare, nunquid locare? Item nūquid in feudū dare? Item nunquid pignori obligare?

Tēpus post scientiam currit.

b *DE FEVDO SINE CVLPA NON amittendo.*

Quidam non habent hic aliquam rubricam: sed nos hac vtimur.

c *Sancimus vt nemo miles.* quod diximus de milite , idem in aliis hodie:vt.ē. de nat.feu.in fi. simile legitur.C. qui accu. non pos.l.ij.&.ff.quod metus cau. l.nō est verisimile. & merito idem in illis aliis vas. quia eadem est hincinde ratio & æquitas, vnde idem ius constituendum est:vt.ff.ad leg.Aquil.l.illud.&.ff. de legi.& senatusc on.l.nō possunt.&.C.de libe.præte.vel exhæreda.l.j.Accursius.

d *Si quis miles.* huic ca.quidā habent ti.de suc. quo nō vtimur.

e *Iussu.* hic iussus pro consensu ponitur , id est sine consensu & voluntate domini:& notandum est in aliis idem quod in milite,vt in consti.Frider.Imperialem.& idem de parte quod hic dicitur de toto, scilicet vt partem tantum alienatam amittat : vt.j. de va.qui contra consti.Lotha.bene.alie.c.j.

f *Concubuerit.* istud ca.expositum est supra quib.mod.feu. amit. in princip.§.ij.

g *Et cum eo.* Not.verbum istud:& solūit quæstionem quam fecimus.ē.quib.mod.feu.amit.in princ.

h *QVO TEMPORE MILES INVEstituram petere debeat.*

Quidam non habent hic aliquem titu.

i *Sancimus vt nemo miles.* in quibusdam constitutionibus non est,sancimus: sed ita continuatur cum superiori ca. & eum eo non laborauerit,si potuerit: sed vltra annum & mēsem vadat, vt inuestituram &c. & ita secundum hoc non debet esse hic inceptio ca.nec rub.quod est falsum.

k *Vltra annum.* hoc demum tempus post scientiam currit:dum tamen crassa & supina ignorantia non sit excusata: puta si ignorauerit quod omnes de ciuitate sciant.ff.de iu.& fac.igno.l.j.&.l. nec.&.l.regula.&.ff.de calumn.l.annus. & no. de tali tēpore expressius in.C.de re mili.l.j.

l *Et mensem.* sic ergo videtur quòd per annum & mensem possit miles differre petitionem inuestituræ:quod in aliis non obseruatur : immo & anno & die elapso excluduntur alij : dum tamen sint puberes:vt in constitutione Fride.imperialem.§.præterea.&

BIU Cujas

obligare? Hęc in consti. Fri. notabuntur annuēte domino: & hoc intelligas verum esse, nisi totam curiam alienauerit: vt. ff. de fun. do. l. j. & in Lom. de be. l. fi. & .j. de le. Cor. §. ex eadem lege.

a *Pro non facto.* hoc intelligo dum supererit vasallus: veruntamen eo decedēte cogitur dominus adimplere promissum, & tūc demum incipit inuestitura effectum habere. quod intelligo tantum de eo milite qui successionem feudi nō habet: alioquin pro non facta habetur inuestitura: vt .j. si de feu. cō. fue. c. moribus. & de feu. da. in vicem le. cōmissorię. c. si quis inuestierit. sed ibi aliud notabitur: vt in Lombar. de bene. l. fi.

b *In possessione maneat.* & merito: quia debent in suo statu omnia permanere post ap. C. de ap. l. iiij. quod intelligo, nisi res fuerit mobilis, & persona possidēs suspecta sit, nec satisdat: vel etiā si res à possidēte postularetur. ar. C. quo. ap. nō reci. l. ab executore. & .ff. de ap. l. Imperator. §. fi. & qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. fi. quod autem dicitur in fi. ca. scilicet ante nos definiemus: sic intelligitur, scilicet si ambo sint vasalli principis curiæ. alioquin ille ad quem appellauerit, causam appellatiōis fine debito terminabit. & aliàs in text. est definietur.

c *Per sex.* Sed nunquid continuū vel vtile est hoc tempus? intelligo ꝙ vtile sit istud, quale est illud quod indulgetur appellanti. Et not. ꝙ detrahitur huic l. per consuetudinem: quia generaliter appellanti indulgetur annus: vt in authen. de his qui ingre. ad ap. coll. v. Vel etiam dic quòd hic nō negatur illud: sed dicitur quòd intra sex hebdomadas se debet repræsentare. immo hoc spacium habet antequā iter arripiat. & hoc intelligendum est de maiorib⁹ valuasoribus: vt in Lōbar. de bene. l. fi.

DE CONTENtione inter dominū & vasallū de inuestitura feudi.

SI quis miles[d] in possessione[e] sui beneficij fuerit, & dominus inuestiturā negauerit: miles affirmet per iusiurandum, si potuerit, quòd suū sit beneficium per inuestituram domini sui. & si dominus possederit, & miles sic dixerit, ꝙ inuestitus fuerit à domino suo, & dominus negauerit: adhibeātur pares illius, & per ipsos inueniatur veritas. & si pares nō fuerint, veritas inueniatur per dominum: quia non est bonum vt veritas denegetur.

TITVLVS XXIIII.

QVEMADMODVM FEVdum ad filiam pertineat.

Vasallo defuncto sine liberis, filia non succedit in beneficio patris. fallit hoc v̄ duobus casibus. Baldus.

d *SI quis miles.* Aliàs inueni talem glo. loco isto, vacat istud capropter inferius cap. si inter dominum.

e *In possessione.* quod in isto ca. continetur, scilicet possessorem debere iurare, non est indistincte sic intelligendum: sed sicut distinguitur. .j. de consue. re. feu. c. sacramentum non semper. & notabitur. .j. si de inue. inter do. & vas. lis ori. ca. j. quod autem in fi. dicitur, non est relinquendum, scilicet quia nō est bonum vt veritas denegetur: simile in. C. de ap. l. eos qui. §. j.

QVEMADMODVM FEVDVM AD filiam pertineat.

f *SI quis sine filio. Beneficium patris.* intelligo nisi pactum interuenerit vt & filiæ succedant: vt .ī. de suc. feu. §. filia vero non succedit.

QVIBVS MODIS FEVDVM CONstitui potest.

g *SCiendū est. Hoc iure.* aliàs hoc iure. & aliàs hac in re nullo &c. h *Succedente.* in hoc ca. videtur absurdū, scilicet quòd hęres excludatur quando dominus possessionē in vasallū trāstulit. igitur inuestiturā fecisse vi. detur, quia proprie inuestitura possessio appellatur. ar. .j. e. quid sit inuestitura. c. ij. nam vnusquisque sibi & suis hæredibus prospexisse videtur: vt. .j. de duobus fra. à capi. inues. c. duo fratres. & hoc verū est si hæredis mentio habita non est: vt. ff. de probat. l. si pactum. & aperte contradicitur. .j. de consue. re. feu. c. sciendum. Py. tamen de hoc dicit vt in summa not. i *Fortè sit clericus.* istud satis expositū est. 3. titu. qui suc. teneantur. & in alio titu. hic potest esse titu. qui suc. teneantur. &. .j. dicetur.

k *SI DE INVEstitura inter dominū & vassallum lis oriatur. Aliàs titu. Qualiter iudicium feudi sit examinandum. quo non vtimur.*

l *SI inter dominum.*

m *Inuestituram.* Sed de qua inuestitura intelligitur quod hic dicitur? quæro vtrum de noua, an de veteri? Respō. de veteri: quoniā de noua non audiūtur testes, ni si sint de paribus: immo debet per breue testatum probari: in quo etiam casu secundum quosdā non valet inuestitura: quia de solēnitate deest in con. re. feudi: vt. .j. qui te. sunt ne. ad proban. no. inues. c. j. vel etiam potest intelligi illud quando præsentes sunt pares tēpore inuestituræ. nam si tunc abessent: tunc etiam extranei possunt recipi, secūdum qđ hic videtur dici in verbo illo, quid si tempore inuestitionis abfuerint &c. quod falsum est: quoniam si absunt, expectādi sunt: vt. .j. de cōsue. re. feu. c. sciendū. quod autē hic dicitur, intelligo ꝙ dominus pares nō habet, vt colligitur in prædicto. c. sciendū. vnde quod hic dicitur, quid si tēpore inuestituræ abfuerint, intelligas. i. si tēpore inuestitionis pares dominus habuerit. nam si pares non habuerit, etiā extranei &c. & quod ibi sequitur,

BIU Cujas

sequitur, veritatem celare voluerint, est notabile verbum. nimirum qui veritatem dicere non vult, nocere desiderat: vt in dec. causa. xj. q. vl. c. quisquis.

Veritatem celãs, nocere desidera

a *Qualibet ex causa, à comite.* Sed istud notandum est, quòd gradatim facienda est postulatio, scilicet de minore iudice ad maiorem iudicem.

b *Ad imperatorem.* nã primo inuocatur curia: postea comes: deinde populus: postea imperator. sic etiam procedit à populo in authen. de ap. col. iiij. §. vl. licet videatur contra. ff. de consti. prin. l. j. & instit. de iur. nat. gen. & ciui. §. sed & quod principi. nam ibi innuitur quòd maior sit populus imperatore, cum ab eo possit degradari, licet in contrarium Barbarius Philippus dicat, scilicet plᵒ posse imperatorem: vt ff. de offi. præto. l. Barbarius Philippus. Acc.

c *Obseruetur.* & merito: quia quod principi placuit, legis habet vigorem: vt instit. de iu. na. §. sed & quod principi. &. ff. de constitu. princ. l. j. & inuenitur errorem principis ius facere: vt. ff. de ali. & cib. leg. l. iij. in fi. sed & quod comes vtpote loco præsidis statuit ex necessitate, seruandum est: vt. C. vbi pu. educ. de. l. j.

d *Vsque ad annum.* & est illud mirabile quòd annus vas. indulgetur ad præsentandum se: cũ tantum. vj. hebdomadę concedantur superioribus appellationibus: vt supra quo tem. mi. inues. pe. de. c. iij. §. si autẽ dixerit. & in Lô. de be. l. vlt. Sed istud cur contingat, is inquirat, quem labor mundi exagitat: cum maxime spacium nouem mensium Septentrionalibus hominibus ad se repræsentandum iudici, legumlatoribus videtur sufficiens: vt in authen. vt omnes ob. iudi. §. si igitur. col. v.

datur. Testes verò sint pares eius, & qui ab eodem domino feudum teneant. qui si tempore inuestitionis abfuerint, etiã extranei sunt recipiendi. qui etiã si veritatem celare voluerint, fortè amore, vel precio, vel alia qualibet ex causa, à comite [a] vel à populo iurare compellãtur quòd ex ea causa falsitatem non dicant, nec vera scientes tacebunt. His enim non cogentibus eos, vasallus cum ipso domino ad imperatorem [b] iré festinet: eíque causam intimet: & quod imperator inter eos iudicauerit, obseruetur [c]. Si autem se venturum, vel nuncium missurum vasallᵒ promittat: ex quo promiserit, vsque ad annum [d] quietè possideat. Si vero ad regem non venerit, vel non miserit intra annum [e], domini sacramento causa finiatur. Et si testes sacramẽto [f] iam dicto prę-
stito se non interfuisse dixerint: domini sacramẽto quæstio terminetur. Hæc omnia etiam in clericorum [g] personis locum habent, præterquam quod de personis testium dictum est. In clericorum feudo pariter accipiuntur pares, & extranei: hoc ideo, quia cum clerici quosdam de feudo inuestiunt, sæpe absconse, & sine præsentia suorum confratrum hoc facere studeant.

Orta contentione inter dominum & vasallum, si vasallus dicit se vel patrem suum inuestitum, debet probare per testes saltem duos suam intentionem, & eo in probatione deficiente, defertur sacramentum domino possidenti, qui iurabit cum. xii. sacramentalibus: & eo nolente iurare, defertur actori, qui iurabit etiam cum. xii. sacramentalibus. vtroque autem nolente iurare, dominus possessor absoluitur. vasallo autem possidente, si possidet per annum sciente domino, & non contradicente, solus debet iurare sine aliis: aliàs autem non. Bald.

Si quis [h] se, vel patrem suum ab aliquo defuncto, vel patre eius, de feudis inuestitum esse contenderit: nisi per duos pares [i] de domo ipsius domini probauerit quod intendit, vel etiam cum pares absunt, per alios [k] idoneos duos testes: [l] tũc in electione domini est, vtrum velit iurare [m] cum duodecim sacramentalibus, illum qui feudum quærit, per se, vel patrem eius, si de hoc quęratur, de ipso feudo inuestitum non fuisse. Quòd si iurare noluerit: actor iuret cum duodecim sacramentalibus, se, vel patrem suum inuestitum fuisse. Quòd si iurare [n] noluerit: qui conuenitur, est absoluendus [o]. Secundũ enim morem Mediolanensium hæc sacramenta præstanda [p] sunt tam à filiis actoris vel rei, quàm ab ipsis principalibᵒ personis. Si autem aliquis in possessione feudi sit, de quo dominus dicit eum inuestitum non fuisse: tunc sine probatione vlla testium debet solus [q] iurare se vel patrem suum fuisse inuestitum. Hæc autem sunt ita tenenda, si per vnum annum sciente [r] domino & non contradicente in possessione feudi per-

Licitũ facit ex illicito personarum qualitas & differentia

e *Intra annum.* & sic per totum annum quietè debet possidere vasallus, licet intra annum se debeat repræsentare. & est not. hic quòd possessori probatio incumbit. sed intelligo quòd aliud pro domino faciebat: vt infra dicitur: quòd si testes se non interfuisse dixerint, quòd sacramẽto domini causa finitur: & intelligo quòd hoc sacramentum ad cautelam domino detur, cum is in probatione deficiat qui probare tenetur: sicut no. in. C. de re. credi. & iureiu. l. in bonæ. & hoc consonat ei quod legitur infra de consue. re. feu. c. sacramentum.

f *Sacramento.* si habes non, tunc similiter debes habere in litera, domini sacramento: alioquin non.

g *In clericorum.* Hic colligitur quòd ex personarum qualitate & differentia licitum deprehenditur, quod aliàs non liceret: vt no. supra de na. fe. circa prin. quod autem dicitur hic de clericis, scilicet quòd feud. da. possunt, cognati tamen excipiuntur, quibus dare prohibentur: vt. C. de sac. san. ec. l. iubemus. authen. quibuscunque. licet potius hodie agnatis quàm extraneis huiusmodi beneficia à clericis concedantur, nec sibi possunt acquirere dũ administrant: vt. ff. de contrahen. em. l. non licet. & de off. procon. l. solent. §. vl. Item in isto. §. notare licet, & notabitur in inferiori proxi. §. quòd inopia probationum emergente, licitum deprehenditur, quod aliàs esset illicitum: vt not. supra de conten. inter do. & vas. de inuesti. feu. circa princip.

h *Si quis.* quidam in hoc. c. habent glo. talem: vacat hoc. c. propter inferius, si duo.

i *Pares.* hic no. duos testes sufficere ad inuestituram probandã & merito: quia vbi numerus testium nõ exigitur, duo sufficiunt. pluralis enim locutio duorum numerò contenta est: vt. ff. de testi. l. vbi. vnde dominus in euange. In ore duorum vel trium testium stat omne verbum. & extra de testa. relatum.

k *Per alios.* ecce quod plene notauimus, vel inopia probationũ emergente.

l *Duos testes idoneos.* ci pares absunt: vt supra eo. c. i. & de hoc dicit ibi notauimus, quòd autem de domo, idem de curia intelligo, ut forte domesticis testibus fides improbetur vt. C. de testi. l. parentes. &. l. aduersus. & l. etiam. quandoque tamen & domestici admittuntur: vt. C. de repu. l. consensu. §. fin. k hoc est quod dicit, nisi per duos pares. Accur.

m *Iurare.* ecce quod propè no. inopia probationum emergente &c.

n *Quòd si iurare.* Quid ergo si nec iurat, nec se iurare velle recusat? Respõ. intelligo quòd iudex debet statuere tempus intra quod iuret si vult domin⁹ quo transacto, in vasallum transferatur electio. licet antequam iuret, etiam die transacto possit adhuc iurare dominus: vt ar. ff. de leg. j. l. cum res. &. C. communia de leg. l. si duobus. §. sed si quis. &. ff. de op. leg. l. mancipiorum.

o *Absoluendus.* nimirum actore non probante, vel quasi probante absoluitur reus: & si nihil præstiterit, obtinere debet: vt. C. de eden. l. qui accusare. quasi probante, ideo dixi: quia iusiurandum loco probationis cedit, immo quasi probatio dicitur. C. de re. credi. l. actori. &. ff. de iureiur. l. non erit. §. dato. &. l. sed & si. §. fi. & ita l. tutor.

p *Præstanda.* tam à filiis. & merito, quoniam persona patris & filii vna esse intelligitur. C. de impu. & ali. sub. l. vlt. & instit. de inuti. stip. §. ei qui tuo. & vnum est sacramentum testatoris & hæredis: vt in authen. de iureiur. à me. præsti. in prin. licet alibi dicitur quòd multum discrepet iusiuran. hæreditarium à principali sacramento. C. de re. cred. & iureiuran. l. generaliter. in prin.

q *Debet solus.* intelligo secundum distinctionem quæ fit infra de consue. re. feu. ca. sacramentum.

r *Sciente.* hic sumitur quòd patientia sine contradictione, habetur pro expresso consensu. simile est quod dicitur de cohæredibus qui præsentes passi sunt vnum cohæredem totam hæreditatem vendere: & precium acceperunt. nam & ipsi videntur suas partes vendidisse: vt. ff. de euic. l. quidam. idem quoque dicitur de liberto qui passus est dominum rem vendere, cum pro ipsa parte precium soluisset. ff. man. l. si vero. §. inde Papinianus. nam pater

videtur

BIU Cujas

videtur approbaſſe matrimonium filij ſui, cum ipſum contrahentem non prohibuit ſciens: vt. C. de nu. l. ſi vt proponis. idem dicas de contractu filij: vt. ff. ad ma. l. ſi filius. ſed vt magiſter nauis videtur illum naui prepoſuiſſe, quem miniſterio fungi voluit, nec contradixit: vt. ff. de exer. l. j. §. magiſter. idem quoque de eo dicitur, qui miſit ſtillicidium ſuum in alienis ædibus ſciente eo & non contradicente cũ emeret ad hoc: vt. ff. ſi ſer. ven. l. ſi à te. ſed & ſi paſſus fuero te in meo ſepulchro ædificare, & me ſciente mortuum tuum intuleris: alium poſtea te inferentem prohibere nõ potero: vt. ff. de mor. infe. l. ſi proprius. §. fi. nam & ſi ego dominus horreorum propoſitum habeo aurum & argentum & margaritas meo nomine & periculo nõ recipere, & me ſciente has res in horreis induxeris: videor à propoſito receſsiſſe: vt. ff. loca. & condu. l. cum in plures. §. locator. ſed & licet in inſtrumento non contineatur poſſeſsionem fuiſſe traditam, ſi tamen domino ſciente tu emptor poſſedisti diutius, eam tradidiſſe intelligitur. C. de acqui. poſ. l. j. &. ij. nam ſi dominus ſciat ſeruum ſuum militare, vel aliquam dignitatem habere, & ipſum non reuocet: videtur conſentire, & ingenu⁹ efficitur. C. qui mi. non poſ. l. pe. & vlt. Item ſi non contradixerit ſeruum ordinari clericũ, cum ſciebat: vt in authen. de ſan. epiſ. §. ſi ſeruus. col. ix. hic ergo ſcientia ſiue patientia ſine cõtradictione, pro conſenſu accipitur: ſed intelligo ſicut expoſitum eſt ſupra qui. mo. feu. amit. §. præterea.

manſit. alioquin iuſta ignorantia, vel parui temporis negligẽtia cum iniquæ poſſeſsiõis periurio quãdoq; domino in poſſeſsione damnum afferat.

TITVLVS XXVII.

DE FEVDO DATO in vicem legis commiſſoriæ reprobando.

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ: quia non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore domini dandum eſt. Baldus.

SI quis obligauerit aliquã rem pignori eo pacto [a], vt ſi ſtatuto tẽpore pecunia ſoluta nõ fuiſſet, res eſſet creditoris, & eam pro feudo habeat: poteſt debitor quandocunque [b] pecuniam ſoluendo, pacto non obſtãte [c] pignus recuperare. Feudum enim non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini acquirendum eſt.

SI quis inueſtierit aliquem de feudo ſui militis: viri Placentini prorſus aſſerunt hanc inueſtituram non aliter valere, niſi eo conſentiente [d] cuius erat feudum. Mediolanenſes & Cremonenſes nihil diſtare aſſeuerant, vtrum eo ſciente, vel ignorante, dummodo eo viuẽte nullum detrimentum de feudo ſuo ſibi contingat. Hoc autem dicendum eſt de eo milite qui feudi ſucceſſores [e] non habet.

DE FEVDO DATO IN VICEM legis commiſſoriæ reprobando.

a *Si quis. Pacto.* hoc. §. dicitur expreſſe quòd non poteſt feudũ acquiri ſecundum pactum. l. cõmiſſoriæ occaſione pignoris: & eſt ratio: quia in pignoribus omnibus reprobata eſt lex cõ. C. de pac. pi. & de le. com. l. j. &. ij. Sed quid erit de tali pacto: puta vendo tibi domum pro centum aureis: & niſi ſolueris integrũ precium, retinebo poſtea in feudum: & ſoluis medietatem plus minúſve: quid iuris erit? nunquid licitum eſt pactum? Reſpon. videtur quòd hoc pactum ſit licitum: quia in traditionibus rerum ſuarum quodcunque pactum apponatur, valere debet. ff. de pa. l. in traditionibus. nam & ſi non expediat domino talem vaſ. habere, tamen poteſt pactum valere. ff. de ſerui. l. ei fundo. maxime cũ iſtud pactum nullam contineat turpitudinem, idcirco videtur valere. Sed contra eſt quod ſequitur ſtatim, ſcilicet, feudum enim non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini acquiritur: vt not. ſupra. poteſt ergo diſtingui, vtrum voluerit dominus totam domum pro feudo teneri: an pro ea tantum parte, pro qua precium non eſt ſolutum: vt in primo caſu non valeat: ſecũdo teneat pro parte illa: licet hodie ſub prætextu pecuniæ multa feuda acquirantur. Sed quid erit ſi debitor cum ſuo fideiuſſore pactum fecerit, quòd niſi ſoluerit creditori ſuo, & niſi eum liberauerit vſque ad certũ tempus: & ſi fideiuſſor ſoluerit pro eo poſtea, quod habeat ipſum pignus pro feudo: nunquid valet pactum? Et videtur quòd ſic. ff. de contrahen. emp. l. fin. licet prima ratio videatur refragari.

b *Quandocunque.* iſtud quandocunque, ſic intelligo, id eſt niſi creditor alio iure velit ſe tueri: puta præſcriptionem. xxx. an. allegando: quod quidem facere poteſt ſecundum quoſdam: maxime poſt interuerſam poſſeſsionẽ: vt not. in. C. de pig. ac. l. nec creditores. vel etiam ſi ius domini impetrauit, & poſt biennium ſoluere voluerit debitor: tunc non cogitur ſolutionẽ recipere creditor: vt C. de iu. do. imp. l. vlti. in medio. l. ſed ſi receperat pecuniam, pign⁹ reſtituere cogitur: vt C. de iur. do. impe. l. ij.

c *Non obſtante.* hoc verum eſt ſi conuentio inter dominum & vaſal. eſt: alioquin ſi inter extraneos, valet pactũ: vt in Lombar. de debi. & guar. l. ſi quis fideiuſſorem.

d *Si quis. Conſentiente.* intelligo iſtud ſecundum P. cum de futura ſucceſsione tractatur: quia contra bonos mores tale pactum factum improbatur, & ideo eſt inualidum: vt C. de pac. l. ſi. &. C. de inu. ſti. l. ex eo. vnde nõ ob. mulieri quæ nullũ regreſſum ad bona paterna ſe habituram pacta fuit. C. de col. l. iij. vel etiam ſi de futura ſucceſsione non tractatur. ſed ſi ignarus forte vaſallus de alieno feudo inueſtituram accepit, vel etiã ſciens, & nominatim de euictione cautionẽ habuerit, vel acceperit: cur non valeat, non video: nimirum quoniã vendere rem alienam poſſe nulla eſt dubitatio. ff. de contrahen. empt. l. rem alienam. Vel intelligitur quo ad præiudicium vaſalli, ſicut Mediola. faciunt: vt no. etiam infra ſi de feu. defun. contro. fue. c. moribus. & infra de inue. rei al. c. cum de re alie. Hæc ita dicta ſunt ſecundum P. ſed ſecundum Mediola. non. nam quod ipſi dicunt, dummodo de feudo viuente illo nullum detrimentum patiatur: iſtud conſonat. ll. ſupra notatis. & eſt ar. ff. de ſer. ru. prædi. l. per quem. &. ff. de aqua plu. ar. l. in concedendo. licet videatur arg. contra. ff. de aqua quoti. & æſti. l. Lucio.

e *Succeſſores.* Sed cur in eo qui habet ſucceſſores, idem iuris non eſt: cum nullum præiudicium ipſi hæredibúſve ſuis fieri debeat? Reſpon. huic ſtudioſus reſpon. Non omnium quæ à maioribus tradita ſunt, ratio reddi poteſt. ff. de le. & con. l. non omnium.

f *Quidam obligauerat.* ſuper hoc cap. pauci titu. habent, vel rub. qui autem habent, talem conſueuerunt habere: De vſu Mediola. quo non vtimur.

g *Longum tempus.* hic habetur quod ſupra proxi. no. eſt. c. ſi quis obligauerit. ſcilicet quia ius offerendi non tollitur longo tempore: vt. C. de pig. ac. l. nec creditores.

h *Suum.* poſt iſta verba ſecundum quædam exemplaria in tex. habentur hæc adiecta, à domino ſuo poſt inueſtituram prædictã defuncto. poſtea continuatur ſubſe. ſcilicet per inueſtiturã prædictam, & cætera quæ ſequuntur.

i *Per. xxx. an.* Hic no. præſcri. xxx. an. ſi feudo locũ habere. vnde ſi aliquis p. xxx. an. feudũ poſſedit, & ſeruitiũ domino exhibuerit: quamuis

quanuis de ea re nunquam inuestitus fuerit, tamen præscriptionem acquisiuit, ita quòd se tueri poterit: vt.j.si de feud.con.fuer. c.si quis per.xxx.an. Quid ergo si à possessione ceciderit iste qui præscriptione se tueri potest, nunquid vindicare poterit? Respon. vtique, adhibita distinctione quæ fit in.C.de præscri.xxx. vel.xl. an.l.si quis emptionis &c. sed quod dicitur.j. eo. videtur mirũ, quòd filius iurare debet post inuestiturã patrem suũ mortuũ fuisse, & se per feudum quoq; rem tenuisse: ita vt p. xxx. an. contestatio pignoris facta non sit. sed domino defertur de incerto, scilicet defunctum militem per feudum inuestitum non fuisse. Sed cur non sufficit ipsum probare cõtestationem pignoris factã: vbi tantum alter præscriptione feudi se tuetur? Respon. hoc non negatur hic: sed hic filius volebat se tueri, dicens patrem suum inuestitum. vnde puto quòd si tantum præscriptionẽ feudi alleget filius defuncti, quòd filius domini nõ aliud teneatur probare, nisi patrem suum pignorasse, & contestationem factã fuisse ante spacium. xxx. an. est enim legitima interruptio, si per executorem consecuta sit conuentio: vt.C. de præscript. xxx. an. l.sicut.argu.ad hoc.C.de pign.actio.l. neque.

Explicit liber feudorũ primus. Incipit secundus.

Feudorum

Liber secundus.

TITVLVS I.

DE FEVDI COGNITIONE.[a]

Causæ generaliter aut decidũtur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut consuetudine: sed causæ feudales decidũtur consuetudine, quæ vincit legem in hac parte: licet contrarium dici soleat. consuetudine autem deficiente, decidi possunt etiam lege scripta. Baldus.

OBertus de orto, Anselmo filio suo dilecto salutem. Causarũ quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur iure Romano: aliæ vero legibus Longobardorum: aliæ autem secundum regni consuetudinem. quę quanquam sint variæ, & quanquam secundum diuersorũ locorum aut curiarum mores sint diuersæ, nec breuiter possint dici, nec hoc libello facile cõprehendi: vsum tamen feudi qui in nostris partibus obtinet, prout possibile est, exponere tibi necessarium duxi. In iudicio etenim quod de feudis agitur, illud legibus nostris contrarium dici solet. Legum autẽ Romanorum non est vilis authoritas: sed non adeo vim suam extendunt, [b] vt vsum vincant, aut mores. Strenuus autem legis peritus, sicubi casus emerserit qui consuetudine feudi non sit cõprehensus, [c] absq; calumnia vti poterit lege scripta. Sciendum est autem feudum siue beneficium non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, [d] aut in iis quæ inter immobilia [e] connumerantur (veluti cum de camera, aut de cauena [f] feudum datur) posse consistere: ac feudum neminem posse acquirere, nisi inuestitura [g] aut successione. [h]

TITVLVS II.

QVID SIT INVESTITVRA.[i]

Inuestitura alia propria, vt possessio: alia abusiua, vt quando hasta vel aliud corporeum porrigitur vasallo à domino pro inuestitura. Baldus.

INuestitura quidẽ proprie dicit possessio: abusiuo autem modo dicitur inuestitura, quando hasta vel aliud corporeum quidlibet porrigitur à domino feudi se inuestituram facere dicente: quæ si quidem ab illo fiat qui alios habet vasallos, [k] saltẽ coram duobus ex illis solenniter fieri debet: alioqui licet alij intersint testes, inuestitura minime valeat. Si enim domino adhuc in possessione constituto, an facta sit inuestitura quęratur: non deest præter administrationem: vt.ff.de li.& posthu.l.in suis. ex his ergo colligitur quòd filij non acquirunt patri succedendo, sed acquisitum capiunt. Accursius.

---

a *DE FEVDI cognitione.*

Quidam nõ habent de feudi cognitione.

b *O Bertus de orto. Vim suam extendunt.* ac si aperte dicat: consuetudo in feudis vincit leges: licet contra dicatur. C. quæ sit lon.con.l.consuetudinis. sed hoc intelligo de æqua, non de iniqua consuetudine: ibi, nimirum male inuenta. & malæ consuetudines non confirmantur etiam longo tempore: vt in authen. vt nul. iudi. §. nulli vero. coll. ix. & in decret. dist. viij. ca. mala consuetudo. & ca. consuetudo.

Consuetudo in feudis leges vincit.

c *Comprehensus.* ac si aperte dicat, argumentis non est credendum, nisi in consuetudinibus feudi: licet in legibus reperiatur cõtra. ff. de re mi. l. non omnes. §. à barbaris. Sed nunquid de similibus ad similia est procedendum? & vtique, vt opinor, vt in legibus. ff. de leg. & constitu. l. non possunt. Quid est ergo quod dictum est in feudo, quòd argumentis non est credendum? Respon. intelligas quando simile non apparet, & lex quid fieri debeat indicat. nam tunc sequenda est. l. & ar. superflua non conceduntur. ergo hic primo consideratur cõsuetudo: secundo similia vel lex. nam lex consuetudini non potest obuiare. quod est intelligendũ vt. s. simile legitur in decretis. nam nec decretis possunt obuiare leges: vt in decr. x. distin. ca. lege.

Decretis leges obuiare nõ possunt.

d *Cohærentibus.* veluti in rebus immobilibus: & quod sequitur, aut solo cohærentibus, vtputa in fructibus qui pendent in fundo, qui (vtpote fundi pars) ipsi fundo cohærere dicuntur. nam fructus pendentes, fundi pars esse videntur: vt. ff. de rei vindic. l. fructus.

e *Immobilia.* vt sunt panes ciuiles: vt. C. de iu. do. l. fi. §. præterea. Sed nunquid debitorum nomina inter immobilia computantur? Respon. hoc ab antiquo quæsitum est, & alibi satis disputatum, & ideo omittimus.

Debitorum nomina intra.

f *De cauena.* melius dixisset iudicio meo, veluti fe. &c. vt sic intelligatur quòd non sit expositiuum illius verbi, aut in his quæ inter immobilia computantur: & sic feudum cameræ aut cauenæ computabimus in rebus immobilibus, vel etiam solo cohærentibus: vt. ff. vnde vi. l. j. §. iij. Accursius.

g *Nisi inuestitura.* intelligo, aut eo quod habetur pro inuestitura, vtputa cum iusserit dominus aliquem ire in possessionem. licet enim possessionem non tradiderit, pro eodem tamen habetur: vt. j. de consue. re. feu. c. sciendum. licet illud feudũ ad hæredes non transeat: vt. s. quib. mod. feu. po. constit. c. sciendum. & ideo simile est huic quod dicitur, actore nõ probante reus etsi nihil pstiterit, obtinebit vt glossatur. C. de edẽ. li. qui accusare. nam licet hic deficiat inuestitura, sufficit tamẽ quasi inuestitura: sicut & ibi licet deficiat probatio, sufficit tamen quasi probatio: qui intelligitur insiurandum delatum & præstitum. succedit enim loco probationis iusiurãdum. & ita quasi probatio appellatur. ff. de iureiu. l. non dubium. §. dato. & l. sed & si. §. fi. & l. tutor. Accursius.

h *Aut successione.* istud potest habere locum in cohæredibus, sed nõ in filio, cum patri succedat: nimirum quia etiam viuente patre dominus intelligitur: vt instit. de hære. qua. & dif. §. sui. & alibi dicitur quòd penè ad propria bona venire intelligitur: vt. ff. de suc. edi. l. j. §. largius. vnde nihil

i *QVID SIT INVESTITVRA.*

Quidam non habent hic titu. nec rub. & male.

k *Inuestitura. Vasallos.* circa hunc articulum talis est faciendа distinctio: Aut agitur de noua inuestitura, aut de veteri: aut dominus habet pares, aut non. Item aut vasal. potest probare per breue testatum, aut non: aliàs possidet dominus, aliàs non. Item aut est dominus clericus, aut laicus: aliàs compellit pares, aut nõ vult compellere. Item aliàs habet vas. feudum: aliàs nihil habet. Si quidem agitur de noua inuestitura, & dominus habet pares, & est in possessione feudi: tunc debet probarẽ vas. inuestituram per pares, vel etiam per breue testatum, & ab ipsis paribus confirmatum: vt. j. §. proxi. sed secundum Mediola. etiam si ab alio est confirmatum, sufficiens est: vt. j. qui testes sint necessar. ad proban. nouam inuesti. ca. siue clericus. &. c. sed sciendum est. & hoc vbi dominus compellit pares iurare. si autẽ pares aliqua ex causa noluerint iurare, nec dominus compellit eos: tunc licebit etiã per extraneos inuestituram probare: vt. j. proxi. §. & si extranei noluerint iurare: tunc à comite vel à populo debent compelli iurare. quòd si noluerint eos compellere: tunc vasallus cum misso domini ad imperatorem ibit: & quod imperator iudicauerit, seruabitur: vt. s. si de inuest. inter do. & vasl. is ori. c. j. & hæc vera sunt cum dominus habet pares. si autem dominus non habet pares.

BIU Cujas

pares:tunc sufficient etiam testes extranei ad probandam nouam inuestituram:vt.j.eo.§.si vero. Nec dicat quis inuestituram valere cum sine paribus facta est,quando pares haberent: quoniam si absint,expectandi sunt:vt.j.de consue.re.feu.c.sciēdum. Hæc vera sunt cum vas.probare potest per testes.si vero probare non potest per testes, nec per publicum instrumentum, siue per breue testatum: tunc domino dabitur sacramentum, vt aut iuret, aut referat vas.vt.j.§.proxi. &.§.si vero inuestitura. quod quidem verum est,scilicet quòd dominus debebit iurare,si vas.aliūde non habet feudum ab ipso domino. aliàs enim de æquitate remittitur domino iusiurandum:vt.ē.de cōtro. inue.§.si vero feudum. & hæc vera sunt cum de noua inuestitura agitur.si autē agatur de veteri, tunc etiam extranei testes recipiuntur: vt.j.de cōsue.recti feudi.ca.sciendum.in fi.Et hæc vera sunt in laico domino:in clerico autem domino indistinctē admittuntur pares & extranei: vt.ē. si de inuesti.inter do.& vas. lis ori.§.si autem se ventu̇rum.quod verum est cum de rebus ecclesiæ ficit inuestituram.si autē de suis propriis:tunc idem dicendum est & obseruādum in clerico quod obseruatur in laico:vt.j.q test. sunt necess.ad pban.no.inuest. ca.j. & hæc vera sunt quando dominus est in possessione.Si autē vasall⁹ est in possessione: tunc si stetit in possessione per annum,& domino sciēte,& non cōtradicente, sine aliqua probatione testium solus iurabit vasallus, se vel patrem suum inuestitum fuisse:ne aliàs iusta ignorantia vel parui temporis negligentia cum iniquæ possessionis periurio quādoque domino possessionis damnum afferat: vt.ē.si de inuest.inter do.& vas.lis ori.c.si autem aliquis. Quæ autem dicta sunt de sacramento præstando, intelligenda sunt cum determinatione eius quod legitur.j.de consue.recti feudi.ca. sacramentum.& c.item si inter dominum. Accursius.

bet probare nisi per pares curtis illi⁹ domus, vel per publicū instrumentū à tribus vel à duobus paribus confirmatum. Nam si instrumentum defecerit, vel quia factum nō fuerit,vel quia amissum sit: tunc qui probare desiderat, pares curiæ illius qui interfuerint,offerat.qui si denegauerint, forte corrupti odio vel gratia seu precio, & dicant se non interfuisse cum inuestitura facta fuerat,vel non reminiscī:tunc domino cogente[a] iurent tactis sacrosanctis scripturis,quòd huius rei veritatē nesciant: & tunc actor aut alios producat pares, aut iurisiurandi domino detur electio: vt proinde iuret inuestituram factam non esse: aut sacramētum vasallo referat: & ille aut iuret, aut acquiescat. Quòd si iurare pares aliqua ex causa recusauerint,nec dominus eos iurare cō pellat:[b] licet vasallo etiam per extraneos probare inuestituram. Testibus vero deficientibus, iurisiurandi electio domino detur.

Vasallo possidenti feudum cauenæ,non opus est probatione: sed aut iuret, aut deferat, si de inuestitura inter se & dominum lis orta fuerit. Bald.

Si vero vasallus quidem possideat,[c] vel si feudum[d] cameræ aut cauenę in duabus seu tribus acceptionibus quietis quasi possideat, dominus autē feudum negans esse, rem suam petat: vel quod de camera vel de cauena bis vel ter (sicut diximus) iam solutum est,deinceps

a *Domino cogente.* huic videtur obuiare.C.de test. l.nimis grauc.& istud accidit propter iurisdictionem quam habet dominus. est enim istorum iudex:& ideo ab eo compellēdi sunt veritatem reuelare:vt in Lombar.de offi.iud.ca.vt iudex. Quæ autem dicta sunt de probatione nouę inuestituræ, intelligenda sunt de eo qui aliud feudum non habebat:vt.j. de contro. inuest.§.ij. Sed forte vbi habet breue testatum vasallus,hic facienda est subdiuisio:scilicet vtrum possideat dominus,an ipse vasallus: vt in primo casu non sit sufficiens corroboratio per extraneos: vt hic. in secundo sufficiant extranei: vt.j. qui testes sunt necess. ad proban. nouam inuesti.c.siue clericus.

b *Compellat.* hanc pœnam patitur dominus si non compellat, scilicet quòd extranei,& qui aliàs repellerentur,admittantur:qui extranei à populo vel comite compelluntur: vt.ē. si inter do. & vas.lis ori. ca.j. Sed quæro, si vasallus per alios testes non possit

A probare nisi per pares, & dominus eos testimoniū dicere renuentes non cōpellit:quid iuris sit? Respō.intelligo q̄ possit à comite vel à populo postulare vt cōpellantur. qui si cessauerint:imperatorem adire debet:& quod inde statuerit, obseruare: sicut de extraneis dictum est .ē. prædi.ti. nam quod dicitur, scilicet licere

solu̇ere renuat: tunc non est opus probatione: sed possidenti data electione, aut iuret suum esse feudum[e] rectum,aut domino referatur iusiurandum. Si autem inuestitura ab eo qui vasallos non habebat, dicatur facta:tunc per quoslibet idoneos testes,aut per publicum instrumentum probari potest:aut inopia probationis emergēte, res B decidatur per iusiurandum.

Contentione orta inter dominum & vasallum de pactis appositis inter eos præter conditionem feudi vel naturam: vel quia dominus allegat pactum in sui fauorem,vel dicit feudum datum sub tali conditione, vt vasallus associet vxorem suam ad ecclesiā festiuis diebus: domino quidē incumbit probatio:eo autem in probatione deficiente,vasallo defertur iusiurandum. Bald.

Præterea si aliquis tenor præter communem feudi rationem in inuestitura à domino dicatur interueniſse: vel si dicatur feudum sub tali conditione dedisse,vt vasallus in festiuis diebus vadat cum vxore sua ad ecclesiam:omni facultate probandi domino adēpta,[f] habeat vasallus potestatem defendēdi se C per sacramentū. Item si vasallus per pactū speciale contra feudi consuetudinē allegat, velut de filiarū succesione: liceat ei tenorē, si potest, sicut inuestituram probare.quòd si in probatione defecerit, vel cessauerit: concedatur domino hoc denegare iureiurando præstito.

TITVLVS III.

PER QVOS FIAT INuestitura, & per quos recipiatur.

Vetus inuestitura fieri potest etiam à maiore,vel à quocunque: noua autem non po-

bus seu tribus acceptionibus quasi poss.&c. huic simile est quod D de fideicommiſ.dicitur.C. fideicommiſ.l.j.& ar.ff.de vsur. l.cum de in rem verso.licet contra videatur.C.de pact.l.si certis.

e *Suum esse feudum.* quod intelligendum est secundum distinctionem illius ca.j.de con.re.feu.ca.sacramentum.

f *Adempta.* hoc sic intellige, id est domino in probatione deficiente: & præstatur postea iusiurandum ad cautelam ab ipso vasallo, sicut & supra notatum est. nam si aliter intelligatur, absurdum videtur,vt quod vasallo in eodem casu conceditur probare,denegetur domino:vt.j.§.prox.dicitur,liceat ei tenorē &c. Vel si vis intelligere quòd dominus nō admittatur ad probationem: intelligas istud quando violenta præsumptio, & talis quæ *Violenta præsumptio an pbationē recipiat.* non recipit probationem in contrarium, erat pro vasallo. & de hac præsumptione tractatur in princip. lib. dispu. hic ergo & in §.seq.no.sic semper aliquid fore concessum,vt consuetudo confirmat interpretandum & præsumendum, sicut imperator priuilegium alicui concedendo,non intelligitur contra consuetū ordinem concesisse:vt.C.de inoffic.test.l.si quando.

PER QVOS FIAT INVESTITVRA, & per quos recipiatur.

a *Inuestitura autē. De noua.* quæ sit noua inuestitura, tractatur. j. qui test. sunt necessarij ad probandum no. inue. ca. j.

b *A minore.* & merito, quoniam non alienat: sed alienatum inuenit, & maiorum suorum factum confirmat. vnde dicitur quòd si pignus incipit à maiore: & secundum conuentionem creditor distraxerit illud: quòd minor restitui postulās nō auditur: vt. C. si ad. vend. pign. l. j. & ij.

c *Sed de iusta.* simile reperitur in transactione facta. non enim rebus semp legitime possessis nō furtiuis obstat pactū. ff. de pact. l. tres fratres. & C. de except. l. aduersus. Item si debitori meo liberationē relinquo: quoniam tantum de his videor liberationē reliquisse, quæ iuste, id est sine dolo vel fraude mihi teneabatur. vnde de rebus furtiuis ab hærede se tueri nō poterit. ff. de lib. le. l. non solum. §. si hæres. nā econtra si hæres possessionem tradere iussus, vitiosam tradat possessionem, non videtur tradidisse: vt. ff. de le. iij. l. qui cōcubinam. §. sed si hæres. & ff. de acqui. pos. l. non videtur. & de act. emp. & ven. l. datio.

† *Not. hic Bald. super his verbis quòd facta generali cōfirmatione priuilegiorū non intelligūtur confirmata nisi iusta priuilegia: & adducit iura per quæ hoc probat. deinde sumpta occasione subiungit quandam quæstionem satis vtilē, vt ibi videre poteris.*

d *Suorum bonorum.* hic videtur q̄ de bonis nō alienat qui veteré facit inuestiturā: & merito: quia in bonis ius feudi computatur: vt ar. ff. de ver. sig. l. bonorū. nimirum si ager vectigalis in bonis conductoris est: quanto fortius feudū in bonis vasalli est? vt ibi.

Testi fieri ab alio quàm ab eo qui habet legitimam bonorum administrationē. qui enim alienare prohibetur sua bona, nec in feudum dare potest. Bald.

INuestitura autem aut fit de veteri beneficio, aut de nouo. [a] quę de veteri fit, etiā à minore [b] potest fieri. Siue autem à minore, siue à maiore fiat: nō de omni possessione vasalli, sed de iusta [c] † tantùm facta intelligitur: nisi aliud nominatim dicatur. Noui vero inuestitura feudi nō ab alio recte fit, nisi ab eo qui legitime suorum bonorū [d] administrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de suis rebus [e] impeditur alienare, is nec per feudum poterit inuestituram facere.

Res cuius alienatio prohibetur, in feudum dari non potest. fallit in duobus casibus hic positis. Bald.

Sed etiam res cuius alienatio prohibetur, nec per beneficiū dari conceditur, nisi in casibus: vt ecce si quis ex agnatis tuis rem quæ à cōmuni parente per successionem ad eum peruenerit, alienare voluerit: non permittitur ei etiam secundū antiquam consuetudinem alij eam vendere, nisi tibi, vel alij proximiori [f] pro æquali precio accipere volenti: per feudum tamē cuilibet dari potest, nisi fiat in fraudem [g] nostræ consuetudinis, vel legis nouæ bonę memoriæ Lotharij vel Friderichi imperatoris. tunc enim rescissa inuestitura, reddito à te vel ab alio proximiori [h] videlicet secundum antiquam consuetudinem precio, si quod dederit: is qui inuestituram accēpit, compellatur rem tibi restituere. [i] Personam vero inuestiturā accipientis non distinguimus. [k] nam etiā seru° inuestiri poterit, nisi ignorantia [l] prætendatur. Sed vtrū ipse vel alius pro te inuestiturā faciat vel suscipiat, nihil interesse putamus. [m] potest enim hoc negocium & per procuratorē ab vtraq; parte expediri. Fœminam [n] quoq; etiam noui feudi inuestiturā facere posse plerique consentiunt. Nulla autem inuestitura debet ei fieri qui fidelitatem facere recusat: [o] cum à fidelitate [p] feudum dicatur, vel à fide: nisi eo pacto acquisitum sit ei feudū, vt sine iuramento fidelitatis habeatur.

e *De suis rebus.* Huic instat solicitus: si prohibitus sit hæres vendere feudum sibi legatum (vt sæpissime accidit) nunquid in feu. dare poterit aliquid de bonis suis, cum sit verum aliquid de bonis suis alienare prohibitum? Respon. istud est dictum tantùm de re prohibita. id ergo quod nō potest vēdere, nec poterit postea alienare, scilicet in feudū cōcedendo: quoniā alienationis verbo etiā pignoris obligatio (quod minus esse videtur) cōtinetur. C. de re. alie. non alie. l. fi. sed adhuc instat prædictus. alienatione cōmuni omnis actus cōtinet per quē dominiū trāsfertur. C. de fun. do. l. j. sed iste non transfert dominiū, qui in feudum concedit. nō debet ergo alienationis prohibitione in feudū dare prohiberi qđ alienare prohibetur. Respon. falsum est: immo dominiū alienat, scilicet vtile. retinet tamen directū: vnde vtilis & nō directa vindicatio datur: vt. j. de inue. rei alie. §. rei autē &c. Item obiicitur: quia reperitur q̄ aliquis potest alienare rem sibi prohibitam alienari: dum tamē per alium modū alienet: vt ecce res litigiosa prohibita est alienari: & quæ iudicij mutandi causa transfertur, similiter inhibetur. ff. de alie. iu. mu. cau. fac. l. ex hoc. §. alienare. & C. de liti. l. iij. & auth. eo. Respon. illę loquuntur in his quibus alienatio generalis non est prohibita. hic autem cōtra. nam appellatione generis quælibet species continetur: vt in. l. prędicta de re. alie. non alie. sed appellatione speciei non cōtinetur genus nisi in vnico casu, quod meminerim: vt. ff. de statulib. l. statuliberi à cęte ris. & partis appellatione quandoq; totū cōtinetur. ar. ff. de le. iij. l. vxoris. & C. de hære. insti. l. ij. & ff. de hære. insti. l. si quis ita.

Dominium non trāsfert qui in feudum concedit.

Generis appellatione qualibet eius species continetur.

f *Proximiori.* & vere: quia nō intelligitur alienatio: vt. ff. de le. iij. l. pater. §. quindecim. hic ergo conceditur agnatis, quod aliis denegatur. nā & alibi similia inuenire potes: vt. ff. de pac. l. imperator. & de cōtrahen. emp. l. qui officij & de mi. xxv. an. l. si in emptionem. & C. de admi. tu. l. lex quæ. alibi autem conceditur extraneis, quod agnatis denegatur: vt. C. vbi pu. edu. de. l. fi. hic ergo dicitur quòd agnati præferuntur, si tantum dare volunt quātum alij extranei: & si contrariū factum sit, quòd preciū emptori offerendo emptoré vindicare potest. intelligo istud de emptore bonæ fidei: quia malæ fidei emptori non est precium restituendum: vt. C. de præscript. xxx. an. l. j. & C. de euic. l. si fundū. licet sit ar. contra. C. communia de le. l. vlti. sed de hac materia recurras ad distinctionem Py. cum quærit an malæ fi. emptori sit precium restituendum &c. Item intelligo hoc quando cōtra constitutiones fiebat alienatio, quòd ipso iure nulla sit: & qđ dicitur rescissa, intelligas de facto, & non de iure: sicut no. in C. de rescin. ven. l. j. & quod dicitur secundum antiquā consuetudinē, num quid hodie istud est immutatum? & certe puto quòd nō, cum non inuenio correctum: & qđ non est immutatū, quare stare prohibetur? C. de te. l. sancimus. cohæres ergo suo cohæredi rem vindicare & locare potest secundū hanc rationē: vt hic, & j. de alie. feu. pa. c. j. Sed nunquid illud obtinet siue pro diuiso, siue pro indiuiso possideat cohæres? Dic quòd sic. arj. ff. de feu. fue. cō. c. omnes. Item nunquid siue inuestituram accepit, & fidelitatem præstiterit, siue nō præstiterit? Respon. hæc. j. plenius & vberius notabuntur. Accursius.

g *In fraudem.* in fraudem consuetudinis facere videtur forte qui caste natus est: vel ita ad eam ætatē peruenit, vt filios habere non possit. vel si ideo facit, vt priuet eum qui in ea succedere debet, à sua successione: vt habes de eo qui alienat in fraudem creditorum.

h *Proximiori.* nam & aliàs volentibus emere prædia suorū maiorum, ius fauorabile inuenitur: vt. ff. de contrahen. emp. l. qui officij. & de mino. xxv. annis. l. si in emptione. Accursius.

i *Restituere.* hoc ita verum est, vt reddat proprium precium vasallo inuestito, nisi ei succedat in proprietate, & in aliis etiā præter feudum. alioquin & sine precio recuperabit nulla obstante præscriptione: vt C. de bo. ma. l. ij. & iij. Accursius.

k *Distinguimus.* hic ratione personæ recipientis inuestituram nihil interest. nā & alibi no. quòd nihil interest à quo quid fiat: vt. s. & j. hoc eodem lib.

l *Ignorantia.* nam si dominus putat liberū qui postea seruus apparet, merito non valet inuestitura. nimirū incidente errore etiā matrimonium nō tenet: vt in decre. causa. xxviij. & xxix. per totum. & in auth. de nup. §. si vero. col. iiij. ar. ff. sol. ma. l. si cum. §. si. pariter ergo serui & liberi possunt inuestiri, sicut hæredes instituti: vt. ff. de hære. instit. l. non minus.

m *Putamus.* Hic no. quòd licitū est per alium, quod per seipsum non licebat: vt & aliàs. C. de sol. l. nihil. & ff. de sol. l. soluendo. & l. Stichū. §. vsusfr. & C. de epi. & cle. l. q§s. & l. ad similitudinē. & insti. de re. diui. §. nihil autē. & in sum. vt in li. Py. iij. char. ru. immo licet & per aliū &c. licet contra sit superior rubri. proxi.

n *Fœminam quoque.* ergo in datione non successione similis est fœmina masculo: vt. s. dictum est, & adhuc. j. notabitur.

o *Recusat.* hoc videlicet sic intelligo, si penitus domino fidelitatem se facturum negat: non q̄ inuestitura non debeat fidelitatē pręcedere: vt. j. prope. nec enim est ei fides prestāda qui vult contra fidē versari: vt alibi notaui solicitus. C. de pac. l. cū proponas.

p *A fidelitate.* No. hic ar. ad nominis interpretationem. sic aliàs insti. de tute. in prin. & ff. de ver. sig. l. bonorū. & l. malum. §. pe.

Sed

BIU Cujas

Sed quæro, in quem modum sit inuestitura facienda vel petenda, & fidelitas præstanda, & quãdo? Et vtiq; dominũ honorifice adire debet vasal. & præsentibus curię paribus vel aliis secũdum distinctioné quam fecimus. s. quid sit inuestitura. nó quòd inuestitura non valeat sine testibus facta: sed ideo dicitur, ne veritas occultetur: vt. j. qui test. sunt ne. ad prob. no. inue. c. siue clericus. & nó solum adire, sed inuestituram petere, & fidelitaté polliceri debet: vt j. in qui. cau. feu. amit. c. prima. & j. de ca. có. c. j. verbi gratia: Domine mi, talis rei inuestituram, puta fundi Corneliani, qué à te possideo, vel possidere debeo, postulo: & fidelitatem tibi cõtra omné hominem (exceptis anterioribus meis dominis, & imperatore) volo & paratus sum facere. sufficit etiam si dicat tãtum, postulo inuestituram mei recti feudi. quo facto dominus statim debet inuestituræ facere, & sacramentum suscipere, si sibi placuerit. sin autẽ, poterit differre. & erit hic talis adhibẽda distinctio, scilicet an velit dominus incontinenti facere inuestituram, & suscipere fidelitaté: an velit differre. Quid ergo si dominus nó faciat statim quod facere debet? Iteé si vltra diem & annum steterit ꝙ inuestituræ non fecerit, cum intra annũ fuerit petita? Respon. hoc non debebit obesse vasallo. sufficit enim si inuestituræ petit secundum quod debuit: cum aliud non dicatur in. l. Friderichi, Imperialé. ipsum facere debere, nec. c. Corradi. immo forte hoc ipso proprietate dominꝰ debebit priuari. nam sicut vasal. priuaret feudo si inuestituram non peteret intra annum & diẽ: ita & dominus debet proprietate priuari si non postquam fuerit ab eo petita sicut debuerit, ipsum vas. intra id tempus inuestierit: ar. j. qualiter do. propriet. priu. ca. ex facto. &. j. si de feu. cõtro. fue. ca. domino cõmittente. fidelitas vero talis facienda est vt sequitur statim. c. qualiter autẽ debeat &c. & in ti. de forma fidelitatis. & in alio ti. de no. forma fide. & in decr. causa. xxij. q. v. de forma. & dist. lxiij. c. tibi dominus. Ergo notabis ꝙ fidelitas cum fama domini finitur, cũ dominus excõmunicatur: & pariter cum fama restituitur: vt. j. hic finitur lex. c. domino guerram. & in decre. xv. q. vj. ca. alius. & ca. fi.

QVID PRAECEDERE DEBEAT, an inuesti. vel fide.

Quidam hic non habẽt rubricã, sed neq; ca. immo. §. tantũ, sed male.

QVALITER IVRARE DEBEAT vasallus domino fidelitatem.

a *Qualiter autem. Detrimentum.* iuste enim potest hic vasallus iurare, cum aliàs dicatur ꝙ amitteret feudũ si credẽtiam

TITVLVS IIII.

QVID PRAECEDERE debeat, an inuestitura, vel fidelitas.

Fidelitatem præcedere debet inuestitura. hoc dicit. Bald.

VTrum autẽ præcedere debeat fidelitas inuestituram, an inuestitura fidelitatem, quæsitũ scio: & sæpe respõsum est inuestiturã debere præcedere fidelitatẽ. Fidelitatẽ autem dicimus iusiurãdum quod à vasallo præstatur domino.

TITVLVS V.

QVALITER IVRARE

debeat vasallus domino fidelitatem.

Vasallꝰ domino iurare debet quòd sibi erit fidelis: & quòd credentiam sibi commissam nõ manifestabit. domesticus autẽ & subditus addere debet nominatim seruare vitam, membrum, mentem, & eius rectum honorem. hoc dicit. Bald.

QValiter autem debeat iurare vasallꝰ fidelitatẽ, videamus. Iurare scilicet sic debet: Ego iuro ad hæc sancta dei euangelia, ꝙ amodo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis cõmiserit dominus, pãdam alij ad eius detrimẽtum, [a] me sciente. Si vero domesticus, [b] ideſt familiaris eius sit, cui iurat: aut si ideo iurat fidelitatẽ, non quòd habeat feudum, sed quia sub iurisdictione sit eius cui iurat: nominatim vitã, membrum, mentem, & eius rectum honorem custodire iurabit.

TITVLVS VI.

DE FORMA FIDELITATIS. [c]

Vasallus & dominus sibi inuicem auxiliũ & consilium præstare debent. Bald.

IN epistola Philiberti [d] episcopi in decretis. xxij. causa, de forma fidelitatis aliquid scribere monitꝰ: hęc vobis quę sequunt, breuiter ex librorũ authoritate notaui. Qui domino suo fidelitatẽ iurat, ista sex in memoria semper habere debet, incolume, tutum, honestũ, vtile, facile, possibile. Incolume: ne sit in dãno domino suo de corpore suo. Tutũ: ne sit ei in damno de secreto† suo, vel de munitionibus suis, per quas esse tutus potest. Honestũ: ne sit ei in dãno de sua iustitia, vel de aliis causis quæ ad honestatẽ eius pertinere vidẽtur. Vtile: ne sit ei in dãno de suis possessionibus. Facile vel possibile: ne id bonum quod dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile: néve id quod possibile ei erat, faciat impossibile. Vt fidelis hæc documẽta caueat, iustũ est. Sed quia nõ sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonũ est: restat vt in sex prædictis consilium & auxilium domino præstet, si beneficio vult dignus videri, & de fidelitate esse saluus. Dominus quoq; in his omnibus vicẽ fideli suo reddere debet. quod si non fecerit, merito censebitur malefidus, sicut ille qui in eorũ præuaricatione vel faciẽdo vel consentiendo deprehensus fuerit, perfidus & periurus.

TITVLVS VII.

DE NOVA FORMA fidelitatis. [e]

Traditur hic noua forma iurisiurãdi fidelitatis qđ præstat vasallus domino. Bald.

ESt & alia de nouo [f] super fidelitatis iuramento forma inuẽta, & vtentium approbata consuetudine: quæ hodie ferè in omni curia videtur obtinere: hæc scilicet, Ego Titius iuro super hæc sancta dei euangelia, quòd ab hac domini scienter ad eius detrimentum manifestauerit: vt. s. hic potest esse ti. qui. mo. feu. amit. ca. j. & in hoc sacramento contineri videtur quòd ipsum & dominiũ suum totũ exaltabit in quãtum poterit, & nunquã vitam, aut membrũ, neq; honoré quem habet, sua voluntate, aut cõsilio, aut exhortatione perdet: sed in his omnibus adiutor erit eius secundũ suum posse: vt habetur in iuramento quod fecit rex Otto papæ Ioanni.

b *Si vero domesticus.* Hic no. differentiã inter sacramẽtum domesticæ personæ, & aliarum. Sed cur nominatim dicitur in persona domestici, & sufficit si in genere dicatur í extraneo? Respon. quia citius fraus præsumitur in persona domestici & etiã ad quem forte domini hæreditas spectare videtur post mortẽ: vt C. de nupt. l. viduæ. & C. vbi pup. educ. l. fi. & qa quod generali sponsione cõcluditur: idcirco specialiter in domesticorũ personis faciendа est promissio: vt in decr. xxiij. dist. c. quanquã. Sed quæritur quæ sint domesticæ personæ? Respõ. omnes quos leges domesticos appellant: vt. C. de testibus, etiam iure ciuili, & insti. de test. or. §. in testibus. & C. de quæstio. placuit. & C. de his qui ad ecc. confu. l. fi. §. peno. & omnes ad quos domini succesio est peruẽtura in feudo ꝓpter prædictã rationẽ.

† *Facit ad hoc glo. 13. di. nerui. & etiã hoc probatur in c. si sacerdos. extra de nupt. l. viduæ. & C. de offi. ind. ords. Idẽ replus solet timeri quod net An. de yser. hic.*

Domestica ysonæ quæ sunt.

c *DE FORMA fidelitatis.*

Quidam non habent hunc titulum, sed male.

d *IN epistola Philiberti.* De forma quæ in isto ca. exprimitur, notabilia sunt omnia: sed id præcipuè nó est omittendũ quod dicit in fine, scilicet quòd dominus in his omnibus fideli suo vicem reddere debet. quod si nó fecerit, merito cẽsebitur malefidus sicut &c. Sed nunquid aliam pœnam patietur? Respon. vtiq; talem qualé vasallus: id est si vasallus priuaretur feudo, dominus proprietate: vt legitur. j. qua. do. proprie. fe. pri. c. ex facto. & hoc est simile quod de patrono dicitur & liberto. nã liberti non alendo patronos suos in paupertate positos, puniuntur à patronis, & in potestatem eorum rediguntur. versa vice patroni non prestantes alimenta libertis, carebunt operis impositis causa libertatis, & ab eorum hæreditate excluduntur, vbi hæredes instituti fuerint: & ius patronatus amittunt: vt. ff. de li. agno. l. alimenta. & de iur. pa. l. diuus Claudius. & de bo. liber. si patronus. & hic est arg. ad mutuam præstationem.

e *DE NOVA FORMA FIDELITATIS.*

Quidam non habent hic titulum nec rubri. & male.

f *Est & alia de nouo.* Istud ca. in paucis cõsuetudinibus inuenitur: quia nouiter est inuẽtũ: vt in prin. ipsius. c. pót perpẽdi.

Vasallus cõtra omnes auxiliũ domino præstat.

a *Contra omnem hominem.* & merito debet ita iurare, quoniam vas. contra omnes debet dominum adiuuare etiam cõtra fratrem & filium, nisi contra alium dominum antiquiorem. hic enim cæteris est præferendus: vt. ĩ. hic finitur lex. §. contra omnes. vnde si antiquior dominus in sacramento similiter excipiatur, non erit absonum. q̃ auté persona imperatoris nominatim debet excipi de omni sacramento fidelitatis, expressim dicitur. ĩ. de prohi. feu. alie. per Frid. l. imperialem. §. illud quoque præcipimus.

b *In se continet.* & vere cõtinet, cum ille qui fidelitaté iurat, ea semper debet habere í memoria & facere quæ cõtinentur. s. ti. proxi. de forma fidelitatis.

c *Nunciabo.* quod semper vas. facere tenetur, vt proinde sciens prudenſq; periculũ valeat declinare. alioquin si vasallus super hoc negligens fuerit inuẽtus, aut dolosus, beneficiũ amittet: vt. ĩ. in qui. cau. feu. amit. §. ꝓterea si vasall⁹.

d *Prout potero.* nam si non posset vasallus dominum adiuuare, non amitteret ob hoc feudum: vt. ĩ. in quib. cau. feu. amit. §. idem. licet quidam non habeant illud in textu.

e *Iuste offendere.* bene iuste dicit: quia non tenetur vãsallus dominũ adiuuare si iniuste velit aliquem offendere: nisi ad domini defensionem: vel nisi dubitetur vtrum iuste an iniuste velit eum offendere siue guerrã facere: tunc enim tenetur eum adiuuare: licet quidam dixerint q̃ indistincte teneatur eũ adiuuare: vt ĩ. hic finitur lex. c. j. & hæc vera sunt q̃ tenetur dominum adiuuare sicut supra dictũ est, nisi dominus sit excõmunicatus, vel à rege bannitus: quoniã tunc interim vasal. est à sacramento fidelitatis solutus, vt ibidem dicitur.

f *Requisitus.* istud verbum nõ ponitur hic sine causa. nec enim vasallus tenetur officium offerre domino. quãtocunque enim tempore steterit q̃ domino non seruierit, ob hoc non amittit feudũ, dum tamen domino petẽti seruire paratus sit. si tamen sciuerit domino magnũ periculũ imminere, puta mortẽ, vel captionẽ, vel quid simile: tũc vltro se ei offerre debet: vt. ĩ. hic finitur lex. §. ad hoc. &. ĩ. si de feu. contro. fue. ca. licet vasal. &. ĩ. titu. an ille qui interfe. fra. domini sui, feu. amit. ca. non cogitur.

g *Pandam.* s. scienter ad damnũ tuũ: vt. s. qualiter vas. iura. debeat fide. circa prin. vnde si contra postea fecerit vasallus, feudũ amittet: vt. s. hic potest esse ti. qui. mod. feu. amit. ca. si capitanei.

h *Expedire.* quod vasallus tenetur facere si beneficio vult dignus videri, & fidelitate esse saluus: vt. s. titu. proxi. circa finem.

i *Ex persona.* & merito: cum enim vasallus teneatur dominum hora in antea vsque ad vltimũ diem vitæ meæ ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem: [a] excepto Imperatore vel rege. Quod verbũ si recte intelligatur, nulla quidẽ indiget adiectione, sed integrã & perfectam in se continet [b] fidelitatẽ: sed propter simplices, & nominis significationis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adiici solet, id est: Ego iuro quòd nunquam sciẽter ero in consilio vel auxilio vel in facto quòd tu amittas vitam vel membrum aliquod: vel quòd tu recipias in persona aliquam læsionem vel iniuriã vel contumeliam: vel quòd tu amittas aliquem honorẽ quem nũc habes, vel in antea habebis. & si sciuero vel audiuero de aliquo qui velit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo, vt non fiat, impedimentum præstabo. Et si impedimẽtum præstare nequiuero: quàm cito potero, tibi nunciabo: [c] & contra eum prout potero, [d] auxilium meũ tibi præstabo. & si contigerit te rem aliquam quam habes vel habebis, iniuste vel fortuito casu amittere, eam recuperare iuuabo, & recuperatã omni tẽpore retinere. Et si sciuero te velle iuste aliquem offendere, [e] & inde generaliter vel specialiter fuero requisitus: [f] meum tibi sicut potero, præstabo auxilium. Et si aliquid mihi de secreto manifestaueris: illud sine tua licentia nemini pandã, [g] vel per quod pandatur, faciam. & si consilium mihi super aliquo facto postulaueris: illud tibi dabo consilium quod mihi videbitur magis expedire [h] tibi: & nunquam ex persona [i] mea aliquid faciam scienter quod pertineat ad tuam vel tuorum iniuriam vel contumeliam. Inuestitura vero facta, & fidelitate subsecuta, omnimodo cogatur domin⁹ inuestitũ in vacuã [k] possessionẽ mittere. qđ si differat, omnẽ vtilitatẽ [l] ei præstabit. [m]

A adiuuare contra alios, & ab aliis eum defendere, ne prædicta ei eueniant: multo fortius in sua persona hoc attendere debet: vt. argu. ff. de condi. inde. l. frater à fratre. §. porro. & C. de euic. l. siue.

k *In vacuam.* sic. ff. de act. empt. l. ratio.

l *Vtilitatem.* quæ sit circa rem. neque enim si potuit ex vino & ex reditu negociari, & lucrum capere, id æstimabitur: vt. ff. de act. empt. l. si sterilis. §. cum per venditorem. Item si dominus ei fidem nõ seruauerit: aut si feudũ promissum sibi non dederit: non tenetur seruare iuramentum fidelitatis: quia semper inhæret conditio si fidem seruauerit domin⁹: aut si feudum promissum præstiterit. & quia fidẽ seruare ei qui contra fidẽ nititur, grave est & iniquum. C. de transac. si diuersa. & in decre. causa. xxvij. q. ij. Agathosa. & xxij. q. ij. ne quis. &. c. quare. & C. de pac. l. cum proponas. &. ff. de min. xx. an. auxilium. in fi. l. & C. de non nu. pe. li. &. ff. ad. l. Iul. de adulti. si vxor. &. ff. loca. quæro. §. inter locatorem. & de leg. ij. cum paten. §. si libertis.

m *Præstabit.* nec liberabitur dominus volens ei soluere interesse si eum pœniteat inuestituram fecisse, vt. ĩ. de feud. controuer. feu. c. si facta.

n *DE INVESTITVRA de re aliena facta.* *Quidã hic non habent titu. nec etiã ca. & male.*

o *Vm de re. Agere non potest.* huic simile est. C. de euic. l. fundum. &. ff. de doli except. l. apud. §. item Labeo.

p *Ignorauerit.* verum est: quia scire debuit: vt ff. de ædil. edic. l. j. §. causa. &. ff. loc. l. sed adde. §. j. &. C. cõmuni. vtriudi. l. si fratres. &. ff. de pig. actio. l. tutor. §. j. & ff. de cõtrahen. empti. l. si in emptione. §. iij. & l. domum. &. C. com. de leg. l. vlti. §. vltimo.

q *Vindicare.* nec miretur quis, cum & ei cõpetat rei vindic. vtili, qui perpetuo vel ad non modicum tempus fundũ condurit, dum tamen tempus non sit finitũ. ff. si ager vect. i. l. j. §. fi. &. l. fi. Item & si superficiario datur. ff. de rei vindic. l. superficiario. &. ff. de pig. act. l. tutor. §. fi. & superficiariũ tuetur prætor interdicto vti possidetis, secundum conuentionem suam: vt. ff. vti pos. l. si duo. §. Labeo. cum ergo vtilis vindicatio supradictis conceditur, multo fortius feudatario concedi solet, & conceditur: vt. ĩ. de contentio. inter vasallũ & alium. ca. si causa inter vasallum. quidam autẽ habent hic, quasi. Hic autẽ potes facere illam quæstionem, quam in summa fecimus, scilicet vtrum vasallus habeat aliquod dominium feudi. & de hoc dicas vt in summa diximus. Accursius.

r *Per longa tempora.* idem intelligẽdum est de tempore longissimo,

TITVLVS VIII.

DE INVESTITVRA de re aliena facta. [n]

Miles ignorãs à comite de aliena re aut impignorata inuestitus, habet cõtra dominũ actionem pro euictione: sciens autem non nisi stipulatio aut pactũ interuenerit. Bald.

B

C

D

Vm de re aliena vel alij obligata inuestitura fiat: illud distinguitur, vtrum scienti, an ignorãti facta sit. Qui enim alienæ rei sciens inuestituram accepit: nisi pacto speciali sibi prospexerit, de eui ctione† agere nõ poterit: [o] ignorans vero recte aget, vt aliud eiusdem bonitatis seu quãtitatis ei præstetur. Sed in eo nulla est differentia qui inuestituram fecit, vtrum sciuerit vel ignorauerit. [p] Rei autem per beneficium rectè inuestitæ vasallus hanc habet potestatem, vt tanquam dominus possit à quolibet possidente sibi quasi vindicare: [q] & si ab alio eius rei nomine conueniatur, defensionẽ opponere. nam & seruitutem eidẽ rei debitam petere potest & retinere. Quid ergo si precio vel dolo, aut incuria seruitutẽ rei beneficiariæ imponi patiatur, & ad dominum ex qualibet causa postea beneficium reuertatur: an ex eo præiudicium domino generetur, quæsitum fuit. & respõsum est, vt vasallo quidem, donec feudum tenet, possit obesse: domino autem, etsi per longa tempora [r] perseuerauerit seruitus, minimè noceat.

BIU Cujas

simo,[a] maxime hodie: quia alienatio videtur prohibita. & hic est vnus alienationis modus: vnde nulla obstabit præscriptio: & puto hoc intelligendum in possidente vasallo, & maxime ignorante domino. alioquin si dominus possidebat, bene potest seruitus longo tempore acquiri: multo fortius longissimo. ar. C. de seruit. l. j. & .ij. & .ff. de seruit. vrba. præ. l. foramen. habita tamen distinctione inter seruitutem & seruitutem, secundum quod ibi nota.

a *Subsistere.* nam si per se subsistat, obseruabitur quod legitur. j. hic finitur lex. §. si vasallus. in feudo igitur ratione rei indiuisibilis licitum deprehenditur, quod aliàs non liceret: sicut aliàs licite petitur in solidum, quod aliàs pro parte peti non posset: quia res est indiuisibilis: vt. ff. de ser. le. l. fi. & ff. si quid in frau. pa. l. j. §. quàuis. & de reg. iur. l. ea quæ. & in summa: vt in lib. Py. rubrica licitū est in solidū quod pro parte nō liceret: licet contrariæ sint aliæ rubricæ sequētes. Acc.

b *Meliorem.* & in hoc similis est fructuario: vt. ff. de vsufruc. l. sed & si quid. §. proprietatis. idem dicitur de filio, vel de seruo. C. de pac. l. filius. &. C. de rebus credi. & iureiurando. l. nec filius.

c *Quarta.* de hac quarta iure Romano reperitur q̄ si maritus sine dote vxorē acceperit, & præmoriatur maritus: vxor quæ superstes inopia laborabat, quartam partem suorum bonorum, si tres liberos, vel pauciores vndecunque habuerint, reseruare cōpellitur: alioquin si plures, in virilem portionem cum ipsis succedit: in qua computantur alia sibi relicta à viro: vt. C. vnde vir & vxor. & in authent. ibi posita. & in authentica de exhibendis & introducendis reis. §. finalla. v. & hęc quarta non debet excedere summam cētum librarum anri: vt in authen. vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero. col. viij. prospexit Iustinianus ad maximam dotis qnantitatem, cum de tali quarta aliquid ordinauerit. hanc etiam quartam cogitur maritus vxori relinquere iure Longobar. vt in Lombar. de his quæ à viro in vxo. l. j. §. fin. sunt quoque multæ aliæ quartæ vtroque iure inuentæ, sed de aliis nihil ad rhombum.

d *Siue tertiæ.* de hac tertia reperitur iure Longobardo: quoniam si Longobardus voluerit relinquere in vltima voluntate vxori suæ vsumfructum de rebus suis vltra id quod debet sibi pro morigrapho, & metha. & habuit vnum filium, aut duos ex alia vxore: non posit vltra tertiam partem relinquere sibi ad vsufructuandum. & vide in Lombar. de his quæ à viro in vxorem dan. l. fina.

e *Nec pignus.* in hoc. §. quid de pignore obseruetur, nihil statuemus: quia in constitutione determinabitur.

Vasallus potest feudi conditionem facere meliorem, nō deteriorem in alterius præiudicium. Barto.

Econtrario autem, si quid feudo à vasallo additum sit: si quidem tale adiectum sit, quod per se subsistere possit, id est vt per se censeatur, vt prædium: id nō accrescit feudo. Si verò per se non possit subsistere,[a] vt seruitus: plerisque placet feudo accedere, & sicut partem feudi disponendam esse. meliorem[b] namque conditionē feudi facere potest: deteriorem verò sine domini voluntate, vel eorum agnatorum ad quos per successionem pertinet, facere non potest.

Feudum alienari non potest in alium: quinimmo nec pignori obligari. Baldus.

Quanuis enim possessio per beneficium ad eum pertineat, tamen proprietas ad alium spectat: & ideo quartæ[c] siue tertiæ[d] ratione, quæ à Longobardis seu à Romanis viris vxoribus fieri solet, post mortem viri ad mulierem nihil pertinet. nā nec pignus,[e] quod consultū dicitur, fieri potest ex feudo.

TITVLVS IX.

QVALITER OLIM POterat feudum alienari.

Olim regulariter venditio feudi pro parte dimidia permittebatur, altera parte retenta. Baldus.

EST autem optima[f] consuetudine[f] interdicta feudi alienatio: super qua multæ & diuersæ sententiæ dabantur in singulis ciuitatibus, seu curiis: donec Imperator diuæ memoriæ Lotharius tertius promulgauit super hoc nouam constitutionem, quæ posita est in titulo de beneficiis. Necessitate namque suadente poterat olim vasallus domino inscio vel inuito feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte.

Si verò vel totum vel partē volebat per feudum aliquem inuestire: hoc licebat ei sine fraude facere. Si autem dissentiente domino vendebat, siue per feudum inuestiebat (quod & ipsum syncere hodie & sine fraude licet ei facere) si tamen sine hærede masculo descendente decedebat, vel feudum in manu domini refutabat, aut alia fortè ratione intercedente culpa amittebat: tūc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur: eo excepto, quòd ille qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si priori domino seruire, & ab eo feudū recognoscere volebat.

Casus enumerat in quibus etiam de iure antiquo alienatio fuerat prohibita. Bald.

Donare[g] autem, aut iudicare pro anima, vel in dotem pro filia[h] dare, nulli[i] curiæ poterat consuetudine: licet posset locare, nisi locatio esset fraudulenta alienatio: sicut est per libellum, vt dicatur venditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine sub vilissima[i] duorum denariorū pensione perpetuo concedatur vtendum, alienatum in fraudē esse? Porrò siue de bona consuetudine, siue de praua quæramus: concessa erat domino pro æquali precio[k] redemptio: nisi hoc beneficium amiserit dominus per refutationem,[l] vel annali silentio, ex quo sciuerit, computando. Præscriptione autem triginta annorum[m] submouebatur tam sciens, quàm ignorans: in

f *Est autem optima consuetudine.* Hic dicitur de optima consuetudine: alibi vero de beata. nam vt maiores quæstiones ad apostolicum referantur, & sancta synodus, & beata consuetudo confirmat: vt in decret. xvj. q. j. cap. multis.

g *Donare.* in hoc variatur vasallus ab emphyteuticario qui tenet rem in emphyteusim à fisco: quoniam ipse potest rem emphyteuticariam donare: salua tamen ratione pensionis fisci. C. de fundis patrimonialibus. l. j.

h *Vel in dotem pro filia.* in hoc variatur à liberto vasallus: quoniā potest libertus dotare filiam suam, etsi non sufficiat reliquum ad legitimam patroni: vt. ff. quæ in fraudem pa. l. j. §. sed si libertus. nam & res quæ subiacet restitutioni, deminui dotis causa licite potest: vt C. ad Treb. l. iubemus. authent. contra. &. C. commu. de leg. authen. res quæ.

i *Sub vilissima.* simile est quod dicitur. ff. locati. l. si quis vno nummo conduxerit. licet videatur contra. ff. de iur. do. l. si vsusfructus.

k *Æquali precio.* Sed nunquid hodie præfertur dominus volēs pro æquali precio redimere, maxime in ciuitatibus in quibus vasallorū feuda sunt quæ pro ipsorum debitis creditoribus suis vēduntur? Et vtique, vt opinor. nam cū noua lex omittatur, & vetus consuetudo in alienatiōe obseruetur: merito veteri non est detrahendum: maxime cum illud specialiter non sit correctum: & ideo stare non prohibetur: vt. C. de testa. l. sancimus.

l *Per refutationem.* intelligas, id est ius suum refutando. est enim iuris antiqui regula, omnes habere licentiam his quæ pro se introducta sunt, renunciare: vt. C. de pac. l. si quis in conscribendo. Et not. quòd antiquitas videtur cōsonare cum statuto ciuitatis Vicentiæ: quod tale est: si per annum & diem distulerit creditor secundus ius suum exequi, vel allegare à tempore venditionis factæ: postea non auditur, nisi interruptionem instrumento confecto per manum tabellionis bonæ opinionis ostenderit: licet quibusdam videatur iniquum, & non ex codicis ratione scriptum. hic ergo de annali exceptione habetur. de eadem habetur. C. qui admit. ad bo. pos. l. emācipata. Et est notandum quòd huiusmodi tempus à tempore scientiæ demum currere debet hic, sicut & alibi: vt. ff. quis ordo in bo. pos. serue. l. ij. & de hac anna. exceptione legitur. ff. de succes. edic. l. j. §. largius. Accursius. *Tempus post scientiam currit.*

m *Triginta annorum.* hoc intelligo de illis fuisse dictum quibus potest de iure talis præscriptio currere: vt. C. de præscript. xxx. an. l. ij. Sed nunquid hæc antiquitas corrigitur? Respon. hoc in

constitutione Frid. determinabitur domino fauente. illud tamen quod sequitur, non est omittendum, scilicet q̃ proximior agnatus redimendo, vel prohibendo dominum excludit: vnde apparet quòd necessariarũ personarum ratio habetur: vt. ſ. notatum est.

a *Lex Imperatoris.* & alia lex Imperatoris Friderichi, imperialé decet solertiá &c. §. præterea ducatus. &. j. de lege Corradi. §. ex eadem lege.

b *Titulo.* scilicet in Lombarda. Accursius.

QVIS DICATVR dux, marchio, comes, capitaneus &c.

c *Qui à. Marchio.* marchio & comes proprie dicuntur capitanei regis vel regni. Alij vero qui ab ipsis feudum accipiunt, dicũtur proprie valuasores regis: sed hodie capitanei appellantur: vt. ſ. qui feuda. pos. in princ.

† *aliàs quia tenet qd est iuxta mare cum plerunque iuxta mare sit posita.*

d *Capitaneus.* similiter & ille qui feudum accipit à marchione vel comite, capitaneus hodie proprie dicit: vt. ſ. proxime notãtum est.

e *Valuasini.* sed illi qui à minoribus feudũ accipiunt, dicuntur minimi valuasores: vt. ſ. titu. an maritus succedat vxori in benefi. ca. ſi fœmina. &. c. seq. Accur.

DE GRADIBVS succedendi in feudo.

f *Per successionem.* Hic not. q̃ feudi successio sic defertur ad hæredes descendentes, sicut hæreditatis successio iure nouissimo: vt hic, &. j. de succes. feud. in princ. & in authent. de hæred. quæ ab intesta. defe. in prin. &. §. j. colla. ix. & . j. de nat. fuc. feu. in prin. descendentes autem ideo dixi, quia ad lineas extransuerso non porrigitur, nisi antiquum, & descendẽtibus deficientib⁹, vt hic, &. ſ. de suc. feu. &. j. de nat. success. feu. Accursius.

g *Fœminini sexus.* licet fœminæ vt masculi succedant: legibus tamen à successione feudi fœminę remouẽtur, & eorum filij: vt. ſ. qui feud. da pos. §. hoc autẽ notandum. Accur.

h *Qui nouũ.* sicut hæredi incumbit probatio, si aliquod nouum in testamento testatorem asserat addidisse vt. ff. de proba. l. cum tacitum. & illud intelligo, quando neuter possidebat, quia possessori non solebat onus probationis incumbere: vt. C. de probat. l. ij. & . l. actor. nisi forte post fundatam actoris intentionem. tunc enim & reus pbare deberet. C. de proba. l. ſi ue possideris. Accur.

i *Pronunciatum.* quod forte ideo factum fuit, quia maior erat proctore præsumptio, & ideo dicitur quòd non datur semper possidenti iusiurandum: vt. j. de consue. re. feu. c. sacrametum. huic simile est C. de iureiur. l. in bonę fidei. iudici autẽ merito indagandũ cõmittitur, cui sit potius iusiurãdum deferendũ: quia equitaté ante oculos habere debet. ff. de eo quod cert. loco. l. quòd ſi Ephesi. §. vlt. licet decatur aliter actore non probante &c. vt. ſ. notatum est. & nota. j. & ff. de iudi. l. ij. &. C. de edẽ. l. qui accusare. huic autem consonare videtur quod legitur in crimine falſi. C. ad legem Cor. de fal. & ibi, huius quæstionis dominus iudex est: vt. j. de vaſ. decre. quidam.

DE FRATRIbus de nouo beneficio inuestitis.

k *Si duo fratres. Portio.* quid ergo ſi portio fieri non valet, & cum forte res sit indiuisibilis? Respon. nemo leuis efficiaris, hoc tibi solicito, id est tibi ſtudioso qui solicitus esse debes, ad indagan-

A

DE SVCCESSIONE fratrum, vel gradibus succedentium in feudo.

Feudum acquiritur inuestitura & successione. Nam vasallo mortuo prima causa est liberorum masculorum, filiorum nepotum, & aliorum descendentium: sed filiæ, neptes & proneptes non succedunt ipsæ, nec nati ex eis, nisi feudum sit fœmineum, vel eo pacto acquisitum. non extantibus autem liberis succedunt fratres primo, & filii fratrum, demum agnati vlteriores, ſi feudum sit paternum. Baldus.

Per successionẽ f quoque sicut per inuestituram beneficium ad nos

B pertinet. Mortuo enim eo qui beneficium tenebat, prima causa liberorum est. filiis enim existentibus masculis, vel ex filio nepotibus vel deinceps per masculinũ sexum descendentibus, cæteri remouentur agnati. Ad filias verò, seu neptes vel proneptes, vel ex filia nepotes seu pronepotes successio feudi nõ pertinet. Proles enim fœmimini sexus, g vel ex fœmineo sexu descendens, ad huiusmodi successionem aspirare non potest: nisi eius conditionis sit feudum, vel eo pacto acquisitum.

C His verò deficientibus vocant primò fratres cum fratrũ præmortuorũ filiis, deinde agnati vlteriores. Quod ita intelligendum est, ſi feudum sit paternũ: hoc est, ſi fuit illius parẽtis, qui eius fuit agnationis communis. Si enim † Titij auus de nouo beneficio fuerit inuestitus, Titio sine legitimo hærede masculo defuncto, eius feudi successio non pertinet ad eiusdem Titij patruum magnum: nec ad prolem ex eo descendẽtem, immo reuertit ad dominũ. Ad cognatos enim eius beneficium non pertinet, neque beneficij

D successio. Si verò dominus vel alius beneficiũ defuncti nouum esse dicat, agnatus autẽ illius proximus paternum esse cõtendat: tunc onus probationis incumbit illi qui nouũ h dicit. Sed scio aliter pronunciatũ i esse. Bonus enim iudex causa cognita diligẽter intuebitur cuius potius iureiurãdo diriméda sit hæc quæſtio, vtr oque scilicet in probatione deficiente.

TITVLVS XII.

DE FRATRIBVS DE NOVO beneficio inuestitis.

In feudo non habet locum ius accrescendi inter eos qui prætendunt primam seu primordialem inuestituram. Baldus.

Si duo fratres de nouo beneficio, & non de paterno simul inuestiti fuerint: vno sine hęrede defuncto, ad alterũ nõ pertinet eius beneficij portio: k nisi facta fuerit eo pacto inuestitura. Si duo fratres in causa communi

QVI à principe de ducatu aliquo inuestit' est: dux solito more vocatur. Qui verò de marchia: marchio c dicitur. Dicitur autẽ marchia, quia † marcha, & vt plurimum iuxta mare sit posita. Qui verò de aliquo comitatu inuestitus est: comes appellatur. Qui verò à principe vel ab aliqua potestate de plebe aliqua vel plebis parte per feudum est inuestitus, is capitaneus d appellatur. qui propriè valuasores maiores olim appellabantur. Qui verò à capitaneis antiquitus beneficium tenẽt, valuasores sunt. Qui autem à valuasoribus feudum quod à capitaneis habebatur, similiter acceperint: valuasini, e id est minores valuasores appellantur: qui antiquo quidẽ vſu consuetudinem feudi nullam habebant. Valuasore autem sine filio mortuo, feudum quod valuasori minori dederat, ad capitaneũ reuertebatur. Sed hodie eodem iure vtuntur in curia Mediolanensi, quo & valuasores. Cæteri verò qui ab antiquis temporibus beneficiũ non tenent, licet nouiter à capitaneis seu à valuasoribus acquisierint, plebeij nihilo min⁹ sunt. Nam illi qui ſoldatam habuerunt vel acceperunt vel habẽt: per eam nullum pedagium, sed nec feudi vſum acquirũt. Soldata autem est præstatio quædam annua gratuita quæ à neutra parte transit in hæredem. Morte enim dãtis vel accipientis interueniente finitur. Soldata verò dicit r, quia plerunque in ſolidorũ donatione consistit: quãdoque autem in vino & annona consiſtit.

TITVLVS XI.

BIU Cujas

dum relinquo. Py. Posses forte dicere tũc ad vasallum totũ pertinere: maxime alterius partis ratione quam possidet: vt ſ. de cõ. inue. §. cum autẽ quis dixerit. immo & ratione possessionis, quã in totum habet, & maxime cum sit reus: qui fauorabilior esse debet: vt. ff. de reg. iu. l. fauorabiliores. & promptiores sumus ad absoluendũ, quàm ad cõdemnandum: vt. ff. de act. & obliga. l. Arrianus. nec mirum, cũ ratione rei indiuisibilis quid pmittitur, quod aliàs non permitteretur: ar. ſ. de inuesti. rei ali. §. ex cõtrario. ecõtrà videtur quòd dominus totũ debeat habere, scilicet eadẽ ratione, quia res est indiuisibilis: & maxime cũ dominus debeat esse maioris authoritatis quàm vasallus. nimirũ aliàs licite petitur ĩ solidum, quod pro parte non peteretur: vt. ff. de ser. l. vlt. &. ff. de reg. iu. l. ea quæ. Itẽ si dominus agit vt res liberetur: & maxime quando est seruitus, merito debet esse potior vasallo. Ar. C. de cõmuni ser. ma. l. j. & maxime si dominus emat aliam portionem à vasallo: vt ibidem est argu. Sed dicet solicitus: insere pacti exemplum rerum indiuisibilium Respõ. seruitus & statua dicitur indiuisibilis: arg. ff. de lega. iij. l. xj. §. pen. & si qua alia sunt, & ita decurre: vt infra eodẽ. feudũ enim &c. simile est huic. ff. de contrahen. empti. l. pacta. &. ff. de pact. l. iurisgentium. Nota etiã hic expressim, quòd p pactũ licet, quod aliàs non liceret: vt notauimus. ſ. de succes. feud.

a *Acquisierit.* intelligas, scilicet suo nomine tantum: licet de pecunia communi fuerit. nimirum de communi pecunia quid ematur, nihil interest: sed cuius nomine id fiat, inspiciendum est: vt. C. si quis alteri vel sibi. l. qui alienam. &. C. de proba. l. ad probationem. &. C. de rei vindi. l. si ex ea. generaliter enim pecuniæ origo non inquiritur: vt C. si cert. pet. l. nõ vnde. &. l. quãuis. sed casualiter quædã notantur, quæ satis supra qui feud. dare possunt, notata videntur.

b *Fructus.* intelligo maxime cum de communi fuerit acquisitum: licet in superiori nihil interfit: & hoc ad similitudinẽ quasi castrẽsis peculij videtur statutũ: vt. C. de aduo. diuer. iudi. l. fori.

c *Dicunt.* hoc intelligo quando domino ignorante fuit acquisitum de pecunia communi. secus si eo sciente: tunc enim frater

cõmuni post mortẽ patris remãserint, id est, habitauerint simul, & vn⁹ eorũ feudũ acquisierit, [a] pleriq; dicũt ad aliũ nõ ptinere, sed ad dominũ, nisi p pactũ: sed neq; viuẽte eo qui acquisierit, neq; post mortẽ eius: fructus [b] tamẽ erunt cõmunes donec simul habitauerint. Quòd si cũ equis & armis cõmunib⁹ vel pecunia cõmuni sit acquisitũ, adhuc idẽ dicunt: [c] ne fortè ĩuit⁹ domin⁹ aliũ quàm quẽ voluerit, sibi acquirat vasallũ: dũ tamẽ meminerim⁹ id qđ de cõmuni expẽsum est, alteri p parte cõpetẽti esse restituẽdum. [d]

TITVLVS XIII.

DE INVESTITVRA quam Titius accepit à Sempronio. [e]

Maritus non succedit vxori in beneficio ea mortua sine hærede. Baldus.

TItius à Sẽpronio [f] talẽ ĩuestiturã accepit feudi, vt haberet ipse & hęredes sui legitimi masculi: & iis omnibus deficiẽtibus, fœminæ. Porrò Titius supstite tãtũ filia decesit. Ipsa à domino inuestita fuit, & feudum in dotẽ dedit: maritóq; superstite sine liberis decesit. Quærebatur, si ad maritum succesio feudi ptineat? Responsum [g] est nõ pertinere.

TITVLVS XIIII.

DE VASALLO DECREpitæ ętatis, qui feudum refutauit, vt filij inuestirentur. [h]

Si vasallus decrepitæ ætatis feudum refutauit, vt filii inuestiatur, & inuestiti sunt: postea decedẽte altero filiorum post inuestituram fratre superstite, & sine hærede, frater sibi succedit, & non reuertitur ad dominum: quia feudum adhuc paternum dicitur, & non nouum. Baldus.

QVidã vasallus cũ decrepitę ętatis esset, feudũ suũ ĩ manu domini ad hoc refutauit, vt Seiũ & Sẽproniũ filios suos de eodẽ beneficio ĩuestiret. Vasallo mortuo Sẽpronius sine legitimo hęrede, Seio adhuc superstite decesit. Lis est inter dominũ, tãquã nouum feudum sibi delatũ esse dicẽtẽ, & Seium, paternum esse [i] cõtẽdẽtẽ. Vnde eorum sentẽtia prẽualuit, qui dixerunt hoc feudũ, quamuis refutatum, nihilo minus esse paternum.

TITVLVS XV.

DE INVESTITVRA IN maritum facta. [k]

Si contentio est inter maritum filiæ vasalli, & agnatum de beneficio, an sit paternum vel nouum, quæstio dirimi debet coram iudice ordinario vel arbitro, non coram domino, vel eius curia. Baldus.

VAsallus superstite tantũ vna filia decesit: illa verò maritum accepit, cui domin⁹ accepta pecunia partẽ feudi quod pater puellę habebat, retẽta sibi parte altera, dedit. Nunc quidã agnat⁹ defuncti cum marito agit, dicens totum hoc feudum esse paternum, & ideo omnimodo esse ad se devolutum. Ecõtra maritus cõtẽdit hãc partẽ quam ipse habet, nouum feudum esse: & ideo domino apertum. quæritur igitur, vtrum apud dominum eundẽ, [l] & in eius curia cogatur agnatus defuncti litigare, vel apud agnati iudicẽ, vel arbitrum vtriusq; cõsensu electũ hoc esse debeat? Mihi & aliis placet potius apud iudicẽ ordinariũ, vel arbitrum, quàm apud eundem dominum hoc litigium fore determinandum. Itẽ placet agnatum nõ semper cogẽdum probare feudum hoc esse paternum, sed ab aduersa parte nouum esse probandum. Qua deficiẽte in probatione, tũc agnato (vt dictum est) causa cognita detur electio, quaten⁹ vel iuret esse paternũ, vel alteri parti referat [m] iusiurã dum: & ille aut iuret, aut taceat. Illud tamẽ sciẽdum est, qp si inter duos qui dixerint se esse vasallos, de feudo fuerit dubitatio: alter alterũ ĩuitũ trahere nõ potest ad dominũ, [n] vel eius curię iudiciũ. Si verò cũ sua curia dominus vocauerit eos: nemini eorum licet illius domini, vel eius curiæ examen declinare.

A succederet in eo, & ei pro parte acquireretur: vt supra de benefi. fra. c. j.

d *Restituendum.* & hoc veniet in iudicio cõmuni diuidũdo, vel famil. erciſ. vt. C. cõmunia vtriusq; iudi. l. si patruus. Accursius.

e *DE INVESTITVRA &c.*

f *Titius à Sempronio.* aliàs nõ erat hic titu. sed. c. tantum. & quia hic est parua dubitatio, eadem erit expositio, vel nulla.

g *Responsum.* simile supra an maritus succedat vxori in beneficio. c. si fœmina.

h *DE VASALlo decrepitæ ætatis &c.* *Aliàs non erat hic titu. sed ca. tantum.*

i QVidam. *Paternũ esse.* Quod hic dicitur nihilo minus esse paternũ, intelligo, nisi ad hoc refutauit omnino, quasi de nouo beneficio ipsos inuestiret: sed intelligo cõsentientibus his ad quos per successionem est venturum: [a] vt infra de eo qui finem fe. agna. de feud. pater. c. tres erant agnati. Et not. est. ſ. quibus modis feud. amit. §. præterea. huic simile est quod de solutione dicitur. nã ficut hic non tenet pactio vel refutatio ita facta, vt reinuestiatur: ita nulla est solutio quæ sic fit vt nummi reddantur. nã qui soluit vt repetat, nihil agit: vt. ff. de solu. l. qui sic. Accursius.

a Facit ad hoc qđ not. ſ. imperat. Lotharĩ. Euge. pa. ca. i. & argu. ff. de vsuris. l. si stipulatus. & est hoc arg. ad. q. quæ not. ff. de pec. l. peculium. §. si cre. & de ĩ. pẽ. in re. do. fac. l. quod dicitur.

k *DE INVESTITVRA &c.* *Aliàs non est hic ti. sed. §. tantum.*

l VAsallus. *Dominum eundem.* nec mirũ videtur, cum vterque domini se vasallum asserat: licet vnus de nouo, & alius de veteri cõtendat: cur ipse iudex non est. Accursius.

m *Referat.* hoc ideo, quia manifestæ turpitudinis est, nec velle iurare, nec sacramentum referre: vt. ff. de iureiuran. l. manifestæ.

n *Ad dominũ.* & istud est intelligendum propter feudi incertitudinem. secus enim foret si inter duos vasal. cõtro. esset. Sed quid est quod infra dicit, scilicet quòd nemini licet curię examen declinare? sic intelligo, non licet, id est indecens est ei. non autem quòd non possit examen eius declinare. similia studiosus inquirat. Sed quid si alter vasallus vocatus, venire ad dominum vel eius curiam contemserit? Respon. sine pœna abibit. Sed tu instabis: Nonne debet venire allegaturus saltem priuilegium suum: vt. ff. de iudi.

l.si quis ex aliena? Respon. illud loquitur in iudice ordinario generali. at hic licet sit ordinarius inter aliquos & paucos: non tamen in alienâ messem manû importabit, sed corrigitur infra an apud iudicé vel curiâ domini quæstio feudi terminari debet. c. ex eo &c.

a *DE CONTROuersia feudi &c.*

Aliàs nõ erat hic tit. aliquis, sed male.

b *SI inter dominum & vasallum.* Huic ca. glossellam inueni talem. Vacat istud. c. ꝓpter inferius. c. expositum. j. de controuer. iter vasal. & episcopũ.

c *Faciẽdũ.* qđ dicitur i isto. c. mirũ videtur. s. q̃ possũt eligere quos volũt ad iudicãdũ iter ipsos: cũ alibi dicat eũ iudicé nõ esse præstãdum, quẽ postulauerit aduersari: vt. ff. de iudi. l. obseruãdũ. Respõ. illud loquitur quando altera pars ignorabat postulationem ipsius: hic autẽ vterque sciebat, & consentiebat. & licitum est ex consensu, quod aliàs non liceret: vt. C. de epis. & cleri. authenti. generaliter. in fi. & argu. C. de transa. l. si diuersa. maxime cum hoc sit litigantium fauore inuẽtum. vnde apparet q̃ licite possunt renũciare: vt. C. de pact. l. si qs in conscribendo. &. ff. de mino. si iudex. & in summa, si vis casus in quibus de iure possunt relaxari vtroque consentiente, inquiras. C. de epi. & cle. authenti. generaliter. in fi. &. ff. de fer. l. j. §. j. & l. si feriatis. & de in ius vo. l. quamuis. & de re iud. l. si cõuenerit. & ad senatusco. Turpil. l. vlti. in fi. licet videatur contra. ff. de postu. l. quos prohibet. &. C. de iurisdi. om. iud. l. priuatorum. & de iureiu. pro ca. dan. l. ij. §. sed quia. Illud autem notabiliter est notãdum, quòd ille nõ est eligẽdus pro pari, domino vel vasallo dissentiente, qui fidelitatem non iurauit. sed cũ ille solus excipiatur, indifferenter alij eliguntur: vt. ff. de iudi. l. cũ prætor. sed intelligo, dum tamẽ idonei sint ad iudicandum. Hic quæri

TITVLVS XVI.

DE CONTROVERSIA feudi apud pares terminanda. a

SI inter dominũ & vasallum b de feudo orta fuerit contentio: per paresilius dom', sicut lex Corradi dicit, dirimatur: si tamẽ pares habeat. Et si quidẽ domin' & vasallus consenserint in eligendis paribus: nulla dubitatio est. si verò dissentiant: tunc quid faciẽdũ c sit, quæritur. sed præualuit eorum sentẽtia, qui dixerũt dominum debere eligere prius qũẽ aut quos voluerit: & vasallus similiter hoc faciat secundũ numerum à domino comprobatum. Ille tamen vasallus, qui fidelitatẽ domino non iurauit: domino vẽl vasallo dissentiente, pro pari non est eligendus.

TITVLVS XVII.

DE EO QVI SIBI VEL hæredibus suis masculis & fœminis inuestituram accepit. d

Si vasall' pro se & hæredib' suis masculis, & his deficiẽtibus, fœminis, inuestiturã accepit, fœmina non succedit in beneficio, quãdiu mascul' superest: quinimmo nec debet vasallus qui feudum à vasallo recepit, per fœminam recognoscere, si masculus superest. Baldus.

QVi sibi, vel hęredibus suis masculis, vel his deficientibus, fœminis per beneficium inuestituram feudi accepit: vna tantum filia superstite, nullo alio descẽdẽte relicto decesit. hæc marito paternũ feudũ in dotẽ dedit, & decesit, duob' filiis ex eo ꝓcreatis: quorum vnus duas filias reliquit: alter verò vno filio masculo relicto decesit. de prędicto itaq; feudo vrgẽtẽ vidimus quæstionẽ: masculo quidẽ hoc feudũ totũ sibi, quia solus eius qui primò inuestitũrã accepit, hęres mascul' sit, vindicãte: fœminis verò totã sui patris partẽ sibi defendentibus, quia ex eo nullus extitit masculus. Cúmq; iter sapiẽtes sæpe sup hac quęstione sit disputatum: tandem pro masculo e pronunciatũ est. non enim patet locus fœminæ in feudi succesione, donec masculus supereſt ex eo qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus. Nam & illud iudicatum scio: si ille qui proprium feudũ suum militi pro beneficio dedit, duobus filiis relictis decesserit, quorum vnus filia tãtũ relicta obiit: alter verò filio masculo relicto superstite desunctus est: quòd miles non debet feudũ suum per fœminam recognoscere, donec supereſt masculus ex eo qui primam inuestituram fecit. Alij dicũt per filiam debere recognoscere, cùm de paterno allodio esset hoc feudũ: alioqui si aliũde esset, verũ esset quod dicitur per fœminã non debere recognoscere.

TITVLVS XVIII.

DE DVOBVS FRATRIbus à capitaneo inuestitis. f

Si duo fratres simul de nouo beneficio à capitaneis fuerint inuestiti: vt quandiu ipsi, vel eorum hæredes masculi viuerent: & masculis deficientibus fœminæ feudum haberent: decedente postea vasallo altero, si masculus vel fœmina ex eo supereſt, fratri non succedit. aliàs succedit. Baldus.

DVo fratres, scilicet Titius & Seius, à quodam capitaneo de nouo beneficio simul inuestiti sunt: eo videlicet tenore, vt quandiu ipsi, vel eorum hæredes masculi viuerẽt, & masculis deficiẽtibus, fœminæ, si supereſſent, feudũ haberẽt. Ex fratribus his vn' vna filia relicta, altero adhuc viuẽte decesit. Quæritur, cui portio defuncti deferatur, vtrũ filiæ, an fratri? Respondetur, filię. Vnusquisq; enim sibi, suísq; hæredibus videtur prospexisse. g si tamen is qui filiam reliquit, sine hærede decesisset, ꝓpter tenorẽ inuestituræ insertum, eius pars fratri, non domino est quæsita.

TITVLVS XIX.

AN REMOVERI DEbeãt testes qui pares esse desierũt. h

Si inter dominum & vasallum contentio est de inuestitura: illi qui pares fuerunt tempore inuestituræ, non remouentur postea à testimonio, licet desierint esse pares. Bald.

EX facto quæsitum scio: si inter dominum & fidelem de inuestitura feudi cõtentio emerserit, quia factã eã dominus neget: si vasallus offerat eos testes, qui tempore inuestituræ pares erant, sed postea qualibet ex causa i pares esse desierunt: an ideo sint remouendi, quia nunc non sunt pares? Sed quamuis alii aliter sentiant, tamen mihi & quibusdam aliis videtur sufficere eos tempore inuestitutæ saltem

consueuit: si conuentus velit actorẽ reconuenire forte de aliacausa, vtrũ possit curię examen actor declinare, quasi curia non possit extra causam feudi aliquid inter ipsos iudicare? Respon. non poterit: immo si agat de omnibus etiam causis, apud eãdẽ curiã se debet defendere, arg. C. de sen. & iterlocu. om. iudi. l. vlti. & authibi posita, & consequẽter &c. &. ff. de iudic. l. ij. §. omnes. &. l. qui non cogitur. nã ibi non distinguitur: quare nec nos distinguere debemus. decurras in thesauris tuis.

d *DE EO QVI sibi vel hæredib' suis &c.*

Aliàs non erat hic titu. sed. c. tantum.

e *QVi. Pro masculo.* Istud cap. fæpissime posset accidere: & ideo valde est notandum. Et not. eo potissime quãto sit potior masculorũ quàm fœminarum conditio. sed mirũ est quod dicitur hic, scilicet quod masculus excludit germanam suam, cum iam ad fœminam trãsitum fecerit feudum. Nunquid enim hic masculus excludit amitã suã viuentem? Et vtiq; eadem æquitate durante. aliàs non licebit hæredi, quod defuncto licebat: & erit cõtra. ff. de reg. iur. l. hęredẽ. & l. qui in ius. &. ff. de bo. lib. l. si ex. & not. s. de feu. mar. c. j. Hic etiam not. q̃ ex rerũ qualitate & differẽtia licitum deprehẽdit, qđ aliàs nõ liceret: vt. s. prædicto tit. & capi. notatur.

f *DE DVOBVS fratribus à capitaneis inuestitis.*

Aliàs non erat hic titu. sed capi. tantum.

g *DVo fratres. Presse:* isse. Istud habetur in. ff. de ꝓba. l. si pactũ. Quod autem i fine dicitur. s. q̃ à fratre domin' excluditur, accidit ꝓpter pactũ, quia dictũ fuit expresse. alioquin frater excluditur à domino: vt. s. notatum est. Accursius.

h *AN REMOueri debeãt testes qui pares esse desierunt.*

Aliàs non erat hic titu. & male.

i *EX facto quæsitum. Qualibet ex causa.*

Huic

Huic ca. inueni glos. talem: Vacat hoc. c. propter inferius prouxi. ex eo. & propter superius, si inter dominum.

a *Pares.* hoc idé in testamẽtis seruatur. nã si facti testaméti tẽpore fuerit quis idoneus: licet postea fiat minus idoneus, nihilo minus tamẽ tenet testamẽtũ. ff. de testa. l. ad testiũ. §. j. & idé intelligo si nõ erat idoneus, sed cõmuni opinione putabatur idoneus. C. de testa. ordi. l. j. & insti. de testa. ordi. §. testes. Sed si quis cognatis suis aliquid relinquat: & tẽpore testaméti cognati erant: licet cognati esse desinãt, nihilo minus legatum habebũt: vt. ff. de re. dub. l. si cognatis. Quod autẽ in fi. dicitur, quid enim peccauit &c. hęc nõ videtur ratio sufficiés: nimirũ etsi ꝓpter iustã culpã de paribus esse desierit aliquis, nihilo minꝰ tamen testis esse potest. hic enim nõ est modus interdicendi testimonium.

b *DE CONTROuersia inter episcopum & vasallum.*

Aliàs non erat hic titu. sed cap. tantum.

c *EX eo. Quodã episcopo.* vel alio de beneficio, si de aliis dixerit ꝙ in aliis non possit habere locum exẽplũ de annua præstatione, nisi quis dixerit aliud esse in feudo camerę, seu cauenæ: illa enim ab hæredibus siue successoribus clericorũ nõ præstant: vt. s. dictũ est de feu. camerę. vel potest etiã exẽplificari in clerico. nã licet iuste agat vasallus, nihilo minus tamẽ ratio ei facienda est.

d *De suo recto.* No. ꝙ hic ante petit inuestituram recti feudi: secus esset si specialiter peteret inuestiturã alicuius rei: vt supra i dist. quã fecimus.

e *Secundum præfatum modũ.* s. qui est. s. de cõtrouer. feu. apud pares terminanda. c. si inter dominum.

f *Suo recto feudo.* sed hoc forte in eo casu tũ est exaudiẽdũ, quãdo & de hoc erat controuersia, an illud teneret pro feudo.

g *Aliquid aliud.* hic potest no. ꝙ ratione adiũcti licitũ deprehẽditur, qđ aliàs esset illicitũ: vt alibi notauit iurisprudens. Acc.

h *Accedere.* sed nunquid debebit episcopus cõdemnari postea ad illam annuam præstationem, si probatum fuerit illum inuestitũ fuisse à prædecessore suo de illa? Respon. forte non: immo absolui debet: quia forte morte dãtis fuit finita: vt. s. quis dicatur dux, vel mar. ca. qui à principe. nisi forte dicas ꝙ aliud sit insoldata, quæ non præstatur nomine feudi: vt ibi dicitur. Acc.

i *DE VASALLO MILITE QVI arma bellica &c.*

pares[a] fuisse. Quid enim peccauit qui inuestituram accepit, si illi quos eo tempore, vt pote idoneos adhibuit, postea pares esse desierunt?

TITVLVS XX.

DE CONTROVERSIA
inter episcopum & vasallum. [b]

Si inter episcopum & vasallum est cõtẽtio de inuestitura ab eius prædecessore facta, pares curiæ cognoscũt: prius tamẽ debet inuestiri de suo proprio & recto feudo, quàm principalis quæstio dirimatur. Baldus.

EX eo quod scriptum est, si inter dominũ & vasallũ de feudo nascatur quæstio, ꝙ per pares eiusdẽ curię dirimẽda sit: quęsitum est, si quis dixerit se à quodã episcopo[c] fortasis iam defuncto de annua prestatione aut qualibet alia re ꝑ feudũ inuestiturã accepisse: & cũ successore eius agat, & ille respõdẽdo neget hũc esse vasallũ: vtrum ꝑ pares eiusdẽ curiæ sit iudicãdũ super hac quæstione? Opponit enim vasallus, ꝙ dominus eum negat esse vasallum, & ideo in ea curia pares non habet. Item dicit vasallꝰ, ꝙ prius de suo recto[d] feudo debet inuestiri, q̃ à nemine iudicari: domino respondẽte, quòd quicquid inter eos siue de inuestitura, siue de fidelitate, siue de prĩcipali causa agendum est, ꝑ suam curiam est expediẽdum. Sed laudatum sæpe scio, pares illius curiæ secundum prefatum modum[e] esse eligendos prius, ad quorum spectat officium, vt illum prius de suo recto feudo[f] inuestiri faciant: sed fidelitatis iusiurandũ differatur, donec de principali causa cognoscatur. ex illo enim apparebit vtrum iurare debeat, an non. quod totum expeditæ quæstionis est. Sed si constiterit vasallũ aliquid aliud[g] præter id de quo quæritur, ab eodem domino tenere pro feudo: tunc quin debeat de suo recto feudo inuestituram accipere, & fidelitatẽ iurare, & sic ad principalẽ causam accedere:[h] non est dubitandum.

TITVLVS XXI.

DE VASALLO MILITE
qui arma bellica deposuit. [i]

Miles seculi, qui factus est miles Dei, ex eo quòd venerabilem domum intrauit, & feudo renunciauit, feudum amittit. Baldus.

MIles qui beneficiũ tenebat, cum esset sine liberis, venerabilẽ domum intrauit, & seculo renũciando, arma bellica deposuit, habitúmq; religionis assumpsit, & sic cõuersus factus est.[k] hic donec vixerit, feudũ retinere conatur, qđ domin' vel agnatus[l] sibi pertinere contẽdit. Sed iudicatũ est domini vel agnati conditionẽ esse potiorẽ, eo ꝙ desiit esse miles seculi, qui factus est miles Christi: nec beneficiũ ꝑtinet ad eũ, qui nõ debet gerere officiũ.†

TITVLVS XXII.

DE MILITE VASALLO
qui contumax est. [m]

Primo dicit qualiter procedatur contra vasallũ domino querimoniam exponẽte de eo qui incidit in culpam. Secundo, qualiter procedatur contra dominum vasallo dicente se ab eo spoliatum feudi possessione. Secunda ibi, Si verò vasallus. Baldus.

DOminus vocat militẽ qui ab eo feudũ possidebat, dicẽdo eũ in culpã incidisse, ꝑ quam feudũ amittere debeat. hic non respondet. Quæritur, quid faciẽdũ sit domino? Respõdeo eũ ad curiam vocari debere: & si non venerit, iterũ eũ debere vocari vsq; in spacio tertio septẽ vel decẽ dierum,[n] arbitrio eiusdem curiæ terminando. Quòd si neq; venerit ad tertiam vocationẽ, [o] hoc ipso feudũ amittat: [p] & ideo debet curia dominum mittere in possessionem. Sed[q] cuperare. nam legitur idé in. C. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. §. sed si quis. Sed dicit studiosus: quæro à te iurisprudẽs qualiter secundum ius tuum sit citatio facienda: vt hoc percepto, si consuetudo deficiat, saltem iure tuo in causa procedere valeam: sicut expositum est supra de feud. cogni. ca. j. & fina? Iurisprudens respondet: quia tu & me & alios frequenter interrogasti, quatenus de citatione quid sentirem, ostenderem: ideo maxime tuis motus precibus, de ea quid sentiam, paucis explicabo. qui habet aures audiendi, audiat modo. cum de citatione quis plenissime desiderat scire, hæc inquirat: scilicet qui iudices

A *Aliàs non erat hic titu. sed capi. tantum.*

k *MIles qui &c. Factus est &c.* idẽ si esset factus clericus: vt. j. titu. an mutus, vel aliter imperfectus. c. mutus. in fi. nec proderit si hunc habitum postposuerit: vt infra si de feud. contro. fue. ca. qui clericus. & infra de bene. feu. in fi.

l *Vel agnatus.* domini intellige, quando successorem nõ habet: & merito est potior causa domini, vel agnati: quia cũ monasterium ingreditur, rerũ suarũ domin' esse desinit: vt pote ergo nõ domin' nec testari poterit: vt C. de sacrosan. eccle. authẽtica, ingressi. Ac.

Ingressꝰ monasteriũ, rerũ suarũ dominus esse desinit.

m *DE MILITE vasallo &c.*

Aliàs non erat hic titu. sed ca. tantum.

n *Dominus. Septẽ vel decem dierum.* sed hodie hęc solẽnitas nõ seruatur in septem vel decẽ dies: sed plus patet largè curię officiũ, vt suo arbitrio terminũ cõstituat: qđ quotidie vsitatur. sed iure Romano alia solennitas in citando obseruatur. Accursius.

o *Tertiam vocationẽ.* hoc merito accidit, qa cõtumax est qui trinis edictis citatꝰ, iudici se non præsentat. & litis † *Facit ad dãno cõtumacia* corũ *hãc text. sequi* iudici nõ obtẽperãt, coërcetur: vt. ff. de *cũdũ Bal. l. Lucius. ff. de* re iudi. l. contumacia. *fideico. lib.* Idé est si vnũ dũtaxat *&. ff. de* edictum mittatur pro *pacti. l. talo* omnibꝰ: vt. C. quomo- *pactũ. §. fi.* do & quando iudex. l. consentaneum. Sed illud in feudo[a] non obseruatur, scilicet quòd ꝑ omnibꝰ edictis vnũ dumtaxat ꝑponatur.

a Istud vltimũ dictum gl. sequitur Bal. & Amarotus.

p *Amittat.* & merito. hoc enim ipso ꝙ non vult iustitiã facere domino suo, feudũ perdit: [b] vt. j. i quibꝰ cau- *b Reprobat* sis feu. amit. ca. itẽ qui domino suo. aliàs ca. illud te non lateat. *Secũdũ Aldua. & Bal. nisi loquatur in vero contumace.* Sed. aliàs sed si: aliàs secus. & vtraque litera bona est, & correctiue ponitur ad antecedẽtia verba: quia sufficit ante litem contestatam si dominus in possessionẽ mittatur. & bene sequitur, si intra annũ veniat, quòd possessionẽ valeat re-

BIU Cujas

Citationis multa singularia.

iudices possunt citare,& qui non:& qui citari possunt, & quando:etiam quot sufficiant citationes: & quod interuallum debeat esse inter vnam citationem & aliam: quid olim, quid hodie de hoc interuallo obseruetur:& quis sit citationis effectus.Et citare possunt iudices ordinarij.[a] delegati autem nequaquam, siue pedanei,sicut nec sententiam possunt executioni mandare:vt.ff. de re iudi.l.à diuo Pio. in princ. &.C. de iudi. l. sancimus. & intelligo, si non sit delegatus à principe iure nouo: & etiam nouissimo iure à principe delegatus recte citabit:vt.C.quomodo & quãdo iudex. authen.qui semel.& supradicti licet citare nõ possunt, inquirere tamen valent:vt.C.de iud.l. sancimus. Dictum est ergo à quibus citatio possit fieri:nunc dicendum est,qui citari valeant. & vtique possunt citari tam actor quàm reus.restat igitur videre quãdo:& vtique ante litem contestatam reus valet citari:quo casu & ab eo rite citatur, qui in eum nullam habet iurisdictionem .nimirum venire debet allegaturus priuilegium suum, saltẽ si quod habet:vt.ff.si quis in ius vo.l.ij.&.ff.de iud.l.si quis ex aliena. sed post litem contestatam citari potest & debet actor,sed non ante: quia agere vel accusare inuitus non compellitur:vt. C. vt nemo inuitus agere vel accu. coga. nisi secundum ꝙ in prædicta auth. continetur,& in authen.vt omnes obe.iudi.col.v.§.si vero. Nũc videndum [b] est quot sufficiant citationes.& certe nisi ad solennitates te referas,tres sufficiunt:vt in hoc.c.&.C. de iud. l. properandum.§.& si quidem.&. ff. de re iud. l. contumacia.&. ff. de iu.fis.l.senatus.§.senatus.De solennitatibus ideo dixi, quoniam secundum eas citatio est facienda.primo enim vnum ponitur edictum,mox aliud,deinde tertium,postea vero sequitur peremptorium.sed post peremptorium semel debet citare,iudex inquã si voluerit.nec enim infert necessitatem istud debet,sed vrbanitatem inducit.simile.C.de pign.l.iij.&.C.ad.l.Fla.l.de pla.si fratrem.&.ff.de min.l.iij.§.sed vtrum.nimirum & hoc totum iudicis arbitrio committitur,vt.ff.de iudiciis.l. nonnunquam solent. & quòd talis sit seruanda solennitas, dicitur.ff. de iudiciis. l. ad peremptorium edictum. &.l. & tertium. &. l. & post edictum. Sed quia de pluribus edictis mentionem fecimus, & vni duntaxat nomen apponitur: an alia propria nomina possint habere, quærit solicitus: ad quòd iurisprudens respondet, Vtique. Primum ergo vocatur admonitorium. secundum citatorium. tertium conuentionale: vt istorum tria nomina procedant à bono ingenio. Quartum autem vocatur peremptorium, & à lege descendit. Hoc dicit iurisprudens. Sed studiosus ait, Videtur quòd nomen secundi vltimo edicto cui nomen non assignas, potius conueniat: cum maioris sit authoritatis superiore:nimirum citatoria omnium causarum solus princeps potest reuocare:vt.C. de principibus agentium in rebus.l.ij.[c] Quod ergo erit nomen secundi, quod scilicet nomen vltimi vsurpauit? nondum satisfactum est studioso. Illud autem assiduè notandum,quòd vnum edictum pro omnibus iudex mittere potest.C.quomodo & quando iud.senten.proferre debeat. l. consentaneum.&.ff.de iudiciis,l.nonnunquam. Restat ergo [d] videre quod interuallum esse debeat inter vnam citationem & aliam iure antiquo & nouissimo.certè secundum veteres leges nõ minus decem dierum spacio:vt.ff.de iud.l. per interualla. &. C. de iudi.l.properandum.§.& si quidem.sed hodie per authen.nõ minus.xxx.vt in authen.de litig. §. omnem vero.col. viij. Quidam tamen dicunt authen.loqui quando actor citatur: antiquæ verò leges quando reus.& ideo dicunt veteres leges nõ corrigi : quod ego non approbo,ne permittatur actori,quod reo denegatur.ff. de reg.iur.l.non debet.igitur verius est leges veteres posteritati reliquendas fore.& hæc vera sunt secundum iura fori,& non secundum iura poli.iure enim poli primo personaliter vocatur, & per septem dies expectatur. postea his diebus transactis, alij septem dies adiiciũtur,quibus ab ingressu ecclesiæ & diuinis officiis interdictus est. postea adiiciuntur duo dies,quibus à pace & cõmunione sanctæ ecclesiæ suspensus est. deinde alij duo dies adiiciuntur sub eadem expectatione: quibus vno superaddito die,omni expectatione veluti desperata reus mox feriatur anathematis gladio: vt in decre. v. q. ij.ca. præsenti. sed intelligitur quando ecclesiastica & criminalis causa agitatur. Sequitur nunc [e] de citationis effectu: quòd si fuerit absens reus, & legitimè citatus non venit ante lit. contest. si conueniatur per actionem in rem, mittitur actor in possessionem petitæ rei duntaxat: intelligo,nisi absens latitauerit.nam tunc si etiam in ré agatur, in omnibus bonis facienda est missio:vt no.ff.quib. ex cau. in pos.ea.l.Fulcinius.§.idem videamus.&.§.Celsus. aliàs est lex,si fundum.&.C.de præscript. xxx. an. l. si quis emptionis. §. sed quis . Notabis ergo differentiam inter absentem & latitantem: vt ibi notatur.nisi forte petatur hæreditas secundum quosdã:tunc enim nulla erit differentia , si latitauerit, vel non. sed Py. non placet : quod nec idem Celsus videtur comprobare,nisi dolo forte fecit quo minus possideret.nam tunc in omnibus bonis absentis facienda est missio:vt in.§.Celsus. in fi.& in casu isto dicunt quidam actorem possidere : quod ego non approbo. nam tunc causa rei seruandæ mittitur in possessionem : ergo non possidet : vt.ff. de acquiren.pos. l. possideri. §. vlti.&.ff. vti pos. l.si duo. §. creditor. Hoc tamen casu secundum priores intra annum reuersus possessionem recuperat reus, & iudicium adhuc patitur : dum tamen actorem indemnem seruet.aliàs enim non auditur : vt. C. de iudi. l. sancimus. & in hoc casu potest habere etiam locum quod hic dicitur. post annum vero reuersus partibus actoris fungitur : & actor quasi ex secundo decreto constituitur possessor. hic secundum nostram sententiam ante annum non est possessor , sed postea fit.& hæc vera sunt , cum agitur actione in rem. si vero personali agatur, mittitur actor in possessionem : sed possessio generalis erit: quia pro modica summa mittitur in vniuersorum bonorum possessionem. & hoc nisi agat de damno infecto vt caueatur: tunc enim rei tantum de qua timetur damnum , fit missio : vt ff. qui.ex cau.in posses.ea.l.j.sed quia hoc videbatur absurdum, à Iustiniano medicina præstatur.mittitur ergo in possessecundũ mensuram debiti declarati.sic enim febribus præstatur medicina & intelligo declarati forte per sententiam.& erit casus vbi ante lit. contest. definitiuè pronunciatur: vt in authentica de ... hi. & intro. reis.§.si vero.collat.v..& in authenti. de litig. §.si ... vero. colla. viij.& hæc vera sunt de reo. actor vero ante lit. ... contesta.non potest citari , nisi secundum quod supra expositum est. imò vt verius loquar, post litis contesta. non poterat olim citari actor : quia eo absente non contrahebatur olim eremodicium : præterquam in causa libertatis & ingenuitatis vt.ff. de confess.l. certum.§.si quis absente.&.ff. de lib.cau.l. diui. &. C. de libe. cau.l.si is quem.&. C. de inge. ma. l. diffamari. sed hodie secus : vt.C. de iud. l. properandum. §. ij. si vero actor absit, & post litis contesta.(sicut supra dictum est) citatus non venit : cum non sit sufficienter aliquid agitatum : non solum ab obseruatione iudicij absoluetur reus , verumetiam in expensis circa litem rei sacramento declaratis actor condemnabitur : vt. C. de iudic.l. properandum. §. j. licet alibi dicatur quòd litis damno absentis contumacia punitur : vt.ff. de iudi. l. contumacia.& in authen.vt om. obe.iudi.§. si vero neq.colla. v.& hoc intelligo etiam ante litis contestationem, & post litem tamen motam, quando nil actitatum est. si vero absuerit legitimè citatus : tunc omnino absoluitur reus vel condemnatur : vt. C. de iudic. l. properandum. §. fin autem exgestis. sed in hoc casu si reus condemnatur , expensæ deducuntur de condemnatione quæ facienda est pro absente actore:vt ibidem. Quod autem dictum est de lite contestata, idem intelligendum est in quasi contestata : vt. C. vbi in rem actio exerceri debeat. l. penultima &. C. quomodo & quando iudex senten.profer. deb. l. consentaneum. Sed sciendum est f, quòd si actor in rem agat , & mittatur actor in possessionem post litem contestatam , statim fit possessor. hæc est differentia inter missionem quæ fit ante litis contestationem & post:quia ante non possidet:sed postea sic.si vero personali agatur,idem est per omnia:vt supra dictum est,secundum P.

a Hoc verũ, quando delegat⁹ nõ citat p edicta,sed p se vel p nũciũ vel p literas suas bene potest.p gl. in l.sancimus. C. de iudi. secũdũ Alua.R⁹.& Bar.in.l.1. ff. de iurisd. om.iudi.

e *Filio impubere.* Iste casus valde notabilis est [b]: quia si filios habet alienator, quòd etiam eo viuente reuocatur alienatio. sed si non habet, demum eo mortuo. quod quare contingat, is inquirat cui alia inquirenda relinquimus. Et nota quòd qui alij cōsentit, sua iura perdit [c]: vt supra notatum est in pluribus locis. & supra quibus modis feudum amit.§.præterea.& supra si de inuesti. inter domi.& vasal.lis oria.§. sin autem aliquis. alibi ad hoc vt proximior agnatus succedat, alienatoris mors inspicitur: vt supra de suc.feu.c.ij §.j. Sed quid est quod dicit supra, qui. cau.feu.amit.§. denique. in fi. scilicet quòd si vasallus alienauerit feudum illicite, quia videtur dominum cōtemnere, ad ipsum omnimodo pertinebit: nunquid propter patris alienationem excluduntur filij? Item si excluduntur, cur ad agnatos potius quàm ad ipsos pertinet, maxime cum fuerit auitum, & proauitum? Respon. determinabitur infra titu. si vasal.feu.priue.cui defe.c.vasalli feudũ &c.

b Et hoc sive expresse sive tacite cōsentit, secundũ Alua.

f *Cogitur.* no. hic quòd impubes non cogitur fidelitatem facere [d], nec seruitium, vel per se, vel per alium: si tamen fecerit, vel

d Idem Aluaro.

A facere voluerit, admittitur & auditur. Istud autem potissime notabis [c], quòd alius pro alio feudo seruire valeat. huic præbet adminiculum. C.de epis.& cle.l. quisquis.&.l. ad similitudinem.& ff.de admi.tuto.l.ita.in prin.&.C.de cadu.tol.l.vnica.§.ne autem. &.C.de natu.libe.l.iij.& de præposi. agen. in re.l. agentes. lib. xij.& in sum. supra in princ. hic autem arbitrio minoris, id est impuberis relinquitur. hoc die vero per maiorem partem curiarum necessitati subiicitur. nam hodie cum dominus inuestit impuberē. aliũ pro eo, donec pubes fiat, postulat vasallum: quē impubes nulla adhibita excusatione præstat. sed tamen non puto præiudicium ei fieri, si id non faciat: vt hic dicitur. & notabit quòd ad id ad quod aliquis nō compellitur volens tamen admittitur. similia studiosus inquirat.

proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi nullo dato precio recuperare potest. quòd si Titius filios proprios haberet, precio reddito etiam viuo Titio: quòd si consensit [g] alienationi, vel per annum [h] ex quo sciuit, tacuit: omnino remouebitur.

Facta domino de feudo abusiua inuestitura, cogitur dominus vasallum mittere in possessionem, nec liberatur interesse præstãdo. Baldus.

B Si facta de feudo inuestituta pœniteat dominum antequam possessionem trãsferat: an præstando interesse vasallo, liberetur, quæsitum fuit. Responsum est, prætermissa illa condemnatione dominum possessionem feudi [i] de quo inuestituram fecit, tradere [k] compellendum.

Filij nati [l] ex ea vxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum est, ne filij ex ea nati, patri ab intestato succedant: in feudo succedunt. nam quamuis ratione improbetur talis conditio, ex vsu tamen admittitur.

C

g *Consensit.* siue tacite, siue expresse: vt net. supra quibus mo. feu. amit. c. præterea.

h *Per annum.* remouebitur ergo iste proximior agnatus à petitione illius partis feudi, quæ tanquam proximiori debebat ad eũ peruenire taciturnitate vnius anni à tempore scientiæ computandi quod ideo forte contingit, quia ille erat de agnatis, ad quem feudum spectaret: nisi iste præcederet in gradu vno forte vel pluribus, non curo. & hoc facit scientia, & anni trãscursio, & agnatio illius qui possidet: quasi videatur consentire alienationi factæ agnato suo. secus forte esset si extraneo alienasset: quoniam tunc non noceret ei annalis transcursio: nisi forte esset tanta, per quam ius suum tolleretur. puta. xxx. an. vt. C. de præscript. xxx. an. l. sicut. & authenti. mala fidei. de hac annali præscriptione habes supra si de inuestitu. inter do. & vasal. lis oriatur. c. si autem aliquis.

i *Dominum possessionem feudi.* scilicet vacuam possessionem, statim scilicet postquam fecit inuestituram, & fidelitatem recepit, si per pactum non remisit fidelitatem: immo si differret eam tradere, omnem vtilitatem præstabit ei: vt supra de noua forma fidelitatis. inuestitura. & intelligas quòd hic loquitur de ea inuestitura scilicet verbali, quæ abusiuo modo dicitur, & non de ea quæ proprie dicitur inuestitura, secundũ quod de vtraque dicitur supra quid sit inuestitura. ca. j. aliàs enim si de propria inuestitura loqueretur, nulla esset dubitatio. ad quid enim teneretur dominus tradere possessionem, cum iam tradita erat? & tunc non esset mirum si vasallus non compelleretur interesse recipere, si nollet. Sed quid si alium inuestiuit postea quàm istum inuestiuerat, & ei possessionem tradidit antequam isti: nunquid tunc liberabitur soluendo interesse? & quare non? sicut si vendidisset duobus, vt tunc habeat locũ, si res vendita non traditur &c. vt. ff. de actio. emp. & vendi. l. j. Accursius.

D

k *Tradere.* sicut aliàs dicitur de donatore, qui omnino compellitur rem simpliciter inter viuos donatam tradere: nec temere poterit eam reuocare: vt instit. de dona.§. ij. aliud est, secundum quam sententiam in re vendita, à cuius traditione liberatur venditor præstando interesse: vt. ff. de act. empti & venditi. l. j. veritamen super ea variatur.

l *Filii nati.* isti filij, qui lege Salica dicuntur nati siue proditi, in feudum non succedunt: sed nec in proprietate prioribus extantibus. si enim priores non extarent, tunc in proprietate succederent, & non in feudo. prioribus vero fratribus sine filiis decedentibus succedunt: & dicitur tale matrimonium Mediolani accipere vxorem ad morganaticam, alibi lege Salica: vt infra de filiis natis

BIU Cujas

natis de matrimō. ad morganaticam contracto. c. quidam habens filium. & de his forte filiis loquitur supra eo. l. mulier.

a *Periculum.* puta quia dominus obsidebatur: vel aliàs ei mors imminebat. tunc enim vltro (vt dixi) debet ei suum adiutorium præbere, & sine nuncio, & cum potuerit: aliàs enim feudum perdit: vt infra, hic finitur lex. §. ad hoc.

b *Non amittere.* non enim sufficit quælibet occasio per quam fidelis accepti beneficij videatur ingratus ad feudum amittēdum: vt supra in quibus cau. feu. amit. circa princip. sicut non amittitur ex omni causa ex qua opinio vasalli grauatur: vt. ſ. prędicto titu. §. illud enim certum est.

c *Culpam committat.* argum. contra. huic ca. C. de decur. l. ij. §. pe. & de interdic. & rele. l. iij. & de in ius vo. l. adoptiuum. in fin.

d *Reuocabuntur.* notāt hic quidam, nisi sit feudum ab auo acquisitū: quia filius propter delictum patris nō debet amittere feudū acquisitum ab auo: vt arg. ff. de sena. l. emācipatum. §. si quis. &. C. vnde liberi. l. vlti. quod forte falsum puto: quia si non debet amittere feudum ab auo acquisitum: ergo multo minus si à proauo, vel etiam à superioribus, vel etiā eadem æquitate siue ratione non debet amittere. quomodo enim possent esse isti agnati, de quibus hic dicitur, in quarto gradu, nisi ab auo vel proauo ad minus esset acquisitū? Dicas ergo quòd nullo modo debeat admitti filius ad eius portionem, nisi per gratiam solam à domino acquiratur, & agnati nō extent quibus aperiatur: qui vsque ad quartum gradum admittuntur: vt hic dicitur: immo vsque in infinitum: vt infra si vasal. feud. pri. cui dese. ca. j. immo quod plus est, puto quòd etiā agnati remoueantur à petitione illius, si talis sit felonia quæ dominum respiciat: vt dominus habeat hanc suę iniuriæ vltionem: vt supra in quib⁹ cau. feu. amit. §. denique. licet quidam forte intelligant illud habere locum in feudo nouo, secundum quod ibi not.

e *In generali alienatione.* quod hic dicitur, expositum est infra de capi. qui cu. ven. ca. quidam capitaneus. & quæ ibi notantur, hic similiter notari possunt.

f *Si vasallus.* huic accedit. ff. de euic. l. ij. §. vlt. & infra de con-

Ei qui non vult aliquid consequi, sed ius quæsitum conseruare, non imminet ius offerendi, nisi dies fuerit apposita. Baldus.

Licet vasallus domino seruitium non offerat: quantocunque tempore steterit, (dummodo domino petenti seruire paratus sit) beneficium non amittit. si tamen sciat ei magnū periculum [a] imminere: vltro adiutorium suum ei debet præbere. Inde quæsitū est, si dominus in periurium incidat, quia dare nō valeat quod dare iurauerat: & vasallus eum liberare possit suā pecuniam dando, & nō facit: an beneficiū amittat? & respōsum est non amittere [b]. Si vasallus culpam committat [c], propter quam feudum amittere debeat: neque filius, neque eius descendentes ad id feudum reuocabūtur [d]: sed agnati, qui quarto gradu sunt: dummodo ad eos pertineat. In generali alienatione [e] vasalli non continetur feudum, nisi nominatim dictū sit.

Si vasallus feudum ignorans alienauit, feudum non amittit, & sibi restituēdum est, non domino: tenebitur tamen ad interesse emptori ignoranti. Baldus.

Si vasallus [f] feudum alienauit ignorans: non domino, sed ipsi vasallo feudum restituendū est: ad interesse verò emptori ignoranti condemnandus est vasallus. Vasallus feudum quod sciens abnegauit [g], amittit: ignoranti vero subuenitur. Quòd si dubitet: dubitanter respondere debet. Beneficium à vasallo in feudum, si nihil in fraudem legis fiat, rectè dari potest: dum tamen militi detur [h]. Si vasallus de beneficio suo [i] agat, vel conueniatur: siue obtineat, siue non, licet ignorante domino fiat, omni tēpore firmum erit illud iudiciū. nā & transigere rectè poterit: nec qđ accepit trāsactionis nomine, feudum [k] erit.

Si dominus commisit feloniam, per quā si eam committeret vasallus in dominum, amitteret feudum: dominus etiam perdere debet feudi proprietatem. Baldus.

Domino committente feloniam [l], (vt ita dicam) per quam vasallus amitteret feudum si eā committeret: quid obtinere debeat de consuetudine, quæritur? & respondetur proprietatem feudi ad vasallum pertinere, siue peccauerit in vasallum, siue in alium. Feudum ea lege datum, vt ipse & hæredes sui masculi & fœminæ, & cui dederit, habeant: iisdem culpis amittitur [m], quib⁹ & aliud feudum. Quòd si vasallus alienauit: feudum esse desinit apud emptorem. Titius cum Sempronio [n] fratre suo feudum paternū possidente pactum fecit de eo feudo non petendo à Sempronio hæredibúsve suis. Sēpronio sine hærede masculo defuncto, inter Titium & Seium fratrem suum de eo feudo quæstio orta est. quid inde fieri debeat, quæritur. Responsum est, pactum non obstare Titio.

TITVLVS XXVII.

DE PACE TENENDA, & eius violatoribus.

Imperator adulatur omnibus suadens quòd debeant seruare pacem: & statuit pœnam contra non seruantes. Baldus.

FRiderichus Dei gratia Romanus Imperator semp Augustus, episcopis, ducibus, comitib⁹, marchionibus, & omnibus ad quos literæ istæ ° peruenerint, gratiam suam, & pacem, & dilectionem. Quoniam diuina præordinante clemētia, solium regiæ maiestatis cōscendimus: dignum est vt cuius præcellimus munere, illi omnino pareamus in opere. Inde est quòd nos tam diuinas quàm humanas leges [p] in suo vigore manere cupientes, & ecclesias siue ecclesiasticas personas sublimare, & ab incursu & inuasione quorumlibet defensare intendentes, quibuscunque personis ius suum conseruare volumus: & pacem diu desideratam, & antea toti terræ necessariam, per vniuersas regni partes habendam regia authoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda sit & ser-

g *Sciens abnegauit.* hoc satis expositum est. j. de lege Corra. ca. si fuerit inter dominum.

h *Dum tamen militi detur.* si tamē dans fuerit miles. sufficit enim si sibi ęquali detur. Itē nō debebit dari alia lege, nisi quā ipse habet: vt j. de leg. Corra. §. ex eadē lege. præterea non debebit preciū accipere de eo sub colore inuestituræ eū vēdendo: vt in cōstitutione Friderichi. §. callidis. & hoc est etiam quod hic dicitur, nihil in fraudē legis fiat &c. In fraudē enim tunc intelligitur facere, si vltra precium medietatis acciperet, p toto. & hoc ita à multis intelligitur. & accedit huic quod legitur ſ. qualiter olim poterat feudum alienari. circa prin. & quæcunque de hac materia notātur. j. de ca. Cor. c. j. etiā hic possent notari.

i *Si vasallus de beneficio suo.* istud ca. determinatur per id quod notatur. j. de con. feu. inter vasal. & al. ca. si causa inter vasallum.

k *Feudum.* nisi sit tale quod per se esse nō possit: vt. ſ. de inuesti. de re aliena. c. rei.

l *Domino committente feloniam.* istud melius exponitur infra qualiter dominus à proprie. pri. c. ex facto.

m *Amittitur.* licet enī nō habeat propriā feudi naturam, iure tamen feudum censetur. potest enim vēdere & donare, vel aliter si sibi placuerit alienare etiā sine domini voluntate. & hoc facit verbum illud, & cui dederit &c. aliud tamen esset si dixisset, & cui in feudum dederit: quoniam tunc haberet propriam feudi naturā: vt. j. de feu. nō habē. prop. feu. nat. c. si quis ea lege &c.

n *Titius cum Sempronio.* hoc ca. exponitur j. de eo qui finem fecit agnato de feu. paterno. c. tres erāt agnati. Ac.

DE PACE TENENDA, & eiꝰ violatoribꝰ.

o *FRiderichus. Literæ istæ.* videtur ergo qꝺ voluerit imperator iste cōdere legē eū dixerit: ad quos literę istę peruenerint. sed dic. tu super huc secūdū quod

p *Humanas leges.* hoc non seruauit imperator iste in furto, scilicet qꝺ leges in eo remanerent in suo statu, cum dicat qꝺ pro furto valenti tantum quinque solidos debet fur laqueo suspendi: vt

notatur. j. de pace iura. firman. hac edictali. §. iniuria seu furtum.

infra eo.§.si quis quinque sol.valens.& aliàs lex dicit quòd pro furto non debeat mori,sed aliter castigari: vt.C.de furt.auth.sed hodie pro furto.

a *Capitalem.* eodē modo punitur miles qui pacē perturbauit:vt.ff. de re milita.l.vlti.& ita habēs hic ꝙ capite puniri debet ille qui hominem occiderit intra pacem cōstitutam. sed aliàs per Henricū imperatorē dicitur, ꝙ manus ei debeat amputari:vt in Lōbar. de homi.ho.l. qui vero intra treugam.Sed dic quòd hic constabat homicidiū perpetratū ab isto qui ita punitur:ibi vero non constabat, nisi per pugnam:in qua succubuit: vnde non est mirum si mitius puniatur: quoniam incerti sumus de iudicio dei: & multi per pugnā causam suam perdunt sine iusta causa:vt in Lombar. prædicto titu. vt recolimus.

Duellū quā doque permittitur.

b *Per duellum.* Nota hic casum in quo pugna fit:scilicet quando constabat cum fecisse homicidium, de quo dicitur hic.fit etiam pugna quando non occidit,sed vulnerauit tantum:& de hoc constabat.dicebat tamen illud fecisse se defendēdo,sicut in superiori casu, &.j.eadē.l.§. si quis alium.si autē constaret de homicidio, sed non ꝙ ille istud fecisset,tūc posset illud per pugnā probari:siue post treugam factam, siue post pacem dicatur eum fecisse homicidiū illud: vt in Lombar. de homi.ho. qui vero intra treugam.Poteris ergo addere istos duos casus,qui sunt in.l.ista,in quibus fit pugna aliis casibus, qui notātur in Lōbar. in summa Friderichi.Notabis etiam hic duos casus: scilicet prædictos in quib⁹ ex necessitate causatiua cogitur reus pugnam imponere:scilicet si nō vult puniri. Sunt autē & alij duo casus in Lōbar.in quibus similiter cogitur, puta in crimine læsæ maiestatis: itē vbi quis alium vocauerit arigā:id est cucurbitā:vt in Lōbar.de pur.rei.l.vlti.& de cōuitiis.l.j.quod erit speciale in prædictis quatuor casibus: cum aliàs regulariter pugna sit semper in electione actoris:vt in Lombar.qualiter quis se defendere debet.l.si quis amodo.&.l.de prædiis.&.l.si quis aliū astolicet omnes videantur dicere ꝙ reus teneatur se vel per pugnam defendere,vel iurare: vt in Lōbar.prædicto titu.c. si quis post. quod ita intelligitur,scilicet si actor voluerit, per prædictas leges.

Et ſà rege imperij beneficiū recipiant.

uanda, in subsequentibus declarabitur euidenter. Si quis hominem intra pacem cōstitutum occiderit,capitalē [a] subeat sententiam : nisi per duellum [b] hoc probare possit,quòd vitam suam defendēdo illum occidit. Si autem omnibus manifestum sit,quòd non necessario, sed voluntariè illū occiderit:tunc neque per duellum, neque quolibet alio modo excusabit, quin capitali damnetur sententia. Si vero violator pacis à facie iudicis fugerit:res eius mobiles à iudice in populum publicentur, & dispensentur:hæredes autem sui hæreditatē quam ipse tenebat,recipiant tali cōditione interposita,vt iureiurando spondeant,quòd ille violator pacis, nunquam decætero ipsorū voluntate aut consensu aliquod emolumentum inde percipiat. Quòd si hæredes neglecto post modum iuris rigore, hæreditatem ei dimiserint:comes eandē hæreditatem regiæ ditioni assignet:& à regio iure † beneficiū suscipiant. Si quis alium intra pacis edictum vulnerauerit:nisi ꝙ in duello,& vitam suā defendendo [c] hoc fecerit, probauerit,manus ei amputetur: & sicut superius dictum est, iudicetur: & iudex in causa ipsum, & res eius secundum rigorem iustitiæ strictius consequatur. Si quis aliquem ceperit, & absque sanguinis effusione fustibus percusserit,vel crines eius aut barbam expilauerit:decem libras ei cui iniuria illata esse videtur, per compositionē impendat:& iudici viginti libras persoluat.

Si vero temerarius absq; percusione eum inuadat eo quod vulgo dicitur cisteros,& calida manu ac verberibus contumeliisque male tractauerit, quinque libras pro tali excessu componat:& iudici pro tali excessu decem libras persoluat. Quicunque iudici suo pro excessu viginti libras inuadiauerit:prędium suum pro pignore illi tradat, & intra quatuor septimanas inuadiatam pecuniam persoluat. Quòd si intra quatuor septimanas prædium suum soluere neglexerit : hæredes sui si voluerint,hæreditatē recipiant, & comiti intra sex septimanas viginti libras persoluant.Si autem comes eandem hæreditatē regiæ potestati consignet : proclamatori etiam damnum restituat,& prædium à rege beneficiali iure obtineat.

Clericus qui pacem violauit, vel pacis violatorem receptauit: si quidem comparet in iudicio,pœna pecuniaria punitur. Si vero est inobediens: pœna maiori puniendus est. Baldus.

Si clericus de pace violata pulsatus fuerit, id est notatus & B proscript⁹ fuerit:aut pacis violatorem in cōtubernio suo habuerit:& de iis in præsentia sui episcopi sufficienti testimonio cōuictus fuerit:comiti in cuius comitatu idem cleric⁹ hoc perpetrauerit,viginti libras persoluat:& de tanto excessu secundū statuta canonum episcopo satisfaciat.Si autem idem clericus inobediens extiterit : nō solum officio & beneficio ecclesiastico priuetur, verumetiam tanquam proscriptus habeatur.

Dominus castri si violatorem pacis receptauit,aut eum repræsentet cum omnibus bonis suis mobilibus,vel sub iuramento eum C *adduci permittat:aut si hoc non faciat, punietur. Baldus.*

Si iudex populi clamore aliquem pacis violatorem ad castrum alicuius domini secutus fuerit: dominus cuius castrum id esse cognoscitur, ad faciendam iustitiam illum producat. Qui si de sua fuerit diffisus innocentia, & ante conspectum iudicis venire formidauerit : si mansionem in castro habet, do minus eius omnia bona mobilia sub sacramento iudici repræsentet : & eum decætero in domo sua,tanquam proscriptū non recipiat. Si vero mansionem in castro non habuerit: do D minus eius securè eum adducere faciat, & postmodum iudex cum populo eum tanquam pacis violatorem persequi non desistat. [d] Si duo homines [e] pro vno beneficio contendunt, & vnus [f] super eodem beneficio inuestitorem producit: illius testimonium [g], cum inuestitor donum inuestituræ cognoscit, comes primò recipiat: & si idem probare poterit idoneis testibus quòd absque rapina hoc idē beneficiū habuit: remota controuersiæ materia,

d *Persequi nō desistat.* armis scilicet legalib⁹, quibus imperatoriam &c.vt in prœmio instit.in prin.ergo & cōsequēter iudicē,de quo hic dicitur.& quidem non aliter iudex iudicare debet,quàm quod & legib⁹ & cōstitutionibus & moribus proditum est:vt instit. de offi.iudi.in princip.

e *Si duo homines.* i.quādo inuestitor dicit se illum inuestiuisse de illo beneficio: quam inuestituram fecit dono, nullo precio accepto. & hoc est quod dicit, donum inuestituræ recognoscit &c.

f *Et vnus.* nam si ambo producūt eūdē inuestitorē:tūc ille esset potior cui domin⁹ sine fraude guarētizaret:nisi aliud probaretur ab alio : vt j.de leg.Corra.§.si autem inter pares duos.

g *Testimonii.* scilicet eius qui produxit inuestitorem:

BIU Cujas

stitorem: quia debebat probare se inuestitum esse: vt infra sequitur, & si idem probare poterit &c. vel dicas illius testimonium &c. id est eius inuestitoris: quia comes debebit primo audire eius testimonium: id est, simplex dictum sine iuramento: vel cum iuramento si voluerit. & si dixerit se inuestituram in illum qui eum produxit, fecisse, tunc ille qui per eum produxit inuestitorem, debebit probare idoneis testibus &c. prior tamē intellectus magis consonat literæ: nihilo minus tamen comes audiet dictum inuestitoris. & hoc est quod dicit, inuestitoris donum &c. & intelligas quòd iste qui produxit inuestitorem, non possidebat. aliter enim nō haberet necesse probare, cum actore non probante &c. vt. C. de edē. l. qui accusare. nisi forte aliud esset quod pro aduersario faceret. Sed quare dicitur quòd debet probare se illud beneficiū absque rapina habuisse? nonne sufficit si probet se inuestitum, & illud habuisse? Respon. satis intelligitur probare hoc ipso quòd contrarium non probatur: dum tamen probet se inuestitum saltem per dictum illi[y] inuestitoris quem produxit. arg. ff. de iure do. l. dotem quæ. & C. qui mili. non poss. l. super seruis. & hoc etiā videtur dici. j. proxi. §. q̄ si de rapina &c. vel dicas q̄ ideo probare debet illud, vt remoueatur postea omnis controuersia de eo: & hoc est quod sequitur, remota controuersiæ materia &c. Accursius.

a *Soluat.* scilicet ei qui per rapinam abstulit. & intelligas hic rapinam non in propria significatione, cum res immobilis dicatur proprie inuadi, & res mobilis rapi: vt institut. vi bonorū raptorū. §. quod non solum. sub. §. quia tamen. & ita habes hic quòd debet soluere duplum rapinæ illius. Sed nūquid erit totum pœna: an in ipso duplo res continebitur? Respon. in ipso duplo res continebitur: ne aliàs cō tradicat constitutioni, si quis in tantam. C. vnde vi. vel aliis quæ dicunt rem in duplo contineri. Vel dicas quòd totum erit pœna: & propterea beneficium debebit amittere: & hoc est quod sequitur, beneficio vero careat &c. & propter prædictam pœnam reseruatur ei hoc ius: scilicet vt possit illud beneficium in posterū requirere de iure: cum forte res bene esset illius qui eum inuestiuit, veruntamen alius possidebat, quam possessionem iste inuasit. & hoc est quod sequitur, nisi iustitia &c.

b *Diuersos inuestitores.* si autem vnum produceret inuestitorem: tunc si possidenti dominus guarentare voluerit sine fraude, ille obtinebit: nisi aduersarius contra. induxit: vt infra de le. Corra. §. si autem inter pares duos.

c *Requirat.* quid ergo erit si nullum inueniat qui hoc dicat? Respon. beatus qui tenebit: nisi forte alter eorum probauerit de iure suo. In. §. ergo isto & superiori videtur dici quòd iudex siue comes debet cognoscere inter duos vel tres pares de controuersia feudi: quæ est contra aliam constitutionem eiusdem Friderici, imperialem decet solertiam &c. §. præterea si inter. vbi dicitur quod dominus debet cognoscere. sed dicas de hoc secundum quòd ibi notaui in summa titu. apud quem vel quos iudi. cau. feu. de. agitari.

id obtineat. Quòd si de rapina præsente iudice cōuict[a] fuerit: rapinā dupliciter soluat[a]: beneficio verò careat: nisi iustitia & iudicio dictante illud in posterum requirat. Si tres vel plures contendunt de eodem beneficio, producentes vtrinque diuersos inuestitores [b]: iudex in cuius præsentia causa ventilatur, à duobus requirat [c] boni testimonij hominibus, in prouincia eorūdem litigatorum commorantibus, per sacramentum quod iurauerint, quis illorum absq; rapina eius beneficij possessor extiterit: & cognita ex ipsorum testimonio rei veritate, possessor beneficium suū quietè obtineat: nisi iudicio & iustitia dictante alter de manu sua illud eripiat.

Miles à rustico de pace violata pulsatus, militari manu se purgabit. Quod si rustico per militem obiiciatur: diuino rusticus, aut humano iudicio suam monstrabit innocentiam. Baldus.

Si rusticus militē de violata pace pulsans, manu sua iurauerit, quòd non de volūtate [d] sua, sed de necessitate hoc fecit: manu militari se miles expurgabit.

Si miles rusticum de violata pace pulsauerit [e], & manu sua iurauerit, quòd non voluntate, sed necessitate hoc [f] fecit: de duobus vnum rusticus eligat, an diuino [g], an humano iudicio innocentiam suam ostēdat: aut septē testibus idoneis quos iudex elegerit, se purget. Si miles aduersus militem pro pace violata, aut aliqua capitali causa [h] duellum cōmittere voluerit: facultas pugnandi ei non concedatur, nisi probare possit quòd antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat.

Imperator præcipit ciuitatibus, quòd post natalem sanctæ Mariæ prouideant quòd sit verum vbertas: & statuitur pœna nō seruantibus eorum deliberationem & statuta. Baldus.

Post natalem sanctæ Mariæ vnusquisque comes septem boni testimonij viros sibi eligat: & de qualibet prouincia cum ipsis sagaciter disponat: & quanto precio secūdum qualitatem tēporis sit annona vendenda, vtiliter prouideat. Quicunq; vero contra deliberationem ipsius, intra anni terminum altius modium & carius vēdere præsumpserit, tanquam violator pacis habeatur: & totidem viginti libras comiti exoluat, quāti modios siue maldios altius vendidisse conuictus fuerit.

Rusticus arma non portet: nec mercator qui negotiandi causa per prouinciam transit: nec miles ad palatium comitis. Item nullus laqueos seu retia tendat ad capiendas venationes: nisi aduersus apros & lupos. Baldus.

b *Diuersos inuestitores.* si autem vnum produceret inuestitorem: tunc si possidenti dominus guarentare voluerit sine fraude, ille obtinebit: nisi aduersarius contra. induxit: vt infra de le. Corra. §. si autem inter pares duos.

c *Requirat.* quid ergo erit si nullum inueniat qui hoc dicat? Respon. beatus qui tenebit: nisi forte alter eorum probauerit de iure suo. In. §. ergo isto & superiori videtur dici quòd iudex siue comes debet cognoscere inter duos vel tres pares de controuersia feudi: quæ est contra aliam constitutionem eiusdem Friderici, imperialem decet solertiam &c. §. præterea si inter. vbi dicitur quod dominus debet cognoscere. sed dicas de hoc secundum quòd ibi notaui in summa titu. apud quem vel quos iudi. cau. feu. de. agitari.

d *De voluntate.* quod aliàs dicitur in Lombār. ästo animo. & in multis legibus, & maxime in titu. qua. quis se de. deb. si quis alium ästo animo appellauerit. & in multis aliis legibus. quod verbum exponitur, id est, voluntarie: secundum quòd hic est simpliciter positum: vt in Lombar. de ho. li. ho. l. si quis puellam. in fi. titu. & de incen. & damno & iniu. l. j. in princip. iure autem Romano dicitur calumnia. Accur.

e *Pulsauerit.* scilicet deferens, vel accusans, & accusando citans.

f *Hoc.* scilicet iuramentum tale præfatæ pulsationis. Accursius.

g *An diuino.* id est per iudicium candentis ferri, siue igniti: sicut hodie est consuetudo in multis locis portari: vel forte accedet ad. ix. vomeres ignitos: quorum quilibet calidus siue ignitus in terra ponetur vnus ante alium, & ipse portabit vnū ex eis, donec fuerit ad nonum: sicut ille qui parricidium commisit, timens per eum se casurum in seruitutem, cū ille forte esset seruus quem occidit, & hoc negauerit: vt in Lombar. de parri. l. iij. vel etiam per iudicium feruentis aquæ: sicut dicitur de seruo qui dicitur homicidiū abscōse perpetrasse: vt in Lō bar. de homic. li. ho. l. vlti. Quod autē sequitur, an humano iudicio: sic intelligas, id est per pugnam. Sed quæro cum quo debebit pugnare iste rusticus? nunquid pugnabit cū milite: an cum campione ei dato à milite? Respon. nisi cum milite, non debebit pugnare: quoniam principales personæ debent per se pugnare, nisi iuuenilis ætas, aut decrepita, aut infirmitas eos pugnare prohibeat: & in aliis quibusdam casibus: vt in Lombar. qualiter quis se defendere debe. l. quicunque. &. l. fina. &. l. si seruus propter appetitum. & titu. de ho. li. ho. l. qui vero. Vel dicas, (& hoc forte verius est) quòd non pugnabit cum milite: sed cum campione sibi æquali dato à milite: quoniam per consimiles aduocatores fieri debet pugna: vt in Lombar. qualiter quis se defendere debeat. l. vlt. nec enim potest quis contra militem nolentem pugnam imponere: nisi probauerit q̄ antiquitus ipse cum parentibus suis natione miles existat legitimus: vt sequitur infra proxi. nisi forte velles dicere quòd aliud sit quando miles imponit pugnam contra rusticum: & tunc per seipsum pugnabit: & aliud quando rusticus vult pugnam imponere militi, & tunc non posset eam imponere: vt infra. §. prox. dicitur, quia tunc miles debet se purgare sacramento suo. & ita erit deterioris conditionis rusticus quàm miles: nec mirum, cum in multis casibus priuilegium habeat miles, quod non habent alij, quos hic enumerare esset prolixum. nimirum quia magis debet puniri corporaliter rusticus, quàm miles: vt argu. C. de summa trinitate. l. nemo clericus. licet pecuniariter secus: vt. C. de episcopis & clericis. l. presbyteri.

Rustic⁹ deterioris est conditionis, quàm miles.

h *Capitali causa.* sic ergo videtur quòd de quolibet capitali crimine pugna hodie possit imponi: quod est contra ius Lombardorum, quo videtur prohiberi pugnam fieri nisi in casibus à lege dictis: vt notatur in Lombar. qualiter quis se defende. debe. l. quicūque. & titu. de homine ad iudiciū non mittēdo. l. vnica. pugna enim est odiosa, & legi displicet: vt in Lombar. de ho. li. ho. recolimus.

BIU Cujas

limus enim.& odia sunt magis restringenda,quàm amplianda: vt ff.de lib.& posthu.l.cum quidam.vel dicas etiam quòd nihil innouetur per id quod hic dicitur.& intelligas quod hic dicitur, aut aliqua capitali causa,scilicet per quam pugna oriatur. & hic forte est verior intellectus,qui potest colligi ex eo quod dixit,aliqua,& non dixit,qualibet,sicut & aliàs, secũdũ quosdã itelligitur quod legit ĩ Lóbarda, qualiter quis se defendere debet de futuris vel de minoribus causis:quia quod ibi dicitur de minoribus causis,intelligũt ipsi & de his causis in quibus nó potest fieri pugna gratia rei, quia est infra quantitatem de qua aliàs fieret pugna, puta quia est furtũ infra sex solidos, aut depositum negatum infra viginti solidos:non de aliis,de quibus aliàs nó posset imponi pugna. licet quidam istud aliter intelligant: vt ibidé notatur. sic etiam aliqui intelligunt legé,si quis alium asto animo &c. scilicet verbum illud an,vnde ipsa appellatio agatur:id est de causa de qua pugna oriatur.In hoc tamen arctabitur forte ius Lõbar.per hoc quod hic dicitur, scilicet quòd contra militem nõ poterit hodie pugna imponi,nisi à milite:secũdũ quod sequitur ĩ hoc §.nisi ꝓbare posit &c.

† *insolẽtia.*

a *Si quis rusticus arma.* & ita habes quòd rusti ci non audent portare arma: sicut aliàs dicitur quòd rustici non audẽt optare pecuniã: vt.C.de agri.& censi.l. domini prædiorum. & intelligas quòd forte tollere debebit ei arma,quando non poterit ei auferre pecuniã: cum talis erit,qui non audeat eam optare, vt dixi,quia forte non poterat ꝺseparari à solo:de quibus forte loquitur hæc lex prædicta. aliis vero rusticis auferet viginti solidos,si habuerint.& hoc est quod dicit lex, viginti solidos &c. Vel dicas ꝙ tollet vtrũque, scilicet arma & pecuniã,si habuerit: & exponas vel pro &.

Arma portare,& pecuniã optare,nõ audẽt rustici.

†*tõdeatur.*

b *Nõ vt quẽ ladat.* i.nõ eo aĩo vt quẽ &c. ecce vt hic palã dicit Imperator maleuolũ animũ habere arma deferẽtẽ.

Si quis rusticus arma [a] vel lanceam portauerit, vel gladiũ: iudex in cuius potestate repertus fuerit,vel arma tollat,vel viginti solidos pro ipsis recipiat à rustico. Mercator negotiandi causa per prouinciam pertransiens, gladium suum suæ sellæ alliget,vel super vehiculum suum ponat:non vt quem [b] lędat innocentem, sed vt à prædoue se defendat. Nemo retia sua, aut laqueos, aut alia quælibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad vrsos, apros,vel lupos capiẽdos. Ad palatiũ comitis nullus miles ferat arma nisi rogatus à comite.

Publici latrones antiqua damnantur sententia,& iis non prodest appellatio vel reclamatio,sicut nec cæteris qui appellare non possunt. Baldus.

Publici latrones & conuicti, antiqua damnentur sententia.

Quicunque aduocatiam suã, vel aliquod aliud beneficium inornate tractauerit,& à domino suo admonitus non resipuerit,& in sua perdurans insolertia †, ordine iudiciario tam aduocatia quàm beneficio exutus fuerit:si postmodũ ausu temerario aduocatiã vel beneficiũ iuaserit, ꝺp violatore habeatur.

Si furatus est aliquis valorẽ quinq; solidorũ,vel amplius,laqueo suspẽdatur.si vero minꝰ,scopis & forpice excorietur & tundatur.

Si quis quinque solidos valens,aut plus fuerit furatus, laqueo suspẽdatur:si minus, scopis & forpice excorietur & tũdatur †. Si ministeriales alicuius domini inter se guerram habuerint:comes siue iudex in cuius regimine eam fecerint, per leges & iudicia ex ratione prosequatur. Quicũque per terram transiens equum suum pabulare voluerit,quãto propinquius secundum viam stans in loco amplecti potuerit ad refectionem & reparationem equi sui,impune ipsi equo porrigat. Licitum sit etiam ipsi vti herba & viridi sylua: & sine vastatione aliqua quilibet vtatur ꝺp sua cõmoditate,& vsu necessario.

c *HIC FINItur lex,deinde consuetudines regni incipiunt.*

Quidam aliter habent,scilicet ita:Hic incipit lex cõsuetudinis regni. meliorem tamen puto hanc rubricam,quia verum est quòd lex hic finitur,scilicet superior lex de pace tenenda:scilicet Fridericus.& quod sequitur,non est lex,sed consuetudines sunt potius.

d *Omino. Solutus est.* Nũquid vasallus interim poterit vendere sine cõsensu ipsius domini sui bãniti,ita ꝙ teneat vẽditio, & ꝙ dominꝰ nõ possit eã vẽditionẽ rescindere postquã fuerit restitutus? Et videtur ꝙ sic,ad exemplũ filij eiꝰ qui deportatꝰ est,nã ea quæ gesta sunt ꝑ ipsum filiũ tũc qũ pater eius est deportatꝰ, rata debẽt haberi,nec infirmãtur patre restituto: vt.C.de sen.pass.l.viti. circa prĩ.& merito debet tenere venditionẽ & interim dũ est bãnitus,posset damnũ ipse in bonis eiꝰ dare: cũ aliàs nihil videt ei nocere bãnũ.Itẽ tunc nõ dicit feudũ vendi: quia tunc nó videt feudum esse,cũ interĩ vasallꝰ est solutus à sacraméto fidelitatis:à qua fidelitate feudũ dicitur:vt.ĩ.ꝑ quos fiat inuesti.& per quos reci.c. nulla. Sed dicas,& forte melꝰ,ꝙ nõ posit interim vẽdere:licet interim nõ possit venditio retractari. Nec enĩ dñs amisit dominiũ directũ quod retinuerat tẽpore fuestituræ ꝓpter bannũ nisi forte bona eiꝰ essent et presim publicata:cum Bet etiã tunc forte eo resti nõ tuto,& bona eius stel- sub ligerẽtur restituta: vt C.prædi.tit.l.j. & vlt. circa finẽ.& maxime dominus habet filios.interim feudũ ad eos ꝑtinet: cum hodie bona deportati nó publicẽtur: vt.C.de bon. proscrip. authẽ. bona. Sed quid si dominus bãnitus est ab aliqua potestate alicuius ciuitatis sub cuiꝰ iurisdictione est & dominꝰ,& vasallus?nũquid interim vasallus sacraméto fidelitatis absolutꝰ est, ita ꝙ non sit obligatus ad eũ adiuuandũ,vel ei seruitiũ prẽstandũ?Rñ.forte sic,eadẽ ratione vt bãnito à rege: cũ ratio diuersitatis reddi non possit.ar.C. de consili. pec.l.vlt.nisi forte diceres contrariũ ea ratione,ꝙ maior sit rex aliqua potestate.

e *Secundũ vsum Mediolanensiũ.* immo secũdũ cõmunẽ vsum.licet enim vasallus seruitiũ domino nó offeratur,tamẽ nó ob hoc feudum amittit,dũ tamẽ domino petẽti seruire paratus sit.verũtamẽ si sciuerit domino magnũ periculũ imminere,vltro adiutoriũ suũ debet dño prẽbere: alioquin feudũ ꝑderet:vt.ĩ.si de feud.cõtrouer.fue.c.licet.& hoc est quod dicitur.ĩ.proxi.tu tamẽ scias &c.hæc tamẽ vertẽtur in causæ cognitione secundũ quod hic dicitur,bonus tamen iudex &c.

TITVLVS XXVIII.

HIC FINITVR LEX: deinde consuetudines regni incipiunt [c].

Vasallus dominum suum non adiuuans in prælio iusto,feudum perdit:in bello autem iniusto ad defendendum eum iuuare tenetur:ad offendendũ vero potest si vult,sed non cogitur,nec feudum perdit. Baldus.

DOmino guerram faciente alicui, si sciatur quòd iuste,aut cum dubitatur,vasallus eum adiuuare tenetur.Sed cum palam est quòd irrationabiliter eam facit, adiuuet eum ad eius defensionẽ: ad offendendum vero alium non adiuuet,si vult.Sed si eum adiuuare noluerit:non tamen feudũ amittet, secundum Obertũ de Orto,& Gerardum Capagistũ. Alij vero sine distinctione dicũt semper debere eũ adiuuare. Sed Obertus & Gerardus vtũtur eo argumento,quòd quemadmodum dominum excõmunicatum, vel à rege bannitum, nõ est obligatus vasallus ad adiuuandum,vel seruitium ei prẽstandum,immo solutus est [d] interim sacraméto fidelitatis, nisi ab ecclesia,vel à rege fuerit restitutus: ita nec istum iniustè guerram alicui facientem.

Vasallus non cogitur domino offerre seruitium: & quantocunque tempore steterit quòd seruitium non præstiterit, feudum non amittit. Fallit in tribus casibus hic insertis. Iaco.de Bel.

Ad hoc quantocunque tempore steterit vasallus quòd domino non seruierit, secundum vsum Mediolanensium [e] beneficium non amittit,nisi seruitium facere renuerit: vel nisi à domino ei denunciatum fuerit,& ille cũ potuerit diu steterit ꝙ seruitium nullum ei fecerit.Bonus tamẽ iudex variè ex personis causisque definiet: & finget vasallum remotũ esse vel propinquum : paratum esse,vel non:dominũ guerrã habere,vel non : vtrum etiam magnam,vel paruam:& an nunciauit ei dominus,vel non.hæc omnia vertuntur in cognitione causæ, &

promptiores [a] sumus ad absoluendum, quàm ad condemnandum. Tu tamen scias, quòd si vasallus sciat dominum obsideri, vel aliter ei mortem imminere: & cum potuerit ei non nunciauerit, vel etiam sine nuncio eum non adiuuerit, feudo priuabitur. Si vasallus in feudo aliquod ædificium fecerit [b], vel ipsum sua pecunia melioraverit, & contigerit postea vt vasallus sine filio masculo decedat: dominus aut patiatur ædificium auferri, aut soluat preciũ [c] meliorationis. Idẽ dico si precio seruitutem fundo acquirat. Quidam alij dicunt omnino ad dominum pertinere.

Si vasallus nullo hærede relicto ante Martium decesserit, fructus domino pertinent ad quem deuoluitur feudum. secus si post Augustum decedat, quia tunc eius hæredis erunt. Bald.

His consequenter dicitur, quòd si vasallus decedat sine hærede masculo, & contingat feudum ad dominum reuerti, sic distinguitur, quòd si ante Martium, [d] omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes, ad dominum pertinebunt. [e] Si vero post kalendas Martij vsque ad Augustum, omnes fructus qui interim percipiuntur, ad hæredes vasalli pertineant. [†] Si vero post Augustum, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere. Conter omnes [f] debet vasallus dominum adiuuare, & contra fratrem [g] & filium & patrem: nisi contra alium dominum antiquiorem. [h] hic enim cæteris est præferendus.

TITVLVS XXIX.
DE FILIIS NATIS EX matrimonio ad morganaticam contracto.

QVidam habens filium ex nobili cõiuge, post mortem eius non valens cõtinere, aliam minus nobilẽ duxit: qui nolens existere in peccato, eam desponsauit, ea lege, vt nec ipsa, nec filij eius [i] amplius habeant de bonis patris, quàm dixerit tempore sponsaliorum, verbi gratia decem libras, vel quantum voluerit dare quando eam desponsauit: quod Mediolanenses dicũt accipere vxorem ad morganaticam: alibi, lege Salica. hic filiis ex ea susceptis decesit. Isti in proprietatem non succedunt, aliis extantibus: sed nec in feudo, etiam aliis non existẽtibus: qui licet legitimi sint, tamen in beneficio minime succedunt. In proprietate vero succedunt patri, prioribus non existentibus. succedũt etiã fratribus sine legitima prole decedẽtibus secundum vsum Mediolanensiũ.

TITVLVS XXX.
DE FEVDO FOEminæ.

Filiæ matri in feudo fœmineo succedunt masculis non extantibus, secundum Oberiũ

---

a *Et promptiores.* hoc est quod aliàs dicitur. ff. de act. & oblig. l. Arrianus. & fauorabiliores sunt rei quàm actores: vt. ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. & hoc est verum, nisi pro libertate, & pro re priuilegiata pronunciari possit. tunc enim magis condemnare quàm absoluere debemus: vt. ff. de re iudic. l. inter pares. Accur.

b *Aliquod ædificiũ fecerit.* cum fortalsis facere non debeat, nisi hoc in fundo colligẽdorum fructuum causa faciat. Sed si quis ædificauerit: forsitan nec tollere nec reficere sine quæstione potest: rem tamen suam poterit vindicare. argu. ff. de vsufruc. l. sed si quid inædificauerit. in prin. Accursius.

c *Soluat precium.* aliàs enim submouerentur exceptione doli mali, nisi precium exoluerit: vt ff. de actio. emp. & venditi. l. Iulia. §. j. & insti. de rerum diuisi. §. certe illud. &. ff. de vsufr. l. sed & si quid. & de rei vin. l. si fundi poss. &. l. fundo. &. ff. de pignora. actio. l. j. &. l. elegãter. §. vlti. &. l. si seruus pigno. &. l. si necessarias. &. ff. de contra. iu. tu. l. j. §. finito. &. ff. ad Trebel. l. hæres cum de. &. l. patroni filius. §. vltimo. &. ff. loca. & condu. l. dominus. §. j. &. l. penul. & quod dicit postea, idem dico si precio seruitutem fundo acquisiuit. istud dico, quia per se non potest subsistere: vt notatum est supra. illi vero qui dicunt omnino ad dominum pertinere, sine dubio inepte locuti sunt: vt mihi videtur. Accursius.

d *Ante Martiũ.* Quod hic dicitur de fructibus, distinguitur vt aliàs in hærede fructuarij obseruatur: vt. ff. de vsufr. l. defuncta. sed inter vxorem & maritum aliter fit fructuum diuisio: vt. ff. solu. matrimo. l. diuortio. qualiter autem distinguatur, diligenter est attendendum: quia de facto sepissime accidit. quod vltimi dicunt, iniquitatem continet, & ideo male dicitur: sicut superius in alio cap.

e *Pertinebunt.* quòd isti bene dicant, probatur argumen. ff. de vsur. l. Herennius. & institut. de rerum diui. §. is vero ad quem vsusfructus.

f *Contra omnes.* sed nunquid contra se debet dominum adiuuare? Respon. videtur quòd sic: quoniam generaliter iurauit ei vasallus fidelitatem contra omnes homines: vnde generaliter facienda est interpretatio: vt ar. ff. de lib. lega. l. si quis rationes. &. C. de fideicommiss. l. cum virum. vnde cum fecerit diuisionem personarum, vniuersos comprehendere intelligitur. argu. C. de donat. l. data. & maxime cum teneatur contra filium eum adiuuare, vt statim sequitur: cum eadem quasi intelligatur patris persona cum persona filij: argu. institu. de inuti. stipu. §. ei qui. sicut aliàs non interest vtrum veritus sit in se pater, an in filiis: vt. ff. quod metus cau. l. isti quidem. §. vlti. si enim vasallus tenetur dominum adiuuare contra filios, & ab illis eum defendere: ergo multo fortius contra se, & à se. argu. ff. de condic. inde. l. frater à fratre. &. C. de euic. l. siue. econtra videtur quòd non debeat contra se dominum adiuuare. nec enim semper est facienda interpretatio generaliter generalis sermonis. arg. ff. de min. l. illud. in fin. & de procura. l. mandato. immo de generalibus est facienda tacite exceptio: vt. ff. de ser. si cui. nec enim est credendum quòd intellexisset iurare contra se, cum specialiter contra se non fuisset iuraturus: vt arg. ff. de pec. l. qui peculij. in generali enim isto iuramẽto videtur tãtum de extraneis cogitasse siue dixisse. ar. ff. loca. & condu. l. qui insulam. §. vlti. &. ff. communia præd. l. qcquid. item facit contra eum: quia contra stipulatorem debet fieri interpretatio. ff. de verbo. obli. l. stipulatio ista. §. ij. Pro domino verò adhuc videtur facere litera sequens, scilicet nisi contra alium antiquiorem dominũ &c. Cum ergo vnum excipiat, merito omnes alios videtur comprehendere. arg. ff. de iudi. l. solemus. quid ergo dicemus? Respõ. quòd non teneatur contra se dominũ adiuuare: quoniam in isto generali sacramento videtur tãtùm de extraneis cogitasse: vt arg. ff. cõmunia prædi. l. quicquid. Item alia ratione: aut enim dominus iuste habet guerram cum eo, aut iniuste. si iuste: non propter aliud de causa leui nisi propter aliquã culpam ipsius vasalli. vnde eo ipso forte poterit feudum ei auferri. ad quid ergo teneretur eum adiuuare cõtra se, cum nihil aliud pateretur, si etiam contra alios eum non adiuuaret, nisi quia feudum amitteret? si autem iniuste, adhuc idem: quia hoc ipso deberet dominus amittere proprietatem feudi: sicut vasallus caderet à feudo, si contra dominum hoc faceret: vt supra si de feu. cõtrouersia fuerit. c. domino committente. & infra qualiter dominus à proprie. c. ex facto. & ar. supra de for. fideli. in fi.

Vasallus cõtra se, dominum iuuare nõ tenetur.

g *Fratrem.* sed nunquid dominus eodem modo debet vasallum adiuuare contra omnes homines, & cõtra fratrẽ & filiũ? Rñ. vtique, cum in his omnibus debeat dominus vasallo vicem reddere, quæ vasallus tenetur præstare domino: vt supra prædicto titu. de forma fidelita. in fi. cum etiam dominus amitteret proprietatem per eandem feloniam, per quam vasallus amittit feudum: vt supra si de feu. controuer. fue. c. domino committente. & infra qualiter dominus à proprie. c. ex facto.

h *Dominum antiquiorem.* scilicet à quo antè feudum tenebat. vnde recte facit si nominatim excipiat eum quando iurat fidelitatem, sicut nominatim debet excipere personam Imperatoris: vt in constitutione Friderichi, imperialem. §. illud quoque præcipimus. & merito, quoniam qui prior est tempore, potior debet esse iure. ff. qui potio. in pig. ha. l. potior.

DE FILIIS NATIS EX MATRImonio &c.

i *Qvidam. Nec filii eius.* De talibus filiis intelligo loqui supra si de feu. controuer. fue. c. mulier. &. c. filij nati. vt antiquitas secũdum leges habeat authoritatem: & vocatur hæc lex Salica.

DE FEVDO FOEMINAE.

a *Si fœmina. Masculis.* hic no. quòd filiæ non succedunt matri in feudo, licet à matre sumpserit initium: & hoc secundũ istos: licet aliis aliter videatur: vt supra dicitur proxi. ca. §. j. infra de na. suc. feu. & merito non succedunt sine pacto speciali. nam secundum rigorem cõsuetudinis filij masculi non succedunt matri in feudo, cum secundũ vsum regni dicatur feudum paternum, & non maternũ. sed de æquitate admittuntur: vt supra titu. an maritus succe. vxo. in bene. c. si fœmina.

b *Succedere.* nisi forte paratus sit seruire per substitutum domino: arg. C. de episc. & cler. l. quisquis. & l. ad similitudinem. & ff. de arbi. l. si arbiter. in fi. l.

c *Postposuerit.* statim enim cum fuit factus clericus, vel cõuersus, fuit domino feudum apertum, sicut & de eo qui feudum illicite alienauit non voluntate domini. licet enim recuperauit ab emptore, non tamen penes se retinebit: cum domino erat apertum per alienationem: vt infra quid iur. si post ali. feu. va. id rec. l. præterea. hic ergo colligitur manifeste quòd non restituũtur amissa, licet in pristinum statum res redierit: vt argu. institu. de capi. de. §. quod autem. & ff. de adop. l. qui libertus. ar. contra. C. de sen. pas. & resti. l. j. & vlti. & ff. de in ius voc. l. sed & si. & ar. contra supra tit. hic finitur lex c. j. & in summa, vt in libel. di. Py. rub. nec enim iura restaurantur. aliàs restituantur.

d *Succedunt.* etiam si eum forte acquisiuit: forte cum esset clericus: quoniam scriptum est, Nemo militãs deo implicat se negotiis secularibus: vt in decre. xvj. dist. c. apostolorũ. & c. placuit. sicut supra dictum est, quia qui factus est miles dei, desinit esse miles seculi: vt supra de eo qui ar. bel. dep. l. j.

2. Timo. 2. 4.

SI VASALLVS feudo priuet, cui deferat.

e *Vasalli. Quãdoque.* Puta quãdo beneficiũ nõ est nouum: quoniã aliàs nõ pertineret ad agnatos, sed ad dominũ: & ita intelligũt quidã quod legitur. s. in qui. cau. feu. amit. §. vlt. s. vt ibi loquatur de nouo beneficio: tamẽ puto q̃ hic loquat̃ de paterno. & quod hic dicit, licet quãdoq; intelligas. s. quãdo vasallus non delinquit in dominũ, sed in aliũ: quoniã tunc pertinet ad agnatos, & non ad dominũ, secundũ quod ibi dicit. si autẽ in dominũ deliquisset, tunc secus est. & hoc est quod ibi dicitur, vt dominus

& Gerardum: sed secundum alios non succedunt, nisi per pactum sit actum. Baldus.

SI fœmina habens feudum decesserit: quia fœmineum est feudum, & sine pacto speciali, deficientibus filiis masculis [a] ad filias pertinebit. Obertus & Gerardus. Alij vero dicunt nisi per pactum speciale ad eas non pertinere: sicut si datum esset filio masculo: quia si ideo quòd est fœmineum, sine pacto transit in fœminas: eadem ratione, quia est fœmineũ, transit in fœmineam prolem, etiam masculis extantibus: quod falsum est. Ex hoc illud descendit quod dicitur clericũ nullo modo in beneficium paternũ debere succedere, [b] etiã si postea quam habitum religionis assumpserit, postposuerit. [c] Idem in omnibus qui habitũ religionis assumunt, vt conuersi. hi enim nec postea in feudo succedũt: [d] & si quod habent, perdunt.

TITVLVS XXXI.

SI VASALLVS FEVdo priuetur, cui deferatur.

Filius non succedit patri in feudo, nec agnati vsque ad tertium gradum: quandoque nec descendentes in infinitum, si vasallus feudo priuetur propter suum delictum: nisi filius conquirat, domino gratiam sibi faciente, non extantibus agnatis. Baldus.

VAsalli feudum delinquentis, licet ad agnatos quandoque [e] pertineat, filius tamen [f] ad id nullatenus adspirabit, nisi id iterũ à domino licite acquirat sibi gratiam [g] faciente. verbi gratia si non sunt alij ex latere, quib⁹ [h] aperiatur: ad eius petitionẽ admittuntur qui quarto gradu sunt remoti ab eo q̃ id acquisiuit, & etiã vsq; ad ĩfinitũ: dũ tamẽ hos cõstet ab eo per masculos descẽdisse.

TITVLVS XXXII.

QVI TESTES SVNT necessarij ad nouam inuestituram probandam.

Noua inuestitura probatur per testes pares curtis, aut per breue testatum à paribus cõfirmatum, siue dominus sit laicus, siue clericus: nec aliter facta valet, etiã si dominus confiteatur factam, & alii contra testãtur. Vetus autem inuestitura probari potest testibus quibuscunque, paribus, vel non paribus: masculis tamen, non fœminis. Bald.

SIue clericꝰ, siue laicus sit dominus, ad probandã nouã inuestiturã [i] semper pares curiæ sunt necessarij: & si sine eis facta sit inuestitura: etiã si dominꝰ cõfiteatur factã: quia tamẽ sine hac solennitate facta est, nõ valet, etiã si probari possit per breue testatũ. Sed si alij cõtra testãtur, & si dominus cõfiteatur factã, decurrens postea ad solẽnitatẽ cõsuetudinis, non audiatur: sed tale habeatur ac si pares affuissent: sed alij, etiam si probari possit per breue testatũ: vt Obertus & Gerardus, nisi à paribus curiæ fuerit cõfirmatum. Cõsules tamẽ Mediolanẽses nuper in quibusdam omnia cõtra rescripserunt: in quo fere omnes Mediolanẽses cõsenserũt & consentiunt: vt breue testatum nõ à paribus, sed ab aliis confirmatũ sufficiat ad probandã nouã inuestiturã. Nouã ĩuestiturã dico, quando feudũ primo quærit. De veteri autẽ beneficio ĩuestiturę, quę fit à domini successore, vel vasallo successori: etiã extranei recipiũtur ad testimoniũ, prẽter fœminas, secũdum vsum Mediolanensiũ. Istæ enim nec ĩ causis feudi nec aliorũ recipiũtur ad testimoniũ: cẽteri autẽ recipiũtur in omnibus quæ ad causas feudi pertinent, præterquã de noua inuestitura.

TITVLVS XXXIII.

DE CONSVETVDIne recti feudi.

Primo ponit quibus modis acquiritur feudũ: secũdo qualiter probetur noua inuestitura. secunda ibi. Quod tamen dictũ. Baldus.

SCiendũ est itaque feudum acquiri ĩ uestitura, [k] successione, vel eo quod

A habeat hanc suæ iniurię vltionẽ. licet videatur forte æquior sententia prior: ne ex delicto alterius, alius damnum patiatur.

f *Tamen.* sic ergo est deterioris conditionis filius quàm alius: & patris delictũ nocet filio. alterius ergo delictũ alteri nocet, quod fit plerũq; propter delicti magnitudinẽ: vt. C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. aliquãdo pter nimiã personarũ coniunctionẽ. ff. si quis ali. test. phi. l. j. licet alibi dicat q̃ delictũ patris filio nocere nõ debet: vt. ff. de sena. l. emãcipata. & de bo. pos. cõtra tabu. l. j. & ij. & de pœ. l. moris. §. pe. & in summa: vt no. in libel. Py. dispu. c. plenissime s. dictũ est qualiter quis ex suo facto &c. & rub. sequẽ. aliquãdo etiã filij delictũ nocet patri in feudo quod pater habebat: vt in const. Frid. de. imperialẽ. §. insuper si filius vasalli.

B

g *Gratiam.* hoc tale est ac si dicat, tunc non potest dominus filio gratiam facere.

h *Quibus.* & ita videtur quod ex latere veniẽtes excludant non solũ filiũ in casu isto, sed etiã omnes descẽdẽtes: quod forte est verũ: immo sine forte: vt s. si de feud. controuer. fue. c. si vasallus culpã.

C

QVI TESTES sunt necessarii ad nouam inuestituram probandã.

i *Siue clericus. Ad probandã nouã inuestiturã.* Hic manifestè corrigit quod dictũ est. ĩ. quid sit fuesti. in prin. Vel dicas q̃ istorũ sentẽtia corrigit per alios qui melius dicere videtur: & merito eorũ sententia prævalet. nam & hæres decurrẽs ad solẽnitates iuris cũ ab eo legatũ vel fideicõmissum petat, soluere detrectãs nõ audit: vt. C. de fideicõ. l. quęstionẽ. & ibi de fideicõ. hære. §. vlti. sed occurret ĩstãtia. nã reperit q̃ pr dicit emãcipationẽ à se factã: sed decurrẽs ad iuris solẽnitatẽ, filiũ redigit in potestatẽ suã: vt. C. si aduersꝰ rẽ iu. l. si cũ. Sol. ibi reuocat, quia de substãtia emãcipationis aliquid defuerat, puta quia nõ fuerat authore prętore facta: sed hic nõ est ita quoniã testes non sunt de substãtia ĩuestiturę: vt ita dixerimus: ar. ff. de adop. l. post mortẽ. qui autẽ testes in vtraq; inuestitura sint necessarij ad ipsam probandã, notatum est. s. quid sit inuesti. c. i. §. si enim. hic ergo secundũ meliorẽ sententiã nõ nocet etsi de solẽnitate aliquid deest: quibꝰ subueniri potest: vt. j. iiij. char. Accur.

D

DE CONSVETVDINE &c.

k *Sciendũ. Inuestitura.* & per eã solã potest cõstitui: vt. s. qui. mo. feu. cõsti. potest. c. sciẽdũ &c. istis autẽ duobus modis potest acquiri:

BIU Cujas

acquiri: vt hic, &.ſ. de feu. cog. ſciendum. immo & tertio modo, vt hic: & quarto ſimiliter: vt notatur in ſumma qualiter feud. cõſtitua. & acquiratur.

a *Paribus curiæ.* ſi autem non dixit coram curiæ paribus, tunc forte ſecus eſſet: quoniã tunc non proprie feudum, ſed quaſi feudum cenſebitur, donec vixerit ille qui ita nactus fuerit, & nullũ in eo habebit ſucceſſorẽ: vt.ſ. quib. mo. feu. conſti. poteſt. c. ſciendũ. vn de talis erit differentia inter hunc caſum & illum: quoniam hic dixit coram curia, ibi vero non. vel etiam intellige hunc caſum ſecundum illum. Accurſius.

b *Fundi.* no. quòd ex eo ſolo vaſallus poſſeſſor efficitur, quia animo ſolo non acquiritur poſſeſſio: vt. ff. de acquirẽ. poſ. l. poſſederi. in princ. licet videatur obuiare. ff. prædicto titu. l. j. §. fi. & qualiter intelligatur, ibi exponitur. Hic no. per patientiam poſſeſſionem transferri. ſimile. ff. de dona. l. qui ſaxũ. & de acquirẽ. re. do. l. qua ratione. aliàs transfertur poſſeſſio per retentionem vſusfru. C. de dona. l. quiſquis. &. l. ſi qs argentũ. §. ſed & ſi quis. aliàs deſignatione: vt. ff. de peri. & cõ. rei ven. l. quod ſi. aliàs oculorum ſubiectione: dum tamẽ affectus interueniat: vt ff. de acquir. poſ. l. j. §. ſi iuſſerim. &. l. qđ meo. §. ſi vẽditorem. aliàs alterius rei traditione: puta clauium horrei, vel cellæ vinariæ. ff. prædicto tit. l. j. §. ſi iuſſerim. & de contrahen. empt. l. clauibus. aliàs conductione. & oẽs iſti quinque caſus transferendi poſſeſſionem his verſibus declarantur: Viſu, ſiue rei mutuatę venditione. Si cõductorẽ iuſſi deponere, rerũ Clauibus & chartis: mea ſi conduco ſcienter, Quanuis non aliter detur, poſſeſſio tranſit.

c *Aliquo tempore.* ſed de quo tempore intelligitur? Reſpon. xxx. annorum: vt.ſ. ſi de feu. contro. fue. c. ſi quis per triginta annos. vel intelligas etiã de tempore vnius anni per quod ſtetit in poſſeſſione ſciente domino ipſo hoc non ignorante, cum delatione tamen iuſiurandi: vt. j. ſequitur, præſtito &c. &.ſ. ſi de inueſti. inter dominum & vaſal. lis oria. §. ſi autem aliquis. & non intelligas de dicto tempore triginta annorum: quia tunc puto ſine dilatione ſacramenti debere abſolui.

d *Et non contradicente.* valde notabile hoc verbum eſt. nam propter hoc videtur conſentire: & ſibi præiudicium facit: & omnia notantur de hac materia. ſ. ſi de inueſti. inter dominum & vaſal. lis oria. §. ſi autem aliquis.

e *Non probet.* & merito, quia cõtra dominum præſumitur, cum præſens ſit: vt notatur. ſ. ſi de inueſtitu. inter dominum & vaſal. lis oriatur. §. ſi autem aliquis. Item ſupple vel quaſi probet, puta iurando, vt ſequitur ſtatim, præſtito iuramẽto &c. &. j. eo. §. item ſi inter dominum. iuſiurandum enim eſt loco probationis: vt inuenies notatum. ſ. ſi de inueſti. inter do. & vaſal. lis oria. §. ſi quis ſe vel patrem &c.

f *Expectandi ſunt.* Ecce quod in diſtinctione notauimus: quòd ſi abſint pares, expectari debent: aliàs enim non valeret noua inueſtitura: vt hic dicitur. Poteſt & hic notari arg. ad quæſtionem illam in qua dicitur de eo qui ſibi ius dixit propter inopiã magiſtratus. nam & ibi dicitur quòd ſi aberat, debuit tamen expectari.

g *Iudicem moueat.* ſed nunquid propter vnum teſtem ſe mouebit iudex? Reſpõ. vtique. inducit enim præſumptionẽ vox vnius. argu. ff. de iureiur. l. ſi duo patroni. in princ. & de liber. agno. l. j. §. fi. & C. de aduoca. diuer. iud. l. nemini. & C. de decur. l. ſi quis decurio. &. ff. quemadmod. teſta. ape. l. j. &. ij. in fi. & de dote prælega. l. Theopompus. licet cõtra ſit in authen. de inſtru. cau. & fide. §. ſi vero moriãtur omnes. colla. vj. vbi dicit, & omnino ſe putauerit. & argu. cõtra. ff. de quęſtio. l. maritus. ſed ideo ibi fuit remota quęſtio ancillæ, quia non debuit in dominum ſuum torqueri. C. de quęſtio. l. j. Item licet contra, eodẽ iure: vt no. contra C. de teſti. l. iuriſiurandi. ſi ergo vis, circa hũc articulum diſtingue latius: & recurre ad diſtinctionem Py. actore non probante &c. ſic ergo ſecundum determinationem iſtius c. eſt intelligendum qđ dicitur. ſ. ſi de feu. controuer. fue. ca. inter filiam. &. j. de cõtrouer. inter maſcu. & fœmi. de benefic. ca. item ſciendum.

Præſumptionem inducit vnius depoſitio.

† *aliàs num quam cõ. aliàs nõ ſemper con.*

h *Referat.* nimirum nec velle iurare, nec iuſiurãdum referre, manifeſtę turpitudiniſ eſt. ff. de iureiuran. l. manifeſtæ. Accurſius.

i *Parentibus.* hic potius parentibus creditur, q̃ extraneis, cũ ex neceſsitate ſex debeant adeſſe: de reliquis eius arbitrio relinquitur: licet cõtrarium ſit in vltimo. Accurſius.

k *Si vult.* hic melioris conditionis eſt dominus quàm vaſallus. Sed quæro, ſi vaſallus propinquos non habeat, quid iuris ſit? Reſpon. tunc alij admittuntur, in defectum nimirum: & alibi inopia emergente probationis, admittuntur ij qui aliàs repellerentur. C. de hære. & Ma. l. quoniam. in fi. &. ff. de teſti. l. ſerui. Reſpon. vt in ſumma.

l *Conſcientia.* ſic ergo de incerto iurat: ſicut & aliàs in Lombar. qua. quis ſe defende. de. l. ſi contigerit. & l. ſi quis poſt mortem. Sed opponitur quòd anceps periurium ſubire videtur. ff. de in lit. iuran. l. videamus.

Periurium anceps ſubire quis non debet.

m *In quibus.* in quibus etiam iurat vaſallus de calumnia, ſi ſacramentum de feudo non fecit. Accurſius.

n *A domino.* in hoe ſimilis eſt dominus patrono: qui cum iuſiurandum defert liberto, non tenetur de calumnia iurare: vt. ff. de iureiuran. l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum.

o *A parte domini.* non eſt enim deferendum amplius ab aduerſariis ſuis quærere cõcedi, quàm ab aliis pulſati facere patiantur: vt. C. de fru. & lit. expen. l. vlt. Accurſius.

p *Quod quiſque.* ſed quomodo hoc eſſe potuit, non video, dicit ſolicitus. aut enim imperator per impetrationem iniquum ius ſtatuit, aut ſine impetratione. in primo caſu ille ſolus qui impetrauit, eſt puniendus: cum alterius factum alteri imputari non valeat: vt. ij. q. v. c. j. in princip. vel. c. interrogatum. Item res inter

Vaſallus à domino non poterit exigerẽ iuramentũ calumniæ: ſed nec dominus exigere poteſt à vaſallo. alioquin ſi exegerit, & ipſe cogetur iurare. Baldus.

In quibus m etiam cauſis ſacramentum calumniæ à domino non exigetur: quod nuper rex Friderichus in Romandiola conſtituit: vt vaſallus calumniæ ſacramentum à domino n non exigat: quod etiam à parte domini o intelligendum eſt: vt quod quiſque p iuris in aliũ ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur.

alios acta, non debet aliis obesse nec prodesse: vt C. res inter alios actas. l. vlti. & C. de pac. l. debitorũ. licet pro & contra aliquando reperiatur: vt in illo generali: res inter alios acta &c. In secundo casu, vbi sine impetratione datum est tale ius, nullus est puniendus: vt. ff. quod quisq; iur. l. iij. nimirum licite offertur, quod exigi prohibetur: vt in authen. de san. epis. §. si quis autem. colla. ix. & ff. quod quisque iur. l. iij. & .ff. quæ in frau. cre. l. pupillus. & C. de cri. sac. l. fi. & C. de pe. bo. sub. l. ij. &. ff. qui & à qui. ma. li. l. vlti. &. ff. de var. & extraor. cog. l. j. & C. de offic. præfecti præt. l. ij. Quid ergo est quod generaliter hic dicitur? Respõ. per impetrationem statuit hoc Imperator, verum voluit hoc generale esse. & quod dixit ff. quod quisq; iur. &c. dixit contẽplando personas quæ huic edicto causam præstiterunt.

a *Accusare*. hoc etiã dicitur de patrono & filio patroni, qui prohibentur libertum accusare in causa capitis, vel testimonium contra eum reddere. & si contra fecerint, ab omni bonorum pos. contra tab. remouentur. ff. de bo. lib. l. qui cum. liberti quoque aduersus patronos reddentes testimoniũ, puniũtur: vt C. de testi. l. aduersus. is etiam qui sub testimonio suo intẽtionem accusatoris adiuuat, vel actoris fideiussor extiterit: à relictis in testamento priuatur: & libertas data seruo qui testamentum testimonio suo infringere voluit, aufertur. ff. de iis qui. vt indign. l. post. §. ætati. &. §. an libertas.

b *Priuabitur*. istud intelligitur quando nulla necessitate cogente vasallus testimoniũ dixit: alioquin excusabitur: vt no. ff. si quis cau. l. ij. §. j. & argu. ff. de iis quib. vt indign. l. post. §. an libertas. Item quia officium proprium nõ debet ei esse dãnosum.

† *Facit ad hoc institutio. de iure na. gen. & ciui. §. sed & quod principi.*

c *Si longa sit*. istud supra expositũ est, & intelligendũ est sicut supra dictum est.

DE LEGE Corradi.

d *Ex Corradi. Si inter duos pares.* Quod in isto capi. dicitur, obseruatur, quicquid. ẽ. sit expositum.

e *Feudũ alienare*. quicquid de alienando feudo obseruandum sit, hic subtiliter distinguitur: sed qualiter sit intelligẽdum, in constitutione Frideri. determinabitur. Notan. tamẽ est, q̃ licite cum vniuersitate transit, quòd per se transire non potest: vt. ff. de fun. do. l. j. &. ff. de acqui. re. do. l. quidam. nam licitũ est in solidũ, quod pro parte non liceret. not. in lib. dif. Py. vj. char. rub. licitum est in solidũ quod pro parte non liceret: licet contra notetur in sequen. duabus rubri.

f *Totum*. scilicet quod in curia habetur. quare quædam per se non transeũt, quæ cum vniuersitate transeunt. ar. ff. de cõtrahen. emp. & ven. l. in modicis. & de act. empt. & ven. l. si mercedem. §. si cum. & de acquir. rerum do. l. quædam. & de fun. do. l. j. & no. in li. dif. Py. iij. char. rub. licite cum vniuersitate transeunt quæ aliàs transire non possunt. licet sit contra in rubrica ibidem sequenti.

g *Aut æquali*. hic ergo. not. quòd licitum est mihi per alĩ, quod per meipsum licebat, dum tamen sit peræque bonum illud: sicut & aliud vinum eiusdem generis & bonitatis rectè soluitur. vt not. ff. si cer. pet. l. cum quid. & hoc no. secundum consuetu. Mediolanen. pro qua arg. possũt reperiri in Py. quæstione in qua quæritur vtrum vasallus possit per aliũ feudo seruire.

h *Similiter seruire*. videtur q̃ secunda persona feudo debeat seruire, sed non debet: vt arg. ff. vsufruc. quemadmodum caue. l. si vsufruc. leg. &. ẽ. si de feud. controuer. fuerit. c. beneficium. Accursius.

i *In infinitum*. not. hic q̃ infinitas licitum vel illicitum nõ vitiat, nec excusat: vt. ff. de annuis le. l. annua. §. annua.

k *Tertiam personam*. & hoc propter infinitatem cuitandam: vt. ff. de dam. infe. l. qui bona. sed hic quæritur à quo domino vindicetur, cum in quartã personam peruenerit? vtique à primo, vt opinor. Sed nunquid tertius de euictione tenetur? vtique, nisi fallor, ac si de re aliena fecisset inuestituram: vt. ff. de inuesti. rei alienæ. §. cum de re aliena. cũ distinctione tamen quæ est ibi, sciens, an ignorãs receperit alienum. & est ratio cur primus dominus admittitur ad vindicandum, & non secundus: quoniam ea ratione qua non potest dominus primus tertiũ cõuenire, ex eadem secundus non poterit cõuenire quartum. Sed pone in quintã personam transitum feciſſe: quis tunc præfertur? Respon. adhuc primus: quia primo sibi fuit apertum, nec renunciauit iuri suo: vt. ff. de ser.

Similiter vasallus dominum accusare, [a] vel testimonium cõtra eum reddere non debet in ciuili causa modica, aut criminali. Quidam tamen dicunt in criminali non licere, in ciuili licere. in quibus si contra fecerit, feudo priuabitur. [b]

Si contentio est de beneficio inter dominum & vasallum: domino possidente, vasallo autem in probatione deficiente, absoluitur dominus sine iuramento. sed vasallo possidente, & domino in probatione deficiente, si longa est possessio vasalli: sibi defertur sacramentum. si noua, defertur domino: nisi præsumptio sit pro vasallo. Bald.

Item si inter dominum & vasallum controuersia sit de beneficio: possidente domino, & vasallo in ꝓbatione deficiente: qui conuenitur, nullo præstito sacramento absoluatur. vasallo vero possidente, & actore in probatione deficiente: si longa sit [c] vasalli possessio, eius iuramento causa finiatur. vbi vero noua est possessio: sacramentum ei non præstabitur, sed domino deferetur: nisi aliud faciat pro possidente.

TITVLVS XXXIIII.

DE LEGE CORRADI.

Si inter capitaneos regis est cõtentio: corã rege debet definiri per. l. Corradi. si vero inter valuasores, coram paribus curiæ. Bal.

LEx Corradi de beneficio quæ dicit: Si ĩter capitaneos cõtrouersia sit, coram rege finiatur: si inter valuasores, coram paribus curiæ: Mediolani non tenetur: † sed talis distinctio ibi obseruaẽ, quia si inter duos, quicũque fuerint, de beneficio regali controuersia fuerit, quorum vterque à rege se dicit inuestitum fuisse: tũc causa coram eo decidatur: cæteræ vero causæ apud pares curiæ. Si autem inter pares [d] duos de aliquo beneficio controuersia sit, quorum vterque suum feudum proprium esse dicat: siue asserant eundem inuestitorem, siue diuersos: coram iudice vel arbitro finiatur. Sed cum vnum producunt inuestitorem: si possidenti dominus guarẽtizare voluerit, sine fraude ipse obtinebit: nisi aduersarius contrà aliquid induxerit.

Dominus sine vasalli voluntate feudũ alienare non potest. sed hoc non seruatur Mediolani. Baldus.

Ex eadem lege descendit, quòd dominus sine voluntate vasalli feudum alienare [e] non potest: quod Mediolani non obtinet. ibi enim sine curia etiam beneficium totum [f] recte alienatur: dum tamẽ aut æquali [g] domino, aut maiori vendatur. Inferiori vero sine vasalli voluntate non licet partem alienare, etiam maiori retenta parte alia feudi. verbi gratia: Est vasallus qui ab eodem domino in pluribus locis feudum tenet. si partem feudi in vno loco vendat, in alio sibi teneat: iste non debet emptori seruire: sed per priorem dominum totum beneficium recognoscere. cum curia vero cuicunque beneficium etiam rustico & sine vasalli volũtate potest: dum tamen non totum alienetur. Ober. Quidam autem dicunt, & Gerardus, non valere si fiat inferiori.

Non potest regulariter vasallus feudum sine voluntate domini alienare: nisi det alii in feudum, & persona sibi æquali. Baldus.

Similiter nec vasallus feudum sine voluntate domini alienabit: in feudum tamen recte dabit si secunda persona sit talis quæ feudo seruire possit: vt si dans miles est: & ille qui accepit feudum, inueniatur miles, ad hoc vt feudum si contigerit, domino similiter seruire [h] vt & prior possit: & hoc vt dare liceat in infinitum. [i] In quibusdam tamen curiis vltra tertiam personam [k] feudi concessio non extenditur: vt cum feudum peruenit in quartam personam, ei auferre dominus possit. Profecto ille qui suum beneficium alij dat in feudum: non debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat: vt si habeat sibi suisque hæredibus (quod in-

Feudũ cum

de ſer.expor.l.Titius.Sed opponitur quòd ſecundus vaſallus vel primus habet vtile dominium,at dominus directum: vnde videtur quòd vaſallus qui habet vtile,præferatur: ſicut dicitur de actione vtili & directa: quia directa poſtponitur: vt.ff. de ſuperfi. l.j.§.iij.huic ſtudioſus reſpondeat.Accurſius.

a *Maſculis*. hic ergo appellatione hæredis ſolus maſculus continetur: ſed.ſ.etiam aliter notatur de feud. a-lie.§. inde poteſt præſumi. Item hic notatur quòd non poteſt quis plus iuris in aliũ tranſferre,quàm ipſe habeat: vt.ff.de regu. iur.l.nemo. Item hic notatur ſecundum ſententiam poſteriorum, mortem alienatoris ſpectandam eſſe, ſicut notatur ſupra de ſucceſſ. feud. in princip.

b *Ab eo auferatur*.iſtud contingit propter inficiationis pœnã. quãquam varia in fi. libelli dup. Py. reperiatur. & hoc ſi non negauerit. aliud ſi dixerit ſe neſcire vel ignorare: quod intelligẽdum eſt ſecundum ſententiam inferiorum,ſcilicet vbi ſciebat, & ex certa ſciẽtia dixit ſe ignorare: ꝙ priuetur tunc,argu.C. de inge.ma.l.pe.

c *Sciens hoc negauerit*. iſtud videtur verũ quãdo propter ignorantiam,doli præſumptio repellitur.ff. de lib. ho. exhiben. l.iij.§.is qui. &.ff.de regu.iur. l.non poteſt.

DE CLERICO qui inueſtiturã facit.

d *Clerico. De ſuis bonis*. Cũm clericus dat in feudum de ſuis rebus,ſimilis eſt laico:ſed cum de rebus eccleſiæ,non ſic:vt hic dicitur. quod autem hic dicitur de feudo quòd aperiatur,& nõ de alio, malè hodie obſeruatur,vnde aliud canonici quidam habent, in quo cõtrarium dicitur & legitur,& incipit, archiepiſcopo &c.

e *Omnifariam*. nam quod à defuncto inchoatum eſt,per hæredem explicari debet.ff. de fideiuſſo. & nominato. & hæredibus tu. & cu.l.j.

AN MVTVS vel aliàs imper. &c.

f *Mvtus. Feudum paternum*. nouum vero feudum non: veruntamen ſi feudum fuerit ita magnũ,quòd eo ſibi ablato,ſe exhibere non valeat: tunc debet ei tantum de feudo relinqui,vnde ſe ſuſtinere poſsit:vt.ſ.epiſc.vel ab.feu.da.non poſ.§.mutus.Accurſius.

§ *Non poſſe*. & hoc forte ſecundum iſtos poteſt eodem modo intelligi,vt de nouo feudo proximè diximus.

h *Non valet*. Sed nunquid hic ſi velit per ſubſtitutum ſeruire, poſſeſsionem retinebit tunc?

i *In ſimilibus*. vt.ſ. de eo qui arma bellica depoſuit. c.j. & titu. ſi de feud.controuerſia fuerit.c.qui clericus.& titu.ſi de feu.fœmi.c.j.§. ex hoc. & ita videtur hic aſsignari ratio quare fœmina non poteſt retinere feud. ſcilicet quia ei ſeruire non poteſt: ſicut & aliàs dicitur quòd filia non recipit compoſitionem patris ſui occiſi: quia faidam leuare non poteſt: vt in Lombar. de ho.li.ho.§.ſi quis lõgo. *Fœmina quare feudum retinere nõ poteſt.*

AN ILLE QVI interfecit &c.

k *Si quis. Non poſsit*. ac ſi aperte dicat ſi talem commiſerit feloniam, quòd in curia morari non poteſt, debeat feudo priuari: morari dico ſine verecundia.nam qui ſine verecundia non poteſt conſiſtere,non intelligitur exiſtere poſſe: ſicut nec poteſt exigi, quod ſine verecundia nõ poteſt poſtulari: vt ff.de vſur.l.iij.in fi. Vnde denegatur doli exceptio contra partem: quia pudorem apud bonos & graues ſugillat: vt.ff.de do.except. l.apud Celſum.§. aduerſus.&.ff.de obſe.à li.pa. præſtan.l.licet.vnde etiam ſi aliquis ſine dedecore ſuo in publico non poteſt apparere: non poſſe intelligo,niſi propter ſuum delictũ reſtituat.ff.ex qui. cau. ma.l.in eadem. ſed & ſi arbiter in aliquo loco inhoneſto litigatorem adeſſe iuſſerit, parẽre non tenetur:vt.ff. de arbi.l. ſi cum dies.§. pen. ſed ꝓpter hoc verbũ dicitur ꝙ portę dignitatũ infamibus clauduntur:vt.C. de digni. l.neq; famoſis.vel intelligas, vt in curia amplius &c. ad hoc vt in curia propria amplius eſſe non poſsit,à feudo priuatur. Sed prima verior eſt.in hac ſignificatione poniť,vt qñ dicitur,agit vt damnũ cõſe quaſ:vt.ff. de aqua plu. arcen.l.ſi Titius.§.j.

l *Non cogitur*. hic poſſunt notari multa ſimilia: nam ſi vendidi tibi meam

Si contentio eſt inter dominum & vaſallum: aut vaſallus feudum inficiatur, & dominus contra eum probat, & tunc amittit feudum: aut dubitanter reſpondet, & non amittit. Baldus.

Si fuerit inter dominum & vaſallum de beneficio controuerſia, domino dicente, Hoc quod tenes in feudum, à me habes:ille vero negauerit prorſus: ſi quidem probatum fuerit, ipſum ab eo auferatur. b Sed cum dubitanter reſponſum fuerit, neſcio:minime, ſecundũ quoſdam: ſed ſecundum alios tunc demum priuabitur, ſi fraudulenter, id eſt ſciens hoc negauerit. c

TITVLVS XXXV.

DE CLERICO QVI INueſtituram facit.

Primo tractat de inueſtitura facta à clerico de rebus propriis. Secundo, de rebus eccleſiæ quas tenet inueſtitor. Tertio, de rebus eccleſiæ quas tenet alius in feudũ. Quarto, de inueſtitura facta ab archiepiſcopo vel epiſcopo & aliis clericis de rebus eccleſiæ quæ à nemine detinentur. Bald.

CLerico inueſtituram faciẽte de ſuis bonis, d eius ſucceſſor omnifariã e cogitur eam adimplere. cũque de bonis eccleſiæ eam fecerit,ſi poſſeſsio rei pro beneficio inueſtituræ penes eum fuerit: ipſe & eius ſucceſſor ipſam adimpleant.quod etiam in laicis cõtingit. Vbi verò de alterius feudo fecerit inueſtituram: ſi quidem purè,non valeat:ſed ſi ſub tempore vel conditione quo feudum ſibi aperiatur, valebit inueſtitura etiam ſine voluntate vaſalli facta.Si tamẽ antè deceſſerit inueſtitor, quàm feudũ ad eum reuertatur,ſucceſſor nõ cogitur eam habere ratam: aut cum ſe viuente feudum apertum fuerit, poſſeſsionẽ tradat, & inueſtituram adimpleat. Et ideo ſciendum eſt archiepiſcopum Mediolanenſem non poſſe dare in feudum quod tẽpore introitus ſui in dominico inuenerit: ſed ſi ei poſtea feudum aperiatur, ipſum rectè dabit.Profectò alij epiſcopi & clerici ea quæ in dominico habẽt, & feuda his aperta olim dederant,& hodie dant.

TITVLVS XXXVI.

AN MVTVS VEL Aliàs imperfectus feudum retineat.

Succedit militi patri mutus, aut aliter imperfectus, in feudo. Bald.

MVtus & ſurdus,cæcus,claudus,vel aliter imperfectus, etiam ſi ſic natus fuerit,totum feudum paternũ f retinebit Obertus & Gerardus & multi alij. Quidam tamen dicunt eum qui talis natus eſt,feudum retinere non poſſe, g quia ipſum ſeruire non valet. h Sic dicimus in clerico, & in fœmina,& in ſimilibus. i

TITVLVS XXXVII.

AN ILLE QVI INTERfecit fratrem domini ſui,feudum amittat.

Vaſallus ſi fratrem domini ſui interfecit, non amittit feudum: ſed ſi fratrem ſuũ occiderit proditionaliter, vel aliam feloniam commiſit, vt ſine verecundia in curia eſſe non poſsit, feudũ amittit: & tranſit ad agnatos. ſin autẽ peccauit in dominum, reuertitur ad dominum. Bald.

SI quis interfecerit fratrẽ domini ſui, non ideo beneficium amittit. ſed ſi fratrem ſuum interfecerit ad hoc, vt totam hæreditatem habeat, vel aliam feloniam commiſerit, verbi gratia hominem tradendo, vt in curia amplius ſtare nõ poſsit: k priuabitur beneficio.quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudũ pertinebit, ſi paternum fuerit: eodẽ prorſus obſeruando quantum ad ordinem gradus qui continetur in legibus. Cum autem ad dominum reſpicit felonia, feudum tunc domino aperitur.

Non cogit l vaſallus omnino ſecundũ vſum Mediolanẽſem

meã rem ea conditione, vt intra .xxx. dies ꝓmitterem tibi de duplo, postea nequiui præstare intra .xxx. dies: & hoc non desiderasti: tibi non teneor. ff. de act. em. l. emptorem. §. denique. Item si denuncio tibi nouum opus, non iurabo de calumnia: nisi iusiurandum exigas. ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. qui nunciat. sane arg. sunt in contrarium. C. de contrahen. & cõ. stip. l. magnam. & de iure emphy. l. ij.

a *Offerre.* nisi sciat magnum periculũ imminere: vt supra, hic finitur lex. §. ad hoc. & supra si de feu. contro. fue. licet vasallus.

DE VASALLO qui cõtra cõstitutionẽ &c.

b *I vasallus. Partem.* Hic manifeste colligitur ꝙ non est vltra puniendus quis, quàm deliquerit: & merito: quia non debet vltra ꝓgredi pœna quàm reperiatur delictũ. C. de pœ. l. sancimus. & ff. ad Trebel. l. Paulꝰ respõ. & ff. de his qui. vt indi. l. hæres. nam & cum inofficioſe testator testatur: si in sola institutione delinquere conuincitur, in ea sola punitur: quia ipsa infringitur: cætera vero manẽt: vt in authen. vt cũ de ap. cog. col. viij. Arg. contra. ff. de incẽ. rui. nau. l. ij. §. fi. & in summa quoque. vij. lib. distin. Quod autem dicitur, ad dominum reuertetur, qualiter hoc sit intelligendum, in cõstit. Fride. determinabitur. Ité quod dicit, eius solius &c. per hoc sumitur quòd hæc non est talis felonia, quòd in curia apparere non possit. nam si esset talis, tunc à toto priuaretur: vt supra proxi. c. si quis interfecerit.

Punirí non debet quis vltra quàm deliquit.

c *Refutare.* hoc non est omittendum: quia sæpissime quæritur, nunquid idem est in libellario & in conductore: ad quod respõ. non esse idem. sed quæritur, quæ sit ratio diuersitatis? Respõ. hoc in thesauris determinabimus.

d *Non tenetur.* ar. C. de na. li. l. si quis feu. in fi. j. respon.

e *Non debet.* Hoc dictum est in memoriam fidelitatis & iurisiurandi siue prioris amicitiæ: sicut de decurione dicitur. nam ipso damnato non tamen quæstioni subiicitur. Item etsi desierit esse decurio, & postea damnatur, non est tamen torquendus, scilicet ꝓpter memoriã prioris dignitatis: vt. ff. de decu. l. fi. & simile est etiam quod dicitur de seruo qui in metallum dãnatus, & post restitutus est: quia licet domino non reddatur, tamen ei iniuriosus esse nõ debet: vt. C. de sen. pas. l. fruſtra. Py. Videtur enim durare reliquiæ prioris fidelitatis & amicitiæ. ar. ff. communi di. l. in hoc iudicio. §. pe. nec videtur omnino falsum, quod iuuatur in primordio veritatis. ff. de le. ij. cum filius. §. hæres. Sed quid si eũ offendat? Respon. punietur secundum qualitatem delicti, inspecta etiam persona domini: & eius etiam inspecta priori amicitia: & cuius culpa hoc accidit.

f *DE ALIENATIONE PATERNI FEVDI.*

*Alienationis verbo intelligo de omnibus alienationibus, siue fuerit pignori obligatum, siue venditum, siue vsusfru. in eo constitutus fuerit: siue seruitus imposita. C. de re. alie. non alienã. l. vlti. & in constitutione Fride. imperialem &c. & bene dicit de seruitute quòd non poterit vasallus eam imponere feudo: seruitutem autem bene poterit acquirere, quoniam meliorem conditionem feudi facere potest: deteriorem vero non sine domini voluntate, vel eius agnatorum, per quos peruenire ad successionem potest: vt. ꝛ. de inuesti. rei alie. §. rei autẽ. Sed nũquid intelliges hoc, quòd alienationis verbo intelligatur & feudi datio, vt hodie nõ possit feudum dari sine permissu domini: per hoc quod hic dicitur, & in constitutione Frideri. imperialem &c? Respon. videtur quòd sic debeat intelligi: quoniam verbo alienationis omnis actus continetur per quem dominium trãsfertur. C. de fun. dota. l. i. at in vasallum transfertur saltem vtile dominium à domino, quando inuestitur. sic ergo habet vtile dominiũ dando in feudum. similiter illud transfert saltem vtile. & si transfert, ergo alienat. sic ergo cui prohibita est alienatio, prohibita est feudi datio. quòd autem transferatur in vasallum vtile dominiũ, probatur: quia datur ei vtilis actio pro feudo ipso: vt infra de contro. inter vasal. & aliũ. ca. si controuersia inter vas. immo tanquam dominus potest illud quasi vindicare à quolibet possidente. ꝛ. si de inuest. rei alie. §. rei autem. sicut aliàs dicitur de superficiario, scilicet quòd habet vtile dominium eo quod datur ei vtilis actio: vt. ff. de rei vĩ. l. superficiario. & de pi. act. l. tutor. §. fi. idem etiam dicitur de emphyteuticario, & de eo qui non ad modicum tempus fundum conduxit. & tempus non est finitum: quibus similiter vtilis datur: vt. ff. si ager vecti. vel emphy. pe. l. i. §. fi. & l. vlt. Item alia ratione: nam (vt dictum est) verbo alienationis continetur vsusfru. datio: vt dictum est per. l. vlti. C. de re. alie. non alie. at cũ res in feudum data, proprietas quidem retinetur penes dantẽ: vsusfructus autem ita in accipiẽtẽ trãsfertur, vt ipse & sui hæredes (quod plus est) ꝑpetuum habeant: vt supra in qui. cau. feud. amit. circa princip. ergo per consequẽtiã alienat ita, quod sine consensu domini feudi hoc facere non debeat. nã & aliis dicitur ꝙ vsusfructus in multis casibus est dominii pars: vt. ff. de vsufru. l. iiii. vnde etiam ususfructuarius videtur hoc confirmare, scilicet quòd hodie non possit in feudũ dari sine consensu domini: ex quo dicitur quòd res cuius alienatio prohibetur, non potest infeudari: vt supra per quos fiat inuestitu. & per quos reci. §. sed & res. sed interdicta est alienatio feudi per constitutionem Frideric. imperialẽ, & per hoc quod hic dicitur. ergo & infeudatio est interdicta. econtra videtur quòd hodie possit in feudum dari, sicut olim poterat, cum nõ prohibeatur expressim. quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? vt. C. de test. l. sancimus. & C. de ap. l. præcipimus. nam quicquid noua lege non videtur expressem specialiter, id videtur derelictum regulis veterum legum & constit. vt. C. de appel. l. præcipimus. in fi. sicut ergo olim poterat, sic hodie potest, dum tamen fiat sine fraude: vt supra qua. po. olim feu. alie. ca princi. immo per legem Corradi videtur permissum: vt supra de it. Corra. §. similiter nec vasal. vnde videtur dicẽdum quòd hic & in prædi. constitu. Lotha. loquatur tantum de fraudulenta alienatione, & non de datione in feudum: nisi fiat in fraudem: puta forte precium verum rei accipiendo sub colore inuestituræ: quod per dictam constitutionem prohibetur. §. callidis insuper &c. & ita non obstat quod dicitur, res cuius alienatio prohibetur &c. quoniam ibi loquitur de prohibitione rei specialis: puta quando prohibita est à testatore, secundum quod ibi videtur dici. Vnde nec forte tutum est dicere quòd vtile dominium in vasallum transferatur, nec etiam aliquod. nam licet dicatur quòd vtilem habeat actionem: per hoc tamen non dicitur quòd habeat dominium aliquod. licet enim per beneficium res sibi in feudum data ad eum spectet: proprietas tamen penes alium remanet. supra de inuesti. rei alie. §. res autem. aliàs autem & vtilis datur rei vindicatio ei qui non est dominus directo nec vtiliter: sicuti ei cui datur publi. vt institu. de actio. §. eece prærunque. & per totum titu. de publi. ergo si non habet dominium, non videtur dando in feud. alienare. Quid ergo dicemus? Respond. sine prædicto melioris sententiæ puto quòd hodie recte posit in feudum dari: dũ tamen syncere & sine fraude fiat: secundum quod supra dicitur qua. olim po. fen. alie. circa prin. quod etiam potest perpendi ex prædi. §. callidis. & ex alio. §. eiusdem consti. illud quoque præcipi. vt si vasal. de feud. suo alium vasal. habuerit &c. quasi videatur permittere quòd possit infeudare, dum tamen sine fraude fiat, vt dixi: puta quia secundus vasallus eodem modo possit feudo seruire, sicut prior. Ité quia non dat in feud. alia lege, nisi quam ipse habet. nam contra hoc non potest facere. vt supra de le. Corra. §. ex ea lege. Item quia non vendidit feudum accipiendo precium sub colore inuesti. quod prohibetur per prædictum. §. callidis. & hoc videtur hodie per totum obtinere: & ita prædicta lex est interpretãda semper: ergo non est hæc interpretatio immutanda. minime enim immutanda sunt, quæ interpretationem certam habent: vt. ff. de legi. l. minime. est enim optima legum interpres consuetudo: vt prædicto titu. ff. de interpretatione. recte enim potest dici non alienare, cum nihilo minus remaneat domini vasal.

Alienationis verbo omnis actus per quẽ trãsfertur dominium, cõtinetur.

dominum adire, & seruitium ei offerre: a sed cum nũnciatum ei fuerit, tunc domino si potest, seruiat.

TITVLVS XXXVIII.

DE VASALLO QVI contra constitutionem Lotharij regis beneficium alienauit.

Vasallus inquantum beneficium alienauit inscio aut nolẽte domino, in hoc grauatur, quia alienatum ad dominũ redit. Bald.

SI vasallꝰ contra cõstitutionẽ Lotharij regis beneficiũ alie nauerit: si totũ, perdat totũ: si partẽ, b partẽ ꝑdat: & ad dominũ reuertatur. Et ideo si contra vnũ dominorũ, quorũ communis vasallus erat, fecerit feloniam, eũ forte cucurbitando: eius solius parte priuabitur. & si voluerit vnius solius partẽ refutare, c aliis sibi reseruatis, hoc facere poterit: quia vasallꝰ etiã sine domini volũtate recte feudũ refutare potest: post resutationẽ tamẽ ad seruiẽdum non tenetur: d sed eum qui dem tũc offendere non debet. e

TITVLVS XXXIX.

DE ALIENATIONE paterni feudi. f

Vasallus feudum paternum etiam domini voluntate alienare non potest non consentientibus agnatis: nec etiam potest vasallus filiam suam inuestiri facere à domino agnatis non consentientibus, nec ratam habentibus: sed agnatis licet alienare, & ad libellum dare: nec dicitur libellus, sed quasi refutatio erit. Baldus.

ALienatio feudi paterni g non valet etiam domini voluntate, nisi agnatis consentientibus h, ad quos

g *Alienatio feudi paterni.* qđ autẽ est feudũ paternũ, dicitur. j. de natu. succes. feu. c. j. in fi. & supra de gra. suc. in feud. c. j.

h *Consentientibus.* tunc enim bene valeret, nec ab ipsis posset

BIU Cujas

postea reuocari: vt supra quibus mo. feud. amit. §. præterea.

a *Nec in filiam.* veruntámen si cõfirmauerit in filiam, filia eum retinebit, donec pater vixerit: sicut domin⁹ si sibi refutatũ fuerit: licet agnati non consenserint: vt. ff. de succes. feud. circa princip.

b *Non habentibus.* nimirum ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur: vt. ff. de solu. l. non licet. & C. ad Maced. l. fina. licet sit arg. contra. ff. de offic. procon. l. obseruare. in fi.

c *Concederetur.* & merito: quia tunc non dicit alienatio, sed quasi refutatio: vt in fi. dicitur. & quęcunq; not. supra per quos fiat inuest. & per quos ra. §. sed & res. hic potes repetere.

d *Longobardorum.* vt in Lombar. qua. quis se defen. de. l. quibuscũque, aliàs, de quibuscũque. & ita potes hic notare quòd de infidelitate potest fieri pugna secundum ꝙ dicit lex Lombar. puta quando dicit domin⁹ vasallũ feloniam commisisse, siue infidelem ei extitisse, & ita ꝙ feudũ amittere debeat: & si hoc non poterit ꝓbare per testes, nunquid dominus tunc debeat per se pugnam facere cũ vasal. si iuuenilis vel decrepita ætas vel infirmitas eum pugnare nõ ꝓhibeat? Respon. forte non: immo ꝓ se dabit campionem si voluerit, qui pugnabit cũ vas. sicut aliàs dicitur de domino, qui dare potest campionem cõtra seruum suum qui propter appetitum libertatis, se libertũ appellauit: vt in Lõbar. qua. quis se defen. de. si seruus. Sed dicas ꝙ per se pugnabit, nisi prohibeatur per ætatem, vel infirmitatem: cum semper principales personæ per se debeant pugnam facere, exceptis quibusdam casibus: vt in Lombar. prædi. titu. l. fi. fit autem hæc pugna militaribus armis: & ita intelligitur qđ prædi. l. quibuscũq; dicit in Lõbar. non cum fustibus, secundum ꝙ aliàs fieri debet: vt in Lombar. de testi. si aliquis cũ altero. & tit. qua. quis se defen. de médacio. eodem modo puto vasal. posse pugnam imponere cõtra dominum de infidelitate, cum eodem modo possit dominus cõmittere feloniam contra vasal. & esse infidelis ei, propter quam cadat à proprietate feudi: vt. ff. si de feu. contro. fu. domino cõmittente feloniam. & infra qua. do. à proprie. ca. ex facto. nimirum dominus tenetur reddere vicẽ fideli suo de iis quæ fidelis tenetur prẽstare domino: vt. ff. de for. fide. in fi. Pro primo dicto, scilicet ꝙ dominus non teneatur pugnam per se facere: est argu. ff. de pace tenẽ. §. si miles aduersus. & ita potes hic notare casum in quo pugna fieri potest. Sunt & alij duo casus. ff. de pace tenẽ. §. j. & ij. alij possunt hic notari, qui in sum. Goffre. notantur.

e *Potuerit.* puta nunciando domino ꝙ ab aliquo volebat occidi, & non nunciauit cum potuit: quod facere debuit statim cum scivit: vt. ff. in quibus causis feud. amit. §. præterea. maxime cum non potuerit prohibere per se, ne occideretur: vel cum erat forte secum, non liberauit eum à morte quãdo occidebatur, cũ poterat eum liberare bene eum adiuuando forte: & intelligas quod hic dicitur, liberare potuerit, scilicet cõmode, & non postponẽdo mortem suam morti domini. nec enim intelligitur fieri possse, quod cõmode fieri nõ potest: vt. ff. de verb. sig. l. Nepos Proculo. & arg. ff. de iur. do. l. auus. in fi. licet aliàs dicitur de seruo ꝙ

beneficium quandoque sit reuersurum: nec in filiam[a] vasallus feudum poterit confirmare agnatis non consentiẽtibus, vel postea ratum non habẽtibus: [b] & licet prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos, tamen si paternũ fuit, concederetur: [c] & si libellum vnus alteri fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio. Si inter dominũ & vasallum de beneficio fuerit controuersia: coram paribus finiatur. Vbi autẽ dicit vasallus prius de suo recto feudo debere se à domino inuestiri: si quidẽ sine controuersia de alio sit vasallus, indubitanter primò inuestiẽdus est: & postea cognoscẽdũ est quod sit suum rectũ feudũ, aut quod non. Sed si nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, nisi de quo controuersia est: tunc tota caũsa prius vẽtilanda est: & sic videndũ vtrũ postea inuestiẽd⁹ sit.

De felonia, aut de infidelitate, secundum consuetudinem Mediolanen. non fit pugna: sed secundum legem Lombar. Baldus.

Non est consuetudo Mediolani, vt de felonia aut de infidelitate pugna fiat: licet contrariũ sit quod præcipit lex Longobardorum, [d] vt de infidelitate pugna fiat. Si à morte vasallus dominũ liberare potuerit, [e] & non fecerit, beneficio carebit: sed licet potuerit facere ne dominus in peccatum præcipitaretur, veluti periuriũ: [f] non tamen feudo priuandus erit.

TITVLVS XL.

DE CAPITVLIS Corradi.

Si vasallus vel eius hæres intra annum & diem veterem non petierit inuestituram à domino, vel hærede eius, feudum amittit: sed Mediolani non seruatur. Baldus.

HAec sunt capitula quæ rex Corradus fecit ĩ Romãdiola de beneficiis. Cõstituit enim, vt si post mortem domini vasallus, vel post mortem vasalli hęredes eius per annum & diem steterint quòd dominum vel hæredẽ eius non adierint fidelitatẽ pollicẽdo, & inuestiturã petẽdo: si tale sit [g] beneficiũ vt fidelitas sit præstãda, ipsum perdat: sicut & antiquitus consuetudo fuit: sed nõ Mediolani. Prẽterea vt liceat dominis omnes alienationes feudi factas, [h] nulla obstante præscriptione [i] reuocare. [k] Similiter in petẽdis hostẽditiis (hostenditiæ dicuntur adiutorium quod faciunt dominis Romani cũ rege in hostẽ pergẽtib⁹) vasalli qui cũ eis non vadũt, verbi gratia in Lombardia de modio. xij. denarios, in Theutonibet, scilicet vt debeat de eo fidelitas fieri: nisi eo pacto sit acquisitum feudum, vt de eo sacramentum fidelitatis fieri non debeat: vt. ff. in quib. cau. feu. amit. §. est & alia ingratitudo. ĩ fi. nec enim debet inuestitura fieri ei qui fidelitatẽ facere recusat, cũ à fidelitate feudũ dicatur: vt. ff. ꝙ quos fiat inuesti. & ꝙ quos re. ca. nulla.

Feudum à fidelitate dicitur.

A debet salutem domini præferre propriæ saluti: vt. ff. ad Sylla. senatusco. l. j. §. hoc autem. quoniam aliud est in seruo, in quo dominus habet maius ius, quàm in vasallo. Accursius.

f *Periurium.* puta ꝙ dominus forte non poterat soluere debitum quod iurauerat soluere: & vasallus poterat eũ liberare soluendo pecuniam suam ꝙ domino: quod quidem non tenetur facere: nec ob hoc amittit feudum: vt. ff. si de feu. contro. fuc. c. licet vasallus. nec enim sufficit ad beneficium amittẽdum omnis occasio ꝙ quam fidelis accepti beneficij videatur ingratus: vt. ff. in qui. cau. feu. amit. circa prin. sicut etiam nõ amittitur beneficium ex ea causa ex qua opinio vasalli grauatur: vt supra prędicto ti. §. illud enim certum.

DE CAPITVLIS Corradi.

Hæc sunt. Steterint. per annũ & diẽ, nisi fuerit miles, qui potest stare per annum & mensem. ff. quo temp. miles inue. pete. debet. c. j. vt sit speciale in milite, cum multa de eo sint specialia. nã & aliàs habes ꝙ contra eũ nõ potest ĩponi pugna nisi à milite: vt. ff. de pace tẽ. §. si miles aduersus. Vel dicas ꝙ idem hodie in milite quod in aliis per constitutionẽ Fride. imperialẽ. & hoc idem dicitur. ff. in qui. cau. feu. amit. ca. j. vnde quæ ibi notata sunt circa hunc articulum, & supra quo temp. miles iue. pe. de. & hic notare poteris.

g *Si tale sit.* quod esse semper intelligi debet, scilicet vt debeat de eo fidelitas fieri: nisi eo pacto sit acquisitum feudum, vt de eo sacramentum fidelitatis fieri non debeat: vt. ff. in quib. cau. feu. amit. §. est & alia ingratitudo. ĩ fi. nec enim debet inuestitura fieri ei qui fidelitatẽ facere recusat, cũ à fidelitate feudũ dicatur: vt. ff. ꝙ quos fiat inuesti. & ꝙ quos re. ca. nulla.

h *Feudi factas.* sine consensu dominorum: vt infra de prohi. feu. alie. per Lotha. l. j. & in consti. Fride. imperialem.

i *Præscriptione.* sed de qua præscriptione intelliges, an de præscriptione. xxx. an. vel. xl? Respõ. intelligas de præscriptione quæ datur ti. habẽtibus, scilicet. x. an. inter præsentes, vel. xx. inter absentes: secundum quod de hac dicitur. C. de præscrip. long. tẽp. x. vel. xx. an. quæ merito hic dicimus non obstare, cum alienatio ipso iure nulla fuit. quod enim ab initio nõ tenet, tractu temporis non potest conualescere: vt in constitutione Fride. imperialem. nam intelligo de præscriptione. xxx. vel. xl. an. per quos omnis actio tollitur. C. de præscrip. xxx. an. l. sicut. cõtra desides enĩ & sui iuris contẽptores introductæ sunt huiusmodi præscriptiones odiosæ: cum differentia debeat esse inter desides & vigilantes: vt. C. de anna. exce. l. vt perfectius. & l. fi. vigilantibus enim iura subueniunt: vt. ff. de iis quæ in frau. cre. l. pupillus. in fi. nec enim credendum est Romanum principem qui iura tuetur, huiusmodi verbo totam obseruationem de præscrip. lõg. tẽp. multis vigiliis excogitatam atque inuentam velle euerti: vt ar. C. de inoffi. testa. l. siquando. j. resp. etiam dicas quòd loquitur de omni præscriptione, cum indistincte loquatur. prior tamen intellectus videtur verior, vt puto.

k *Reuocare.* hoc intelligas verum esse nisi vasallus poterit iurare ꝙ ignorans illud feudum vendidit. tunc enim est electio emptoris

BIU Cujas

ptoris vtrum velit illud feudum cedere domino, vel vasallo restituere: postquam ita iurauerit, & postquam ita fuerit restitutum, vasallus ipsum retinebit, non obstante venditione: vt infra proxi. c. domino cum emptore. Accursius.

a *Tertiam partem fructuum.* hodie vero per consti. Fride. debet esse medietas tã in Lombardia quàm ĩ Alemania: vt in consti. Fride. imperialem. §. firmiter. nisi vasallus mittat aliũ ꝑ se domino acceptabilem: vt ibi dicitur.

Ecclesia quandoque dãnũ patitur propter prælati culpam.

b *Ad regem pertineat.* & ita hic habes casum in quo casu ecclesia patitur damnum propter culpam prælati: & hoc cõtingit ratione regis siue eius priuilegio, sicut & aliàs ratione publicæ vtilitatis publicatur res ecclesiastica propter culpam prælati. C. de sacrosan. eccle. l. iubem⁹ nullã nauem. in fi. Itẽ hoc contingit ꝑpter naturam feudi: quia propter ingratitudinẽ amittitur. aliàs enim nũquã amitteretur feudum ecclesiæ datum. & forte loquitur de culpa quę respiciebat dominũ: quo casu si dominus potest feudum recuperare, nõ est absonum vt dominus habeat hãc suę iniurię vltionẽ: vt. ſ. quibus cau. feu. amit. §. denique. veruntamen ꝑpter priuilegiũ ecclesiæ reuertitur ad successionem illius primi prælati post mortem illius. Sed quid si ab alio non rege beneficium habuerit? Item quid in alio prælato qui non sit episcopus vel abbas? Item quid in eo successore qui ante suæ prælaturæ promotionem tale delictum in regem commisisset, propter quod si in prælatura tunc fuisset, à feudo ecclesia fuisset priuata? Item quid erit tenendũ in delicto prælati qui rebus ecclesiæ in feudum iuste datis subsequenter tale in vasallum commisit, quod si laicus esset vel clericus, & de patrimonio proprio dedisset, cecidisset à proprietate? Accursius.

DE CONTROVERSIA INTER MAsculum & fœminam &c.

c *Item sciendum est.* Potest hic poni casus in duobus filiis defuncti, scilicet masculo & fœmina, qui cum vellent hæreditatem diuidere, masculus dicebat quoddam prædium hæreditarium feudum fore: quod fœmina negabat. potest etiam poni in agnato & filia defuncti: à qua filia petebat agnatus id prædium, dicens feudum esse: illa autem negabat: vel agnatus possidebat, & filia petebat: vel etiã vacabat adhuc possessio forte illius prędij: nõ curo: quia in vtroque casu filia primo debet poni in possessione, & postea agnatus debet petere: vt supra si de feudo cõtrouersia fuerit inter filiam &c.

d *Duodecim sacramentalibus.* qui cum eo iurabunt illud feudum esse. & ita intelligendum est quod dicitur infra de capi. qui cu. ven. c. si contentio fuerit. &. ſ. si de feud. controuer. fuc. ca. inter filiam. & hæc vera sunt ꝙ ita debet dari sacramentum agnato, sine masculo, si aliquid sit ꝑ eo quod iudicem moueat: aliàs contra. ſ. de consue. re. feu. c. sacramẽtũ. vnde quæcunque dicuntur in isto capitulo de iuramento præstando, intelligenda sunt cum determinatione prædicti capituli, sacramentum.

e *Magna.* quasi velint præsumere aliud feudum esse ex eo, ꝙ magna pars eorum quæ vasallus ibi habeat, erat feudum, ad hoc vt detur sacramentum domino: sicut & aliàs quidem præsumitur ex diuturna præstatione: vt. ff. de vsur. l. cũ de in rem verso. &. C. de fideicom. l. j. sicut & aliàs datur sacramentum ratione partis quam possidet quis: vt. ſ. de contro. inuestit. §. cum autẽ quis. Sed nunquid secundum istos eadem distinctio erit inter marem & fœminam faciẽda, vel inter dominum & emptorẽ? & quare nõ?

ca terra tertiam partẽ fructuũ[a] facta computatione fructuum solummodo eius anni quo hostem faciunt.

Ob prælati delictum ecclesia ad tempus feudo priuatur. Bartolus.

Itẽ si clericus, veluti episcopus, abbas, beneficium habẽs à rege datum non solũmodo ꝑsonæ, sed ecclesiæ, ipsum ꝑpter suam culpam perdat: eo viuẽte, & ecclesiasticum beneficiũ vel honorem habente, ad regẽ pertineat: [b] post mortem vero eius ad successorem eius reuertatur.

Si quis verò cōtra hęc nostrę legis saluberrimæ p̄cepta ad hu iusmodi illicitū cōmerciū accesserit, vel aliquid in fraudē hu ius legis machinari tētauerit: p̄cio [c] ac beneficio [d] se cariturum agnoscat. Notariū verò qui super hoc tali contractu libellū [e] vel aliud instrumentū conscripserit: post amissionem officij, ipsum infamiæ [f] ††periculum sustinere sancimus. Datū.vij.die mensis Nouembris.M.cxxxvj.

Primo thema. Secundo quæstio. Tertio responsio. Secunda ibi, defuncto. Tertia in versi. quas amputantes. Bal.

Imperator Lotharius Augustus vniuerso populo.

SAtis bene dispositū ad vtilitatē regni, & ad pernicioſam pestē destruendā, in scriptis inferere curauimus. Quidā miles bina beneficia à duobus dominis, prout solitū est, acquisiuit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se diuidētes, alter eorū domino suo ꝓ beneficio quod ad eum peruenit, fidelitatē nullo antepositō, sicut pater fecerat, fecit. Alter verò frater ꝓ suo beneficio alteri domino suo similiter, quia nullum alium dominū habere videbatur, nullo antepositō fidelitatem fecit. Defuncto posteriore fratre sine filiis, vtiq; feudū in querimoniā venit: vt prius personā, & sic dominus posterior talē fidelitatē quærit, qualē eius frater fecerat. Quas amputātes altercationes, sancimus, quod frater fecit (scilicet ī dando simpliciter) nil superstiti obesse: licet in secundā & tertiā generationem, & vsq; in infinitum peruenit, si hoc actū erit.

Si vasallus intra annum & diem dolosè non petierit inuestituram, amittit feudum. Si verò iusta causa impeditus non fecerit: non perdit feudum. Baldus.

Imperator Lotharius Augustus &c. Eugenio papæ, & vniuerso populo.

QVoniam inter [g] dominū & vasallum nulla fraus nec vllum malū ingenium debet interuenire, idcirco per hanc p̄sentem legē sancimus, si vasallus nō dolosè per annum & diē steterit quòd à domino sui beneficij inuestituram non petierit: feudum non ob hoc amittat. dolus enim abesse videtur, si iusta causa [h] impediente steterit. Datum sexto kalēdas Septembris, anno à natiuitate domini M.cxxvij.indictione.v.

TITVLVS LIII.

DE PACE TENENDA INTER SVBDITOS, & iuramento firmanda & vindicanda: & de pœna iudicibus appositā, qui eam vindicare, & iustitiam facere neglexerint.

Primo præcipit imperator pacem iuramento firmatam ab omnibus seruari. Secundo statuit pœnam non seruantibus. Tertio prohibet conuenticula, & illicitas exactiones. Quarto confirmat sacramenta puberum licita, & cassat illicita. Quinto redit ad materiam feudorum. Secunda ibi, Si quis verò ausu temerario. Tertia in.§.conuenticula. Quarta in.§. item sacramenta puberum. Quinta in.§. ad hoc qui alodium. Baldus.

Friderichus dei gratia Romanorum imperator semper Augustus vniuersis subiectis suo imperio, salutem.

HAc edictali lege in p̄petuū valitura iubemus, vt omnes nostro subiecti imperio, [i] veram & perpetuam pacem inter se obseruent: & vt inuiolata inter omnes perpetuo obseruetur. duces, [k] marchiones, comites, capitanei, valuasores, & omnium locorū rectores, cum omnibus locorū primatibus & plebeiis, à decimooctauo anno [l]

iuramento firmanda & vindicanda: & de pœna iudicibus appositā, qui eam vindicare, & iustitiam facere neglexerint.

i *Hac edictali. Imperio.* Et ita videtur quòd lex ista non habet locum nisi inter illos qui ei subditi sunt. Sed nunquid tenet Francigenas, [b] & alios vltramontanos, qui ei non sunt subditi? videtur quòd non, ex eo quòd hic dicit, nostro subiecti imperio &c. Sed dicas [c] quòd eos similiter tenet: quoniam licet ei non sint sacramento subditi, sunt tamen ratione imperij Roma. sub quo esse debent, cum ipsi fuerint de imperio Iustiniani: vt.C.de offic.præfect.præto.Afri.l.vltima.j.col.

k *Duces.* qui autem dicantur duces & alij sequentes, dicitur.ff. quis dicatur mar.dux, co.c.j. Accursius.

l *A decimooctauo anno.* Et ita habes hic quòd postquam quis est xviij.anno.

A d *Ac beneficio.* quod beneficiū dominus recuperabit nulla præscriptione obstante: quia quod ab initio non valuit, tractu temporis confirmari non potest: vt.ff.de cap.Corra.cap.j.& in consti.Frid. de. imperialem.

e *Libellum.* forte quia imbreuiauit tantùm contractum ipsum super aliqua schedula: vel forte scripsit super aliqua chartula qualiter debeat contractus celebrari, quem dedit vni ex contrahentibus, vel ambobus: & nihil vltra fecit.

B

f *Infamiæ.* & ita non patietur aliam pœnam notarius per constitutionem istam, nisi quia officium tabellionatus amittet, & infamis efficietur. per constitutionem autem Friderichi, imperialem decet solertiam. debet similiter manum amittere, in.§. illo, callidis. Sed nnnquid verum erit, si sciens, siue ignorās feudum esse, inde instrumentum fecit? non puto quòd ignorans puniatur. nam nec vasallus alienans per ignorantiam, punitur: vt.ff. de controuer.inter do. & emp.§.j.

C

g *Quoniam inter.* Et no. quòd lex ista tantùm locum habet in futurum: secundū quod dicitur in prædicta constitutione Friderichi, imperialē. circa principium: vbi dicitur: vnde imperator, &c. nimirū cum in hac non dicatur aliud de præteritis contractibus. leges enim & constitutiones futuris certum est dare formam negotiis &c. vt.C.de legi. & consti.l.leges & constitutiones.

D

h *Si iusta causa.* quando autem intelligatur iusta causa impediri, dicitur.ff. quo tempo. inue.pe.c.j. Et no. quòd hæc lex & superior ꝓxima inueniuntur in pactis cōsuetudinibus feudorum. vnde quia dubito vtrum sint leges, vel non, circa eas non insti.

DE PACE TENENDA inter subditos, &

xviij.annorũ, habet legitimam ætatem quantum ad hoc vt teneatur iurare quòd pacem tenebit. aliud tamen obseruatur in cõtractibus rerum minorum: quoniam tunc postquam factus est pubes, potest iurare in contractu suo: vt. j. ea. l. §. item sacramenta puberum. Sed quid si postquam factus est pubes, iurauerit se non venturum contra pacem quam cũ aliquo inimico suo fecerit: & postea cõtra eam venerit rumpendo: nunquid punietur pœna eius legis? Respon. [a] fortè nõ, secundum quod hic dicitur, vt aliud sit in cõtractu, & aliud hic: quoniã cũ pacem reddit de eo qđ sibi factũ est, potius videtur distrahere quàm cõtrahere: cum ille qui in eum maleficium cõmiserit, erat ei obligatus: & non iste ipsi. si enim imperator iste vellet quòd per illud sacramentum tenerentur, quare similiter de eo non dicit sicut dixit de maiore. xviij. an? Vel dicas quòd bene teneretur pœna huius legis tunc: & aliud est in generali pace, de qua lex ista loquitur, quam omnes subditi imperio tenentur inter se seruare: & aliud est in speciali pace, quam si minor promiserit se firmam & ratam semper habiturum, & non contrauenturum, & postea iurauerit sponte, non poterit postea contrauenire: cum loco maioris tunc habeatur. tunc enim contraxit promittendo super facto suo. sed in illa generali pace, de qua loquitur hic, nullus videtur contrahere, nisi quia iurat ad postulationem iudicis illius loci. nimirum aliquando est quid licitum in specie, quod in genere non licet: vt ar. ff. quod cuiusq. vni. no. l. item. §. si decuriones. & ff. de arbi. l. item si vnus. §. si in duos. & insti. de le. §. sed si vxori. & ff. cõ. prædi. l. in tradendis. & ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitum. & ff. de condi. & demon. l. cum ita. & de acqui. hæ. l. si quis mihi. §. sed vtrum. notabis ergo hic quòd ętas legitima dicitur. xviij. an. ad pacem iurandam. sic etiam iure Lombar. dicitur legitima ætas similiter. xviij. an. ad contrahendum: vt in Lombar. de prohi. alie. mi. l. j. Item eodem iure dicitur legitima ætas. xiiij. an. ad sponsalia contrahenda: vt in Lombar. de prohi. nu. aduenient nouissima. aliàs dicitur legitima ætas. xij. an. ad consentiendum patri volenti facere filios naturales sibi similes, vel ęquales: vt in Lombar. de suc. l. iij. iure autem Roma. dicitur legitima ætas. xxv. an. ad contrahendum: vt. ff. de mi. l. j. aliàs. xviij. an. quantum ad hoc vt quis possit pro alio postulare: vt. ff. de postu. l. j. §. ij. & insti. quibus ex cau. ma. licet vel non. in fi. aliàs dicitur legitima ætas pubertas, scilicet ad testamenta facienda, & ad nuptias contrahendas: & quantum ad hoc vt possit quis testimonium ferre: & ad contractus faciendos cum iuramento: vt insti. prædi. ti. §. cum ergo. & insti. de nup. in prin. & ff. de testi. l. testium. §. lege Iul. de vi. & j. e. l. §. item sacramenta. dicitur autem pubertas in masculis. xiiij. annorum, in fœminis. xij. an. quo tempore dicuntur viripotentes. inst. qui. mo. test. infir. circa prin. aliter dicitur plena pubertas in masculis. xviij. ann. in fœminis. xiiij. scilicet quantum ad alimenta vsque ad pubertatem relicta: vt. ff. de ali. & cibaria. leg. l. Mela ait. aliàs dicitur legitima ætas ex quo quis excesit infantiam, quantum ad hoc vt possit emancipationi consentire: vt. C. de eman. l. pe. in fi. dicitur autem infans minor. vij. annis: vt. C. de iure delibe. l. si infanti. in princ. aliàs dicitur legitima ætas. xxix. an. quantum ad hoc vt non possit quis restitui aduersus contractũ quem fecit in minori ætate: vt. C. de temp. in integ. resti. l. vlt. ex hoc ergo quod dicitur hic, colligi potest quòd nullus minor. xviij. an. debeat compelli iurare de pace. vnde ex hac. l. potest notari bonum ar. quòd minor. xviij. an. non tenetur per se pugnare, [b] cum non compellatur in pugna iurare, arg. istius legis. ille enim qui pugnam facit, debet iurare quòd nullam rem habet quæ ad maleficium pertineat: vt in Lombar. qualiter quis se de. nullus campio. debet etiam iurare de asto: vt in prædi. ti. l. si quis alium asto. & maxime cum iuuenilis ætas excuset eum à pugna per se facienda, vt in prædi. ti. l. antepe. nec iure Lombar. inuenitur de aliis legitimis ætatibus, nisi quas superius nominauimus. Accursius.

a *Vsque ad septuagesimum.* an. post illud vero tempus non debet constringi iurare, sicut nec testimonium dicere compelluntur huiusmodi senes maiores. lxx. ann. vt. ff. de testi. l. inuiti. & de iure immu. l. iij. Accursius.

b *Quinquennii.* hoc forte debet fieri propter illos qui iam perue nerunt ad. xviij. an. qui nondum iurauerant propter minorem ętatem: & propter illos qui iam excesserunt. lxx. etiam, vt magis reminiscantur qualiter pacem debeant seruare, nihilo minus tenentur eam seruare ptopter prius iuramentum, cum ipsi non iurẽt ad tempus. perpetuo enim eam debent seruare: vt in prin. huius. l. dicitur. hodie autem non seruatur huiusmodi renouatio: immo potius fit contra. renouatur enim sacramentum societatum & coniurationum, quæ prohibitæ sunt per hãc. l. in. §. conuenticula.

c *Pace tenenda.* subaudi, & de adiuuandis locorum rectoribus in pace tuenda atque vindicanda. & hoc est quod superius dixit, vt pacẽ teneant, & rectores locorum adiuuent &c. vel dicas, [c] non renouabuntur sacramenta, nisi de pace tenenda: & intelligas quòd ibi non dicitur quòd debeant iurare de adiuuandis rectoribus: sed dicitur quòd postquam iurauerint pacem tenere, debeant adiuuare rectores in pace tuenda atque vindicanda: & ita construas: vt pacem teneant, scilicet iureiur. adstringantur. & facies punctum, & volumus, subaudi, siue iubemus, quòd adiuuent locorũ rectores. priorem tamen intellectum puto veriorem.

c Ista glo. sequitur Ia. de Bel. Andre. de Yser. & Alua.

d *De quacunque re.* quam forte aliquis sibi debet ex contractu vel quasi, vel ex maleficio vel quasi.

e *Vel facto.* quod forte sibi facere tenetur ex pacto, vel forte sibi fecit: puta iniuriam, vel quid simile. Accursius.

f *Potestatem.* Sed quid si non habeat iudicialem potestatem, & debitor suus fugit: nunquid sua authoritate poterit rem ab eo auferre, ita vt non incidat in constitutionem illam, si quis in tantam. C. vnde vi. vel ius crediti amittat per. l. illam, extat edictum diui Marci. vel debebítne iudicem expectare? Respon. dixerunt quidam quòd tunc etiam non expectata iudicis authoritate poterit ei rem sua authoritate auferre: vt arg. C. de Iud. & cœl. l. nullus. C. de decu. l. generali. lib. x. quod nõ credo verum esse. verum est enim si ipse fugeret, quòd posset eum detinere donec ad iudicem posset eum perducere: vt. ff. quæ in frau. credi. l. ait prætor. §. si debitorem. non tamen poterit ei per violentiam rem auferre, secundum quod satis dicitur in prædicta. l. generali. & no. ff. quod metus cau. super illa. l. prædicta, extat edictum. Sed quid si non fugit? Respon. nec tunc sua authoritate debebit auferre: veruntamen si timet rem suam vsucapi, vel præscribi, vel timet aliter actionem suam tempore perituram, actionem forte iniuriarum, vel aliam: debebit protestari publicè in scriptis cum subscriptione tabellariorum: vel si non poterit eos habere, subscriptione trium testium, quòd vult agere contra eum, & per eum nõ stat, sed per iudicem qui absens est: & hoc faciet vbi aduersarius habet domicilium, & ita interrumpet tempus: vt. C. de an. excep. l. vt perfectius.

d Et bene si res sit capientis. Andre. de Yser. Alua. & Bald. secus si est sibi debita obligatione personali: vt in sequen. opi.

g *Exequatur.* & non sua authoritate. aliàs enim incideret in edictum diui Marci, vel in constitutionem illam, si quis in tantam. vel in alias contra quas faceret. idcirco enim vigor iudiciorum, & iuris publici tutela est in medio constituta, ne quisquam sibiipsi permittere valeat vltionem: vt. C. de Iudæ. & cœl. l. nullus. sed si iudex noluerit ei facere iustitiam, ipse iudex tenebitur sibi resarcire damnum: vt. j. ea. l. §. iudices vero. Si vero maior iudex fuerit, punietur in. x. lib. au. si minor, in tribus: vt ibidem sequitur, si quis vero temerario.

h *Pacem violare.* q.d. nos volumus quòd omnes ita stent in pace quam iurauerint, vt si aliquis passus fuerit iniuriam ab aliquo forte ante pacem iuratam, vel etiam forte post: vel aliquid ei debeatur: quòd adeat iudicem, & per eum ius suum prosequatur, & non per se sumat vindictam vel ius: alioquin tanquam pacis violator punietur. & hoc est quod sequitur, si quis vero temerario ausu.

i *Centum librarum auri.* & ita debent isti puniri in. c. lib. au. & alij iudices minori pœna, secundum quod sequitur. & ita puniuntur maiori pœna maiores quàm minores. & hoc etiã verum pecuniariter, secundum quod hic dicitur. multo magis enim pœna sunt digni, &c. vt. C. de epi. & cler. l. presbyteri. in fi. hoc enim quòd sunt marchiones, vel duces, vel comites, habent à principe: vt. §. quis dica. dux. c. j. corporaliter autẽ maiori pœna debẽt puniri minores: vt. C. de sum. tri. l. nemo clericus. & hæc vera sunt quòd præstabunt dictam pœnam: & præterea punientur secundum qualitatem criminis. & hoc est quod sequitur, homicidium quoq;, &c. & præterea

BIU Cujas

præterea resarcient damnum ei contra quem pacem ruperint: vt hic statim sequitur,& damnum passo,&c.

Iniuriã augent locus & persona.

a *Iniuria.* quæ quidem iniuria inspici à iudice debebit,si fuerit atrox,vel non. Inspici etiam debebit in quem & à quo facta fuerit iniuria,& quo loco:vt maior æstimetur ex persona,vel loco:secũdũ quòd hęc omnia dicuntur insti. de iniur.§. atrox.vt secũdum qualitatem iniuriæ debeat puniri. Item inspici debebit si descẽdit iniuria ex.l.Cor.puta cum dicat se pulsatum,vel verberatũ,vel domum suam per vim ingressam:an descẽdat ex iurisdictione prętoris,sicut alia est pręter prędictam:vt illa quę descendit à lege,puniatur arbitrio iudicis,scilicet in vtraq; pœna corporali & pecuniaria propter contumeliam: vt.ff. de iniu.l.constitutionibus.In prętoria[a] verò iniuriam passus æstimabit suam contumeliam,& iudex pœnã corporalem:vt insti. de iniu.§.pœna.& hoc inspiciet,an agatur ciuiliter,an criminaliter: quod fieri potest:vt in primo casu pœna imponatur secundum qđ superius dictum est.si criminaliter,extraordinaria pœna officio iudicis punietur: vt insti.prædi.tit.§.in summa.Vtrum autem possit agi vna si actum fuerit alia,variatur. dixerunt enim quidã,[b] quòd si agat quis pro iniuria sibi facta ciuiliter,non poterit postea agere criminaliter,vel econtra . potest enim vtraque agi: vt.ff.de iniur.l.prætor.§.j. sed si agat ciuiliter pro eo quòd seruus suus sit dolo malo interfectus , nihilo minus poterit postea agere criminaliter,& econtra : vt.C. quando ciui.ac.præ.cri.l.j. & hoc dixerunt tali ratione : quia quando alicui fit iniuria,non habetur æstimatio rei familiaris,id est damni dati: sed tantum cõtumeliæ.M. vero non consentit cum eis in priori casu : sed in posteriori sic, & hoc tali ratione,scilicet quia in eo casu quo quis habet ciuilem, iudicis est æstimare vtrunque, scilicet contumeliam factam, & pœnam corporalem.is vero qui iniuriam passus est,neutrum æstimabit . In eo vero casu in quo quis prætoriam habet , ipse æstimabit contumeliam suam tantum : iudex vero pœnam corporalem tantum:& ideo in hoc casu si egerit ciuiliter,poterit postea agere criminaliter : vt.C.quando ci.ac.præiu.cri.l.j. & intelligas quòd hic loquitur de ea iniuria quæ specialiter dicitur contumelia , quæ à contemnendo dicta est : licet generaliter dicatur iniuria quicquid non iure factum est:vt insti.de iniur.in prin.Accur.

† *Not. hic Ia. de Bel. iniuriã puniri ciuiliter & criminaliter: vt.ff. de priua. delic. l. fi. & instit. de iniur. §. in summa. a Idẽ in ciuili descendẽte ex lege Cornelia: sed vtraq; iudex taxabit. Iac. Alua. & Andre. de Ysi.*

b Veritas est q; quãdo vtraq; tẽdit ad vindictã, vna ad alteram tollitur: secus si vna ad vindictã, & altera ad rẽ familiarẽ. And. de Yser. & Alua.

Furum pœna: & qui sint fures, & quotuplices.

b *Seu furtum.* quid sit furtũ,& vnde dicatur, habes insti. de obli. quæ ex delic.nas.§.j.&.ij.&.§.furtũ autẽ fit.&.ff.de fur.l.j.§. furtum.Fures enim sunt qui occultè & sine armis furtum cõmittunt: vt in authen. vt nulli iudi.§.quia vero nos.col.ix. quod furtum poterit puniri ciuiliter & criminaliter.Ciuiliter punitur furtum manifestum in quadruplum:non manifestũ in duplum:vt insti.de obq; ex delic.§.pœna.&.§.vlt.& de act.§.ex maleficiis.&.§.dupli. &.§.quadrupli.& totũ erit pœna siue quadruplũ,siue duplum.res enim ipsa furtiua cõdici per se poterit:vt insti.de act.§. ex maleficiis.& de obli.quæ ex deli.§.vlt. ꝓ pœna vero dabitur furti actio: quæ actio quando datur ad quadruplum,est prætoria : vt insti. de perpe.& temp.act.§. furti quoq;. quando vero datur ad duplum, est ciuilis : vt insti.de noxa.ac.circa prin. & ita dominus Io.B. eas signauit in arbore actionum . Quod autẽ est furtum manifestum, & quod non manifestum, dicitur insti. de obli. quæ ex deli.nas.§. manifestum. &.§.nec manifestũ. Criminaliter potest puniri furtũ: puta quia fur corporaliter punitur:ita tamen quòd nec moriatur, nec aliquid ei abscindatur:sed aliter castigari debet:vt in authen. vt nul.iudi.§.quia vero.col.ix.dum tamen in facie eius nihil inscribatur:ne facies quæ ad similitudinem pulchritudinis cœlestis est figurata,maculetur:vt.C. de pœnis.l.si quis in metallum.Iure autem Longobardorum contrarium sit : quoniam pro primo furto debet ei oculus erui : pro secundo nasus scarpelari:pro tertio vero debet mori : vt in Lombar.de fur. & ser.fu.l. si quis latro. & hoc verum est quando criminaliter punitur.si autem ciuiliter punitur:tunc si masculus fuerit & liber, & furtum fuerit manifestũ: sibi nouum reddet, & pro culpa soluet.lxx. soli. si furtum fuerit vsq; ad.x.siliquas siue solidos,& si non poterit soluere, debet mori.si autem fuerit nec manifestus:tunc tãtum nouum reddet.si autem fuerit seruus:eo modo punitur,excepto quòd ꝓ culpa soluet tantum.xl.soli.vt in Lombar.prædi.tit.l.j.ij.iij.&.iiij. & hæc vera sunt in masculo.si autem fuerit mulier libera: tunc pro manifesto tantùm nouum reddet. alia enim culpa ab ea non debet requiri ꝓ eo quòd passa fuerit iniuriam,cum deprehensa fuerit in furto : vt in Lombar.prædi.ti. si mulier libera.Eodem modo punietur pro non manifesto,vt puto , ex eo quod dicitur in.l.iiij.eo.tit.Eodem etiam modo punietur furtum ab ancilla factũ:vt in Lombar.prædi.ti.si ancilla.Per.l.autem istius imperatoris Fride.alias corporaliter punitur, scilicet quia si furtum fuerit valens.v.soli.vel supra, laqueo debet suspendi.si minus, scopis & forcipe debet excoriari & tundi:vt.ș.de pace te.§.si quis.v.soli.valens.

A c *Legitimè puniatur.* secundum leges.sed quæro, secundum quas leges debet puniri iniuria seu furtum:nunquid secũdum leges antiquas Romanas & nouas?an secundum.ll.Longobar.punietur iniuria,secundum quod dicitur in Lombar. de conuiciis. & in tit. de pla.seu fur.seruorum & aliorũ.& furtum similiter secũdum quod superius nota.estne dicendum predictos debere puniri secundũ.l.prędictã de pace te.§.si quis alium.& sequẽti.&.§.si quis.v.soli.valens &c? Respon.secundum.l. Lombar.nõ punietur,cum iste fuerit Romanorũ imperator.vnde intellexit tantum de legibus Romanis.nam ille qui Romam legeviuit,ei subiacere debet: vt in Lombar. vt Roma.po.inter qua.leviuere velit.l.j.Sed tamen instabis:nonne & Carolus fuit imperator qui illam.l.si quis latro.condidit,quæ est in Lombar.de fur.& ser.fugi?Respon.licet fuerit imperator,non tamen fuit Romanus. Vel dicas quòd nõ fuit imperator : imò videtur quòd tantum fuit rex Frãcorum & Lombardorum : vt in Lom.qua.di.lege hoc suas res ser.de.l.j.in fi.nec inuenitur in illo libro quòd fuisset imperator,nisi per subscriptiones super.ll. eius factas ab iis qui compilauerunt Lombar.sub titulis competẽtibus siue rubricis.imò per illam.l.quam fecit,scilicet primã,appellatur tantum rex:vt in Lombar. de epi. & cle.l.j. vel dicas quòd stetit rex per multos annos Franciæ & Lombar.antequã Romanum imperium haberet: & tũc fecit.l.prædictam,vt apparet per capitulare suum,si quis per otdinem inspexerit in Lombar.confusa non intitulata.nec enim inuenitur nisi nouem leges feciſſe postquam fuit imperator, siue.x.vt in vlt.charta capitularis sui reperitur. non enim ille fuit Carolus, qui dicitur filius fuisse Pipini , sed fuit ille qui fuit pater Pipini ,vt prædi.c.inuenitur char.vlt.& in Lombar.de epi.& cle.l.& hoc sta tuimus. & ita dices secundum quod superius dictum est,quòd non punientur per.l.Lombar immo nec per.ll.prędi.ș.de pace te.cum forte ipsa non est lex,[c] nec pro.l.debet seruari,maxime in isto casu:nec imperator iste voluit eam.l.esse, nisi vt seruaretur id quod est in ea:donec conderet.l.de pace te.& super iis quæ in ista continentur.vnde postea hãc legem fecit generalem,quam voluit perpetuo debere obseruari,secundum quod in prin.l.dicitur, in perpetuum valitura,&c. & quòd illa non sit lex,probatur ex eo quod in ea dicitur in prin. scilicet & omnibus ad quos literæ istæ perue

C nerint.per quod videtur quòd non est lex:sed fuerunt literæ quas mittebat per subditos suos, nõ faciendo mentionem de omnibus subditis suis,sed de his tantum ad quos peruenerint:cum forte nõ peruenerint nisi ad paucos . & eas forte misit statim cum receperat coronam,sicut faciunt omnes imperatores. nec enim seruauit in ea stylum cõdendæ le.quem ipsemet seruauit in ista dicens,hac edictali.l.& aliis quas fecit:& qualem debebat seruare,& etiã seruauit Iustinianus,secundum quod dicitur in.C.de legi.& consti.l. vt generales.&.l.humanum.quam etiã seruauit Lotharius in sua.l. superiori. Remanet ergo quòd per illas leges Romanas debet puniri & punientur,secundum quod superius nota.est.nec enim voluit imperator iste derogare aliis.ll.per prædictam.l.ș.de pace te.si lex est : immo voluit quòd in suo vigore deberent permanere. & hoc probatur ex eo , quòd in eadem dicitur circa princi. vbi dicitur : Inde est quòd nos tam diuinas quàm humanas leges in suo vigore manere cupientes , &c. & hoc etiam quod hic proximè dixit supra, & damnum passo secundum le. &c. & non dixit secundum.ll. quod eodem modo debet hic intelligi, legitimè puniantur,id est secundum.l.sicut in princ. huius glo. expositum est.Nec voluit tantum recapilogare verbum illud secundum leges causa

D pulchrioris dictatus. Vel dicas(& hoc verum puto) d quòd prędicta lex bene est lex, & pro lege debet seruari . nam quod principi placuit , legis habet vigorem.Quæcunque enim per epistolam & subscriptionem statuit,vel edicto præcepit , legem esse constatuit ff.de consti.prin.l.j. satis enim in ea continetur vocabulum edicti, secundum quod in.§. illo si quis alium. dicitur , cum ibi dicatur, si quis alium,&c. quasi fuerit illud pacis edictum quod fecit de pace tenenda.imò videtur iussisse quòd per omnes partes regni deberet seruari,ex hoc quod ibi dicitur circa princ. per vniuersas regni partes,&c. quod sufficit ad hoc vt vim obtineat edicti: vt.C. de legi. & consti.l.iij. Et secundum hoc dices , quòd iniuria puniri debeat secundum quod dicitur in illa.l. in illis casibus in quibus loquitur, scilicet quando fit post pacem.Veruntamen si iudex videbit magis [e] puniendum inspecta atrocitate iniuriæ , & inspectis personis iniuriam patientis & facientis , & loco , magis puniet , vel etiam minus puniet si viderit minus puniendum prædictis inspectis : secundum quod dicitur instit. de iniur. &.ff. de iniur. cum per illam.l. id non prohibeatur . quod enim non mutatur, &c. vt.C. de testa.l.sancimus. quicquid enim noua.l. non est specialiter expressum , id veteribus.ll.videtur relictum : vt.C.de ap.l. præcipimus. in fin. hoc idem intelligas de pœna furti, nisi forte

forte quantum ad pœnam corporalem quę debebit forte fieri, secundum quod dicitur in prædicta.l.j.§.si quis quinq; solidos valēs &c.in fi. licet enim videatur perquam durum, lex tamen ita scripta est,& seruanda: vt.ff.qui & à quibus ma.li.fi. vel non.l.prospexit legislator.nisi quia forte hodie derogatum est ei per contrariam consuetudinem.

Homicidium[a] quoq; & mēbrorum deminutio,[b] vel aliud quodlibet delictū legaliter vindicetur. Iudices † verò, & locorum defensores, vel quicūq; magistratus ab imperatore, vel eius voluntate cōstituti[c] seu cō firmati, qui iustitiam facere neglexerint,[d] & pacē violatā vindicare legitime supersederint: damnum omne iniuriam passo resarcire cōpellantur:& insuper si maior iudex est, sacro ærario pœnā decē librarū auri prestet: minor autē pœna triū librarum auri multet. Qui vero ad prædictā pœnā[e] persoluendā inopia dignoscitur laborare, corporis sui correctionē cū verberibus[f] patiat: & ꝓcul ab eo loco quē inhabitat, quinquaginta miliaria ꝑ quinquēnium vitā agat.

a *Homicidium.* ille enim qui homicidium fecit, capite puniri debet: vt.ff. de pace tenen.§.j. in fi. tenetur enim lege Cor. de sica. cuius pœna talis est, vt instit. de pub. iud. §. item lege Corne. de sica. eodem etiam modo punitur si causa hominis occidēdi cum telo ambulauerit, vt ibidem dicitur.&.C. ad.l.Cor. de sica. is qui cū telo.immo & si causa furti faciēdi cum telo ambularet, eadem lege teneretur: vt.ff. ad leg.Corne. de fic.l.j. & hoc verum est quòd ita punietur homicida, nisi per pugnam vel aliter ꝓbauerit quòd ad sui defensionē illud fecit: vt.ff. de pace tenen.§.j. is enim qui aggressorem, vel aliū in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam calumniam ob id factum metuere debet: vt C.ad.l.Corne. de sica.l.j.&.ij. quod enim quis ob tutelā sui corporis fecit, iure fecisse existimatur: vt.ff. de iusti. & iur.l.vt vim. item hoc est verum si habuit voluntatem occidendi. si enim non voluntate, sed forte casu eum occiderit, impunis erit: quoniam crimen non contrahitur, nisi voluntas nocendi intercedat. ea enim quę improuiso casu potius, quàm fraude accidunt, fato non noxæ plerunque imputantur: vt.C.ad leg.Corne. de sica.l.j. &.l.iiij. in maleficiis enim voluntas non exitus spectatur: vt.ff.ad.l.Cor. de sica. l.diuus. Item hoc verum est, quòd ita debebit puniri vt dictum est: & præterea bona eius fisco applicabuntur, si non reliquerit ascendentes vel descendentes vsque ad tertium gradum: quo casu eis concedentur: excepto crimine læsæ maiestatis: salua tamen dote vxoris: vt.C. de bonis damna. authen. bona damnatorum. &.C. ad leg. Iul. maie. l. quisquis. Si autem homicida à facie iudicum fugerit: tunc res eius mobiles publicari debent in populo, & dispensari: alia vero immobilia dabuntur hæredibus suis iurantibus & obseruantibus secundum quod continetur. ſ. de pace te. §. si vero pacis violator. & hæc vera sunt in violatore pacis. in alio vero idem puto seruandum quod in prædicta authen. dicitur, nisi forte diceres, vt maleficium non remaneat impunitum, quòd saltem legitima tantum ascendentibus & descendentibus vsque ad tertium gradum relinquatur. interest enim reipublicę ne maleficia remaneant impunita: vt.ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. parricidium autem punietur secundum quod dicitur. ff. &.C. ad legem Pompe. de parri. & instit. de pub. iudiciis.

b *Deminutio.* pro quo delicto forte manus delinquentis amputabitur, cum pro solo vulnere manus eius amputaretur si pacem violauerit: vt.ſ. de pace tenenda. §. si quis alium. imò (vt puto) in plus punietur si iudici visum fuerit secundum qualitatem criminis. immo & capite punietur si animo occidendi eum percussit, vt supra notatum est. & hoc similiter intelligas secundum determinationem superius notatam, scilicet se defendendo, aut non: aut voluntariè, vel non hoc fecerit.

c *Constituti.* & ita not. hic quòd ab imperatore debent iudices, & locorum defensores, & alij magistratus, vel eius voluntate constituti. & hoc verum est excepto in Lombardia, quæ priuilegium habet ab eo, vt Lōbardi per se iudices faciant, dum tamen ab eo confirmentur: quod male seruatur, secundum quod continetur in pace quam imperator Constātiæ fecit cum ipsis, quę scripta est infra inferius in libello de pace Constantiæ composita &c. & hoc est etiam quod dixit, seu confirmari. quod forte dixit propter prædictam pacem. & hoc verum est, quòd debent iudices in ciuitatibus constituti, scilicet qui iura reddere possint. parum est enim ius esse in ciuitate, nisi sint qui iura reddere vel regere possint: vt.ff. de orig. iur. l.ij. §. post originem.

Feuda.

d *Iustitiā facere neglexerint.* ita quòd eam nullo modo fecerint. idem puto & si contra ius litigatoris fecerint, puta sententiando contra quàm non debebāt, forte corrupti precio, aut gratia: quoniam tunc non patietur solum pœnam æstimationis dispendij, sed etiam ipsius litis, cum eam suā fecerit: vt.C. de pœna iudi. qui male iudi. l. vlt. debet enim tunc cōdemnari ad veram litis estimationē,[a] nisi foret filiusfamilias, qui condemnatur quatenus peculium patitur:[b] vt.ff. de iudic.l.si filiusfamilias. hæc vera sunt quando dolo malo ita iudicauerit. si autem non dolo, sed per imprudentiam male iudicauerit: tunc cōdemnari debebit quatenus æquum visum fuerit iudicanti: vt instit. de obli. quæ ex quasi deli. na. circa prin. &.ff. de va. & extra. cog. l. fi.

Domus vbi conuenticula aut conspirationes fiunt confiscatur: & receptās violatorem legis, pari cum eo pœna punietur. Bald.

Conuēticula[g] † quoq; in ciuitatib⁹, omnésq; cōiurationes,[h] & extra, etiā occasiōe parētelæ, & inter ciuitatē & ciuitatē, & inter personā & pſonā, siue inter ciuitatē & personam, modis omnibus fieri ꝓhibemus: & in prēteritum factas cassamus, singulis cōiuratorum pœna vnius libræ auri puniēdis. Episcopos verò locorū eccleſiastica cēsura violatores hui⁹ sanctiōis, donec ad satisfactionē veniāt, volum⁹ coërcere. Receptatorib⁹[i] etiā malefactorū qui prędictā pacē violauerint, & prędā emētibus, nostram indignationē ſubituris, & eisdē pœnis feriēdis.[k] præterea bona eius publicētur, & domus

e *Ad prædictam pœnā.* hoc refertur ad proximum dictū, scilicet ad iudices, qui prædicta facere neglexerint: scilicet vt puniantur: vt.j. sequitur, si prædictam pœnam non potuerint soluere. Sed nunquid ad violatores pacis posset referri, scilicet qui propter inopiam non possunt soluere pœnam contra eos statutam superius, scilicet vt eodem modo debuerint cum verberibus procul ab eo loco in quo habitant, abiici? & quare non? vt dicas quòd referatur ad superius dictum, & ad proximum: & maxime cum violator pacis nō commisit homicidium, vel aliud delictum propter quod debet capite puniri in ipsa violatione pacis: immo multo fortius deberet referri ad eos, cum sit tale delictum propter quod etiam deberet capite puniri. nam miles turbator pacis capite punitur: vt.ff. de re mili.l.fi.

f *Cum verberibus.* Not. ergo quòd nō liberatur quis à pœna ꝓpter inopiam, immo maiorem pœnam sustinet, cum corporaliter verberibus debeat puniri, & præterea à loco suo expelli longe per.l. miliaria. ictus enim fustium maior pœna est qualibet pœna pecuniaria: vt.ff. de pœnis.l.in seruorum. in fi. cum aliàs dicatur quòd saltem minorare potest propter inopiam: vt.C. de mo. mult.l.eos.in fi. sed hoc quod hic dicitur, contingit propter enormitatem criminis.

g *Conuenticula.* sic & aliàs prohibentur conuenticula fieri collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuscunq; loci: vt.C. de iis qui ad eccle. confu.l. denunciamus. & de epis. & cle.l. conuenticula.

h *Coniurationes.*[c] qualitercunque ergo fiant coniurationes, prohibētur per.l.istam, & cassantur: quod male hodie obseruatur: immo totum contrarium faciunt ciuitates, maxime Lombardiæ per partes quæ sunt in ciuitatibus & cōpagine, vt ita loquar. sic etiam aliàs prohibentur coniurationes negotiatorum, scilicet vt species diuersorum corporum negotiationis non minoris quàm inter se statuerint, venundentur: vt.C. de monopoliis.l.j. Accursius.

i *Receptatoribus.* pessimū est genus receptatorū, sine quibus latere nemo diu potest: & perinde debēt puniri sicut latrones. ff. de recep.l.j. & de offi. prēto.l. cōgruit. idem forte esset si eos nō receperint: sed cū eos possent apprehēdere, accepta pecunia, vel parte surreptorum, eos dimiserint: cum in pari causa videantur cum eis. ar.ff. præ.ti.l.j. in fi. immo iure Longobar. si postquā deprehenderint eos, dimiserint: omne damnum pro quo deprehēsi fuerint, tenentur emendare: vt in Lombar. de fur. & ser. fu.l. si quis furem.

k *Feriendis.* puta cum in pari facinore sint cum ipsis violatoribus quasi consentiendo. quos enim par facinus coinquinat & æquat, vtrosque similis pœna comitatur: vt.C. de epis. & cle.l. si quenquā. in fi. facientes enim & consentientes pari pœna constringuntur: vt.C. de sacrosan. eccle.l. iubemus. §. œconomus. hoc est verum,[d] nisi forte ille qui recipit, sit eius affinis, vel cognatus: quoniam tūc debebit absolui, nec forte seuerius condemnari. non est enim par eius delictum, & eius qui nihil ad se pertinentes malefactores recepit: vt.ff. de rece.l.fi. iure autem Longobar. non inspicitur sit affinis, vel cognatus: immo etiam si pater filio vel ꝓpinquo latroni

a *Et etiam corporaliter potest puniri secundum Iac. de Belui. Bal. & Alua.*

† *Facit ad hoc. C. de epi. & cler. l. conuēticula.* & *de his qui ad eccle. cōfu. l. denūciamus. & de monopo. l. i.*

b *Immo totū interesse, secūdū Alua. per. l. hic alleg.*

Inopia pœnam nō aufert, sed auget.

c *Cōcor. ii. q. i. c. coniurationē. & c. si qui clericorum.*

Receptatores qui sint, & eorum pœna.

d *Approbatur cōmuniter ꝑ scribentes hic.*

BIU Cujas

mansionem post missam sancti Ioannis baptistæ dederit: quasi latro & infidelis debet iudicari. vnde qui illũ suscipit, similis est illi, nisi iurauerit cum .x. francis (si francus est) quòd nesciret eũ latronem fuisse: vt in Lombar. de fur. & ser. fu. l. quicunq; post missam.

a *Destruatur.* hic nõ inspexit imperator iste deformitatem vrbis propter destructionem domorum: quod aliàs lex inspicit: quoniam interest reipublicæ ne vrbes deformẽtur ruinis: vt. ff. ne quid in loco pu. l. fi.

b *Non fruatur.* cum in eam committat nolendo iurare pacem, nec eam tenere. frustra enim legis auxilium inuocat, qui in eam committit: vt. ff. de mi. l. auxilium. in fi.

c *Illicitas.* quas præses prouinciæ prohibere debet: vt. ff. de offi. præsi. l. illicitas.

d *Ab ecclesiis.* nec enim debet extraordinarium aut superindictũ ab ecclesiis efflagitari: vt. C. de sacrosan. eccle. l. placet. à quibus autem exactionibus debeant esse immunes ecclesiæ, & à quibus non: dicitur & notatur in prædicto tit. & in prædicta. l. & . l. ad instructionem pontium.

e *In duplũ.* immo forte si ab ecclesia facta fuerit illicita exactio, pœnam perpetuæ deportationis post excommunicationem, quæ erga sacrilegos iure promenda est, patietur exactor: vt. C. de sacrosan. eccle. l. placet. in fi.

f *Item sacramenta puberum.* id est, iuramenta super sacrosan. corporaliter præstita. ꝓprie enim dicuntur sacramenta, cum quis fidẽ suam vel mentẽ super sacro iuramẽto adstringit, vtputa super altari, vel libro continente sacrosancta euãgelia. quid ergo si super libro alio iurauerit, vel forte sup aliquo ligno, vel lapide? Respõ. nihilo minus valere: quia ad cor respicit dominus. vnde non minus peierat qui cõtra facit. nam tactus libri cuiuscunq; nõ id operatur, sed sola voluntas, & abnegatio nominis dei omnipotẽtis: vt. C. de transl. si quis maior. in prin. hodie tamen non videtur valere iusiurandum per nomen domini, vel caput, vel capillos: vt in authen. vt non lux. contra na. coll. vj. licet sæpe Romani contrarium faciant. hodie tamen, vt de consuetudine est obtentum, iuratur per sacrosancta dei euangelia: vt in auth. iusiurandum quod præ. l. ab his. in prin. col. ij. quod constat esse seruandum: quia diuturni mores &c. vt insti. de iu. na. §. ex non scripto. Quid si iurauit verbo tenus, vt quia dixit, per deum nõ veniam cõtra? Respõ. nõ valet. [a] plus enim operatur tactus libri ratione maioris solẽnitatis, quod etiã ꝓbari potest: vt. C. si mi. se ma. di. l. si alterius. §. vlt. in prin. licet sit ar. cõtra. C. de epis. & cle. auth. sed & iudex. & de iu. l. rem nõ nouã. sed speciale ibi. quid si nõ ipse, sed alius pro ipso, & super animã suam iurauerit, vt fit interdum? Respon. idem est ac si ipse iurauerit: si tamen iuratũ fuerit eo mandante: vt ar. ff. de admi. tu. l. ita autem. §. gessisse. & . ff. quod cu. vni no. l. itẽ eorũ. §. j. j. respõ. ar. cõtra. C. de iis qui ve. æta. impe. l. ij. in prin. & de iur. emphy. l. vlt. § pe. [b] quid si impubes iurauerit? nũquid tenebit eius sacramentũ, vt cõtractus cum eo habitus valeat? ar. ꝙ sic. ff. de iureiur. l. qui iurasse. j. respõ. sed cõtra puto: quia illud verũ est in sui emolumentũ, & aduersarij præiudicium: vt ibidẽ ꝓbatur. quinimo impubes ꝓhibetur iurare cum etiã de eius vtilitate tractatur: vt. ff. de in litem iuran. l. videamus. in prin. in casu tamẽ, puta cum iurauerit se daturum patrono operas, & miniculator est, vel histrio, obligatur: vt. ff. de li. cau. l. vlt. præterea cum lex ista loquatur tãtum de pubere, nihil noui videtur statuẽdum per hoc in impubere: quia quod nõ mutatur &c. C. de te. l. sancimus. puberem autẽ accipimus masculũ maiorẽ. xiiij. an. fœminã autẽ maiorem. xij. vt insti. qui. mo. tu. fi. in prin. Itẽ puberem accipias sanæ mẽtis. nã si furiosus sit, nec iureiu. se obligat: quia similis est pupillo infanti: adeo quòd nullũ negotiũ recte gerit: vt insti. de inuti. sti. §. furiosus. & . §. sed quod dixim⁹. ipse enim habetur loco dormiẽtis & absentis. [c] vt. ff. de iu. co. l. ij. §. furiosus. &. ff. de acqui. pos. l. j. §. j. Quæro, nunquid sit intelligẽdum hoc de pubere patre fa? Respõ. idẽ in filiofa pubere: tũ quia lex nõ distinguit: tũ quia ipse ex omnibus causis obligatur quib⁹ pater fa. exceptа causa mutui: vt. ff. de act. & ob. l. filiusfa. sed nunquid tãtum in pubere libero? Respõ. [d] & idẽ in seruo quantũ ad hoc vt naturaliter cũ effectu obligetur. nã qui est seruus, naturaliter obligatur: vt ff. de cõdic. inde. l. naturaliter. vt nec cõtra illã naturalẽ posset restitui. Itẽ quãtum ad hoc vt dominum obliget de peculio: vt. ff. de pecu. l. si quis. §. etiã. vbi nec ipse dominus restitui possit: quod tamen etiã sine iuramento cõtingeret: vt. ff. de mi. l. iij. §. seruus. Sed quid de impubere libero, qui credebat se seruũ? Respõ. [e] idẽ quod in vero opinato libero: quia plerunq; extra id qđ agit, tacita obligatio nascitur: vt. ff. cõmo. l. si is qui. §. si libero. &. ff. de acqui. rẽ do. l. homo liber. Itẽ quæro, an sit hoc intelligendũ in pubere curatorẽ habẽte, qui sine curatoris authoritate cõtrahendo iurauit? Respõ. vtiq; secundũ eos qui dicũt quòd sacramẽtum repræsentat eũ maiorẽ. nã si maior esset, nõ restitueretur. Sed cõtra videtur, cũ pupillo similis habeat: vt. C. de in integ. restit. mi. l. si curatorẽ habẽs. in quẽ nõ cadit præsens cõstitutio: vt. s. notauimus. ergo potest intelligi lex ista i pubere habente curatorem, & cõtrahẽte eius authoritate, & in pubere non habẽte curatorem cõtrahente per se solum. sed instabit quis dicens. l. ista nõ distinguit in pubere habente vel non habente curatorem: ergo nec tu distinguere debes. Respõ. immo, quamuis lex ista non distinguat, à religione iudicantis omitti non debet: vt. ff. de test. l. quæsitum. Vel dic quòd licet hæc lex non distinguat, debet tamen distingui per alios: vt ar. C. de ap. l. vlt. §. fi. & in auth. de admi. offi. §. fi. nã & posteriores leges interdum trahendæ sunt ad priores: vt. ff. de legi. & senatusconsul. l. sed & posteriores. Sed licet ita videatur posse dici & distingui: tamen rius [f] videtur, vt siue curatorem habeat, siue non: teneat contractus, nec possit rescindi, quanquam secundum leges sit ipso iure nullus. nam & secundum leges veteres vẽdita re sine decreto, ipso iure nulla est venditio: vt. C. de præ. & aliis re. mino. l. ij. &. iij. & C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. §. vlt. & tamen si corroboretur iuramento, valida fit, & tenet per hanc. l.

Iurare quãdo quis dicatur.

g *Sponte facta.* quia secus si per vim vel metũ: vt. j. co. §. per vim autẽ. Sed quid si dolo fuit inductus minor, vt interdũ faciũt tutores finita tutela, qui eos blãditiis vel adulationibus ad talia inducunt? Respõ. nõ videtur tunc spõtanea volũtas: vt ar. C. de rap. vir. l. j. circa fi. quid ergo? Respõ. si maior esset, haberet actionẽ de dolo, cũ res ꝓcessisset ad traditionẽ: sed quia minor est, videtur quòd cesset restitutio in superstite: vt. ff. de dolo. l. j. §. idem Pomponius. restitutionẽ autẽ tollit iuramentum interpositũ: quia repræsentat eũ maiorem: vt hic. sed iuramentũ siue eius effectũ tollit interpositus dolus: quia non debet ex eo lucrari: vt. ff. de dolo. l. ne ex dolo. quid ergo? nunquid res erit in circulo, vt. ff. qui po. in pi. hal Claudius Felix? Rñ. nõ, sed minor [g] postulabit restitutionẽ cessante actione de dolo, quę nõ potest habere locũ. & si opponatur de iuramẽto, replicabitur de dolo: quia dolo induxit cũ ad id: vtaq; C. de trãsac. l. sub ꝓtextu. & . l. si ex falsis. & ar. ff. de iudi. l. si prætor. §. Marcell⁹. & hoc cũ cõstat adhibitũ dolũ, forte persuadẽte ei qui in nullo ei tenebatur, & quòd ipse lõge pluris erat ei obligat? vel simili modo. Quid si aliàs suis blãditiis minorem induxit ad hoc, forte dicẽdo ꝙ ex fide fecerat, quãquã in aliquo minus bene fecisset ei, & talia: vel quia valde ꝓ bono haberet, si sic cũ eo cõtraheret: nũquid tenebit si iurauerit, quanquã in aliquo læsus sit, vt nec restituatur? Rñ. vtiq;: [h] quia nõ est alicui interdicendũ, si aliquid ex sua industria cõsequi possit: vt. C. arbi. tu. l. si defunct⁹. &. C. si quis ali. testa. ꝓhi. l. fi. & . ff. de leg. ij. l. Lucius. §. Sempronia. &. ff. si quis ali. te. pro. l. fi. item quod dicit, sponte, non dicit ad differentiã eius quod interdum ex iuris necessitate fit, vt cum cedit vni actionẽ cõtra alium: vt. C. de diui. tu. l. ij. §. vlt. & idem in similibus. Accur.

h *Super cõtractibus.* Hic quęro, an sit intelligendum de quocunq; cõtractu etiã legibus interdicto? Rñ. nõ. nã iuramẽtum interpositũ cõtra leges, ipso iure nõ valet, nec cõfirmat cõtractum cõtra. l. iniustũ: vt. C. de legi. & cõsti. l. nõ dubium. in fi. & . ff. de pac. l. iurisgẽ. §. & generaliter. & de leg. j. l. si quis inquilinos. §. vlt. & in auth. ecclesiasticas nõ solum. col. v. §. fi. & . ff. de obseq. lib. l. pe. Nec obsi dicatur quòd peierat: quia nõ videtur peierasse: vt. ff. qui satisd. cog. l. vlt. Sed in isto nonne contractus alienationis rei immobilis sine decreto est cõtra. l. vt. C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. in fi. & de prædi. mi. fere per totum. ergo & sacramentũ nullius debet esse momenti? Respõ. [i] nõ est cõtra. l. cum hac. l. Fri. sit approbatũ, hæc, scilicet sacramẽta puberũ &c. vel illud in cõtractib⁹ interdictis iure cõmuni. Itẽ quæro, quid si minor vendiderit & iurauerit, & deceptus sit vltra medietatẽ iusti precij, an possit venire cõtra? Respõ. P. vtiq; quia agit vel vt iustũ precium suppleatur, vel vt rescindatur cõtractus: vt. C. de rescin. ven. l. ij. sed Io. &. B. idem, sed alia ratione, dicẽdo quòd sacramentũ nihil aliud operatur, nisi quòd repræsentat eũ maiorẽ. vnde est quòd ipse sicut quis maior poterit postulare vel preciũ suppleri, vel cõtractum rescindi, data electione emptori: vt in prædi. l. sacramentũ enim interpositum priuat eũ à primile gio suo. s. restitutionis quod ei ꝓpter ætatẽ cõpetit, nõ autẽ à iure cõmuni: quia hoc non potest facere: vt. C. de transac. l. fi ex falsis. &. C. de

a *Secus de iure cano. quia inter simplicẽ loquelã & iuramẽtũ de⁹ nõ facit differentiã: vt 12. q. 2. ca. quicũq;. & 22. q. 5. ca. iuramẽti. facit etiam. c. si verò aliquis. extra de iureiurando.*

b *Ibi loquitur in ꝓcuratore generali secũdũ Bal. ibidẽ.*

c *Approbatur ꝙ omnes scriben. hic.*

d *Ista etiã approbatur per omnes.*

e *Idem Aluaro.*

BIU Cujas

&.C.de non nu.pe.l.vlt.nec mirū quòd difficilius tollitur ius cōmune q̄ priuilegium,cum etiam difficilio inducatur:vt in auth.de re.ec.non alie.§.sed quia verisimile.in fi. Quid de maiore iurante se deceptum vltra dimidiam?Rñ.forte idē, cum nō superſit ei nisi ius cōmune.dño tamen P.visum fuit contra:vt nihilo minus cōtrauenire posſit prædicto modo: quia non agit præcise vt rescindatur contractus, sed vt iustū pretium restituatur & suppleatur,vel cōtractus rescindatur.& facit pro hoc:quia sacramentū ius cōmune non tollit:vt.ſ.not.& ,pbatur.ff.de acquir.pos.l.si quis extrane°.j.respō.&.l.si seruū quis. §.vl.sed dño meo visum est contra: [a] vt no.in summa. de rese.ven. quia venditor sic agendo altera ratione vrget emptorem rescindere cōtractum:vt.ff.de condi.insti.l.quæ sub conditione.§. sed si sub iurisiurādi.contra hoc tamē est ar.ff. de iure patro.l.adigere. §.j.Sed quæro an hoc sit intelligendum in venditione facta cū interpositione decreti:an idem & si decretum non interuenerit?Rñ. vtique in omni venditione:quia aliter inutiliter videretur adiecta: cum hoc etiam lex.C. [b] aduer. ven.inducat. & maxime cū hoc indistincte hic dicatur,res etiam in dubio sit potius interpretanda vt valeat quàm pereat: vt.ff.de leg.j.l.siquando. & ad mu.l.j. Item quæro si iurauerit aliquis in genere seruaturum se omnes contractus quos fecerit tempore minoris ætatis,& postea vendat & non iuret,an teneatur?Respon.videtur quòd non:quia ex confessione non solet quis absenti obligari:vt.ff.de confes.l.certum.§.si quis. Item quia res inter alios acta &c.& ad hoc facit.C.si aduer.vendi. l.j.vbi dicit emptori iurandum esse.Item est argu. ad hoc.ff.quod cuiusque vniuer.l.item eorum.§.sed si ita . Item pro hoc est præsens litera super contractibus.vnde si aliter fiat,non valet: vt.arg. C.de sen.& inter.l. prolatam. ex aduerso videtur contra, hac ratione: quia constat eandem rationem subesse etiam cum aliàs iuratur: & quia nihilo minus faciens contemnit religionem diuinam,& delinquit, & nihilo minus propriam turpitudinem allegat.vnde cum eadem subest ratio, idem debet subesse ius: vt arg.ff.ad leg.Aquil.l.illud.sufficit enim quia deierat: ideoq; ferendus non est: vt.C.de indi.vi.l.ij.in fin.Item quia contra factū proprium venit:vt.ff.de adopt.l.post mortem. & in hac quæstione satis puto quòd si prius ita iurauerit,& postea in contractu dixit se velle teneri illo iuramento, quòd teneat: & ita videmus de consuetudine obseruari.Item quæro,si minor vendidit & iurauit, & antequam traderet cecidit à possessione: postea ad eum rediit aliquo casu: an si non præstet,vel non restituat eam emptori agēti postea, videatur facere contra sacramentum? Respon. vtique, cum nondum tradiderat.sed si iam tradiderat,tunc secus erit:cum iam videatur liberatus solutione eius: vt not. C.de transact.l.si quis maior.secundum Azonē. Vel dic [c] idem in vtroque casu:quia agere videtur & controuersiam facit etiam reus excipiendo & contradicendo:vt ar.ff.de procu.l.nō solū.§.si statua.& si pars hære.peta.l.permittēdum.Sed quid si primo vendidit,nec iurauerit, sed postea ex interuallo iurauit se ratum habiturum , & non contraenturum : nunquid confirmabitur vt teneat præcedens contractus , quanquam à principio nullus fuerit ipso iure? Respond. vtique: [d] ar.ff.de iudi.l.licet.ar.contra insti.de auct.tut.§.vlt.Itē quia maior factus ratum habens,etiam sine iuramento confirmat eandem venditionem, quamuis ipso iure nulla fuerit:vt.C.si maior fa.ra.ha. vel non.l.j.& .ij. & argu.ff. quorum lega.l.j.§.prodest.Item quero,an lex ista locū habeat ī stipulatione vel in renūciatione?Videtur q̄ non:quia contractus proprie is est, qui vltro citroq; dantē & accipiētem obligat:vt.ff.de verb.sig.l. Labeo.ij. Minor autē qui promittit,non se alij,sed alium sibi obligat.Item minor qui renunciat,nō cōtrahit,sed potius distrahit,vt alibi dicitur in soluto debito:vt insti.qui.mo.re cōtrahi. obli.§.is quoq;.in fine.Sed contra puto [e], scilicet vt hoc nomen contractus,accipiatur pro omni obligatione , ad exemplum eius quod dicitur in edicto prætoris: vt.ff.de mino.l.ait prætor.in prin.& arg.ff.de iis quæ in frau.credi.l.j.§.ait.&.ff.de iudi.l. omnem. &.ff. quibus ex cau.in pos.ea.l.vlt.Quid si iurauit se non venturum contra sentētiam,vel contra confessionem vel arbitrium? Respon. [f] vtique:& tūc tenet.nam in iudicio quasi cōtrahitur:vt.ff.de pec.l.iij.§.idem scribit.& maior etiam si tale pactum fecisset, non veniret contra appellando:vt.ff.qui.ap.li.vel non.l.ij.imò contra puto,quòd saltem appellare posſit:quia non est de iure communi:nam iurando solū perdit priuilegium ætatis:vt.ſ.dixi.Sed nunquid & tunc in aliquo tenebit sententia,cū curator ibi non affuerit?Rñ.idem:vt no ta.ſ.in.viij.q.Quid si iurauerit quis se non venturum cōtra testamentum? distingue vtrum proprium,an alienū.si contra propriū, non tenet:quia testamenti factio iuris publici est: vt.ff.de testa.l. iij.quod autē iuris publici est,pactis priuatorū non potest tolli:vt ff.de pac.l.ius publicum.nec etiam per pactū potest aliquis maior

rerum [a] suarum [b] nō retractādis

inuiolabiliter [c] custodiātur. Per

libertatem testamenti faciendi sibi auferre:vt.C.de pac.l. pactum quod dotale.&.ff.pro socio.l.cum duobus.§.idem respon.Si autē contra alienum:distingue vtrum potuit tenere pactū de iure communi secundum distinctionem no.C.de pac.l.vlt.quo casu prædicatur ei.nam testamentū connumeratur inter cōtractus:vt.ff.de duo.reis.l. eadē.an nō: in quo casu contrauenit de iure communi:vt aliàs .ſ. nota. in.xij. q. Quid si filiusfa.minor renūciauit Macedoniano,& iurauit?Respō. non teneri [g] : quia nec maior renunciare potuisset,cum non sit fauore eius inductam,sed odio creditorum : vt.ff.de condic.inde.l. qui exceptionem.sic enim daretur materia peccandi,quod est contra publicam vtilitatem:vt.ff.ad Maced.l.j.in prin. & insti.l. quod cum eo.in prin.Quid si mulier minor renunciauit Velleia.& iurauerit? Respon.tenet [h] .nam si maior renunciasset,cum sit eius fauore inductum,teneret:vt in prædicta.l.qui exceptionem.&.ff.ad Velleia.l.vlt.§.pe.&.C.quando mu.tu.of.fun.l.vlt.Quid si minor sit confessus se pecuniam accepisse mutuo,& renunciauerit exceptioni non numeratæ pecuniæ , & iurauerit se nō venturū contra? Respon.non poterit aliquo modo venire contra,secūdum eos qui dicunt maiorem renunciantem nullo modo debere admitti cōtra. Vel secundū nos dabitur ei exceptio doli:& ita in hoc grauabitur vt tunc probet non numeratam pecuniam : sicut aliàs diximus in maiore renunciante : :vt in ſum.de non nu.pec.Quid si minor donauerit causa mortis,& iurauerit se nullo tempore reuocaturum? Respon.tenet,nec reuocat.nam minor etiam de iure cōmuni potuit donare:quia & testari potest:vt.ff.de dona.cau.mor.l. tam is. & insti.quib.ex cau.ma.non pos.§.pen.nam & maior potuisset renunciare iuri reuocādæ donationis : cùm hoc sit eius fauore inductum,vt censeatur priuati iuris : licet aliud sit in in testamenti factione:vt.ſ.no.vnde & filiusfa.donare potest causa mortis, patre consentiente,sed testari nō potest:vt in prædi.l.tam is.&.C.de testa.l.nemo.Quid si donauerit simpliciter,& iurauerit?videtur forte quòd non teneat:quia etiam decreti authoritate facta,ipso iure non valet:vt.C.si ma.fa.ra.ha.l.vlt.§.fi.Sed cōtra puto [i], cum repræsentatur maior propter iuramentū:vt.ſ.no. nā si maior factus donasset,nō repeteret.nec obstat q̄ hoc non potest facere decreti interpositio:quia illa nō tollit restitutionem:vt.C. de præ.mi.l.si quidem.iuramentum tamen tollit:vt hic. Quid si minor iurauerit transactionem,venditionē,vel alium contractū similem firmū habere?nunquid si de facto contrauenit & peierat,infamabitur,& alias pœnas subibit quæ continētur.C.de transac.l. si quis maior? Rñ.non infamabitur,etsi pœnas alias subeat:vt ar.ff.de iis qui no. infa.l.vl.quinimo videtur q̄ nec alias subeat pœnas,nisi quas subiret maior qui nō iurasset:cū sacramentū nihil aliud operetur,nisi vt maiorē eum repræsentet.Vel quod verius est, dic q̄ oēs pœnas prædictas subire cogetur:quia cōstat contractū tenere:vnde si contra faciat,punitur sicut quiuis maior qui iurauit : cū in delictis nullo ætatis auxilio debeat ei succurri : vt.C.si aduer. deli.l.j.& ff.de mi.l.auxilium.§.in delictis.Quid si filiusfami. minor iurauit patri contrahendo forte cum eo,cum renunciauerit bonis maternis, sicut plerique faciunt? Respon. nō valet. [k] nam stipulatio inter maiores contracta cum parentibus in quorū potestate sunt,inutilis est : vt insti.de inuti.stip.§.item inutilis.Quid si pater minor diuisit bona sua inter filios emancipatos,& iurauerit?nunquid potterit venire contra?Respon.vtique [l] : tum quia nulla fuit cōtracta obligatio,nec fuisset etiā si maior esset:tum quia liberū debuit habere commutandi arbitrium:quanquam hoc fallat in casu fauore matrimonij : quia dotem quam dedit pro filia sua priori viro,nō potest deminuere,nisi postea clade aliqua superueniente:vt.C. de rei vxo.act.auth.sed quamuis.Sed contra videtur,cum talis diuisio fiat inter filios animo donandi : & donatio inter eos nitatur viribus:vt.C.de inoffi.do.l.ij.

g *Approbatur per oēs scriben.hic.*

h *Cū ista gl. trāseunt oēs doct.hic.*

i *Approbatur per oēs scriben.hic.*

k *Imò secūdum Iac.de Belui. & Alua.*

l *Hæc opinio procedit quādo diuisio habet vt testamenti, aliàs secus: vt hic in fi. glo.Iac.& Aluaro.*

a *Rerum.*ſ.corporalium & incorporalium,item mobilium & immobilium.rei enim appellatio generalis est:vt.ff.ſi cer.pe.l.j.& de verb.signi.l.rei appellatio.& insti.de re.corpo.& incorporali.per totum.Accursius.

b *Suarum.*id est propriarum.Sed quid si communium? Respon. idem:quia verbum suum,ad vtrunque pertinet: vt.ff.de verb.sig. l.pupillus.§.verbū suum.& de leg.iij.l.si quis seruos suos.Quid si super rebus alienis contraxit, puta quia rem alienam vendidit & iurauit? Respon.constitutionem præsentem ad id non respicere, cum hic tantum de rebus suis loquatur.Quid ergo?stabo legi veteri,vt dicam ipso iure non valere ; vt.ff.de re.co.qui sub tu.l.magis.§.j.Vel dic [m] quòd teneat sicut à quouis maiore aliàs facta: vt ff.de contrahen.emp.l.rem alienam.& quod dicit rerum suarum, large accipiatur.q.d.super contractibus suis &c.

m *Et melius. And. de yser.& Aluaro.*

c *Inuiolabiliter.* id est incorruptibiliter,id est sine violatione vel corruptione aliqua & quantum ad agendum,& quantum ad exci-

BIU Cujas

piendum,& quantum ad dominium transferendum & accipiendum.arg.ff.de acquir.rerum do.l.statuas.& fami.ercis.l.inter cohæredes.§.j.

a *Iustum metum*.quia si vanus fuisset timor, contra esset: vt.ff. quod met.cau.l.metum.&.l.metum autem.§.j.

b *A maioribus*. maxime si maiores,id est potentiores vim vel metum intulerant,ne maleficiorum commissorũ extorta &c. Vel potest legi secundum aliá literam aliter: per vim autem & iustum metũ etiam à maioribus,maxime ne querimonia maleficiorum commissorum fieret.

†*Ia.de Belviso exponit hic allodium.i.illud qđ est eius ꝓpriũ,& à nemine alio recognoscitur nisi a solo deo.et facit.j.proxi.§.&.ff.si de feu.fue. contro. c.2. & 3.& de allodio tãgitur.ff. de reli.l.at si qs. §.si interdũ. &.C.de inge. & mal.pe.*

vim autẽ & iustũ metum[a] etiam à maioribus[b] (maximè ne querimoniam[c] maleficiorum commissorum faciant) extorta[d],nullius esse momenti iubemus.

TITVLVS LIIII.
DE ALLODIIS.

AD hoc qui allodium † suũ vendiderit,districtum & iurisdictionẽ imperatoris vendere non præsumat:& si fiat,non valeat. Si verò contigerit allodiũ aliquod etiam infeudatum cõferri ecclesiæ vel pro oblatione fidelium, vel per emptionis & venditionis, alteriúsve huiusmodi contractũ:infeudatus,nisi per gratiam ecclesiæ tanquá de nouo receperit feudũ quod habebat,retinere nõ poterit. [e] Vt autẽ æquitas quæ in paribꝰ causis paria iura desiderat, [f] ꝑ vniuersitatem totius imperij seruetur:firmiter statuimus,tã in Italia ꝙ in Alemania, vt quicunq; indicta publica expeditiõe Romã ad suscipiendã imperij coronam,regem, aut sub rege dominum suũ nõ adiuuerit, aut eundo cum ipso,[g] aut pro quãtitate feudi stipẽdia[h] militiæ persoluẽdo,si de vocatione legitima[i] à domino suo conuinci per cõpares suos[k] poterit, feudũ perdat:[l] & dominus in suos vsus illud habeat redigendi liberam facultatem.[m]

A infrà.l.proxi.§.firmiter etiam statuimus.

h *Stipendia*.quæ aliàs dicuntur hostendìtiæ in Lombar.s.xij.denarios de modio.in Alemania tertiam partem fructuũ feudi eiusdem anni à quo expeditio indicta est,siue quo sit exercitus & hoc secundum Corradum:vt.ff.de ca.Cor.§.similiter in hostẽditiis.secundum verò Fride.Imperatorem dimidium reditus feudi vnius anni tam in Alemania ꝙ in Lõbar.vt.j.l.proxi.§. firmiter etiã statuimus.

i *Legitima*. id est per se vel per procuratorẽ suum facta præsenti[b] aliis paribus fortè duobus vel tribus. debebit enim dominus eum in propria persona vocare, vel mittere procuratorem suum ad eum: & debet habere secum duos vel tres de paribus pro testibus, vt veniat secum in expeditione Romana cum Imperatore siue rege: & tunc erit legitima vocatio. & hoc est quod sequitur, conuinci per cõpares suos &c. & ita notabis hic secũdũ hoc ꝙ ista vocatio debet fieri coram paribus ad hoc vt legitima sit,sicut aliàs debet fieri noua inuestitura coram paribus ad hoc vt legitime fiat: vt.ff.qui testes sunt necessarij ad probandum nouam inuestituram.c.j.& ca.sequen. Vel intelligas hanc legitimam esse vocationem,si dominus eam rite fecerit (vt dixi) coram paribus, spacio competenti inter vnam vocationem & aliam, forte septem vel decem dierum interpositio: sicut aliàs fieri debet citatio quãdo dominus vult controuersiam facere vasallo, vel econtra:vt.ff. de milite vasallo qui contumax est.ca.dominꝰ vocat militem. Vel etiam dicas ꝙ tunc erit legitima, si dominus eum vocauerit per compares ipsius vasalli:puta quia dominus mitteret ad eum duos vel tres de vasallis suis, qui dicuntur compares vasallo quem vocat, quasi simul cum eo pares, scilicet vt debeat ire cum eo domino in expeditione regis: & secundum hoc ita construe: si de vocatione sua legitima, per compares suos subaudi facta,à domino suo conuinci &c. & secundum hunc intellectum dices quòd sufficit si probet etiam per alios ita factam fuisse vocationem. prima tamen expositio,vel etiam secunda melior videtur.

k *Per compares suos*.sed quid si non habuerit compares? Respon. forte tunc sufficiet si etiam per extraneos tunc probetur: sicut etiam aliàs dicitur de noua inuestitura, quæ potest fieri coram extraneis testibus,si dominus non habet pares: vt.ff. qui testes sunt necessarij ad probandum no.inuest.c.j.&.c.seq.sicut & aliàs propter inopiam probationum tales admittũtur, qui aliàs repellerẽtur: vt.C.de hære.& Ma.l.quoniã.& de repu.l.consensu.&.ff.de testi.l.serui responso.

l *Perdat*. & ita no.hic aliam ingratitudinem per quam vasallus feudum amittit,& ad dominum libere reuertitur.hoc idem habes j.l.proxi.§.firmiter etiam statuimus.& secũdum quòd has & alias ingratitudines plene no.in summa.

m *Facultatem*. sed nũquid hoc intelligitur siue fuerit paternum feudum,siue nouum: ita vt non solum filius,sed etiam agnati excludantur à domino? respon.forte sic,cum indistincte hoc dicatur. Cum enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: vt ff.de offi.præsi.l.iij.& de publici.l.de pretio. Item nonne hic talis est iniuria quæ respicit dominum, cum eum contemnit, quòd secum non vadit sicut debet: ergo debet omnino ad eum pertinere feudũ,vt hanc habeat suæ iniuriæ vltionem:vt.ff.in qui.cau.feu.amit.§.denique.imò quod plus est,respicit ipsum Imperatorẽ,cum eum teneatur adiuuare in dicta expeditione: vel dominum suum. & hoc est quod suprà dixit,regem,aut sub rege &c.cum etiam per hoc quòd non vadit in ipsa expeditione, vel alium non mittit, vt dictum est,vel stipẽdium militiæ non soluit,minuatur vtilitas imperij,&vires eius attenuẽtur:& hoc est de quo Lotharius in.l.sua conqueritur.ff.l.proxi. imperialis. quasi circa medium & circa fin. Vel dicas ꝙ hic loquitur tantum de nouo feudo,vel etiam de veteri ad quod non veniunt agnati,cum eos nõ habeat vasallus.licet enim hic nõ distinguatur:nos tamen in isto casu debemus distinguere,& secundum determinationẽ veteris consuetudinis intelligere,

a Idem Ia. & Alua.et hanc multũ commendat Marcꝰ Anto. v tracta. de effectibꝰ iuramẽti effectu.55.

d *Extorta*.hoc est dicere, hoc quod dictũ est.ff.verũ est in iuramentis à puberibus sponte extortis. nam iuramenta extorta per vim vel metum nedum ab eis,sed etiam à maioribus vigintiquinque annis,nullius momenti sunt ipso iure: maxime si fuerint super eo exposita,nec deponatur querimonia maleficiorum commissorum.& merito dixit maxime: quia reipublicæ interest ne maleficia remaneant impunita: vt.ff.ad leg.Aquil.l.ita vulneratus.cum concor.ibi positis.

b Aliàs ad hæc. Alteriꝰ culpa quandoque nocet.

DE ALLODIIS.

e *Ad hoc*. b *Non poterit*. Et no.hic casum quem in summa not. scilicet ꝙ vasallus amittit feudũ sine culpa sua:sicut & aliàs quis amittit feudum nõ sua culpa, sed propter culpã alterius:vt.ff. in qui.cau.feu.amit.§.denique.&.ff.si vasallus feudo priuetur, cui defe.c.j.Sed nũquid in isto casu tenebitur ei ad interesse dominus, vt vel ei præstet æstimationem, vel aliud sibi det feudum eiusdẽ quantitatis & bonitatis? Respon.puto quòd sic,tanquam si eum inuestiuisset de re alie.vt.ff. si de feu.vas. interpel.fue.c. negotium. &.ff.de inue.re.alie.c.cum de re.cum enim Imperator per hanc.l. illud beneficium ei non abstulit: merito veteri consuetudini relictum intelligitur.arg.C.de ap.l.præcipimus.in fin.

f *Desiderat*. sicut aliàs dicitur quòd ratio æquitatis diuersas species actionũ nõ excludit: ex quo ex similibus negotiis descendũt. C.de consti.pe.l.vlt.

g *Cum ipso*.vel alium pro eo domino acceptabilem mittendo:vt

BIU Cujas

gere, scilicet vt licet vasallus delinquat in isto casu: etsi ad filium non veniat, ad agnatos tamen si habet, perueniet. & hoc est quod dicitur.ſ.si vas.feu.pri.cui defe.c.j. ibi, licet ad agnatum quandoque pertineat &c. & ita intelligi debet quod legitur.ſ. in quibus cau.feu.amit.§.denique.scilicet vt ibi loquatur de nouo feudo. licet enim sit hic à lege omissum, tamen nō debet omitti à religione iudicantis: vt.ff. de testib.l. quæsitum. & de spon.l.oratio. quod enim hac.l.noua non est specialiter dictum, hoc veteri consuetudini relictū intelligi debet: vt arg.C. de ap.l.precipimus.in fin. Prior tamen intellectus verior videtur per rationem quæ assignatur.ſ. i qui.cau.feu.amit.§.denique.cū ibi videatur etiā de paterno feudo loqui.

DE PROHIBITA feudi alienatione per Friderichum.

a *Imperialē.vel pignorare.* Prohibet ergo hic expresim pignoris obligatio de feudo in totum vel in partē aliquā, sicut proxi. dixi totum vel partem aliquā &c. quod est contra Py. qui cōtrarium notauit ſ.de alie.feud.ca.j. Sed nūquid poterit dns ꝓprietatē feudi obligare sine cōsensu vasalli? Rn. lex Corra. non dicit ꝙ possit obligare, vel nō: sed dicit ꝙ dominus nō potest inde facere cambium vel precariū, siue libellum: vt in Lombarda de bene. & tit.l. vlt.§.fi.&.ſ. de suc.feu. l.mulier. arg. tamen est quòd possit obligare: vt.C. de vsufr.l.ij.&.ff. de pig.act.l.tutor.in fi.

b *Seu alienare.* si autē alienauerit, deinde redimit: argu. est quòd non amittat.ff. de ali.iudi.mu.causa fa.l.ex hoc.§.si quis.&.ff. quibus mo.pig.vel hy.sol.l.sicut.§.superuacuum. argu. contra.ff. depo.l.j.§.si rem. imò casus expressus est suprà titu. quid iuris sit si vasallus post alienationem feudi illud recuperet.c. præterea. Quid si vasallus legauerit feudum extraneo prorsus, vel extraneum de feudo hæredem instituit nullis agnatis vel descendentibus relictis? Respon. non videtur alienatum, vt sic dominus eum inuestire cogatur: vt arg.ff. de alie.iudi.mu.l.ex hoc.§.sed hæredem.& de leg.iij.l.pater.§.Iulianus. sed quæstioni huic accedit & illa, an per alium liceat feudo seruire. mihi tamen videtur quòd nullo modo cogi debeat dominus eum inuestire: quia non tenuit legatum, vel hæredis institutio in feudo facta: nec enim valet ordinatio defuncti in feudo facta: vt suprà de suc.feu.in princi.& suprà qualiter olim po.feu.alienari.§. donare. Sed nonne vasallus potest feudum in dotem dare pro filia sua? arg. est quòd possit. C. de na.li.l.fij.in fin.&.ff. si quid in fraud.pa.l.j.§. sed & si.&.ff. quibus mod.pig.vel hy.sol.l.sicut.§. sed & si permiserit. versic. quòd si in dotem. casus tamen est expressus quòd non potest: vt suprà qualiter olim poterat feudum alienari.§. donare. Sed nunquid poterit in emphyteusim perpetuam dare? Respon. forte non, cum emphyteusis perpetua non procul ab alienatione distet: vt in authē. de non alie. aut permu. eccle. rebus.§. alienationis. colla.ij. &.§. nos igitur.

c *Sine permissione.* Quid si dominus permisit vendere amico, & vasallus postea vendidit alij? arg. est ꝙ non possit. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol.l. sicut re corporali.§. illud.

TITVLVS LV.

DE PROHIBITA FEVDI alienatione per Friderichum.

Omnis alienatio feudi contra hanc legem facta, etiam antiquæ quantumcunque, cassatur, & bonæ fidei emptori pretium restituitur: & tabellio qui instrumentum tale scribet, cum infamia priuabitur officio, & manum amittet. Baldus.

Friderichus dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus.

IMperialem decet solertiam ita reipublicæ curā gerere, & subiectorum cōmoda inuestigare, vt regni vtilitas incorrupta persistat, & singulorum status iugiter seruetur illęsus. Quapropter dum ex prædecessorū nostrorum more vniuersalis curiæ Ronchalię pro tribunali sederemus, à principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum, ꝙ aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quòd beneficia eorum & feuda quæ vasalli ab eis retinebāt, sine dominorum licentia pignori obligauerant, & quadam collusione nomine libelli vendiderant: vnde debita seruitia amittebāt: & honor imperij, & nostræ felicis expeditionis cōplementum minuebatur. Habito ergo consilio episcoporum, ducum, marchionum, & comitum, simul etiam & palatinorum iudicum, & aliorum procerum, hac edictali deo propitio perpetuò valitura lege

A d *Præscriptione.* quicquid super facto prescriptionis notatū est.ſ. de capi.Cor.c.j. hic repetas.

c *Conualescere* No. ergo quòd ex temporis diuturnitate non cōualescit quod ante inualidum fuit: sicut aliàs in auth. vt nulli iudi.§.nulli.&.C. de pact.l.si certis.&.ff. fa.ercis.l.quædam.ar.contraria sunt. C. de postu. l.iij. &.C. de contra.iu. l.j.&.C. si maior fa.ra. ha.l.j.&.ij.& in sum. vt in li.Py. tertio quaterno. vl. charta. l. quoniā. suprà diximus quòd ab initio validum &c. & rubrica contraria sequenti.

Inualidum tēporis diuturnitate nō conualescit.

sancimus, vt nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere, vel pignorare, a vel quocunq; modo distrahere seu alienare, b vel pro anima iudicare, sine permissione c illius dñi ad quē feudum spectare dignoscitur. Vnde Imperator Lotharius tantùm in futurū præcauens ne fieret, legem promulgauit. Nos autē ad pleniorem regni vtilitatem prouidentes, non solum in posterum, sed etiam huiusmodi alienationes illicitas hactenus ꝑpetratas, hac præsenti sanctione cassamus, & in irritum deducimus: nullius temporis prescriptione d impediente: quia quod ab initio de iure nō valuit, tractu tēporis conualescere e non debet†: emptori bonæ fidei ex empto actione f de precio contra venditorem competente. Callidis insuper machinationibus quorundam obuiantes, qui precio accepto quasi sub colore inuestituræ, quam sibi licere g dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt: ne tale figmentum vel aliud vlterius in fraudem huius nostræ constitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus: pœna authoritate nostra imminente, vt venditor & emptor qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxisse, feudum amittant h: & ad dominum libere

f *Ex empto actione.* q. d. si fuerit malæ fidei emptor, nō possit pretium repetere: & hoc ideo, quia sciens rem alienam emit: vt.C. de eui.l.si fundum. quod verum puto: quia cum. l. bonæ fidei emptori p̄misit pretiū repetere, malæ fi. emptori videtur prohibuisse. arg. ad hoc. C. de pact. conuen. tam super do. l. vl. &.ff. de cōpen. l. qđ Labeo. imò nec venditor eum retinebit, sed eo carebit: vt.ſ. in cōsti. Lotha. circa fi. & applicabitur fisco, qui successor est male acquisitorum: vt ff. de iure fisci. l. Luci[a]. nec puto quòd emptori malæ fi. detur repetitio precij, etiam si cautū sit ei de euictione: cū contra. l. istam sciens fecerit, vt aliud sit in re simpliciter alienata: secūdum quod dicitur in d. l si fundum. de eui. & C. com. vtri. iu. l. si fratres. rem enim alienam quē vendere posse nulla dubitatio est: vt. ff. de contrahen. emp. & ven. l. rem alienam. & hoc forte ideo, vt aliquam pœnam sustineat de tali illicito contractu ab eo sciēter facto: sicut & notarius qui in plus punitur, cum officium & manum amittat cum infamia: vt. j. sequitur. §. scriba verò &c. sic ergo emptor bonæ fidei repetet pretium. & hoc verum est etiam si actum fuerit inter eos ne aliquid euictionis nomine præstaretur: vt. ff. de actio. empt. & ven. l. ex empto. §. fin. Sed nunquid ad interesse posset agere, si vellet precium dimittere? & quare non? cùm hoc non prohibeatur: vt. C. de eui. l. emptor. & aget actione ex empto, vt ibidē dicitur. &. ff. de euict. l. venditor hominis. nisi forte velles dicere contrarium, quòd venditio nulla sit.

† *Facit ad hoc. C. de pactis. l. si certis annis. & ff. de regu. iur. l. quod ab initio. et l. omnia & inſti. de leg. §. an seruo. et. ff. de leg. 1. l. cætera. & de sena. l. filia. Iac. de Belui.*

g *Sibi licere.* quæ vtique licebit, si non vendant: sed vere in feudum dando, inuestituram faciant: vt infrà eod. titu. §. illud quoque. arg. C. man. l. per diuersas. §. fin. &. l. vlti. vel forsan quia prohibuit alienari, per hoc & in feudum dari. arg. C. de re. alie. non alie. l. fina. de hac autem materia dices secundum quod notaui suprà de capi. Cor. c. j.

h *Amittant.* in totum si totū alienauerint, alioquin pro ea parte duntaxat, pro qua alienatum fuit: vt.ſ. de vasal. qui contra consti. Lotha. be. alie. c. j. Sed nunquid aliàs poterit vasallus domino inuito renunciare feudo? videtur quòd sic, argu. ff. de ope. li. l. interdum. econtra videtur quòd non possit, sicut nec eo inuito dominus auferre potest: nam vtriusque grata datur, scilicet domini, vt seruitium vasalli habeat: item vasalli, vt fructus feudi habeat. Non potest altero inuito tali pacto renunciare, argumen. C. de actio. & obligatio. l. sicut. &. ff. de vsufruct. l. sed cum fructuarius. in prin. & l. prędicta, interdum? Respon. quòd nō sola renunciatio,

nunciatio,sed causa eum soluit.sed dicitur expressim de cõsuetudine q̃ potest:vt.ſ.de vas.qui contra consti.Lotha.bene.alie.c.j.

a *Reuertatur*.ipso iure,vtputa quãtum ad vasallum qui id alienauit & tradidit;cum alienatione facta statim sit domino apertũ: vt.ſ.tit.quid iuris sit si post alienationem feu.va.id re.ca.præterea.in fi.quantum vero ad emptorem nõ puto, nisi per sententiam, cũ aliàs non posset agere de euictione cõtra venditorem,cum sit bonæ fidei emptor: vt. ff.de euic.l.j.&.C.de euic.l. si fundum. idem etiam intelligo de vasallo si committat feloniã per quam feudum amittere debeat: cum adhuc habeat.ſ.vt tantum ipsum per sententiam amittere debeat:nec enim debet vasallus feudum amittere sine certa & cõuicta culpa laudanda per iudiciũ parium suorum:vt in Lõbar.de bene. & ter.tri. l.fi.&.ſ.de feu.sine culpa non amit.cap.j.&.ſ. quo tempore miles inue.petere de.c.iij.

b *Manum amittat*. nã & alias punitur pœna irreuocabilis exilij : vt C.de sacrosan. eccle.l. iubemus.§.pe.in fi.

c *Quatuordecim annis*[a].qui forte restituetur in integrum,si fuerit minor.xxv. an. cum hoc ipso lesus sit,quòd intra id tẽpus nõ petiit.

d *Negligentia*.nisi iusta de causa staret:tunc enim secus esset. quæ autẽ sit iusta causa propter quam posset stare, dicit.ſ. quo tẽpore miles inuesti.pete. debeat.c.j.& quæ ibi notantur,hic repetas.

a Facit ad hoc.ſ. si de feu.fue.contro.c.si minori.&.c.si quis decesserit.

reuertatur.[a] Scriba vero q̃ hoc instrumentum sciens conscripserit: post amissionem officij cum infamiæ periculo manum amittat.[b] Præterea si quis infeudatus maior quatuordecim annis[c] sua incuria vel negligentia[d] per annum & diem steterit quòd feudi inuestituram à proprio dño non petierit[e]:transacto hoc spacio feudum amittat, & feudum ad dominũ redeat.

Si vasallus legitimæ ætatis non iuerit cũ domino in expeditionem,vel illuc non miserit alium pro se domino acceptabilem:vel nõ soluerit domino dimidiã partem reditus feudi vnius anni:feudum amittet.Bal.

Firmiter etiã statuimus,tam in Italia,quàm in Alemania, vt quicunque in dicta publica expeditione vocatus à domino suo,in eadem expeditione spacio competenti[f] temere venire supersederit,vel alium pro se[g] domino acceptabilem mittere contempserit, vel dimidium[h] reditus feudi vnius anni domino nõ subministrauerit: feudũ C quod ab episcopo,vel alio domino habuit,amittat:& dominus feudi in vsus suos illud redigẽdi modis omnibus habeat facultatẽ. Præterea ducatus, marchia, comitatus, decætero non diuidatur:aliud autem feudum,si consortes voluerint,diuidatur:ita vt omnes qui partẽ feudi habent iam diuisi,vel diuidendi,fidelitatem faciant: ita tamen,vt vasallus pro vno feudo plures dominos[i] habere nõ compellatur[k]:nec domin⁹ feudum sine voluntate vasalli ad alium transferat[l].

Si filius vasalli offendit dominum patris sui:tunc aut pater à domino requisitus debet eum ducere ad satisfaciendum domino, aut B *filium à se separare:alioqui priuabitur feudo.si autem pater vult eum ducere,filius autem contemnit:patre postea mortuo filius nõ succedit in feudo,nisi prius domino satisfecerit.Bartolus.*

Insuper si filius vasalli dñm offenderit[m], pater à dño requisitus deducat filium ad satisfaciẽdum domino:vel à se filium separet:alioqui feudo priuet[n]. Si autem pater vult eum deducere vt satisfaciat,& filius contẽnit: patre mortuo in feudum non succedit:[o] nisi prius satisfecerit domino. Parique modo vasallus pro omnibus suis domesticis[p] faciat. Illud quoque præcipim⁹,vt si vasallus de feudo suo alium vasallum[q] habuerit:& vasallus vasalli dominum domini sui offenderit : nisi pro seruitio alterius domini sui hoc fecerit,quẽ sine fraude ante habuerit, feudo suo priuetur:[r] & ad dñm suum à quo ipse tenebat,reuertatur : nisi requisitus[f] auitum feudum commisit delictum contra dominum ex quo poterit ei feudum auferre,sed dominus remisit delictum vasalli,deinde decesit sine liberis vasallus:nunquid repelluntur agnati,vt est consuetum,cum est feudum ab eo acquisitum?Respond.immo agnati vt in feudo paterno succedunt,non vt in nouo : argu.ff.de pec.l.peculium.§.si ab ære alieno.

Seruire vasallus feudo per substitutum potest.

e *Petierit*.pollicẽdo fidelitatem:vt.ſ.de cap.Cor.c.j.&.ſ.in quibus cau.feu.amit.c.j.& quæ ibi notantur,hic repetas.

f *Cõpetẽti*.puta forte qa dinumerabũtur ei vicena milia passuũ p singulos dies,donec fuerit in exercitu,præter eũ diẽ quo vocatus fuit vt iret,& præter eũ diẽ quo se debet repræsentare: & hoc ad exẽplũ eius qui promisit se staturũ in iudicio:vt.ff. si quis cau.l.j.

g *Alium pro se*. Notare potes hic argu. q̃ vasallus potest feudo seruire per substituram personã,dum tamen sit domino acceptabilis,secundum quod hic dicitur.hoc idem notatur.ſ.si de feu.cõtro.fue.c.si quis decesserit.& puto q̃ acceptabilis debet esse dño, si peræque bonũ vt ipse est,vasal.ei mittit.ar.ſ.de.l.Cor.c.ex eadem lege.&.ſ.tit.si de feu.contro.fue.l.si quis decesserit.

h *Dimidium*.aliter obseruatur per Corradum in Lõbardia,& aliter in Alemania:vt.ſ.de cap.Cor.c.similiter in hostenditiis.Acc.

i *Plures dominos*.arg.contra.ff.de vsufru.l.si cuius.quia ibi pluribus dominis fructuarius satisdare debet:vt.C.de ser.& aqua.

k *Compellatur*.Sed cui dabitur electio:vtrum ipsis dominis,an vasallo?Resp.videtur q̃ vasallo debeat dari.ſ.vt eligat quẽ voluerit ex dominis.arg.ff.de iure dot.l.plerunque.§.vltimo.

l *Ad alium transferat*.ſ.iure cõsuetudinario ad minorem dominum,sed ad maiorem potest : quia tunc non læditur vasallus,nisi sit priuatus forte:vt arg.C.de fun.limitro.l.ij.lib.xj.Vel dicas q̃ ad minorem dominum potest transferre,non ad maiorem.argu. ff.de alie.iudi.mu.l.j.&.iij.&. C. ne liceat po.l.ij.vel dicas quòd ad omnes transire potest.arg.C.de contrahen.empt.& ven.l.dudum.&.ff.si quis à paren.manumiſ.fue.l.ij.& vlti.& hic subau.ius vasal.vel non potest transferre omnino,sed retinendo directum dominium potest.arg.ff.de offi.præ.l.penul.Vel localis est:quod non placet.C.de no.Codi.componen.l.j.in fin.secundæ constitu.

A Vel dic referre vtrum totam curiam vendat,vel tantum feudum vnius vasalli.In primo casu potest:quia quædam per se nõ transeunt,quæ cum vniuersitate transeunt.ff.de acquiren.rerum do.l. quædam. & arg.ff.de contrahen.empt.l.in modicis.veruntamen hoc satis videtur determinari.ſ.de leg.Cor.§.ex eadem.l.quid si vasallus decesserit relictis duobus filiis,quorum vnus vtilis est ad seruiendum,alter inutilis:nunquid tantũ vtilis succedet,cum & dominus in hoc consentiat? Resp.hæc quæstio est disputabilis secundum Corradum.quidã tamen dixerunt quòd succedat:& quidã non: vt.ſ.tit.an mu.& aliàs imperfec.c.nullus.

m *Dominũ offendit*. Quid si vasallus feloniam commisit ante inuestiturã, vel post,sed tamen inficiatur eã feloniã,vel pater,vel hæredes eius:nũquid obstat delictum? Respon. nõ,ar.ff.de dol.l.& eleganter. §. pen. Idem etiam si confiteatur q̃ deuestiri nõ potest,nisi pri⁹ inuestiatur eo pb non habet:ar.ff.de edi. edic.l.bouem. §. si sub conditione. secundum Corradum.

n *Priuetur*. nunquid propter factum patris filius amittit feudum auitum? Respond.quidam ita:quia & auitam hereditatem, argumẽ. ff.ad legẽ Cor. de fal. l.si quis patris sui.Sed argumen.contra.ff.de senat. l. emancipatum. in fin.l.secundum Cor. Sed dicas quòd amittit:vt.ſ. si vasallus feu. priue.cui defer.cap.j. Quid si vasallus habet

o *Non succedit*. Quid si vasallus contra dominum offensam contraxit:nec dominus in vita sua aliquid dixit:nũquid post mortem D domini à vasallo potest auferri feudum? Resp.non potest:quia nõ debet hæres mouere,quod defunctus tacuit.C.de inoffic.testa.l. omnimodo.§.j.& de reuo.do.l.vlti.

p *Domesticis*. qui dicantur domestici, habes. ff. de iurisdictione omnium iudicum.l.qui iurisd.& de pœnis.l.respiciendum.&.C. de iis qui ad ecclesiẽ cõfugiunt.l.præsenti.§.sane. & de quæstionibus.l.pridem.

q *Alium vasallum*.Not.ergo hic quòd vasallus potest habere alium vasallum de feudo suo:non ergo intellexit imperator iste verbo alienationis prohibere donationem in feudum:& hoc verum est,dum tamen syncere & sine fraude hoc fiat: vt.ſ.qualiter olim po.feu.alie.c.necessitate.nisi forte velis intelligere secundum eos qui contrarium dicunt:quod hic intelligitur secundum voluntatem domini.

r *Priuetur*.sed quare,cum non sit eius vasallus?ar.ff. pro ſo.l.nõ socij.& ar.ff.de ver.sig.l. Modestinus.& de lib.agno.l.si quis à li. §.si quis à liberti liberto.secundum Cor.

ſ *Nisi requisitus*. Quid si vasallus meus alium fecerit de eodem feudo,& vltimus vasallus feudum alienauerit?arg.est quòd primo domino.i.mihi committatur.ff.de ser.expor.l.pe.&.ff.de acqui.pos.l.qui vniuersas.§.fina.&.l.si colonus.&.l.quãuis.§.j.&.l. si ſd

BIU Cujas

si id quod.& ita primus habebit laudimium:quod iniquum non videtur propter timorem futuræ amissionis.Sed argu.contra.est hic secundum Corradum.Sed nunquid vasallum dominus cogere potest vt ei feudum ostendat?argu.est quòd sic posit.ff.de actio. empt.& vend.Titius hæres.Sed nunquid vasallus dominum qui ei feudum de camera debet,potest cogere vt ei possessiones ex quibus feudum percipere debeat, præstet? argu. est quòd posit.C. de donationibus.l.si quis argentum.§.j.

a *Duos.*s.qui aliàs sunt vasalli eiusdem domini de aliis feudis:& feudum de quo est quæstio inter eos, pertinet ad eundem dominum, & vterque contendit suum feudũ esse : alioquin si non essent aliàs vasalli,sed vterque diceret se esse vasallum ipsius de eo feudo, vel etiam diuersos inuestitores dicerent se habere de eo:tunc corá iudice vel arbitro causa terminari debebit:vt.ẽ. de pace te.§.si duo. & §.seq.&.ẽ. de. l. Corr. si autẽ inter pares,nec vnus alterũ poterit inuitum trahere ad iudicium curiæ, vel dominum,cum vnum produ cunt inuestitorem. veruntamen si curia eum vocauerit ter,tunc non poterit eius examẽ declinare:vt ẽ. titu. an apud iudicem vel curiã domini quæstio feudi terminari debeat.c.ex eo quod.ẽ.diximus:&.ẽ.de inuesti.in mari. facta.§.illud.& secundum hoc.§.iste non contradicit prædictis.c. sed potius diuersa sunt quàm aduersa.& de hoc dices secundũ ꝙ in summa not.Sed quid si dominus non vult cognoscere? Respon. tunc poterit vasallus eum facere cõpelli à maiori iudice sub quo erit.ar.ff.de arbi.l.j.&.iij.§.j.vel etiam actor poterit alterũ conuenire sub iudice rei.Sed nunquid ab initio poterunt ipsi litigantes ire sub alio iudice,& non sub domino,saltem in concordia,ita ꝙ sententia ab alio iudice lata teneat?Vel nũquid tenebit sententia tanq̃ à non suo iudice lata?Resp.forte non tenebit:quoniã imperator voluit ꝙ domini esset cognitio & determinatio istius causæ:ergo aliis iudicibus videtur prohibuisse cognitionem,& vasallis ne ad alios iudices irent.arg.ff.de condi.& demon.l. cum ita. Sed est ar.contra.ff.de iudi.cum prætor. † & ar.C.de pac.cõuen. tam super do.l.fin.&.ff.de compen.l.quod Labeo.si ergo contra fecerint,contra legem fecerunt:vnde non debet tenere quod factum est,ipso iure:vt.C.de legi.l.nõ dubium.nam qui nõ facit qd debet,contra ius facere intelligitur.ff.de re.iu.l.qui non facit.& ar.C.de Iud.& cœli.l.cœlicolarũ.in fi.& dominus in euangelio, Qui non est mecum,contra me est.& alibi, Qui non seminat mecum,dispergit.Vel dicas referre vtrum per errorem iuerunt ad alium iudicem,an scienter.in primo casu non tenet,in secundo sic, prorogando eius iurisdictionem:vt.ff.de iudi.l.j.&.ij.&.C.de iurisdi.omnium iudicum.l.ij.

b *Cognitio.*sed in quo loco stabit ad cognoscendum? Respond. vbi ipse stare voluerit salua honestate sua,& vbi maiorum eius mos fuit cognoscere inter pares suos,si eos habuerit.arg. ad hoc ff.de iustitia & iure.l.pe.in fine.

c *Per pares curiæ.*qui in concordia domini & vasalli eligẽtur.sed si dissenserint in eis eligendis,tunc dominus primus eliget quem vel quos voluerit:& postea vasallus similiter faciet secundum numerum à domino comprobatum:ita tamen quòd ille vasallus nõ eligatur pro pari inuito domino vel vasallo,qui fidelitatem dño non iurauit:vt.ẽ.de contro.feu.apud pares termi.c.si inter dominum.& hoc forte ea ratione,quoniã debent sub debito fidelitatis cõiurari à dño,secundũ quod hic statim sequitur.& hæc vera

ab eo paratus fuerit satisfacere maiori domino quem offenderit.& nisi vasallus idemque dominus à domino suo requisitus eum qui maiorẽ dominum offenderit,requirat vt satisfaciat, suum feudũ amittit. Præterea si inter duos[a] vasallos de feudo sit controuersia,domini sit cognitio,[b] & per eum controuersia terminetur.si vero inter dominum & vasallum lis oriatur: per pares[c] curiæ à domino sub fidelitatis debito cõiuratos terminetur.[d] Illud quoque sancimus,vt in omni sacramento[e] fidelitatis imperator nominatim excipiatur.[f]

TITVLVS LVI.

QVAE SINT REGALIAE.

REgaliæ,[g] armandiæ, viæ publicæ,flumina nauigabilia,& ex quibus fiunt nauigabilia, portus,ripatica,vectigalia quæ vulgo dicuntur telonia,monetæ, multarum pœnarumq̃; cõpendia,bona vacãtia,& quæ vt ab indignis legibus auferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur: & bona contrahentium incestas nuptias, condemnatorum, & proscriptorũ, secundum quod in nouis constitutionibus cauetur : angariarum,[h] parangariarum, & plaustrorum, & nauium præstationes, & extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem:potestas constituendorum magistratuũ ad iustitiam expediendam: argentariæ & palatia in ciuitatibus cõsuetis: piscationum reditus & salinarum,& bona committentium crimẽ maiestatis,& dimidium thesauri in loco Cæsaris inuenti non data opera,vel loco religioso:si data opera,totũ ad eum pertineat.

TITVLVS LVII.

QVOT TESTES SVNT necessarij ad probandam feudi ingratitudinem.

Ad probandum ingratitudinem delicti, quinque testes requiruntur idonei,opinionis integræ,& manifeste probantes. Bal.

Imperator Henricus Augu.vniuerso populo &c.

si dominus habet pares,secundum quod dicitur.ẽ.prædi.c.si inter dñm.Si autem non habet pares:tunc iudicis illius qui conuenitur, vel eius in cuius foro res est,erit cognitio:cum actor debeat sequi forum rei.C.de iu.om.iu.l.ij.&.C.vbi in rem actio ex.debe.l.fi. Sed quid si dominus non vult respondere cũ conuenitur à vasallo,vel vasallus à domino?Resp.tunc procedõdum est secundũ quod dicitur.ẽ.de mili.vasal. qui contu.est.c.dominus vocat militẽ. Consueuit quæri,in quo loco debeant stare pares ad cognoscẽdum inter dñm & vasallum?ad qđ ita respõderi potest,vt in eo loco stare debeãt de quo actũ fuerit inter dñm & vasallum.si autem nõ appareat de quo actum sit,tunc stabunt in loco in quo factum fuit compromissum à partibus,& tunc poterunt pares iubere partibus vt debeãt venire coram eis in quacunque parte voluerint illius loci:dum tamen facilè partes in eum locum venire possint:nec sit locus inhonestus,puta popina vel lupanar. & hoc ad exemplũ arbitri:vt.ff.de arbitr.l.si cum dies. §. si arbiter. sed si pares nõ possent cõcordare de loco:tũc forte dominus poterit iubere eos adesse vbi voluerit,salua honestate sua:vt.ẽ. not. est. & hoc ideo, quia maior iudex est inter eos, cũ ab initio debeat eos coniurare sub debito fidelitatis:vt dictũ est. si autem non est locus cõprehensus in quo iudicare debeant,tunc videatur ille locus comprehensus,quo solet iudicari sine incõmodo litigãtiũ.ar.ad hoc.ff.de iudi.l.si locus. Vel forte posset dici ꝙ semper est domini electio vbi voluerit càusam ventilari:sicut & aliàs habet primo electionẽ parium:vt dictum est.& ad hoc est ar. ẽ.de mi.va.qui cõtu.est.cũ ibi dicatur ꝙ pares debeãt dñm adire, & eum salua reuerẽtia cõpetenter cogere &c. Vel dicas ꝙ dominus primo eliget vnum locũ in quo primo causa incipiatur:& vasallus eliget alium si voluerit,in quo vicissim ventilabitur causa per terminos statutos per ordinem.ſ.semel in vno,& post in alio: sicut aliàs dominus habet primo electionem parium,vt dictũ est: postea vasallus: vt causa æqua lance trutinetur. nec mirum,cum dominus debeat reddere vicem vasallo de iis quæ vasallus tenetur domino præstare:vt.ẽ.de for.fide.in fi.

d *Terminetur.*& hæc vera sunt quæ dicuntur in. §. isto, quando quæstio est de feudo inter do.& vas.vel inter duos vasallos. Quid ergo si inter dominum & alium qui non sit vas.de feu.quæstio est, vel inter vas.& alium?Respõ.tunc ab alio iudice sub cuius iurisdi. erunt,vel saltem res,terminari debebit:vt.ẽ.de pace te.§.si duo.& §.fi.&.§.j.&.ẽ.de leg.Cor.c.si inter pares.cum enim iste casus nõ sit consuetudinibus comprehensus,merito lege scripta vti fine calumnia possumus:vt.ẽ.de cog.feu.c.j.vnde dicendum est ꝙ actor sequatur forum rei.

e *Sacramento.*iurat ergo vasallus dño fidelitatẽ,& ecõuerso ita dñs vasal.vicẽ reddere debet:vt in decre.xxij.q.vlt.de for.fidelita.in fi.&.xxiij.q.v.prodest.in medio.vbi dicitur,sicut dilectionem iusti sunt terrentibus dare qui timent &c.Accur.

f *Excipiatur.*nunquid seipsum debebit excipere cum iurat fidelitatem contra omnem hominem?Respon.non:quia non est in illa vniuersitate.nam in generali sermone non intelligitur persona loquentis.ar.ff.communia prædio.l.quicquid. *Generalis locutio personã loquẽtis non cõprehendit.*

QVAE SINT REGALIAE.

g *Regaliæ.*subaudi,sunt armandiæ.

h *Angariarum.*angariæ sunt personales præstationes: parangariæ,ex quibus præstantur pecuniæ & operæ:& colligitur obscurè

obscurè.ff.de mune. & hono.l.munerum.§.patrimoniorum.

QVOT TESTES sunt necessarii ad probãdã feudi ingratitudinem.

a *SI vasallus.* Hęc lex in paucis consuetudinibus inuenitur:& ideo super eam dubito/ sit lex,vel non:vnde circa eam non insisto.

DE NOTIS feudorum.

b *NOtãdum.* Hic intitulatur de notis feudorum:quia potius puto fore notas siue notulas super feudis factas quàm debeãt esse de textu consuetudinum: & hoc videtur probari ex eo quòd quasi omnes approbãtur per.ll. Romanas & Lõ. vnde quasi glossulas eas reputo vsque ad finem.

SI vasallus [a] inhonestis factis atque indecẽtibus machinationibus dominum suũ offenderit,insidiisq; eum clandestinis vel manifestis appetierit,vel inimicis eius suas amicitias copulauerit,atque in aliis sic versatus est,vt potius inimicus quàm fidelis esse credatur, vel si eum cucurbitauerit,seu in campestri bello suum dominum reliquerit: feudo priuabitur. Quod non obtinere sancimus,nisi quinque testibus summæ atque integrę opinionis ꝓbatum fuerit manifestè. Datum viij.idus Augusti feliciter.

TITVLVS LVIII.

DE NOTIS FEVDORVM.

Notandum quòd moris est in fine libri supponere regulas & aliquas conclusiones: idcirco author huius operis quasdam notulas & regulas elicit concludendo, per eas terminans opus suum. vide secundum Bald. conclusiones in qualibet materia feudorum. Baldus.

NOtandum [b] est in feudo quod de cauena seu camera dicitur,non debere dari nisi cũ sit in camera,vel cauena,vnde solui possit: vel si ita euacuata sit cauena sine culpa ꝓmissoris,expectandum est, donec iterum de cauena vel de camera dari possit.Dominũ autem feudi dare posse intelligitur,omni ære alieno deducto. Non enim æquum est quem videre egentem,quã prius habuit in coniugem,vel amicum. Quod autem pares tantum debeant interesse inuestituræ feudi,& non alij:hoc tunc verum est, cum dominus vasallos alios habuerit.Alioqui adhibeat dominus quos meliores poterit,liberos tamen:argumentatione legis de vltimis voluntatibus in Lombarda scilicet illa quæ dicit:Si quis donationem facere voluerit de suis rebus alicui,vel inuestituram: adhibeat sibi de parentibus suis (& per eandem legẽ iurant) duos testes idoneos, vel tres,vel plures.pluralis enim locutio,duorum numero contenta est. Item sciendum est non esse impedimentum inuestituræ,& si inuestituram faciat de re quam communem dominus habeat cum aliquo: quia si sponte diuidere noluerit ille cum quo habet rem communem,qui inuestiuit:potest cogere per iudicem ille qui inuestitus est,vt diuidat.Item hæredes eius necesse habent tenere firmam inuestituram quã pater fecit.Item eadem lege & eodem iure debet habere rem iste qui inuestitus est,quam haberet qui eũ inuestiuit,cum cohærede suo,scilicet vt adæquatio percurrat vsque ad quadraginta annos. Item inuestitura per se,vel per suum nuncium dari & accipi potest.quæ omnia supradicta colligi possunt per supradictas.ll.Longobar. titulo de vltimis voluntatibus.l.si quis.&.C.communi diuidundo.l.j.&.ij. Idcirco pares necessarij sunt in instrumẽto inuestituræ, & non alij:ne quid excogitetur falsitatis in perniciẽ domini,aliis testibus inductis,corruptis fortè pecunia,vel odio,vel gratia:quæ non sunt suspicanda in paribus. Si instrumentum diceretur falsum à domino,daretur defensio vasallo qui instrumentum ad se deferret:vt in Lombar.qualiter quis se defen.de.l. A de chartis.& auferetur domino qui veritatem nouerit.& iniquum erit si aliquis ex dono suo conueniatur.Domini est defensio ex ordine,cum vasallus non possideat. Notandum est quòd de omni controuersia quæ inter dominum & vasallum oritur:si pares veritatem nouerint,omnino cogi debere à domino & paribus dicere veritatem.qui si dicant se nescire,cum sciant,& vasallus postulet: dominus eos coget iurare,& veritatem dicere: vt.C.de testibus.l.si quando.& in Lombar.vt iudex vnus &c.& in titulo qualiter quis se defen.de.l.si qualiscunque causa.& titul.de testibus.vt quicunque.&.l.vlti. Cum datur domino defensio de inuestitura,quæ dicitur esse facta,iurare debet se inuestituram non feciſſe.Cum vero datur successori eius,iurare debet se non credere inuestituram factam esse ab antecessore suo. Si qua B inuestitura facta esse dicetur,semper debet nominare dominum à quo inuestitura facta dicitur:cum multum discrepet sacramentum hæreditarium à principali sacramento.C. de rebus cred. & iureiurando.l. iij.&.l.generaliter. & vt habes de tutore qui iurat quod credit & existimat:vt.C.de iura.calum.l.ij.de conscientia enim sua iurare debet,& non de alieno facto:cum iniquum sit aliquem iurare de alieno facto,hæres vel successor,nec etiam filius: vt.ff.rerum amotarum.l.Marcellus.sed contrarium reperitur in Lombar.quia licet filius minorem virtutem habeat quàm pater,tamen debet præcise iurare patrem sui non fuisse debitorem:vt in Lombar. qualiter quis se defendere debet.l.si contigerit.

C # Constitutiones Fridericho secundi imperatoris incipiunt.

TITVLVS I.

DE STATVTIS ET CONSVETVDInibus contra libertatem ecclesiæ editis, & immunitate locorum religiosorum vbique morantium, & fori priuilegio, & Gazaris, & Patarenis,& aliis hæreticis, eorumque successoribus,& nauigiis peregrinis,& aduenis quocunque locorum hospitantibus, eorumque successoribus: & de agricolarum securitatibus.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus,marchionibus,comitibus,cunctisque populis quos clemẽtiæ nostræ regit imperium, Salutem & gratiam.

D IN die qua de manu sacratissimi patris nostri summi pontificis recepimus imperij diadema,curauimus ad Dei & ecclesiæ suæ honorem edere quasdam leges quas in præsenti pagina iussimus annotari,per totum nostrum imperium publicandas. Per imperialia vobis scripta præcipiendo mandamus,quatenus eas quisque literas in suo districtu irrefragabiliter & inconcusse seruet.

Et sunt hæ leges.

AD decus & honorem imperij,& laudem Romani principis nihil omnino magis videtur accedere,quàm vt expurgatis quibusdam erroribus,& iniquis quorundam statutis penitus destitutis, decætero ecclesia Dei plena quiete vigeat, & secura gaudeat libertate. Sane adeo infidelium quorundam & iniustorum iniquitas abũdauit,vt non dubitent cõtra apostolicam disciplinam,& sacros canones statuta sua confingere contra ecclesiasticas personas, & ecclesiæ

BIU Cujas

clesiæ libertatem. † Cum ergo dispositione diuina fluente nihil velit ecclesia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodē concursu & eadem non placeat voluntate:

NOs Friderichus Romanorū imperator semper Augustus hac edictali lege irritam', & irrita nūciamus omnia statuta, & cōsuetudines quæ ciuitates, vel loca, potestates, consules, vel quæcunq; aliæ personæ contra libertatē ecclesiæ, vel ecclesiasticas personas edere, vel seruare aduersus canonicas vel imperiales sanctiones præsumpserint: & ea de capitularib' suis mandamus intra duos menses post huius publicationem edicti penitus aboleri: & si de cætero similia attētauerint, ipso iure decernimus esse nulla, & eos sua iurisdictione priuatos, superiori protinus applicāda: necnō locum vbi deinceps talia præsumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus subiacere: potestates vero, cōsules, rectores, statutarij, & scriptores dictorum statutorū, necnon & cōsiliarij locorum ipsorum, qui secundū statuta vel consuetudines memoratas iudicauerint, sunt extunc ipso iure infames: quorū sentētias, & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus nō tenere. Quòd si per annum huius nostræ constitutionis inuenti fuerint contēptores: bona eorum per totum nostrum imperium mandamus impune ab omnibus occupari: saluis nihilo minus aliis pœnis contra tales in generali consilio promulgatis.

Item nulla potestas, vel persona publica, vel priuata collectas siue exactiones, angarias, vel parangarias ecclesiis, vel aliis piis locis, aut ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere bona ecclesiastica presumāt: quod si feceerint, & requisiti ab ecclesia, vel ab imperio emendare contēpserint, triplum refundant: & nihilo minus banno imperiali subiaceant: quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur. Itē quęcunque communitas, vel persona per annum in excōmunicatione facta propter libertatē ecclesiæ perstiterit, ipso iure imperiali bāno subiaceat: à quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia absolut' fuerit. Item statuimus, vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones. quod si fecerit: actor à iure suo cadat, & iudicatū non teneat: & iudex sit extunc iudicandi potestate priuatus. Statuimus enim, vt si quis clericis vel personis ecclesiasticis iustitiam denegare præsumpserit tertio requisitus, suā iurisdictionem amittat. Gazaros, Patarenos, Lenonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circuncisos, & omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua dānamus infamia, diffidamus atque bannimus: præcipientes, vt bona talium cōfiscentur, nec ad eos vlterius reuertātur: ita ꝙ filij ad successiones eorum peruenire nō possint: cum longe grauius sit æternam ꝙ temporalē offendere maiestatem. Qui autē inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mādatum ecclesiæ, iuxta consideratione suspicionis, ac qualitatem personæ, propriā innocentiam cōgrua purgatione monstrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeātur: ita quòd si sic per annum manserint, extunc eos sicut hæreticos cōdemnamus.

Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt potestates, consules, seu rectores, quibuscunq; fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publicè iuramentum, quòd de terris suæ iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo quandocunque fuerit quis in potestatem siue perpetuam, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioqui nec pro potestatibus, nec pro consulibus habeātur: & eorum sententias irritas extunc decernimus & inanes. Si vero dominus temporalis requisitus & admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: post annum à tempore admonitionis elapsum, terram illius ipsis exponimus catholicis occupandam: qui eā exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei pietate conseruent: saluo iure domini principalis: dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod aliud impedimentum opponat. eadem nihilo minus lege seruata contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus, firmiter statuentes, vt si postquā quilibet talium fuerit ab ecclesia excommunicatione notatus, satisfacere contēpserit intra annum, extūc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu concilia, vel ad eligendum aliquos ad huiusmodi, neque ad testimonium admittatur. sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunque negotio, sed ipse aliis respōdere cogatur. Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam habeat firmitatem: nec causæ aliquæ ad eius audientiā perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio: instrumenta per eum confecta, nullius penitus sint momenti. Nauigia quocunque locorum peruenerint, si quo casu contingēti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint, tam nauigia ipsa, quàm nauigantium bona illis integra reseruentur, ad quos spectabant antequam nauigium illud periculum incurrisset, sublata omnium locorum penitus cōsuetudine quæ huic aduersatur sanctioni: nisi talia sint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem, aut sint nobis vel Christiano nomini inimica. Transgressores vero huius nostræ constitutionis, bonorum suorum publicatione multētur: & si res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum nostrum modis aliis compescatur. Omnes peregrini & aduenæ liberè hospitentur vbi voluerint: & hospitati, si testari voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem: quorum ordinatio inconcussa seruetur. Si qui vero intestati decesserint, ad hospitem nihil perueniat: sed bona ipsorum per manus episcopi loci tradantur hæredibus, si fieri potest: vel in pias causas erogentur. Hospes vero si aliquid de bonis talium contra hanc constitutionem nostram habuerit, triplum episcopo restituat, cui visum fuerit assignandum: non obstante statuto aliquo, seu consuetudine, seu priuilegiis quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra præsumpserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem: vt in eo puniantur, in quo deliquerint: alias prout culpæ qualitas exegerit, puniendi. Agricultores, & circa rusticitatem occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint quacunque parte terrarum: ita vt nullus inueniatur tam audax, qui personas, vel boues, agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit quod ad operam rusticalem

BIU Cujas

a *QVOMODO IN LAESAE MAIESTATIS crimine procedatur. Ista rubrica est magistraliter posita causa commodioris allegationis. & aduertendum est quòd liber Authenticorum diuisus est in nouem collationes. postea superuenit liber Feudorum, quem. x. collationem vocamus.* [a] *postea superuenerunt istæ constitutiones, quas vndecimam collationem appello: ipsásque glossare volui ego Bartolus de saxo Ferrato, ciuis Perusinus, vt multa vtilia quæ in eis sunt, omnibus innotescerent, & etiam ad laudem diuinæ recordationis domini Henrici Imperatoris ipsarũ cõstitutionũ authoris aui illustrissimi domini, domini Caroli quarti Romanorum Imperatoris nunc regnantis, cui debito fidelitatis adstringor: quia me suorum consiliariorum & domesticorũ* [b] *numero aggregauit, & me, meósque posteros, quos legum doctores esse contigerit, legitimationis & concessionis veniæ ætatis, altísque priuilegiis & gratiis decorauit. In nomine igitur dei omnipotentis ad laudem & reuerentiã præfati domini Imperatoris suíque aui, & studẽtium vtilitatẽ glossaui eas ordine infrà scripto, supponẽs quicquid per me dicetur, correctioni cuiuslibet melius sentientis: & quia textus est breuis, nullus me de glossarum longitudine inculpet. sunt enim multæ glossæ ex quibus hæc collatio multo vtilior redditur. Bart.*

a *In hoc tamẽ esset stãdũ cõmuni denominationi vtentiũ. Aluar. in prælu. feu. ẽ. 4. col.*

b *Id est multũ familiarium. Ioã. de Pla. in rub. de dome. & ptecto. li. 12*

b *Reprimendum.* Primò ponit causam legis cõdendę. Secundò, statutũ generale in ordine procedendi in crimine læsæ maiestatis. Tertiò, statutum speciale in modo procedendi contra contumaces. Quartò ponit clausulam derogatoriam. Quintò declarat ad quos casus extendatur. Sextò, quo tempore sumat vigorem.

c *Multorum.* sed cum multis grassantibus iudici à lege antiqua cõcedatur arbitrium, vt possit pœnas augere: vt. ff. de pœ. l. aut facta. §. fin. & no. ff. de infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. ideo hoc casu hæc lex necessaria non videtur. Solu. antiqua iura dabant arbitrium iudici imponendi pœnã maiorem maleficio liquidato. hæc de nouo statuit circa modum liquidandi dans potestatem. & hæc s. multitudo delinquendi dans potestatem, & hæc scilicet multitudo delinquentium est causa finalis legis condendæ: vt. j. dicam.

d *Ruptis.* determinat verbum conantur, quod est. j. nec resoluitur in conditionem: quia determinat verbum præsentis vel præteriti temporis: secus si esset verbum futuri temporis, vel respiceret futurum tempus: vt. l. à testatore. ff. de condi. & demon. & de vsu. l. euictis. quod tractaui. ff. de condi. & demon. l. j.

e *Debitæ.* iure diuino & humano: vt. j. dicetur.

Fidelitas triplex.

f *Fidelitatis.* quædam est fidelitas quæ debetur proximo, scilicet non offendere eum, nec ei insidiari. ff. de iusti. & iur. l. vt vim. non autem tenetur eum defendere: vt no. ff. de regu. iur. l. culpa caret. Alia est fidelitas quæ debetur patri, quem quis etiam tenetur defendere verbo: quia debet patri indicare, quæ cognoscit contra eum: vt. ff. ad. l. Pompe. de parri. l. j. in fin. & l. seq. debet etiam ei reuerentiam, vt in ti. de obsequiis. non autem reperio quòd quis teneatur patrem defendere facto, scilicet opponendo se, vel simili modo. Tertia est fidelitas maior, qua quis tenetur domino suo: quem non solum tenetur non offendere, sed indicare verbo, & defendere facto: vt. x. col. de for. fideli. c. j. & de no. fi. for. c. j. Ista debet quis principi. s. non offendere: & si sciuerit, indicare. quod patet: quia conscij etiam tenẽtur: vt. C. ad. l. Iul. maie. l. quisquis. in fi. tenetur defendere eum. ff. de re mili. l. omne delictum. §. fin. vere ergo hic dicitur totius: quia tota fidelitas debetur principi. Est enim deus in terris. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus nullam nauem. & ibi no. & de eo scriptum est: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis.

Deu. 6. a. Ma. 22. d.

g *Habenis.* Sicut enim per habenas equus recte ducitur: ita per fidelitatem [c] ducitur subditus à domino: quæ fidelitas habet duas habenas. s. in faciendo quæ fieri debent, & non faciendo quæ fieri non debent: vt modo dixi. quæ duo præcepta sunt duæ habenæ per quas homo subditus ita ducitur sicut equus, & alia animalia ducuntur per habenas: & ita per ista duo præcepta homo ducitur & pacificus fit sicut equus per habenas quas timet. & fuerunt hæc duo præcepta facta primis duobus parentibus: super quibus pendent leges & prophetæ, & super quibus totum vtriusq; iuris corpus fundatũ est: vt not. ff. de iusti. & iur. l. j. & ideo bene dixit habenis.

c *Quæ fidelitas & qua*

Extrauagãtes cũ apparatu siue glosis domini Barto. quas nonnulli. xj. collationem appellant, feliciter incipiũt.

TITVLVS I.

QVOMODO IN LAESAE maiestatis crimine procedatur. [a]

B Henricus septimus diuina fauente gratia Romanorum Imperator semper Augustus.

AD reprimendum [b] multorum [c] facinora, q ruptis [d] totiº debitæ [e] fidelitatis [f] habenis, [g] aduersus Romanũ Imperium, in cuius tranquillitate [h] totius orbis [i] regularitas requiebat pertinet, inuadere, capere, aut violẽter auferre præsumat. Si quis autem huiusmodi statutũ ausu temerario violare præsumpserit: in quadrulum ablata restituat, infamiam ipso iure incurrat, imperiali animaduersione nihilo minus puniendus. Nos verò Honorius episcopus seruus seruorum dei has leges à Fridericho Romanorum Imperatore filio nostro charissimo pro vtilitate omnium Christianorum editas laudamus, approbamus & confirmamus, tanquam in æternum valituras. & si quis ausu temerario, inimico humani generis suadente, quocunque modo has infringere tentauerit: indignationem dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli apostolorum se nouerit incursurum.

h *Intranquillitate.* hoc patet. nam cum imperium fuit in statu & tranquillitate, totus mundus fuit in pace & tranquillitate, vt tempore Octauiani Augusti. cũ aũt imperium fuit prostratum: insurrexit dira tyrannis. & hęc fuit huius opusculi causa fina.

i *Totius orbis.* contra: quia maior pars mundi nõ obedit principi. Sol. illud de facto: sed de iure secus. d similè habemus de Daniele. ix. c. vbi de Nabuchodonosor qui erat vniuersalis imperator, sic aut: Tu rex regum es: deus cæli regnum, fortitudinem, gloriam & imperium dedit tibi: & omnia in quibus habitarent filij hominum, bestias agri, & volucres cœli dedit in manu tua: & sub ditione tua vniuersa constituit. & intelligendum est de iure: quia de facto non obediuerunt sibi omnes vt legitur in chronicis: vt in. d. c. per glo. Item contra: quia in terris ecclesiæ nullam habet iurisdictionem: vt in. c. pastoralis. extra de re iudi. in clem. Solu. ecclesia habet ex donatione principis etiam eius qui hanc legem condidit: vt in. c. j. extra de iureiu. in clem. vnde ipse princeps habere videtur: vt in. l. j. §. omnia enim. C. de vetere iu. enu. vel licet [e] alicuius particulæ dominium non sit suum: tamẽ verum est quod hic dicitur: sicut dicitur dominus gregis, etiam si vnum pecus non sit suum: vt. ff. de rei vin. l. ij. & iij. & per hoc patet quòd Imperator recte dicitur dominus mundi. s. vniuersalis licet singulares sint domini prædiorum suorum: vnde à possessore ipse posset vindicare mundum: vt. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. & ff. ad. l. Rho. de iac. l. deprecatio. nec est opus quòd dicamus quòd omnia sunt sua quo ad protectionem &c. vt not. in constitutione. ff. in princip. quia imò vere omnia sunt ipsius, si vniuersaliter consideretur. Vel tertio [f] inhęrendo opinioni sanctæ ecclesiæ: primò fuit imperium Babylonis. secundò fuit imperium Persarum & Medorum. tertiò fuit imperium Græcorum. quarto fuit imperium Romanorum. vltimo aduenient Christo istud Romanũ imperium cœpit esse Christi imperium: & ideo apud Christi vicarium est vterque gladius, scilicet spiritualis & temporalis. Christus enim est lapis absciſſus sine manibus: cuius regnum non dissipabitur: de quo prophetauit Daniel in. d. c. ix. vbi hæc omnia imperia describuntur expresse. dic ergo quòd ante Christum imperium Romanum dependebat ab eo solo: & Imperator recte dicebatur quòd dominus mundi est: & quod omnia eius sunt. post Christũ verò omne imperium est apud Christũ, & eius vicarium: & transfertur per papam in principem secularem: vt extra de elect. c. venerabilem. vnde si dicimus, omnia sunt imperij Romani, quia tunc Christi: verum est si referamus ad personã Christi. si verò referamus ad personam Imperatoris secularis: non propriè dicitur quòd omnia sunt sua, vel sub sua iurisdictione: quia nõ terræ ecclesiæ. illas enim sibi reseruat papa, in quo principaliter est imperium. in hac ergo constitutione si se retulit ad imperium: vel si se retulit ad personam suam: locutus est caute. non enim dicit quòd totius orbis iurisdictio sit sua, sed quòd totius orbis regularitas in eo requiescit. nam & terras ecclesiæ ipse habet certo modo regulare, scilicet defendendo eas, & seruando in deuotione ecclesiæ: vt iurauit in. c. j. extra de iureiuran. in clem. & hoc pro nunc transitoriè dico: quoniam opus per se requirũt quę dico. quare sic credo tenere ecclesiam: sic credo imperatorem sentire: & si malè hoc vel aliud intelligerem, sum paratus corrigere.

BIU Cujas

a *Hostili animo*.id est nil debentis subiectionis & reuerentiæ secundum H.

b *Subiecta*.ad Romanos.xij.c.sed ibi non dicit,Romanorū principi,sed potestatibus sublimioribus.Sed de illo intelligendum est sub quo Christus voluit nasci & crucifigi. hoc imperium ecclesia approbat &c.

c *Facinoribus*. id est cōspirationibus in malam partem: vt not.ff. de publi.l.quantæ.& facit. C.ad.l.Iul. maie.l. quisquis.in prin.

d *Rebellionibus*. quid sit,dicitur.j.proxi.

e *Absentia*.hucusque posuit causam impulsiuam, id est vnam causam finalem,seu rationem legis condendæ:

scit: hostili animo [a] armati conantur nedum humana,verum etiam diuina præcepta, quibus iubetur quòd omnis anima Romanorum principi sit subiecta, [b] scleratissimis facinoribus [c] & assiduis rebellionibus [d] demoliri:ne ex eorum absentia, [e] in detestādo læsæ maiestatis crimine ꝓcessus & sententia retardentur [f], & tāti sceleris nefanda temeritas remaneat impunita: [g] hac edictali [h] deo ꝓpitio ꝓpetuo valitura lege sācim⁹, vt in quocunq; [i] lęsæ maiestatis crimine,& maxime [k] vbi contra Romanorum imperatores [l] vel reges [m] aliquid qđ dictū tāgat [n]

nunc ponit aliam,hoc modo: Primò quomodo tempore factæ legis multi conabantur contra imperatorem. & hęc fuit causa impulsiua legis,non finalis,quod patet: quia cum lex ista sit vniuersalis & perpetua,cum & futura facta respiciat:illa facta præsentia vel futura non sunt eius causa finalis:tendit enim ad alium finem. sic.ff.de postul.l.j.§.sexū.& in auth.de non alie.in princi.col.ij. & in omnibus.ll.relatis ad singulas personas, quæ tamen vniuersaliter intelliguntur: vt in.j.consti.C.in fine.&.ff.de legi.l.non singulis.& ideo si ista causa cessaret,quia non essent multi,sed pauci tic delinquentes,non cessarent leges: vt in.d.§.sexum.& patet ex hac lege,quæ loquitur etiam quando contra vnum proceditur, & quocunq; casu sub crimine læsæ maiestatis,& si in aliqua lege vniuersali,vel communi,vel municipali poneretur aliqua causa impulsiua,nō posset opponi ꝙ illa causa nō sit vera:quia nó nocet:vt.C. de fal.cau.adiec.l.j.& de condi.& demon.l.cū tale.§.falsam.& patet ex prædictis.secus si princeps aliquid particulariter rescriberet:quia tunc factū vnicum super quo scribitur,posset esse causa finalis rescripti:vt.C.si contra ius vel vtili.pu.l.præscriptione.& de diuer.rescrip.per totū.idem si ciuitas vel ordo decurionū aliquid specialiter ordinaret super quo dā facto non vero: esset enim decretum ambitiosum.vt.ff.de decret.ab ord.fa.l.ambitiosa. Posuit enim vnā causam finalē Imperator seu rationē legis condendę dū dixit,ad reprimendū multorum facinora. Ista enim nota vniuersalis perpetua &futura respicit:& est finis ad quē tendit Imperator: & hoc apparet ex natura gerundij: quæ est vt cum ponitur in accusatiuo,significet causam finalem.ff.de dolo.l.j.§.j.in definitione doli.& de tute.l.j.in definitione tutelæ.&.ff.ad exhib.l.iij.§.j. licet quandoq; significet modū.l.quibus diebus.§.j.ff.de condi.& demon.sed certe ille modus non est causa finalis ibi: sed modus appellatur quando continetur onus explicandum ab eo ad quem refertur: vt ibi dixi.idem si ponatur in casu genitiuo cum hac dictione causa,vel cum hac dictione animo:vt.ff. ad leg. Cor.de sica.l.j.in princip.& in.§.j.&.ij.&.C.eo.l.is qui cum telo. nunc autem Imperator ponit alias duas causas finales.s. ne processus vel sententia retardetur.Item ne talia maleficia remaneant impunitā. Sed cum in.l.sint plures causæ finales, an requiratur quòd omnes concurrant?glo.extra de rescript.c.ij.aut quælibet causa per se est sufficiens ad producēdum effectum,& sufficeret vna: & tunc cōiuncta ponitur pro diiuncta: vt.l.sæpe.ff.de verbo.significa.aliàs requiritur concursus omnium: quod verum est quando in.l. ponuntur plures causæ: hoc est plura facta ex quibus debet sequi iuris effectus.tūc enim de facili cognoscitur an quodlibet factum de per se sit sufficiens ad productionem effectus iuris:cum ius certum sit: vt.l.ij.ff. de iur.& fac. igno. Sed quandocunque in.l. ponuntur plures causæ,hoc est plures finales effectus qui ex lege sequi ꝙrantur, vt in l.ista: tunc an omnes requirantur,est dubium. sed quando illi effectus sunt separati & distincti, sufficit alteram ex illis causis adesse: vt instit.de nupt.§.affinitatis.& no.ff.de his qui no.infa.l.liberorū.§.j.& de priui. credi.l si ventri.§. in bonis. Sed si illæ plures causæ & plures effectus tendunt ad idem: tunc si vna causa ponitur vt ratio, alia vt ratio rationis: vel vna ponitur tanquam maior, altera vt minor ad probandum idem: tunc vtraque requiritur.ff.solut.matrimo.l.j. & de petit.hæredi.l. sed si lege.§.item si rem.& hoc apparet hic.nam prima ratio seu causa finalis est maior propositio: aliæ duæ quælibet per se facit minorem. hoc modo dicit Imperator, Nos intendimus ad reprimendum multorum facinora &c. sed ista reprimuntur si sententia & processus non retardentur: ideo statuit quòd procedi possit contra absentes. Alio modo coniungitur & cūm secunda causa. Tertia est si coniungitur cum prima. Intendimus ad reprimendum talia facinora.Sed ista reprimentur si non remanebunt impunita: ideo statuit quod possit procedi summariè & de plano, vt ei videbitur: vt sic facilius inueniatur. Prima ergo causa generalis est, & respicit vnum effectum cum qualibet earum: & illæ respiciunt separatos effectus: vna ne retardetur,alia ne punitio extinguatur:& habet locum siue procedatur contra absentem, siue contra præsentem:vt.j.patebit. & non extenditur hęc lex ad alium casum ex identitate rationis:quia cōtra ius commune est:vt l.quod contra.ff.de legi.vnde non tollitur ni si quatenus exprimitur. C. de appel.l. præcipimus.in fin. regulariter enī omnis causa requirit plenam cognitionē: vt.C.de iudi.l. iudices. & regulariter in causis capitalibus non potest absens condemnari. colligitur autem ratio l.diuersimode.nam quædam sunt.ll.declaratiuæ: & ratio illarum est regula iuris præcedentis: vt patet fere per omnes.ll.iurisconsultorum,maxime in.d.§.item si rem.&.ff.de ver.obli.l.stipulatio ista.§.alteri.& quasi per omnes.& illa proprie dicitur ratio. Quædam sunt leges mere positiuæ,quia ad illud nulla ratio iuris antiqui vrgebat: & tunc ratio ex ipsa.l.sumitur,vel eius præfatione si in ipsa exprimatur,vt hic,&.ff.de hære.instit.l.fin.& ad Maced.l.j. & ista proprius appellatur causa finalis q̄ ratio legis:vt.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij.& de condi.& demon.l.illis,libertis. & de iure pa.l.adigere.§.quanuis.finalis ergo intentio.l.est ratio: qua cessante cessat lex: vt.d.ll. vbi verò ratio non apparet, debemus propriæ significationi verborum stare: vt.ff. de exer.l.j.§.si is qui nauem.cum similibus.Accur.

f *Retardentur*.sic.C.de pœnis.l. ne diu.&.l.correis. Et subaudi, ne.& sic sunt duæ rationes.

g *Impunita*.vt.ff.ad leg.Aquil.l.ita vulneratus.cum similib.

h *Hac edictali*.Hic incipit secunda pars,in qua ponit statutū generale.& in eo ponit ordinem procedendi tam contra præsentes quàm contra contumaces.ex eo quòd dicit edictali, apparet quod est generalis:vt.l.iij.C.de legi.&.j.dicit generalius.

i *In quocunque*.cum enim lex Iul.maiestatis [a] habeat multa capita:vt.ff.eo.l.j.ij.iij.&.iiij.in quocunque crimine cui competit aliquod dictorum capitum,habet locum hæc lex.

k *Et maxime*.hic præcedit genus [b], scilicet omne crimen quod incidit in.l.Iul.maiesta.additur species quādo committitur in imperatorem vel regem: & ideo non ponitur implicatiue, cum totum sit expressum: sed significat rationem in expresis legibus fortius vrgere.sic.C.ne fi.pro pa.auth.habita.sed si genus nō præcederet,tunc aut per conditionem maxime additur conditio: & tunc innuit idem esse in casu contrario.s.conditione non existēte: nisi ratione contrarietatis euitandæ oporteat dici ꝙ dictio maxime,abundet:vt.C.de ma.testa.l.fin.& ibi not.in glo. super verbo maxime.sed si per hanc dictionem adiiciatur ratio,tunc indicat illam esse potissimam rationem,licet alia sit ratio: vt.l. & si maxime.ff.de serui.leg.

l *Imperatores*.post coronationem &c.

m *Reges*.ante coronationem: vt extra de elect.venerabilem. & no.diligenter quòd ante coronationem habetur vt generalis dns. si enim esset priuata persona, contra eum facientes non incideret in.l.Iul.maie.vt hic patet:& sic potest administrare,& dare priuilegia:vt extra de priui.c.super quibusdam.in Cle. & de iureiu.c.j. & ibi glo.& sic cessat disputatio Iac.de Are. quam ponit Cy.in.l. bene à Zenone.C.de quadri.pscript. potest etiā facere condēnationes: vt patet ex literis domini Caroli imperatoris concesis cō muni Perusij, cum ego tunc apud ipsum legatione fungerer: vbi inter cætera sic ait:Omnes & singulas sententias,processus & cōdemnationes, multas & ordinationes per quoscunque diuos Romanorum imperatores & reges prædecessores nostros cōtra vos & singulas ciuitates communis & Perusij personas latas seu promulgatas tollimus & relaxamus.Potest etiam ante coronationem concesiones aliorum imperatorum tollere & reuocare:quod patet ex aliis literis eiusdem Imperatoris:vbi inter cætera concesit quædam,& adiecit,Tandiu quandiu per successorē nostrum regē Romanorum seu Imperatorem non fuerit reuocatum.quæ literæ sunt Perusij sub bulla aurea.& prædicta vera,postquā persona est electa in Romanorum regem,& per sedem apostolicam fuerit approbata.ante autem videtur tenere glo.in.d.c.j.de iureiu.in Cle. quòd etiam electi in discordia possunt administrare.

n *Tangat*.q.d.non solum si ipsum crimen cōmittitur,sed si aliud quod ipsum tāgat.hoc autē contingit quandoq; per modū antecedentis,

a *Proprie tamen dicitur cāmitti crimen læ.ma.quando aliquid fit cōtra personā principis,vel contra eos qui ad eius latꝰ assistūt, vel contra rēpublicā secundum Io. de pla.v.§. 1.institu. de publ.iudi.*

b *Istā glos. reputat nota. & eam sequitur Iason in.l.qui se patris.in 8.col.C. vn de lib.*

BIU Cujas

a Vide latius p Bal. Aret. & Ia. in. l. 1. C. de ser. fug.

dentis, *vt* mandatum, consilium, persuasio: de quibus plene[a] dixi in.l.non solum.§.mandato.ff.de iureiur.quandoque per modum inhærentis tempore quo delinquitur: vt auxilium & opem dare. de quo dixi in.l.furti.§.ope.ff.de fur.quandoque per modū consequentis: vt in his qui præstant consilium ad euadendum: vt in.l. j.C.de rap.virgi. & dixi in.d. §.ope. vel receptatore: vt.C. de his qui la.l.j.&.ff.de recepta.l.j.facit ad prædicta.ff. ad Turpil. l. j.§.incidit.&.C. de hæret.auth.credētes. quādoque per modum alterius actionis: vt si quis nollet venire ad perhibendum testimonium contra reum de hoc crimine: facit aliquid quod tangit hoc crimē: & hic habet locū hæc.l.& idē si faceret vt reus captus euaderet: [b] vt.ff.ad legē Iul. maiesta.l.si cuius.§.item qui confessum.facit extra de offi.& po. iu.dele.c.j.& ibi per Inn.& est simile verbum extra de hæret.c.vt inquisitionis officium.lib.vj.

asseratur [a] commissum, posit [b] procedi per accu-

b Vide tres pulchras limitationes ad istud dictū per Ia. i.§. pœnales. in xviii. col. insti. de act.

a *Asseratur.* quandoque per glossatorem additur vt verum sit: vt.ff.si qua.pau.fe.di.l.j.in prin.& vi bo.rap.l.ait prætor.in princ. alibi dicit glo.etiam si verum non sit: vt.ff.de do.l.j.in glos.super verbo, diceretur.& istud placet [c] in his quæ respiciunt modū procedendi: vt hic. sed in his quæ respicerent sententiam & executionem, aliæ glo.procedunt.probatur.ff. de procuratoribus.l.qui omnia.versic.plane.

c Idē tenet Bart. & Bal. in.l. 1. ff. de do.

b *Posit.* non ergo imponitur necessitas: & sic in causis summariis, licet non seruetur ordo, & procedatur solenniter, non vitiatur processus: vt extra de verb.signi.c.sæpe.in Cle.

Infames & serui quando; ad accusandū admittuntur.

c *Per accusationem.* hoc ius commune est. sed in hoc speciale est q̄ ad accusandum admittuntur infames, serui, milites, mulieres. ff.ad.l.Iul.maie.l.famosi.& in.l.in quæstionibus. & accusatio est nomen iuris. sicut enim actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur, instit.de act.in prin.sic & accusatio est ius persequendi vindictam pub.vt insti.de pub.iu.in princ.& ius ex quo sumitur vindicta, est duplex.s.accusatio & officium iudicis. hoc autem officium exercetur quando per inquisitionem ad alterius denunciationem proceditur: nam super denunciatione inquiritur: vt.ff.de custo.re.l.diuus.&.j.dicam. quandoque per inquisitionem factam proprio motu iudicis. potest etiam sumi accusatio pro libello accusatorio: vt.ff.de accu.l.si cui.in prin.& ad Turpil.l.j.§.accusationem. & illo modo sumitur hic. Sed quæro, quid si accusatio est inepte formata: an valeat beneficio huius.l.in hoc crimine? quod videtur: quia cum non sit necessaria figura iudicij, ergo nec libellus, qui est de ordine & figura. & hoc videtur expressum extra de verbo.signifi.c.sæpe.in Cle.in contrarium facit, quia hic permittitur procedi altero de tribus modis.s.per accusationem, denunciationem, & inquisitionē: & super quolibet istorum permittitur procedi summarie & de plano sine strepitu & figura iudicij. vbi ergo per accusationem proceditur, oportet accusationem esse factā rite: vt.l.non putauit.§.non quæuis.ff.de contra tab. aliàs si non est rite facta, non est accusatio: nec per eā delictum in iudiciū deducitur: vt.ff.de adul.l.accusaturus.& ad Turpil.l.j.§.accusationē. ibi, nulla erit &c. licet ille.§.faciat cōtra: quia est necessaria abolitio: vt ibi, & de accu.l.libellorum.§.q̄ si libelli. ergo videtur accusatio aliqua. Sol. licet accusatio sit nulla, tamen qualisqualis est, saltem de facto: & ideo est necessaria abolitio: vt ibi patet. sed hic requiritur q̄ accusatio sit rite facta in forma sua, vt sup ea possit procedi secundum formam huius.l.facit quod not. ff. de fur.l.si quis.§.j.Bart.de saxo ferrato.

d Not. hic inquisitionem accipi pro inuestigatione facti: vt not. Ant. de cohabi. cleri. & mulie. c. vestra. versi. no. quòd verbum extra.

d *Inquisitionem.* [d] hoc ius est nouum: nam de iure communi non potest procedi per inquisitionem, nisi in certis casibus no.in.l.ij.§. si publico.ff.de adul.& ibi dixi q̄ quatuor sunt regulæ in quibus potest procedi. Prima, per officialis denunciationem.l.diuus.ff.de custo.reo.&.C.de accu.l.ea quidem.& de decu.l.j.lib.xij. Secunda regula est propter incidentem cognitionem iuris: nam vbicunque iudex cognoscendo principaliter reperit incidenter delictum esse commissum, potest de illo cognoscere: vt hic est casus, & in.d.§.si publico.&.C.si aduer.lib.l.pe.& de condic.ob tur.cau.l.cuitandi. & de calum.l.pen. Tertia regula propter præcedentem generalē inquisitionem: nam vbicunque iudex inquirendo generaliter de malefactoribus reperit aliquem deliquisse, potest ad inquisitionē specialem descendere: vt.l.congruit.ff.de offic.præsi.& ad legem Iul.pecu.l.iiij.& in authent.de col.§.iubemus.coll.ix. Quarta regula est propter magnam offensionem. vbicunque enim crimen committitur coram iudice, iudex potest super illo per inquisitionem procedere: vt.C.de calum.l.j.& de testibus.l. nullum. & de probationibus.l.penul.& idem eadem ratione in omnibus delictis quæ committerentur coram iudice. aliàs non potest procedi per inquisitionem de iure communi.l.rescripto.§.si quis accusatorem.ff.de muneribus & honoribus. Sed speciale est hic, vt nulla ex prædictis regulis accedente possit procedi, vt hic. de iure canoni-

A co potest procedi per inquisitionem præcedente fama, vt extra de accusa.c.qualiter & quando.& de simo.licet Hely. Sed tunc hoc est speciale: quia procedi posset etiam fama non præcedente: vt hic patet: quia sufficit quocunque modo dicatur: & probatur.j.l. proxi.ibi, publice vel occulte. sed cum in accusatione requirantur solennia accusationis: vt.s. dixi, quare non requiruntur solennia inquisitionis: Respond. solēnia accusationis intelligo circa formam ipsius: vt dixi.

sationem, [c] inquisitionē, [d] seu denūciationem [e]

quòd autem in inquisitione præcedat aliquod prædictorum, non est de forma inquisitionis: sed est vt aliquod antecedens, & processus valeat, si non opponatur. extra de accusa.c.j.lib.vj. sicut testamentum est testamentum secundum sui formam, licet testator dicatur filiusfa. vel seruus, vel quid simile: vt.C.de edict.diui Hadriani tollen.l.ij. secus si in ipso deficeret hæredis institutio. Sed an forma inquisitionis sit sicut forma accusationis? gloss. institut. de publi.iudic.in princip. dicit quòd non. Innocen. idem extra de purga.ca.c.fina. Iaco.de Bu. institut.de accusa.in princi. dicit quòd

B eadem forma & eadem solennitas requiritur, præterquam in inscriptione ad pœnam talionis: quia cum locum accusatoris subeat iudex: & inquisitio loco accusationis eiusdem debet esse naturæ vt.l.j.§.hæc actio. si quis testa.li. esse iusfu.& hoc placet quātum ad hoc vt inseratur locus & tempus eodem modo: quia nō debet in tanto crimine vagari: vt.ff.de iniu.l.prætor edixit. in princip.& de dolo.l.idem exigit. facit, quia si idem delictum opponitur per modum exceptionis.l.ij.§.j.ff.de doli exceptio.& extra de elect. c.vt circa.lib.vj. dixi plene.ff.de except.l.j. nec obstat extra de procuratoribus.c.fina.& quod ibi per Innocen. quia ibi fit inquisitio contra certam personam: tamen generaliter quo ad delicta. secus si fieret de speciali delicto. item accusatio debet in scriptis offerri: vt.l.libellorum. de accusa.&.C.de lit.contest.authent. offeratur. sed cum inquisitio non offeratur iudici, sed ipse inquirat nō est necesse q̄ prius formetur in scriptis, & postea redigatur in actis. ex quo sequitur q̄ si in processu non apparet quando fuerit exhibita accusatio, non valet, cum sit de substantialibus: vt.d.l.libellorum.& not.C.de accu.l.in causis. Sed si non apparet dies inquisitionis formatæ, non vitiaretur processus: quia dies quo quis citatur super inquisitione, vel dies quo respondit illi, poterit dici

C dies formatæ inquisitionis: cum iudex semper inquirat: sed non potest dici dies exhibitæ accusationis, cum hoc non pertineat ad iudicem. multa alia dixi circa materiam inquisitionis in.d.§. si de publico.

e *Denunciationem.* de iure antiquo non admittitur denunciatio nisi per officialē: vt.l.diuus.de custo.reo.&.C.de accusa.l.ea quidem.&.ff.de offi.præfe.vrb.l.j.§.sane. de iure canonico admittitur denunciatio præcedente charitatiua monitione: vt extra de iudi.c.nouit.& extra de simo.c.licet Hely. hæc ergo lex introduc[e] nouum in hoc crimine: quia per denunciationem factam à quocūque posset procedi. De officialis denunciatione, & de ista materia plene dixi in.d.l.diuus. Sed de isto denunciatore priuato, dico [f] q̄ habet vim cuiusdam mandatoris, seu instigatoris: ideo desistēdo incidit in Turpil.vt.ff.ad Turpil.l.j.§.incidit.&.l.ab accusatore.§.denunciationes.eo.ti.& si desistat denunciator, impune iudex ex illa causa dimittit processum, sicut delator mandatore subtracto: vt.ff.de iure fis.l.res quæ.§.fin. quod est verum, si in procedendo fuit nominatus denunciator: aliàs secus. ff. de iure fis.l.de eo. ergo hic potest procedi ad denunciationem alterius denunciante non nominato: vt.d.l.de eo. quia ex mero officio iu-

D dicis proceditur. Item cum in casu illius.l.isti tres modi procedēdi sunt æque auxilia ordinaria, puta q̄ si pendente inquisitione ex officio, vel per denunciationem superueniat accusator: non debet recedi ab inquisitione: cum cesset ratio, quam ponit Dy. in regula, actus legitimi. de reg.iur.li.vj. Et quid si ex forma statuti conceditur q̄ iudex generaliter possit inquirere de crimine: de hoc dixi in.l.si maritus.§.fin.ff.de adul.& hoc de denunciatione quæ fit ad vindictam publicam. ad priuatam vero quandoque denunciationem iudex procedit in his qui agere non possunt de iure: vt cū serui à dominis opprimūtur. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. ij.& de offic.præfec.vrb.l.j.§.quod autem. Item ad denunciationem patris vel patroni conquerentis de filio vel de liberto: vt.d. l.j.§.cum patronus.& de offic.procon.& le.l.nec quicquam.§. de plano. Item quando homines humiles opprimuntur à potestate, vel eis aliquid aufertur, vel ab eis promissio vel cautio exigitur. vt.ff.de offi.præsi.l.illicitas. in prin.& quasi per totam.l.& hoc sentit Specul. in titul. de denun.§.quis denunciare.& Ioan.And. in cap.nouit. extra de iudi. vbi dictas leges sic intelligunt: quod est notandum: quia ad boni iudicis officium pertinet, facta ei querela de prædictis, ex officio eius procedere: cum tales per seipsos agere non possunt, vel non audent: quod placet: quia interpretatione

adiuuandum

adiuuandum est,quod reipublicæ vtilitatem continet. Est & alia denunciatio priuata,quæ locum habet in foro ecclesiastico, inducta per legem euangelicam:vt dicto cap.nouit.de iudi.quæ quotidiana est,& per eam multa quæ sunt iuris ciuilis remedio destituta,reparari possunt:ideo ea prosequor,declarando quædam ab authoribus iuris canonici intacta. in hac enim requiritur quòd quis primo moneat[a] aduersarium suum,qui peccat in eum,inter se & ipsum solum,dicendo ꝙ cum in eum peccet,retinendo rem ad eum pertinentem,vel non soluendo ei tantam quantitatem si bi debitam,quòd exeat de peccato.quod si non faciat,iterum dicat idem adhibito vno teste,vel duobus testibus.ꝙ si non faciat, tunc dicat ecclesiæ:& sic ad forum ecclesiasticum recurrat,petens ꝙ cum peccet talis in eum,& de tali causa requisitus & monitus, & prima requisitione & secunda secundum doctrinam & regulam euangelicam emẽdari neglexit,& exire de peccato in periculum animæ suæ,& etiam contra conscientiam,implorat eius officium, vt eum ad pœnitentiam cogat:vt in d.c.nouit.super hac denunciatione offertur libellus: [b] lis contestatur:& sententia in scriptis fertur secundum Host.& Ioan.And.in.c.nouit.licet in dicta decre.dicatur ꝙ procedatur de plano. quod quid importet.j.dicam & contra personas sic denunciantes non potest opponi ꝙ sit infamis.si tamen sit correptus de crimine,potest secundum Innocen. & omnes.potest autem opponi quòd est criminosus,seu in peccato mortali.qualiter enim mouetur bono zelo ad correctionem alterius,qui non est ipse correctus?secundum Ber.& Inno.Sed Io. And.dicit[c] ꝙ in hoc genere denunciationis,vbi prosequitur quis proprium interesse,admittitur etiam criminosus.sed ei ob.excõmunicatio,vel alia expoliatio,vel deprædatio:vt in.c. cum dilectus.&.c.fin.de ordi.cog.vel alia præiudicialis exceptio.quod dic vt in.c.nouit.super vlti.glo.per eum. Contra ipsam denunciationem opponitur ꝙ potest etiam haberi super eo regressus ad iudicem secularem:nam non debet iudex ecclesiasticus eum indistincte admittere:quia non nisi in defectum iustitiæ,vel crimẽ sui natura sit ecclesiasticum,vel ratione pacis,vel iuramenti,vel quãdo crimen est notorium,vel quando non auditur in iudicio seculari,vel quia est obligatio naturalis tantum,vel quando hanc proponit miserabilis persona & depressa:vt in.d.c.nouit.de iud.& de pac.c.qualiter.lxxvij.distin.per totum.& de foro compe.c.licet. vide ad hoc nota.per Ber.in.c.ex tenore.per totum.aliàs si indistincte admitteretur,periret temporalis gladij iurisdictio,& omnis causa per hanc viam deferretur ad ecclesiam.& ita tenet Ioan. Andr.in.d.c.nouit. [d] & hoc quod dixi de obligatione naturali,tenuit Inno.in.d.c.nouit.sed cum illud quod deducitur pro Falcidia vel Trebellianica,sit naturale debitum:vt no.C.de iur.& fac.ign. l.cum quis.&.ff.de condictione indebiti.l.j.& de regu.iur.l.cuius per errorem.ergo ille qui retinet,peccat mortaliter,& contra eũ posset procedi per formam huius denunciationis,sed hoc videtur contra.c.Rayuutius.&.c.Raynaldus.extra de testa.vbi papa pronunciauit has quartas posse retineri.Sed dico[e] quòd ea quæ dicta sunt de obligatione naturali,intelliguntur de naturali qua quis tenetur eo ipso,ꝙ quis locupletatur cũ aliena iactura:quia quod alienum est,peruenit ad eum:vt.l.nam hoc natura. ff. de condict. indebiti,vel de ea naturali quæ originem habet ex consensu:vt ex pacto nudo,vel iureiurando interposito ab alio quàm à liberto: vt.l.iureiurando.in princi.ff.de oper.lib.& de fideiussoribus.l.si quis pro eo.in prin.Idem puto de eo qui promittit ei qui stipulatur alteri:vt.l.stipulatio ista.§.alteri.de verborum oblig.& quod ibi not.secus de ea naturali quæ à consensu non habet originem, vt in eo qui ex maleficio obligatur ad pœnam:vt.l.non solum.§. j.ff.de iniur.In proposito hæres dicitur teneri naturaliter,hoc est habito respectu ad principia iurisgentium,quo iure dicta quartæ deductio non erat inuenta.non autem ex consensu : quia testator nunquam consensit ꝙ ipse obligaretur:nec etiam hæres adeundo hæreditatem,quia habuit,vel habuisse præsumitur animum quòd voluit vti beneficio legis.Item nil habet de alieno:quia legatarij & fideicommissarij certant de lucro.non autem petiit quod suum est,vel fuit.Vel dic[f] ꝙ naturalis obligatio non subest in eo quod per Falcidiam venit deducendum,secundum Pe. vt refert Cynus in dicta.l.cum quis.de iuris & facti ignorantia.quod non placet: vt plene dixi in.l.j.ff.de condic.indebiti.Sed quid de obligatione quæ tollitur præscriptione?Respon.[g] tunc actor audiretur à iudice ecclesiastico per modum huius denunciationis:quia ei denegaretur audientia in foro seculari.Sed tu dices,præscriptione tollitur naturalis,[h] & omnis eius effectus:vt.l.fina.in prin.& per Dy. ff.rem ratam ha.& per Gyn.in dicta.l.cum quis? Respon.tollitur omnis effectus eius ciuilis : non autem potest tollere naturalem obligationem,quam retinendo incidit in peccatum mortale.sed eo casu quo præscriptio tolleret naturalem,secundum ea quæ dixi in.d.l.fina.in prin.ff.rem ratam ha.tunc cessaret hæc denunciatio.Quid de filiosa.tuto. exceptione Macedoniani,an possit con-

A ueniri hac denunciatione,cum naturaliter & ciuiliter teneatur:licet obstet exceptio?puto ꝙ non:[i] quia hæc exceptio descendit ex delicto creditoris circa illud commissio:vt.ff. ad Macedonianum. l.j.vnde potest opponi etiam denuncianti:vt.§.dictum est per Io. And.dum dicit,vel alia præiudicialis exceptio.idem puto in qualibet alia exceptione propter odium vel delictum creditoris cõpetente,vel doli,vel similis.facit de condictione indebiti.l.qui exceptione.Sed si creditor non deliquisset,tunc ei iure cõmuni subueniretur:vt.ff.ad Macedonianum.l.si quis patrem.Quid de muliere tuta Velleiano?dico eam non posse conueniri hac denunciatione,cum etiam soluens repetat,secundum cano.extra de solu.c. fina.& ibi not.licet enim teneatur naturaliter,tamen datur ei exceptio æquitate prædicta naturali propter suam imbecillitatem & fragilitatem.vnde illa naturalis non habet efficaciam.idem puto in pupillo eo casu quo obligatur naturaliter tantum , vt non possit conueniri per viam huius denunciationis,cum illa naturalis non sit efficax.quod patet:quia quotiens ille lederetur,etiã si soluisset,restituitur ex edicto de minoribus naturali æquitate inducto:vt.C.si aduer.sol.l.finali.&.ff.de condictione indebi.l.interB dum.& de in integrum resti.l.j.& idem dico in quocunque casu,si aduersus ciuilem vel naturalem obligationem daretur restitutio. obligatio enim naturalis eliditur per exceptionem descẽdentem ex illa æquitate naturali:vt.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis.& ideo validior est obligatio naturalis sola cui nulla obstat exceptio,quàm ciuilis & naturalis cui obstat exceptio : vt not.ff. de compen.l.quicunque.nam per exceptionem etiam eliditur naturalis obligatio.Quid de tuto exce.rei iu.quam glo. dicunt inductam magis ad rigorem iuris obseruandum,quàm ex equitate: vt not.ff.de condictione indebiti.l.qui exceptione.&.l.Iul. &. C. de iuris & facti ignorãtia.l.cum quis?Videtur quòd cum cesset æquitas,& sic naturalis non elidatur:vt.d.l.Iul.possit cõueniri per viam huius denunciationis:quia peccat mortaliter.Contra,immo non est locus huic denunciationi:[k] quia licet peccet mortaliter, non tamen potest cognosci per sententiam,cum semel sit cognitum:vt.l.si quis cum totum.§.plane.ff.de except. rei iudi.&.§. si ancillam.& de re iudi.l.post rem.simile de eo quod est decisum per iusiurãdum:vt.d.l.post rem.§.j.& de iureiur.l.nam & postea. §.j.pro quo facit:nam in certis casibus tantum permittitur vt ꝓpter instrumenta de nouo reperta detur restitutio:vt.ff.de re iuC di.l.imperatores.Modus[l] probandi hanc denunciationem hic sit, vt prima denũciatio probetur per seipsam,cum dicat,Corripe eũ inter te & ipsum solum.Sed an denunciatus poterit probare contrarium?quod videtur de facili:quia posset probare rex Franciæ, quòd rex Angliæ nũq̃ fuerat ei locutus.sed cõtrarium puto:cum prima denunciatio dicatur fieri per seipsum,etiam si fieret interueniente organo,scilicet epistola,vel secreto nuncio:vt.ff.de cõstitu.pecu.l.qui autem.§.finali.&.l.seq.huius contrarij quodammodo impossibilis est probatio.Secunda denunciatio est approbanda per se & vnum alium legitime deponentem, vel per se & duos alios:cum dicat:Adhibe tecum vnum,vel duos:cum in ore duorum vel trium stet omne verbum.Tertia denunciatio quæ sit ecclesiæ,probatur per ipsum libellum denunciatorium datũ ipsi iudici ecclesiastico.Quarta,scilicet quòd peccet in eum:probatur probando quòd detinet rem suam,vel quòd est suus debitor.hæc autem eliditur hoc modo:Dicit denunciatus,non pertinet ad te cognoscere,iuste vel iniuste detineam:hoc autem scio,quòd teneo non contra conscientiam.& hoc sufficit vt vltrà ecclesia non procedat.licet enim probet quòd res fuit sua,vel sibi debita,potuit desinere:& sic non sequitur quòd contra conscientiam nõ teD neat:licet quando ordinarie agitur,sufficit probare suum,vel sibi debitum,nisi aduersarius probet contrarium.sed in hac denunciatione satis est si denunciatus aliquam iustam causam alleget quare contra conscientiam non teneat:licet causam non probet. creditur enim sibi ad purgandum conscientiam suam,nisi scandalum,vel publicum peccatum & manifestum sit. tunc enim debet de satisfactione constare,secundum Innocentium. Sed Hostiensis contra:quia si semel fuerit meum,vel mihi debitum : adhuc præsumitur,nisi probetur contrarium:vt.C.de probationibus!l. siue possidetis.Ioan.And.videtur stare dictis Innocen.Tu dic,[m] si denunciatus dicit se non tenere contra conscientiam suam,& nullam causam allegat,non sufficit:vt.l.qui interrogatus.de peti.hæredi.Idem si allegat causam iniustam : vt.l.nec vllam.§.j. eodem titu.sed si alleget causam iustam:tunc si quidem causa est dependens ex eo facto,quia dicit se soluisse,si negat positiones denunciationis,videlicet quòd esset suum,vel sibi debitum:& probatum est contra eũ:non debet postea credi assertioni suæ:vt.ff.de probationibus.l.cum de indebito.& extra de solu.c.fina.&.C.de non numera.pecu.authenti.contra qui propriam.cum simi.Conscientia enim alterius non debet probari nisi ex indiciis:vt. C. de dolo.l.dolum.sed istud est indicium legitimum,& lege probatum.

i Idẽ Pan. in.d. c. nouit.

k Istã opinẽ sequitur Bal.i auth. clericus . C. de episc.& cle. An. & Bart.in. c. nouit.extræ de iudi. sed cõtrariũ ꝙ immo in illo casu habeat locũ denũciatio: te nẽt Hostiẽ. Panor. & Feli. in. d. c.nouit.

l Idẽ tenet Panorm.in d.c.nouit.

m Ista opinio placet Panorm.in d. c. nouit. & ibi eam dicit esse de mẽte Ant. de But.

BIU Cujas

Si verò confessus est intentionem actoris, scilicet fuisse suum, vel sibi debitum: dicit tamen se emisse, vel soluisse, vel quid simile: tunc si denuncians non probet intentionem suam aliter quàm tali confessione, debet stari dicto eius ad excusationem conscientiæ suæ: vt. C. de testibus. l. si quis testibus. & de senten. & interlo. l. cũ Papinianus. & de iureiu. l. eũ qui. in prin. Si autẽ denunciator potest & vult aliter probare, q̃ ex confessione denunciati: tunc cessat talis præsumptio: quia forte ideo cõfessus est, quia sciebat posse probari. hoc probatur in gl. in dicta. l. eum qui. in prin. igitur tunc erit recurrendum ad coniecturas, scilicet cuius vitæ, cuius conditionis est iste denunciatus: vtrum eius assertioni debeat credi: vt. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militari. hoc etiã pendet ex quantitate rei petitæ: vtrum sit magna vel parua, argumen. eius quod not. in. l. admonendi. ff. de iureiurando. Sed si causa quam allegat, est talis, quæ ab eius facto non pendeat; & sic dicit se habere ab aliis: an debeat eis credi, videndum est qui sunt illi à quibus habuit, & cuius opinionis, & vtrum hoc dixerit ante litem motam, vel post. argumen. extra de testibus. cap. licet. ex quibus etiam puto quòd si hoc habuit à procuratore suo, cui hoc mãdauerat, satisfit: vt. ff. pro empto. l. quod vulgo. Idem si defunctus scriptum reliquit, recte ei credit hæres ad excusationem suæ conscientiæ: vt. l. qui cum maior. §. penultimo. ff. de bon. liber. Idem si aliqua indicia legitima appareant, ex quibus pars possit informare conscientiam suam: vt. l. marit. §. lenocinium. in principio. ff. de adul. Si vero informaret conscientiam suam ex præsumptionibus non legitimis, non excusatur. licet enim non teneat[a] contra conscientiam suam, habet tamen secundum conscientiam erroneam, & sic peccat, nisi conscientiam erroneam deponat. & deponere cogetur; vt extra de sententia excommunicationis. cap. inquisitionis. vbi probatur hæc distinctio. Sed tu dices, non per hoc probatur denunciatio quæ dicit, quòd peccat in me, retinendo meum, vel mihi debitum. nam apparet quòd non peccat detinendo, sed erroneam conscientiam habendo. sed certe finaliter in hoc peccat hæres, qui retinet. & sic videtur probata denunciatio. sed qualiter peccat hæres in eo quòd defunctus tenebat contra conscientiam? Respon. forte ipse hæres scit: & sic contra conscientiam retinet. si verò ignorat: tunc prius hæredi notificandum est, & taliter, quòd in eius cadat notitiam, vel cadere debeat: vt. ff. si certum petatur. l. quod te. & ff. depos. l. si quis inficiatus. & postquã notificatum fuerit, debent fieri denũciationes: nam textus dicit, quòd si peccauerit in te frater tuus &c. prius ergo debet præcedere peccatum, quàm fiat denunciatio. Sed si hæres non patiatur se certificari: certe in hoc peccat, & perinde est ac si certificatus esset, argumen. ff. quod vi aut clam. l. j. §. Aristo. sententia autem super hac denunciatione fertur: quòd si reperitur denunciatus peccare, in denunciatione præcipitur ei quòd exeat de peccato. & ad hoc per sententiam excommunicationis compellitur: vt dicto capitul. nouit. & not. quòd solum in his tribus modis procedendi loquitur hæc constitutio, scilicet per accusationem, inquisitionem, & denunciationem. in aliis vero modis procedendi, vel per exceptionem nil immutatur. de quo dic vt dixi. ff. de adult. l. ij. §. si publico. & istis tribus modis procedendi attribuuntur istæ tres qualitates, quæ sequuntur.

a *Summariè*. summa, id est breuis: [b] vel summa, id est prima: vt not. ff. de statu hominum. l. summa. & sic summariè, id est summatim, vel breuiter, vel primariè, vt ostendam. hæc materia tangitur per glos. in. l. ij. §. sciendum. ff. ad exhibendum. & in Specul. de offic. iudi. §. postremo. vbi ponit tractatum Ioannis Sazioli de Pisis. sed ad maiorem declarationem dic[c] quòd hoc, scilicet vt summariè cognoscatur, quandoque adiicitur toti causæ: quandoque vni articulo. de primo intelligere debemus circa ordinem procedendi summarie, id est breuiter. Et hoc quod dico breuiter, non intelligitur deminutiue, sed ita quòd totam substantiam comprehendat: vt. l. j. ff. de regulis iuris. & ideo qui aliquid dicit in summa, omnia membra principalia ponit: vt. ff. de condictione indebiti. l. in summa. vbi proceditur summarie, tunc contestatur lis: subaudi, forte si sententia tribuit ius finale: aliàs secus. ex hoc dico quòd in processu nil debet de substantialibus omitti: & ideo libellus debet esse ita plene formatus, sicut & quando ordinarie proceditur. ff. ad exhibendum. l. iij. in principio. Item contestatur lis. l. tigni. §. si quis non possideat. &. §. idem scribit. & l. Iulianus. §. proinde. ff. ad exhibendum. Item sententia definitiua datur: vt l. iij. § præterea. ff. ad exhibendum. & de in litem iurando. l. in actionibus. in princi. & ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. licet quidam [d] dicant q̃ illa est sententia interlocutoria, vt ibi tangitur secundum Guil. sed glos. C. commi. vel episto. l. j. innuit quòd in his summariis non requiratur ordo. quod non placet, per dictas leges. Expeditur [e] autem iste processus breuiter: quia licet aliàs non possint dilationes breuiari, nisi causa cognita: tamen hic abbreuiandi illa sola est causa sufficiens, quòd causa debet agitari summarie: vt. ff. de re iudicata. l. ij. in fine. non tamen ita potest abbreuiari, vt probationes legitimæ pereant. hoc enim impediret causæ cognitionem: quod non potest: quia causæ cognitio est substantia iudicij: vt. C. commi. vel epi. l. iudex. & l. finali. & no. C. de senten. l. prolatam. sed ea quæ sunt de substantia, non possunt omitti per hoc quod dixit summarie, vt dictum est. ergo &c. probatur extra de verborum significatione. cap. sæpe. in Clementinis. In hoc processu, si exceptiones opponantur quæ requirant altiorem indaginem: si quidem possunt per alium iudicem examinari: per iudicem non admittentur, sed in aliud iudicium seruabuntur: [f] vt. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebellianum. & l. iij. §. ibidem. ff. ad exhibendum. Si vero in alio iudicio examinari non possunt, etiam in illo examinantur: vt in dicto. §. ibidem. & in fine. & ita intelligit gloss. dum dicit, de exceptionibus quæ tis pro possessione retinenda. sed posse repuere illa quæ nõ possunt alibi examinari, aufertur ius partis, & etiam cognitio tolleretur: quod non potest: vt dictum est. illa autem non dicitur habere altiorem indaginem, quæ potest examinari intra tantum tempus [g] intra quantum principalis processus expeditur: etiam si hoc non opponeretur: vt. l. si is à quo. in principio. ff. vt in possessionem leg. Item sicut in his casibus in quibus ordinarie agitur, quis citatur peremptorie, ita & in istis casibus vbi agitur summarie, quod patet in interpositione primi decreti & secundi, quod summarie fit, & oportet quòd præcedat peremptorium: vt. C. de his qui ad ecclesias confugiunt. l. finali aliàs præsenti. §. sed si hoc facere. &. C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. & Cynus not. ff. de damno infecto. l. si finita. §. Iulianus. Tempore autem feriarum non potest procedi nisi in casibus expressis. ff. de feriis. l. j. &. ij. & quampluribus aliis legibus. Non obstat prædictis, extra de verborum significat. capi. sæpe. quia tota hæc glossa procedit quando summariè tantum debet procedere, ibi quãdo omnia illa verba iunguntur simul. de quo. j. dicam. Circa modum probandi in hac summaria cognitione sciendum est [h] q̃ plena probatio est facere iudici plenam fidem: vt. C. de eden. l. procurator. & de condic. ob tur. cau. l. j. &. ff. de probationibus. l. quinquaginta. habet autem hæc plena fides suos gradus. nam quandoque quis incipit suspicari, hoc est, à leui argumento in vnam partẽ inclinare, quandoque quis incipit opinari animum suum aliqua ratione satis fortiri: non tamen q̃ credat non posse esse contrariũ. quandoque procedit vltra, & incipit credere ita forti ratione q̃ firmiter inhæret vni parti, nec de contrario aliquo modo dubitat: & ista est plena probatio, & plena fides: & hæc naturalis dicitur. & probatur. ff. de quæst. l. j. in prin. vbi ad tormenta seruorum ita demum venire oportet, cum suspectus est reus, & aliis argumentis ita probationi admouetur, vt sola confessio seruorũ deesse videatur. quod enim dicit, cum suspectus est reus, denotat primum gradum, quo quis incipit peruenire ad fidem. i. suspicionem. quod vero subdit, & aliis argumentis: denotat secundum gradum, quo incipit opinari. quod vero subdit de confessione seruorum, denotat vltimũ gradum. s. q̃ plena fides habetur, & dicitur plena probatio. hoc etiam probatur. ff. de testibus. l. iij. §. eiusdem. in fi. ibi, quicquid autẽ credas, aut parum probatum opinaris &c. & hoc plenius dixi in repetitione. l. admonendi. ff. de iureiu. vbi de semiplena probatione tractaui. Nunc autem ad propositum dico q̃ quædam sunt causæ summariæ modici & quasi nullius præiudicij: & in his sufficit probatio per iuramentum: vt. ff. ad exhibendum. l. thesaurus. nõ enim nocet domino si patitur me cauentem de damno infecto quærere thesaurum meum in fundo suo. idem vbicunque petitur exhibitio sola. secus si in actione [i] ad exhibendum veniret possessionis tralatio: vt. l. Celsus. §. Iulianus. ff. ad exhibendum. Vel si aliter per exhibitionem damnificaretur reus, tunc non sufficeret probatio per iuramentum: sed requireretur alia: vt statim dicam. In his enim vbi ita modicum præiudicium vertitur: ex solo iuramẽto iudex ad suspicionem seu opinionem inducitur. Quædã sunt in quibus aliquale præiudicium fit reo, tamen potest reparari per aliud iudicium: & tunc alia probatio requiritur quàm per iuramẽtum. s. per vnum testem, vel aliqua indicia & verisimilia, ita q̃ in suspicionem vel opinionem iudex aduocetur: vt. ff. ad legem Aquil. l. in lege Aquilia, si deletum. ibi, ad suspicionem iudicem adducam. & de Carboniano edicto. l. iij. §. causæ. ibi: modicum pro puero scientem. & de ventre in possessionem mit. l. j. §. si in ea. & ista probatio dicitur facta summarie, hoc est primarie, quasi ad primum gradum probationis peruenerit. s. ad suspicionem, vel opinionem. & istud est quod dicimus, prima facie videtur quòd sic, vel prima fronte: vt. C. de edicto diui Hadria. tollen. l. finali. vel etiam potest dici summarie. i. breuiter. nam ad plenam probationem secundum consuetudinem hodie approbatam per decretales, requiritur q̃ fiant articuli, & quòd singulariter & distincte probetur. hic verò sufficit quòd summatim negocium probetur: vt. d. l. in lege Aquil.

[a] Idẽ Paul. in. d. c. nouit.

[b] Idem tenẽt Petr. de Ancha. Io. de Imol. & Ce. Nath. in Cle. sæpe. de verb. signi.

[c] Istam doctrinã Bar. de verbo ad verbum sequuntur Io. de Imol. Pe. de Ancha. & Ce. Nath. in loco præalleg.

[d] Et male secundum Bartol. vbi pleni' vide in. l. si quis à liberis. §. §. proinde. ff. ad exhibendum. l. iij. §. præterea. ff. ad exhibendum. & de in litem iurando. l. in actionibus. in princi. & ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. licet quidam dicant q̃ illa est sententia interlocutoria, vt ibi tangitur secundum Guil. sed glos. C. commi. vel episto. l. j. innuit quòd in his summariis non requiratur ordo. quod non placet, per dictas leges.

[e] Idem tenent Imol. Pe. & Ce. vbi. s.

[f] Matt. 18. b.

[g] A

[h] B

[i] C

[j] D

BIU Cujas

Aquil.ibi,ſummatim negocio expoſito.& hoc intelligo in cauſis ſummariis valde fauorabilibus, ſcilicet ne propter probationes deficiant:vt alimentorum,& ventris. Si vero non ita fauorabiles eſſent,licet poſsint per aliud iudicium reparari:tunc quantũcunque ſint ſummariæ,in eis pleua probatio requiritur[a] ex parte agentis.dicitur autem ſummariæ reſpectu defendentis:quia ſi accuſator diceretur per calumniam poſtulare:vel aliquam exceptionem opponere,quæ requireret altiorem indaginem : differretur exceptionis probatio,ne impediretur actoris intẽtio.ff.vt in poſſeſſ.leg.l.is à quo.§.j.& de præto.ſtipu.l.j.§.pe.&.ff.ad Treb.l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.& idem dico[b] de omnibus poſſeſſoriis iudiciis,quæ dico ſummarie examinari:vt.C.vnde vi.l.momẽtaneæ.& not.C.quorum leg.l.j.in gloſſ.& poſſunt per iudicium petitorium reparari.nam in eis dico quòd requiritur ex parte agentis probatio:vt dicta.l.j.C.quorum bonorum.vbi expreſſe dicitur.Circa vero exceptionem aduerſarij,& circa dilationes poterit verſari dicta ſummaria cognitio.& ſummaria dicitur hoc caſu,quaſi prima facie hoc videatur,cum iura partis non perfecte diſcutiantur.Quædam ſunt in quibus partibus verſatur præiudicium:nec poſſunt in aliud iudicium reparari,niſi per appellationem,vel aliis modis legitimis.& in his, ſi dicatur procedendum ſummarie,intelligitur ſolũ quo ad ordinem:ſed ab vtraque parte probationes & defenſiones audiuntur:vt.C.de naufrag.l.de ſubmerſis.licet ibi ſit pluſquam ſummarie agendum:vt extra de verborum ſignific.c.ſæpe.in Clemen.in his enim cauſis debet intelligi illa conſtitutio:& ſic requiritur hic.Si enim in cauſis vbi ponũtur omnia alia vocabula.ſ.ſummarie & de plano &c. ſi hoc eſt in dicta Clementi.ſæpe.multo minus hoc eſt vbi dicitur ſummarie tantum procedi.& predicta vera vbi contra præſentẽ proceditur. proceſſus autem qui fieret contra abſentem,ex quo poſſet contra eum aliquod decretum interponi,vel definitiua ſententia ferri:ſemper debet dici ſummarie agitari.nam cum merita cauſarũ partium aſſertione pandantur:vt.l.fina.C.ſi per vim vel alio modo.ſi ſit parte abſente,non poteſt dici ꝙ plene liqueat iudici.forte enim ſi pars fuiſſet præſens,aliquid oſtendiſſet.& ideo totum quod probatur,dicitur conſtare ſummarie:hoc eſt,primarie.i.prima facie.& ideo geſta parte abſente,nõ ita porrigũt effectus ſuos ad extraneos:[c] vt.l.qui repudiantis.&.l.Papinianus.§.meminiſſe. ff.de inofficioſo teſtamento. cum ſimil.& ſic ſummatim cognoſcitur:vt dicit gloſ.C.de bonis autho.iudi.poſ.l.cum proponas.& authen.ibi poſita.&.ff.ex quib.cau.in poſ.ea.l.Fulcinius.§.j.& ibi glo.dicit quòd ſecundum decretum non præcedit ſummaria cognitio:& quòd in eo requiritur probatio per inſtrumentum, vel per idoneos teſtes:vt.l.fina.C.de bo.autho.iudi.poſ.ſed in primo decreto,quia ibi generatur modicum præiudicium, quod poteſt de facili reparari,ſufficit probatio per iuramentum:vt probatur in authen.de exhib.& intro.re.§.ſuſcepto.aliàs.§.ſi vero quidam iurent.quod enim ſit dictum ſummatim,ſentit Specul.in dicto.§. poſtremo.circa fi.Et ſi quæratur quæ ſint cauſæ ſummariæ:gloſſ. dicit ꝙ regulariter omnis cauſa requirit plenam cognitionem:vt l.iudices.C.de iudi.fallit in caſibus quos numerat.ff.ad exhi.l.iij. §.ſciendum.Specu.idem dicit,& certos caſus enumerat.ſed Dyn. ff.de præto.ſtipul.l.j.§.penult.dat regulas ſic.vbicunque agitur cauſa in qua ſententia lata tribuit ius finale,& aufert plenum ius, & tribuit alteri:ibi deſideratur cauſæ cognitio plena.vbi vero econtra,non deſideratur plena,ſufficit ſemiplena : vt.ff.quis or.in bo.poſſeſ.ſerue.l.ij & de bo.poſ.l.iij.§.ſi cauſa cognita.ſed certe illæ leges hoc non probant.nam diſtinguunt vtrum detur de plano,an iudice ſedente pro tribunali.nam aliud eſt dicere, de plano,& aliud eſt dicere,ſummarie : vt.j.dicam in ſequen.gloſ.nam bonorum poſſeſsio quæ tribuit ius,datur iudice ſedente pro tribunali:& tamen non datur in forma iudicij:vt not.in.d.§.ſi cauſa cognita.ſuæ tamen regulæ mihi placent:[d] vt dicamus ſic:vbicũq; ſententia data tribuit ius finale,nec poteſt per aliud iudicium reparari,nec per appellationem,vel aliud remedium,tũc requiritur cauſæ plenaria cognitio regulariter:vt ĩ.d.l.iudices.C.de iud.fallit in caſu.d.l.de ſubmerſis.C.de naufra. Item in caſu huius cõſtitutionis.Item in caſibus qui ponuntur in.c.diſpendioſam.extra de iud.in Cle.Item in caſibus in quibus ſententia poteſt ferri contra abſentem,& negotiũ liquidari:vt.C.quomodo & quando iu.authen.qui ſemel.&.C.vbi de crimine agi oportet.authentic.qua in prouincia.Item vbi peruenitur ad ſecundum decretum,vt dictum eſt.Secunda regula eſt,ꝙ vbi cauſa agitur,ſuper qua ſententia lata non parit magnum præiudicium,vel parit tale quod per aliud iudicium poteſt reparari abſque alia appellatione vel reſtitutione,vel ſimili remedio:tunc procedẽdum eſt ſummarie.Iſtud probatur in omnibus exemplis poſitis in dicto.§.ſciendum.in gloſ.& in eo quod.ſ.dixi de iudiciis poſſeſſoriis.Sed hoc quod dico ſummarie,diuerſimode accipitur:vt.ſ.oſtenſum eſt. Sed dicas tu,nulla.l.antiqua reperitur quòd agatur ſummarie. nam in dicta.l.iij.

A §.ſciendum.ff.ad exhibendum.dicitur quòd ſummatim debet cognoſci an actoris intereſſit.& ſic illum articulum tantum dicit examinandum,non totam cauſam.ſimiliter in cauſa alimentorum,& Carboniano ſummatim examinatur an ſit filius : & ſic vnus articulus:vt.ff.de liberis agnoſcendis.l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.& de Carboniano edicto.l.iij.§.cauſæ.& idem in ſimili.ſed vbi aliquid quod eſt principalis cauſa intentionis, venit examinãdum ſummarie:merito tota cauſa dicitur ſummaria.De ſecundo videlicet quando hoc,ſcilicet quòd cognoſcatur ſummatim , additur vni articulo,qualiter intelligatur: ad hoc dico,quòd ſi cauſa principalis eſt ſummaria,& omnes articuli ſunt ſummarij eadem ratione,vt dictum eſt.Si vero cauſa principalis requirit plenam cognitionem cauſæ, tunc de emergentibus & incidentibus videamus. Dico quòd quædam ſunt emergentes, in quibus ſiue quis vincat,ſiue vincatur,cauſa principalis propter hoc non perditur,& in his ſemper dico ſummarie cognoſcendum. exemplum ff.de petit.hæredita.l.ſi quis libertatem in fi.& de interroga.act. l.defenſor.§.illud.nec dico hic, vel in aliis emergentibus, vel incidentibus agi ſummarie reſpectu ordinis:quia in his ordo attenditur reſpectu ipſius cauſæ principalis. B Sed dico ſummatim cognoſci reſpectu probationum:quia cum res ſit modici præiudicij,ſufficit quòd oſtendatur iudici ſic eſſe prima facie : vt dictis.ll. Quædam ſunt emergentes, in quibus ille qui illas emergentes proponit,ſi vincit,propter hoc non vincit cauſam principalem, ſed remanet in dubio.ſed ſi perdit in illa emergenti, perdit cauſam:vt cum actor in prima dilatione nil probauit:vel reus intentione actoris fundata,in prima dilatione nil probauit:petit ſecũdam.ſi obtinet,non vincit cauſam,ſed remanet in dubio probationis.ſi verò perdit in illa emergenti:abſque dubio perdit cauſam. In iſtis,ſi quidem loquimur de probatione impedimenti fienda ab eo qui petit ſecundam dilationem : dico ꝙ ſufficit ſummaria & ſemiplena probatio:quod patet:quia ſufficit probari per iuramentum:vt extra de exceptionibus.c.paſtoralis.& ff. de excuſa. tutorum.l.ſcire oportet.§.ſufficit.in fine.& ita determinauit papa,vt retulit Specul.in titul.de appellationibus.§.nunc verò. ver. quid ergo.quod tenet Guil.in.l.ij.§.ſi quis.ff.ſi quis cau. & huius caſus eſt ratio:quia conſequitur modicum commodum,vt dixi. Sed quando de probatione impedimenti tractaretur : tunc illud non aſſero probari ex ſolo iuramento,& per ſolum iuramentum: C ſed conſidero iſtam emergentem ex parte reſiſtentis:quia ex denegatione huius dilationis conſequitur magnum commodum:& ſi vult impedire,requiritur cauſæ plena cognitio:vt eſt text.C.de dilationibus.l.à procedente.vbi expreſſe dicitur quòd ideo cauſæ plena cognitio tunc requiritur,quia ſi denegaretur,ſententiaretur ſuper principali quæſtione:igitur de dilatione:quia aliquo caſu requiritur plena cognitio.ſ.quando denegatur:igitur in dubio dicitur plenam cauſæ cognitionem requiri, argumen. ff. de condictione indebiti.l.ſufficit. Quædam ſunt emergentes , quæ habent ſe econtra ad prædicta,quæ ex parte eius qui emergentem proponit,ſi vinceret,totum ibi vinceret.ſed ſi perderet,non per hoc perdit totum,nec aduerſarius vincit.exemplum in exceptione rei iudicatæ,iuriſiurandi,& tranſactio.quæ opponuntur à reo ante lit.conteſta.ad impediendum proceſſum.ſi enim opponens vincit,totum vincit:ſi perdit,remanet lis. hoc enim ex parte opponentis requirit plenam probationem,vt vincat: poteſt tamen hæc cognitio dici ſummaria propter breuitatem dilationis : quia ſi requireret altiorem indaginem,differretur illa exceptio quantum ad impediendum proceſſum,& conteſtabitur lis:poſtea opponetur in vim peremptoriæ:vt.l.nam & poſtea.in princip. ff. de D iureiur.in textu & in glo.& ex hoc dico ꝙ ſi opponens in illa exceptione ſuccumberet,nec plene ante litem cõteſtatam probauit, poſito ꝙ ſuper hoc examinati ſint teſtes,& poſt litem conteſtatã iterum poterit opponi,& teſtes iterum examinari ſuper eodẽ,& iterum publicari.nam primo fuerunt examinati ſummarie.ergo non impedit examinationem quæ fit poſt litem cõteſtatam,vbi fit plenarie,argu.l.pe.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& in.l.à diuo Pio.§.ſuper rebus.ff.de re iudic.Item quia teſtes examinati ſuper vna inſtantia ad vnum finem,non impediunt examinationem fieri in alia ad alium finem.arg.ff.de eden.l.argentarius.§.pe.&.ff.de fur.l.qui tabulas.§.fi.ſed hic ante litem conteſtatam producuntur ad vnum finem.ſ.ne procedatur : poſtea verò producuntur ad alium finem.ſ.vt definitiue abſoluatur.& cum inſtantia incipiat à conteſtatione,non poteſt dici quòd producantur in eadem inſtantia:vt hic eſt caſus,& extra de teſti.c.veniens.Quedam ſunt emergentes,vel verius incidentes:vt quando producuntur aliquæ peremptoriæ.& iſtarum quædam ſunt quæ à principali intentione non poſſunt ſeparari:vt omnis exceptio intentionis.ſi enim dico, teſtamentum nullum eſt,quia ruptum agnatione poſthumi:vel ſi dicam actori non competere ius agendi,quia meus ſeruus eſt : vel eũ qui petit hæreditatẽ, non eſſe hæredem,quia ego ſum hæres,

Summaria examinatio plenariã non impedit.

BIU Cujas

& similia (non enim potest pronunciari de vno quin pronunciet-
tur de altero) tunc de hoc incidenti cognoscendum est plene.
quod patet,quia sententia lata super principali,parit exceptionē
rei iudicatæ super incidenti:vt.l.j.C.de or.cog.l.ij.& de except.
rei iudi.l.si inter me & te.quod intellige si principalis causa re-
quirebat plenam causæ cognitionem:vt.d.ll.

& de plano[a]

secus si summariam: vt.ff de iis qui sunt sui
vel alie.iur.l.pe.& de libe.agno.l.si quis à li-
beris.§.si vel parens. Quædam aliæ sunt inci-
dentes peremptoriæ,quæ possunt separari à principali:vt quæ ve-
re est exceptionis exceptio.i.actionis exclusio.nam vtrunque esse
potest:& potest de vno cognosci,& aliud omitti. Et istarū quæ-
dam sunt quæ principaliter non possunt per se in alio iudicio agi-
tari:vt exceptio pacti:& si quæ sunt aliæ meræ exceptiones.& de
istis sine dubio debet plenius cognosci,cum ex vtraque parte de-
beant plenius discuti:vt in.d.l.iudices.C.de iudi.& hoc facit,quia
parit plenum præiudicium ab vtraque parte. Quædam sunt exce-
ptiones quæ possunt per se examinari in alio iudicio: non tamen
ad eundem finem ad quem proponuntur in primo.exemplum in
l.vindicantem.&.l.sequen.ff.de euict.tūc debet etiam plene pro-
bari eadem ratione:tamen licet quis succumbat per modum exce-
ptionis,potest illud postea deducere in iudicium per modum a-
ctionis:vt.d.l.vindicantem.in fi.&.l.sequen.ratio est: quia ad di-
uersum finem agitur:& sic non videtur eadem res:vt.l.cum quæ-
ritur.ff.de exceptione rei iudicatæ.ita not.Cynus. C. senten. re-
scindi non posse.l.peremptorias.dixi plene quantum ad hoc in
l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verborū obligationib⁹. Quedam
sunt exceptiones quæ possunt per se examinari in alio iudicio ad
eundem finem per modum agendi:vt exceptio compensationis.
sicut enim cum opponitur,tendit ad hunc finem,vt mihi satisfiat
compensando:ita cum ago,tendit ad hunc finem,vt mihi satisfiat
soluendo.& ista cum possit in alio iudicio reparari,habet in se a-
liquid summariæ cognitionis:quia si habet altiorem indaginem,
iudex non debet eam admittere.C.de compensationibus.l.finali.
& ideo si opponeretur compensatio debiti naturalis, quod non
potest deduci in alio iudicio agendo,hoc non haberet locum, sed
deberet plene examinari,sicut aliæ exceptiones:vt dictum est.sed
si admittitur ad hoc,vt opponens vincat,vel vt reprobetur com-
pensatio:requiretur plena causæ cognitio,cum plenum etiam fa-
ciat præiudicium:vt.l.quod in diem.§.si rationem.ff. de compen-
sationibus.&.ff.de nego. gest. l. sin autem. §. finali. Sed si iudex
eam dimitteret non reprobando,tunc non faceret præiudicium:
vt ibi.Et prædicta de his quæ emergunt ante sententiam.sed post
sententiam quandoque occurrunt aliquæ emergentes,vel inci-
dentes:& ideo dicit quòd post sententiam aliquando opponun-
tur aliquæ exceptiones ad merita causæ,non ad sententiam:vt in
casu.l.j.C.de iuris & facti ignorantia.& tunc dic idem quod su-
pra.Quædam sunt quæ opponuntur contra ipsam executionem:
vt quia dicit quòd non debet fieri executio,quia sententia nulla
vel lata prætextu falsorum instrumentorum, vel alia similia. &
ista requirunt summariam cognitionem quo ad breuitatem dila-
tionis:quia si requirunt altiorem indaginem, non impediretur
executio,sed exceptio reseruaretur,præstita cautione de reddendo
quod exigitur.C.de falsis.l.ij.&.C.de precibus imperat. offe.
authentic.quæ supplicatio.& extra.de in integrum restitutione.
cap.suscitata.sed si probationes deberent esse in promptu:vt.C.si
ex falsis instrumentis.l.finali.ibi,manifestæ probationes &c.idem
puto quando opponitur exceptio quòd non debet mandari exe-
cutioni in totum,sed quatenus quis facere potest,vel alia similia:
vt.ff soluto matrimonio.l. si ex diuerso.§.fina. cum simil. Quæ-
dam exceptiones opponuntur non contra executionem simpliciter,
sed contra rem in qua fit executio.& istæ simpliciter requi-
runt summariam cognitionem quo ad breuitatem,& quo ad se-
miplenam probationem:vt.l.à diuo Pio.§.si super rebus. ff. de re
iudicata.ratio:quia ibi vertitur modicum præiudicium:quia si nō
mandatur executioni super illa re,mandabitur super alia.Item de
illa quæstione poterit cognosci in ordinario iudicio: vt ibi dici-
tur.Sed quando contenditur,vtrum sententia sit executioni man-
danda,vel non,& sic de viribus sententiæ:tunc est res magni præ-
iudicij.Sed quid si in causa summaria iudex in sententia dixerit se
habuisse plenam causæ cognitionem:an per hoc faciet præiudi-
cium in alia causa?Respond.non:quia debet intelligi se habuisse
plenam secundum quòd natura causæ exigit:vt.l.si vnum.in prin-
cipio.ff.loca.& de vsur.l.si stipulatus.& de damno infecto.l.dāni
infecti.§.quædam.& quia cognoscere summarie non est solum in
iudice,sed etiam in parte,quæ forte non curat producere proba-
tiones,ideo quia scit causam posse reparari in alio iudicio.& hoc
maxime verum est si pars contradicit sententiæ:vt in cap.sæpe. in
fi.extra de verborum significatione.in Clemen.Sed illud.c.loqui-
tur in causis quæ parant plenum præiudicium, quocunque modo
agatur.sed si in causa in qua requiritur plena probatio,diceret se
habuisse cognitionem summariam,puto sententiam non valere
quia plenaria causæ cognitio est de substantialibus:vt.C. de sen-
ten.l.ex stipulatione.&.C.commi.vel epi.l.iudex.ideo si omitti-
tur,vitiatur sententia:vt not.C.de senten.l.prolatam.item quod
supra dixi de hac dictione,summaria:idem intellige si diceretur
quòd causa deberet recte examinari simpliciter:de quo verbo fit
mentio in.d.c.sæpe.quia debet intelligi hoc simpliciter sine pli-
ca,id est sine distinctione & inuolutione:vt.ff.pro socio.l.coiri.&
de vulgari & pupil.substitut.l.j.& de verborum oblig.l.j.§.si quis
simpliciter.

a *De plano.* [a] planum est oppositum alto. Item altum dicitur ra-
tione loci vel styli.dicimus enim quem vti alto stylo.Itē de plano
fieri oppositum est ei quod fit velociter.quælibet istarum signifi-
cationum potest habere locū hic:vt statim patebit.Videamus er-
go quæ causæ debeant agitari de plano,& quid importet.Et di-
co si quidem causa est vilis,vel de vili materia, vel vilium perso-
narum:tunc hic agitur de plano:vt. C. de sentent. authentica,qūi
breuiores.&.ff. de offic.procon.& leg.l.nec quicquam.§.de pla-
no.& de accus.l.leuia.& tunc de plano importat q̄ iudice nō se-
dente pro tribunali:& sic non in loco alto.Item quando non ser-
uatur stylus aliorum iudiciorum:sed sine libello,vel aliis solenni-
tatibus cognoscimus veritatem:vt no.in.d.§.de plano.in glos. &
Guil.de cu.in.l.leuia.secundum vnam opinionem veram.Si vero
est causa ponderis grauioris:tunc regula est quòd causa debet a-
gitari plene,& solenniter cognosci:vt.l.iudices.C.de iudi.fallit
in quibusdam causis quæ agitantur de plano:vt. ff. de quæstio.l.
vnius.§.fina.& extra de iudi.c.nouit.in fi.& extra de accu.cap.o-
lim.& in his non intelligitur exclusus ordo iudiciarius: vt dicto
cap.olim.& ibi not.per Inno.& ratio:quia in causis magnis pro-
cedere ita repentine sine solennitate,est stylus altus nimis.solum
enim reges & principes hoc faciunt.sed procedere ordinarie,est
in his de plano procedere,hoc est,non frequenter,nec stylo alto.
Vides ergo quòd ex diuersitate causæ stylus dicitur altus diuer-
simode:& in his semper puto quòd non erit necesse iudicem se-
dere in alto tribunali,sed in camera poterit fieri: & hoc si de tota
causa agitanda de plano quæritur.Si vero quæritur de aliquo ar-
ticulo vnius causæ,quæ debet agitari ordinarie,an articulus ali-
quis poterit agitari de plano?Dic quòd quædam facit quis in iu-
dicio coram iudice,vbi sufficit præsentia iudicis:vt producere li-
bellum coram iudice.& istud semper potest fieri de plano,hoc
est,iudice non sedente pro tribunali,& die feriata ob necessita-
tem hominum:vt.l.miles.§.sexaginta.ff.de adulte.Item in appel-
latione,quæ solùm coram iudice interponitur:vt.C.de feriis.l.ij.
per hoc dico quòd relationes nūciorum quæ fiunt iudici,possunt
fieri de plano.& si aliquis habet terminum ad producendum ali-
quid coram iudice, idem:quia de plano poterit fieri per dictas
leges.secus si habuit terminum ad probandum:quia per hoc so-
lum quòd exhiberet coram iudice,non fieret probatio,nisi parti
detur copia & terminus ad opponendum.& sic quod productum
est,approbabitur,vel reprobabitur:hoc est, ei imponetur fides,
vel non:vt.C.de fide instru.l.fina.Quidam sunt articuli in quibus
opus est iudicem aliquid facere:& tunc si quidem illud est modi-
ci præiudicij,ita quòd summariam cognitionem requirat (secun-
dum quod dicitur.C.de defen.ciuira.l.iubemus.§.illud. & dixi in
præcedenti glos.)tunc poterit de plano examinari:hoc est,iudi-
ce non sedente pro tribunali,& die feriata ob necessitatem ho-
minum:vt.ff.de interrog.act.l voluit.§.finali.Si verò illud potest
esse ab aliqua parte magni præiudicij,tunc non debet agitari de
plano,sed plene causa cognita,& iudice sedente pro tribunali:vt
C.de dilatio.l.à procedente.& prædicta vera in causis in quibus
venit ferenda sententia definitiua.sed contingit aliquando quòd
coram iudice agitantur quædam causæ,& non speratur sententia,
sed aliquod decretum iudicis.& in his dic q̄ quādoque decretum
tale interponitur in his quæ sunt meræ voluntariæ iurisdictio-
nis,& nulla alia causa requiritur,nisi partium voluntas.& ista de
plano interponitur.i.iudice non sedente pro tribunali:vt institu.
de liber.§.serui.&.ff.de manu.vin.l.non est omnino. Quædā sunt
quæ requirunt causæ cognitionem:& tunc si quidem est cognitio
leuis seu summaria,vt in tutore seu curatore qui datur sine in-
quisitione:& ista possunt similiter agitari de plano:vt.ff.de tut.l.
qui habet.§.quolibet loco.& in bo.pos.quæ non tribuit ius:vt.ff.
quis or.in bono.posses.ser.l.ij.§.dies.& de bonorum possess.l.iij.
§.si causa cognita.Quædam sunt quæ requirunt veram & plenam
causæ cognitionem,vt datio tutorum ex inquisitione,& bo.poss.
quæ tribuit ius:& tunc non potest fieri de plano,sed iudice sedē-
te pro tribunali:vt.ff. de confir.tuto.l.naturalis.§.fi.& de bo.pos.
l.iij.§.si causa cognita.&.d.l.ij.§.dies.ff.quis or.in bo.possess.ser-
uetur.Sed aduerte,quia in istis casibus licet requiratur plena pro-
batio,non tamen est causa ordinaria,immo non fit in forma iu-
dicij.

dicij,immo nulla parte citata:vt not.in dicto.§.si causa cognita.& dicto.§.dies.Et illo respectu potest dici non plenaria,per ea quæ dixi in præcedenti gl.& sic patet ꝙ illæ leges quæ dicunt de plano cognosci,longe differunt ab his quæ dicunt causam summarie agitari.vnde ex dicta.l.iij.§.si causa cognita.&.d. l. ij. §. dies. non debuit Dynus sumere regulas in materia summariæ cognitionis : vt dixi in prædicta glos.

sine strepitu,[a] & figura[b]

a *Sine strepitu.* [a] sic extra de accusa.cap.olim.& de statu mona.c. ea quæ.& de elect.c.indemni.§.si vero.libro.vj.& de hæreticis.c. fina.in princip.libr.vj.& de iudi.c.dispendiosam. & de verborum significatione.c.sæpe.in Clemen.& strepitum quidam dicunt esse omnem iudicij solennitatem,quæ magis spectat ad ordinē,quàm ad inuentionem veritatis.quorum opinionem refert Innocentius in dicto cap.olim.de accu.sed non tenet eam.bene dic ergo quòd strepitus idem est quod rumor.& descendit à strepo strepis,quod idem est quod rumorem facere,secundum Hugonem.sicut enim per verbum,de plano,remouetur altitudo loci & styli (vt dictum est) ita per hoc verbum strepitus,remouetur altitudo vocum & declamatio,ideo additur quandoque,absque aduocatorum & iudiciorum strepitu & figura:vt dicto cap.fina.in princip.de hæreti. libr.vj.& per hoc dico,quòd in causis in quibus debet procedi sine strepitu,si pars diceret iudici quòd approximaret se ei,& quòd volebat ei dicere aliquid in occulto,quòd iudex debet hoc facere:aliàs grauaret eum.prædicta tamen iura non haberent locum in hac constitutione:quia hic dicitur ꝙ iudex potest,non autē imponitur ei necessitas.in aliis autem causis iudex non cogitur eum audire,nisi palam ante tribunal:vt.C.de episcopis & clericis l.iubemus.in fin.Item licet aliàs detur dilatio parti ad quærendū aduocatos:vt.ff.qui.ex cau.ma.l.ab hostibus.in fi.&.l.ait prætor. in fi.§.fi.tamen isto casu non erit danda:quia ab ea est remotus strepitus aduocatorum.puto tamen ꝙ hoc verbum ad maiorem expressionem apponatur.nam per hoc quod dicit,de plano,satis potest intelligi respectu loci,styli,& vocis.

b *Et figura.* Figura cuiuslibet rei,est apparens forma ipsius vel facies,in qua rei substantia figuratur:vt.ff.de actionibus & obligationibus.l.non figura.& ita dicit Ioan.Andr.in capit.sæpe. extra de verborum significatione.in glo.super verbo,non exigatur. quod est verum in figura rei corporalis:vt.C.de edicto diui Hadriani tollendo.l.finali. &.ff. de verborum significatione.l.quoties aliquid.vbi hoc melius probatur quàm alibi. rei vero incorporalis figura dicitur eius natura.vnde recte dicimus figuram actionis esse ipsius actionis naturam:vt.C.de rei vxo.act.l.j.§.cum autem.ibi,eadem figura &c.quædam sunt facta prout considerātur in fieri,seu in actu faciendi:& ipsorum figura est ipse ordo faciendi.vnde in Grammatica dicimus figuræ simplicis,quia simpliciter profertur.quia igitur actus proferendi est simplex,ideo dicitur figuræ simplicis.hic autem loquimur de figura iudicij:& iudicium licet habeat multas significationes:hic tamē accipitur pro actu examinationis & decisionis causæ.Figura ergo iudicij est,ꝙ partes iudicij sint factæ secundum ordinem debitum,& debitam probationem,seu propositionem:& ex ista figura iudicium accipit suum esse & suam substantiam.quod patet : quia si ordo non seruatur,iudicium est nullum:vt.C.de sentē.l.prolatam.vnde per hoc quod dicit,sine figura,tolluntur substantialia iudiciorum,vt ipsum verbum importat:vt no.Ioan.And.in dicto cap.sæpe.in gl. super verbo,figura.Sed contra oppo.quia sublatis substantialibus nullo modo erit iudicium,cum res nō est perpetua sine eius substantia:vt.l.obligationum substantia. ff. de actionibus & obligationibus.Sed hic in veritate est iudicium,licet extraordinarium. Solu.tolluntur substantialia iudicij iure ciuili introducta:non autem ea quæ sunt naturalia iure naturali seu gentium inducta naturali ratione:vt infra in multis ostendam. Item aduertendū est quòd Ioannes And.in dicto cap.sæpe.in gl.super verbo,non exigit.dicit ꝙ iudex non adstringitur hoc casu ad aliquas formas, regulas,vel figuras iudiciorum,nisi in quantum in dicto cap.exprimitur.& illa expressa magis respiciunt figuram facti negotij, vel causæ,quàm iudicij,secundum eum. Tu dic ꝙ iudex per hæc verba releuatur ab omni forma & figura iudicij inducta à iure ciuili:& tenetur obseruare omnem figuram & formam iudicij inductam de iure gentium,vel naturali ratione:& de his loquitur vt plurimum illud.c.licet aliqualiter egeat declaratione:vt.j.declarabo.Animaduertendum est quod dicit Ioannes Andr.quòd si omnia dicta verba.s.summarie,simpliciter,& de plano,sine strepitu & figura iudicij,non proponerentur:non haberet locū quod dicitur in dicta Clemen.sæpe.vt ibi not.in glos.super verbo,in figura.quod est verum,si à primis incipias,& istud vltimum omittas.Sed si proponeretur istud vltimum.s.sine figura iudicij : licet omnia verba præmissa essent omissa:idem importaret,cum omnia substantialia essent sublata.Quod igitur de significatione huius verbi dicam:intellige idem si omnia coniungerentur.quid ergo hæc verba importent per omnes singulas partes iudicij,prosequamur latius quàm in dicto capitu.sæpe.declaratur. Quæro igitur,vtrum sit necesse ꝙ pars citetur? Respon.sic:vt in hac.l.innuitur.Item quia hoc est de iure naturali.nam primum hominem delinquentem citauit deus,dicens:Adam vbi es?hoc enim probatur de re iudicata.cap.pastoralis.in Clemen.vbi sententia domini imperatoris Henrici qui fecit hāc legem,& postea damnauit Robertum regem Hierusalem & Siciliæ,cassa fuit ex eo ꝙ citatio facta legitimè non fuit.& probatur in dicto cap.sæpe. Item an est necesse ꝙ personæ legitimentur?Respon.sic,vt in hac constit.ibi, vel aliàs legitimè,&c.aliàs sequeretur absurdum.s.quòd alter nō habens mandatum à me posset mihi præiudicare:quod repugnat iuri naturali:vt.C.de inofficioso testamento.l.si quis in suo.&.ff. de re iudicata.l.factum cuique suum.& extra de regulis iuris.c. non debet aliquis.libr.vj.& hoc tangitur in dicto cap.sæpe. Item an requiratur petitio?Respon.in casibus huius.l.oportet ꝙ præcedat accusatio,inquisitio,vel denunciatio,vt dictum est.aliàs vbi causa deberet agitari sine figura iudicij,dicitur in dicto cap.sæpe. quòd non est necesse ꝙ libellus detur in scriptis,sed iuxta petitionis formam pronunciatio sequi debet pro parte agentis,vel rei,si quid petere voluerit.& in ipso litis exordio facienda est petitio,siue in scriptis,siue in verbo,in actis tamen inserenda : vt ibi dicitur.& iustum est:quia naturale est ꝙ agens petitionem suam proponat.nam coram Salomone mulier ita dixit: Filius meus viuit,filius istius mulieris mortuus est:vt not.C. de sentē. ex breui. recit.l.ij.& extra de præsumpt.c.afferte mihi.& habetur in.iij.libro Regum.iij.cap.vbi illa petitio latius ponitur.Et aduertendū quòd illa petitio continet solùm facti narrationem, non conclusionem.ex quo infero quòd licet illa petitio non habeat omnia solennia quæ de iure requiruntur:vt not.ff.de eden.l. j. in princi. tamen sufficit si est generalis:vt est argumen.C.de anna.excep.l. fina.in princ.Idem si conclusio non est legitimè facta:vt.l.j.§.j.ff. si men.fal.mo.di.vel si non petierat eum condemnari : sed petit eum cogi:quod fieri non debet:vt.C.de execu.rei iudi.l.j.tamen in hoc casu qñ sine figura iudicij proceditur,valebit iudicium. si enim procedit vbi sola facti narratio est absque conditione vlla: multo magis si conclusio nō erit bene facta,si tamen ex narratione posit comprehendi quid actor velit.argu.C.de rei vxo.act.l.j. §.j.& hoc est quod volunt dicere verba dicti cap.sæpe.dum dicit, iuxta petitionis formam.q.d.licet non pronūcietur in eo quod est petitum,sufficit si pronuncietur iuxta id quod est petitum. aliud est enim iuxta petitū,& aliud petitum iudicare. ff. iudi.sol.l.iam tamen.§.in hac.ver.quid tamen.semper tamen intellige ꝙ non sit tanta incertitudo,ꝙ auferat defensionem reo : vt.j. dicam. Item an poterit opponi except.rei iu.vel finitæ ad impediendum processum?Respon.sic:quia de iure naturali est ne bis iudicetur in idipsum.exceptiones verò quæ magis differunt & frustrantur causæ veritatem quàm ipsam respiciant,potest iudex repellere:vt.d. c.sæpe.illa enim de iure naturali non sunt,immo contrariantur. Item an procedi possit tempore feriato?in.d.c.dicitur ꝙ sic,si sunt feriæ indictæ ob necessitatem hominū:secus si ob honorem dei. ratio:quia de natura iudicij sunt feriæ indictæ in honoré dei.præcepit enim deus coli sabbata,& quasdam festiuitates. An sit contestanda lis?Respon.non.nam dicitur ibi,lite contestata nō postulet.ratio:quia est solennitas iuris ciuilis.eo tamen casu quo merita causarum tractari incipiunt,vt quia legitimatis personis proponuntur exceptiones,vel fiunt positiones & articuli,habent vim litis contestationis ad faciendum procuratorem dominum litis. Item quo ad certos effectus cōtest.lit.vt.C.de procur.l.nulla.ibi, post causam in iudicio agitatam.& ibi,post inchoatā causam, non dicit lite contestata.sufficit ergo ꝙ quocunque modo causa incipiat agitari.hoc not.in.l.nihil.C.de procur.Item an de calum.sit iurandū?in.d.c.dicitur ꝙ sic:ne veritas occultetur.in contrarium facit,quia hæc solennitas videtur inducta à iure ciuili,vt de iuramento calum.l.iij.sed dic primum verum,ꝙ iuramētum defertur in tota causa etiam de iure naturali & diuino.hoc enim tempore Moysi inductum est propter incredulitatem,vt aliquis deberet iurare:vt extra de iureiu.c.& si Christus.& Exodi.xxij.c.si igitur iuretur super quolibet articulo,vt fiebat olim:vt. C. de iura.calū.l. ij.satis putarem sufficere:maximè cum tale iuramētum posit omitti:vt.d.l.ij.§.sed quia yeremur.Itē an debeant dari dilationes? videtur ꝙ sic.nam in.d.c.sæpe.dicitur amputandā dilationū materiam:& litē quantum poterit faciat breuiorem:non tamē sic litem iudex abbreuiet quin probationes veræ & defensiones legitimæ admittantur:& ita dicitur ibi : quod iuris naturalis rationi congruit.cū enim probationes sunt faciendæ,oportet ꝙ fiant in termino.& puto ꝙ valeant si fiant sine dilatione:vt. l. vnius . in §.cognituram.ff.de quæstionibus.&.ff.de adul.l.in crimine.& ibi

Feriato die an iudex ꝓcedere posit.

dixi non æquum esse dilationem certam dari causa breuiandæ litis. & quod dicit quòd non sunt nimis breues, congruit naturali æquitati. nam aufertur parti actoris ius suum: reo verò aufertur defensio: quæ ex æquitate naturali est: vt. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. & est expressum in Clemẽ. pastoralis. de re iudicata. Sed ad quid dabitur ista dilatio? In dicta decretali dicitur quòd primo datur terminus ad faciendum positiones & articulos simul. postea vero datur terminus ad producendum omnia quæ partes voluerint. Sed certè illud est expresse statutum illius decretalis, quæ vult in hoc seruari vsum. hoc tamen non est de iure naturali, nec ciuili, cum sufficiat dari in causa ad probandum vnam dilationem: vt. ff. de fer. l. finali. vnde in hoc in foro ciuili nõ est seruanda ista decretalis. Itẽ an in dictis causis in quibus proceditur sine figura iudicij, testes debeant iurare? hoc enim non reperitur de iure Digestorum, nisi in. l. Theopompus. ff. de do. præleg. sed videtur mera constitutio imperatoris: vt. C. de testibus. l. iurisiurandi. puto tamen ℘ iurare debeant, per ea quæ dicta sunt de iuramen. calum. Sed an præsente parte? puto quòd sic: aliàs auferretur ei defensionis copia: quod repugnat æquitati naturali: vt dictum est. Circa vero dicta testium, puto ℘ debeant esse talia quæ concludant, sicut in causis ordinariis: argumen. eius quod dicitur in Daniele de Susanna, & quod not. C. de testibus. l. testium. Sed an requiratur publicatio testiũ? glos. in. l. siquando. C. de testibus. dicit quòd per Danielem inductum est quòd examinatio fiat secretè: vt legitur in libr. Danielis decimotertio capite. hoc est igitur de iure naturali seu diuino: & ex hoc sequitur quòd debeat publicatio fieri. aliàs auferetur parti ius defensionis. si enim non publicarentur, non possent impugnari testes, & eorum dicta. sed auferre defensionem, repugnat iuri naturali: vt dictum est. Sed an in hac causa post didicita testificata poterunt testes produci? Respon. non, cum sit prohibitum propter timorem subornationis. & sic ex quadam naturali æquitate (quæ est ne alter alteri insidietur: vt. ff. de iustitia & iure. l. vt vim.) hoc est introductum & positum inter alia ciuilia præcepta. Item an in hac causa poterit petere quis vt sibi edantur instrumenta? Respon. quòd non: & hoc est prohibitum non solum iure ciuili, sed etiam naturali æquitate: vt. C. de eden. l. qui accusare. vbi hoc prohibetur expresse. Item an requiratur conclusio in causa? Respon. non: vt dicto capi. sæpe. dicitur. hæc est enim solennitas mere ciuilis. statim enim cum liquet iudici de causa, sine aliqua alia conclusione potest sententiare de iure naturali: vt patet in illa sententia lata per Salomonem. iij. Regum capit. j. & eo exemplo puto quòd non sit necessaria datio termini ad allegandum. facit quod dixi in præcedenti glos. Item an debeant partes citari ad audiendum sententiam? in dicto cap. sæpe. dicitur quòd sic. quod intelligitur vt infra dicam in glos. super verbo, prædicto crimine. Itẽ an hoc casu cũ proceditur sine figura iudicij, requirãtur illæ solennitates quæ à iure positæ sunt circa sententiam? Respon. non est necesse quòd feratur iudice sedente pro tribunali: vt dicto cap. dicitur. hæc enim est solennitas ciuilis. sed debet ferri in scriptis, vt ibidẽ dicitur. Certe hoc quòd feratur in scriptis, est solennitas ciuilis, quæ est de esse sententiæ quòd sit deliberata, & non subita. l. ij. C. de senten. ex breui. reci. tamen dicta decretalis statuit quòd feratur in scriptis. in foro autem ciuili non arbitror illud necesse isto casu, vt patet in prædicto exemplo Salomonis, & in dicto cap. in glos. dicitur quòd de iure antiquo non est necesse sententiam proferri in scriptis: sed in scriptis redigatur, vt posit probari: vt dictum est de petitione. nam soli assertioni iudicis non creditur nisi sit papa, vel imperator: vt extra de probationibus. c. quoniam contra falsam. & eo. tit. cap. j. in Clemen. Sed si in sententiando non seruaretur forma. l. j. C. de senten. & inter. omnium iu. valeret, vt si procurator esset præsens, & condemnaretur dominus: quia hæc solennitas est iuris ciuilis, non naturalis seu gentium: quod patet: quia licet alteri absenti quis non possit stipulari de iure ciuili, tamen alteri oritur obligatio naturalis: vt ff. de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. §. alteri. & ibi no. & idem puto si iudex ferret sententiam in absentem non citatum, quòd valeret hoc casu eadem ratione. aliàs secus: vt. l. furioso. ff. de iudi. & ibi not. &. C. quomodo & quando iudex. l. ea quæ. in glo. idem puto si præcedente cognitione, quæ requiritur secundum ea quæ dicta sunt, si iudex nulla alia data sententia iuberet res capi vel distrahi pro debito, valeret. licet enim magis illa sit natura executionis, quàm condemnationis, & sic nõ valeret aliàs: vt. C. de execu. rei iudi. l. j. tamen in hoc casu valeret, exemplo dictæ sententiæ Salomonis. illa verò fuit natura executionis. hoc etiam patet, quia talia ante ius ciuile manu regia expediebantur: vt. ff. de origine iuris. l. ij.

† *Vide de hoc Bal. & Alex. in. l. 1. C. qui admit. & ibi Salice. & Bal. in. l. ne quisquam. versicul. de plano. de offi. procõsulis.*

Publicatio testium an requiratur.

Iudicis assertioni nõ creditur.

a *Prout.* Posuit plures modos procedendi, & plures formas, & in iudicij, † prout [a] illi qui iurisdictioni præest, videbitur [b] ex- A his dedit iudici potestatem eligendi aliquam prædictarum, vel ordinariè procedendi si sibi videbitur. Sed huic obst. d. c. sæpe. vbi dicitur ℘ iudex non potest ordinariè procedere nisi de partium consensu. Solu. ibi causa sic cognoscenda committitur, scilicet sine figura iudicij. hic verò fuit dictum vt posit procedere hoc modo. & sic non fuit positũ sub necessitate. l. nõ quicquid. ff. de iudic. & C. quomodo & quando iudex. l. j. Sed dices tu, ad quid ergo fuit apposita hæc clausula, prout illi iudici videbitur expedire &c? Respon. secundum hoc potuit eligere quam viam volebat: sed vna electa dubium est an posit ad aliam postea redire: sicut dicimus de eo qui assumptus est vt arbiter & arbitrator: vt not. in Specul. in titul. de arbit. §. sequitur. ver. quid si compromissum. & dixi. ff. de fur. l. si dominũ. quod dubium hic tollitur. potest enim ex hoc procedere modis prædictis, prout sibi videbitur, hoc est illo tempore, illa qualitate vel specie procedendi quæ sibi videbitur. Ad cuius intelligentiam sciendum est de significatione huius verbi, prout. quandoque enim aliquid adiicitur per hanc dictionem prout, quod est B diuersum ab eo quod primo positum erat: & tunc ponitur similitudinariè: vt. ff. de solutionibus. l. prout quisque. similitudo enim est circa diuersa: vt not. ff. depo. l. quod Nerua. quandoque respicit idem. & tunc si per hanc dictionem adiicitur aliquid præteritum, & de illo constat: tunc intelligitur limitatiuè: vt. C. de eden. l. edita. ibi, prout edicti perpetui monet authoritas. Si vero de illo præterito non constat, tunc in dubio intelligitur poni causaliter, vt sic, concedo tibi vt possis colligere vectigalia tanta quantitatis prout est hactenus consuetum, id est, quia sic consuetum est: vt extra de verborum significatione. capitu. abbate sancti. licet ibi loquatur de dictione, secundum quod: vel, iuxta quod. sed eadem est ratio. sic loquitur quod not. per Cynum. C. de contrahen. & committen. stipulatio. l. secundum responsum. & hoc in legibus, priuilegiis, & contractibus: quia illa fiunt animo aliquid disponendi. Idem in sententiis quæ causa cognita proferuntur. secus in confirmatione, quæ fieret sine causæ cognitione: quia tũc intelligitur conditionaliter: vt extra de cõfirmatione vtili vel inutili. c. ij. & quod ibi not. & extra de elect. cap. quoniam abbas. Si vero per hanc dictionem, prout, adiiciatur aliquid de futuro: tũc C ponitur limitatiuè: vt dicta. l. edita. prout dicitur, ius dicentis decernit æquitas. nam illa licentia mutandi & emendandi limitatur secundum modum de præterito, scilicet prout edicti monet authoritas. & secundum aliud de futuro, scilicet prout ius dicentis decernit æquitas. istud respicit omne tempus futurum. & ista limitatio est circa tempus, & qualitatem: vt not. glos. in. d. l. edita. & sic iudex hic omni tẽpore quo vult potest procedere cum figura iudicij & sine: & sic potest eligere vno tempore vnam viam, & alio aliam. Item ex eo quod dixi quòd solum in tempore & qualitate facit limitationem, & sic non in substantia dispositionis: apparet quòd si illa qualitas vel tempus non limitaretur, non vitiaretur dispositio. exemplum non potest de hac. l. poni: quia iudice procedente apparet qualiter sibi videtur procedendum. pone ergo ℘ Titius legauit mihi centũ prout per eum declarabitur. certè ipso non declarante valebit. ff. de hæredibus instituendis. l. ij. &. l. cum pater. §. fina. ff. de leg. ij. &. C. de institutionibus & substitu. l. penult.

b *Videbitur.* Hoc verbum videbitur, denotat arbitrium boni viri [b]. ff. de verborum obligationibus. l. continuus. §. cum ita. & de fideicommiss. libert. l. fideicommissaria libertas. & ita quia potest D quilibet dictorum modorum esse iustus & approbatus, & potest iudex eligere quem modum vult: puto etiam hoc casu quòd si hæc constitutio diceret, prout iudex voluerit: quòd nec plus nec minus posset. Et pro hac declaratione videamus differentiam inter liberam voluntatem, & arbitrium boni viri: cum etiam voluntatem includat. & quidem de voluntatis esse est ℘ sit libera, nec posit cogi necessitate præcisa: vt. C. de hæred. institu. l. cum proponas. Sed cogitur quadam necessitate consequentiæ: vt si quis vult effugere tormenta, hoc vult liberè, & potest nolle. sed si hoc voluerit, in consequentiam vult illud sine quo tormenta effugere non potest. & ista est necessitas consequentiæ. nam dicitur verè, coacta voluntas, volũtas est: vt. ff. quod metus causa. l. si mulier. §. quod si metu. voluntas enim est quod liberè vult antecedens, & ex illa deducitur ad volendum consequens. Item sciendum est secũdum theologos & philosophos, ℘ voluntas nunq̃ appetit nisi bonum existens, vel apparens: quia licet nq̃ velit aliquid quod cognoscit esse malũ, illud vult sub ratione alicuius boni delectabilis, seu talis apparentis ipsi volũtati. In proposito volũtas alicuius potest considerari respectu eius quod ipse vult tanq̃ delectabile ratione regulata, vel nõ: & illa dicitur voluntas libera. alio modo prout ipse vult recta & regulata ratione: & istud dicitur arbitrium

trium boni viri : quia bonus vir hoc arbitraretur : vt.ff. iud. sol. l. vir bonus. & ff. pro soc. l. si societatem. §. arbitrorum. cum simi. & *Verba libertatē importātia.* verba quę important liberam voluntatem, sunt verbum volo: vt. l. cum quidam. de leg. ij. & dicta. l. fideicōmissaria libertas. de fideicom. lib. Item verbū, libet seu libuerit: vt ibidem. idem enim est dicere quod libuerit, id est quod liberè voluerit. item vbicunq; verbū, arbitrium, & similia ponuntur cū hac dictione, plenum siue liberum: vt. l. fideicommissa. §. quanquam. de leg. iij. Item hoc verbum iudicio tuo, importat liberam voluntatem: vt. ff. de fideicom. lib. l. Thais. §. Lucius. secūdum glo. ibi positam. sed licet aliàs transierim secundum illam glo. videtur mihi tamen quòd directo text. ibi dicat contrarium, scilicet quòd importet arbitriū boni viri: quod plus placet. quid enim est dicere, iudicio tuo, nisi facta disputatiōe intra temetipsum postea iudices? quod ad boni viri arbitrium sine dubio refertur. Conclude igitur quòd exceptis prædictis omnia importent arbitriū boni viri, vt videbitur, approbauerit, comprobauerit, & similia : vt. d. l. fideicōmissa. vel placebit: vt. d. l. Thais. §. sororem. & multa alia quę ponuntur. ff. de lega. j. l. si sic. quæ hic nō repeto: quia dico esse regulam de omnibus, exceptis prædictis: vt dictum est. nec ob. ff. de fideiuss. l. Græcè. in prin. vbi æquiparat verbum volo, & verbum cupio, & similia: quia vt dixi, vtrunque continet voluntatem: sed vnū liberam, & aliud regulatam: vt ex prædictis colligitur. verbi gratia, quandoque committitur facultas contrahendi, quandoque facultas largiendi ex causa lucratiua, quandoque facultas iudicandi. Primo casu quando committitur facultas contrahendi per verba significantia arbitrium boni viri circa contractum: tunc sine dubio debet arbitrari suo arbitrio regulato ratione, prout bonus vir & diligens paterfamilias facturus fuisset: vt. l. hæc venditio. ff. de cō trahen. emp. & ff. pro soc. l. si societatem. §. arbitrorum. & de ope. li. l. si libertus. sed si hæc facultas concederetur per verba significantia liberam voluntatem, tunc omnia potest, duobus exceptis. Primo quòd non donet. hoc enim non venit in concessione voluntatis liberæ: vt. l. filius. §. j. ff. de dona. Secundo quòd dolus absit: & omnia alia quæ dolo carent, facere potest: vt. ff. man. l. creditor. §. *Exceptio dolus non excusatur.* Lucius. hoc enim non repugnat regulis iurisgentium, secundum quas licet contrahentibus se decipere : vt. ff. de mino. l. in causæ. §. idem Pomponius. vnde vides quòd quantumcunque committatur in voluntatem liberam: intelligitur voluntas libera à regulis iuris ciuilis. sed semper remanet limitata à regulis iurisgentium, vt etiā in sequentibus not. Secundo casu principali, videlicet quando conceditur facultas largiendi ex causa lucratiua, tunc si per verba significantia arbitrium boni viri, debet eligere vt bonus vir. l. cum quidam. ff. de leg. ij. & l. si sic. j. respon. & de leg. iij. l. fideicōmissa. §. quanquam. & de fideicom. liber. si fideicōmissaria libertas. si vero per verba significantia liberam voluntatem, tunc potest facere omnia contra regulas iuris ciuilis, seruatis regulis iurisgentium: vt. ff. de mili. test. l. j. vbi permittitur testari militi quomodo vult: & per hoc potest relinquere deportato, cuius status nullus est de iure ciuili: non autem damnato in metallum, qui est seruus pœnę: vel seruo proprio: cum seruitus sit constituta à iuregentium: vt. l. eius. §. si deportati. & §. seruum pœnæ. & §. seruum proprium. ff. de mili. testa. & hoc vult dicere. l. cum quidam. ff. de leg. j. nam ei qui est indignus propter offensam, non donatur, sed donatū reuocatur: vt. l. fi. C. de reuo. do. ideo bonus vir, hoc est iudex, secūdum regulas iuris ciuilis non arbitraretur ei largiendum. sed secūdum naturalem æquitatem declaratam per ius diuinum maioris perfectionis est retribuere ei qui offendit, quàm alteri. nam ille in cuius libera voluntate committitur, potest eligere indignum. Tertio casu principali, scilicet quando committitur facultas iudicandi, siquidem per verba importantia arbitrium boni viri, debet sequi omnes regulas iuris ciuilis: vt. l. j. ff. de ar. Si vero per verba significantia liberam voluntatem, tunc est libera regulis ciuilibus : debet tamen seruare regulas iurisgentium seu naturalis æquitatis, quod idem est per dicta iura. & est casus extra de re iudi. c. pastoralis. in Clemen. nam imperator solutus est legibus, & ex vigore suæ potestatis tulit sententiam: tamen quia in quibusdam fecit ibi contra naturalem æquitatem, ideo sententia cassatur. & ex hoc apparet quòd in casu nostræ. l. vbi procedit absque figura iudicij, (quia non committitur iudicium per verba significantia arbitrium boni viri) debet seruare regulas iurisgētium seu naturalem æquitatem : cum verbum, sine figura, importat quasi committatur per verba significantia liberam voluntatem. & per hoc apparet soluta quæstio, quando potestati datur arbitrium liberum, an possit per hoc parti facere iniustitiam? certe nō: quia hoc est cōtra naturalem equitatem, sed potest omittere solennitatē iuris ciuilis. de hoc per glo. in. d. c. sæpe. in glo. super verbo, defensiones. dixi. ff. de dona.

pedire. Ad hoc, [a] si qua communitas, [b] corpus, [c] vel collegium, vel alia quæuis persona, cuiuscūque status, [d] dignitatis, [e] vel conditionis [f] existat, super dicto crimine [g]

A l. filius familias. Sed quid si apponuntur verba significātia vtrunq;, vt prout arbitratus fuerit & voluerit? Respon. vt. s. dixi, quòd vnum prædictorum ineat alteri: quia non est arbitrium sine voluntate. & regula est quādo duo ponuntur copulatiuè, quorum vnum de necessitate alteri ineat: vnum resoluitur in adiectiuum : vt. ff. de pac. l. j. ibi, in idem placitum & cōsensus, id est, placitus cō sensus. ita in proposito exponatur, id est, volūtate arbitratus sit, & sic arbitriū boni viri importabit. facit ff. pro soc. l. nec. adiecit. etiam si dictum sit liberè, vt dictum est. Quid si dicatur in statuto, quòd in tali negotio procedatur de facto? Certè intelligo [a] eodem modo, scilicet manu regia: vt. l. ij. in princ. ff. de orig. iur. cum sit omissa omnis solennitas ciuilis : non autem quòd iura alterius vllo modo tollantur, nec lædantur contra naturalem æquitatem. idem per quæcunque verba concipiantur. non enim quis potest esse solutus magis legibus quàm imperator: & tamen sua libertas ad hoc non extēditur: ergo, &c. Quæro, an dictis casibus iudex possit reiicere exceptionē præscriptionis, vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis? Respon. in his quæ ipse iudex habet facere, non tenetur sequi regulas iuris ciuilis, sed in his quæ iam à iure facta sunt : ita quòd si ex hoc ius alteri quæsitum sit, vel ablatum, iudex non habebit immutare: sed tenetur illud sequi. casus est. ff. depos. l. bona fides. aliàs esset auferre ius alterius: quod est contra naturalem æquitatem.

a *Idē tenet Ia. in l. certi cōdicio. §. si ūmos. ff. si cer. pe.*

a *Ad hoc.* id est, iuxta hoc: aliter, secundum hoc: vt. C. de iudi. authē. ad hoc. & hic incipit tertia pars, in qua ponitur statutum speciale in modo procedendi contra contumaces.

b *Communitas.* [b] nomen generale est ad vniuersitatē ciuitatis, castri, vel villæ cuiuslibet municipij: quod ab ipsa hominū cōmunitate principaliter regitur. sic. C. de epis. & cler. authen. nulla cōmunitas. & x. col. de sta. cōtra liber. ec. edi. §. item nulla communitas.

b *Cōmunitas habitare dicitur in loco vbi habitant eius præsidētes, seu ī quo loco popul⁹ cō gregari consueuit in palatio. Bald. in auth. sed cum testator. 2. col. in prī. in vers. itē habitare dicit. C. ad leg. Falc.*

c *Corpus.* generale nomen est ad omnes simul cohabitantes, vel non. & quod sequitur collegium, est quando simul cohabitant, [c] & simul colliguntur. ff. quod cuiusque vni. l. j. in princip. & est casus expressus hic quòd vniuersitas potest delinquere, & cōtra eam potest procedi, & punitur: licet quidam contra: vt plene dixi in. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis.

c *Sequūtur Barto. & Bald. in. l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vni.*

C d *Status.* siue liber, siue seruus, siue ingenuus, siue libertinus : vt ff. de stat. ho. l. iij. cum seq. Item siue sit integri status, siue deminuti: vt. ff. de var. & extraor. cog. l. cognitio. §. j. viles ergo homines hac lege tenentur : licet aliàs non curetur si de imperatore solo verbo maledixerint: vt. C. si quis impera. maledi. l. j.

d *Idē Panorm. in. c. cæterū. de iudicijs. quāuis Barb. ibi contra.*

e *Dignitatis.* per hoc patet quòd ī hoc crimine cessat priuilegiū cōcessum eis qui habēt dignitatem cum administratione: vt ea durante nō cōueniantur: vt. ff. de iudi. l. pars literarū. & quod ibi not. cessat etiam priuilegium concessum quibusdā in dignitate existentibus: vt. C. vbi sena. vel clarissi. l. fi. prout ibi tāgitur de modo procedendi & sententiandi. priuilegiū tamen iudicis remanet, & quia vt dixi, hic sunt legitimandæ personæ. Barto.

f *Conditionis.* masculus vel fœmina: minor vel maior: tamen tali ætate, quòd in eum cadat delictū: sui iuris vel alterius: vt. ff. de excep. l. j. in prin. coniūcto. §. parui. Item siue sit laicus, siue clericus: ex vi verborū tamen contra clericum nō potest procedere laicus: nisi ratione feudi, [d] vt extra de foro cōpe. c. verum. &. C. de episc. & cleri. auth. statuimus. & iste imperator Henricus quosdā episcopos propter rebellionem suis feudis priuari fecit. Barto.

g *Super dicto crimine.* citata vel citatum per nuncium: vt est. j. Videtur ergo quòd in hoc casu nō sit necesse in citatione exprimi factum limitatum loco & tempore : sed sufficit quòd citetur super crimine læsæ maiestatis: vt hic apertè dicitur. Sed quid vbi aliàs super dicto crimine debet procedi ordinariè? Respon. idem: vt. C. de exhi. re. l. j. in fi. vbi dicitur quòd postquam citatus venit ad iudicium, debet explorare, id est dicere quare fuit vocatus. & sic patet quòd in citatorio hoc non fuit expressum, & quia in criminalibus debēt fieri citationes sicut in ciuilibus. ff. de pœ. l. absentem. & ibi no. &. ff. de re iudi. l. j. & ibi not. Sed in ciuilibus debet citari reus, vt veniat, & sui præsentiam faciat: vt. C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. & not. in authen. qui semel. eo. tit. in glo. super verbo, vocetur. contrarium not. extra de dila. c. j. per Ber. & al legat. v. quæst. ij. c. si primates. Sed ibi speciale est cum ad synodum vocatur episcopus, fauore dignitatis episcopalis. Sunt & alia multa quæ fauore hominum qui in dignitate sunt, statuuntur: vt. C. vbi sena. vel clarissi. per totum. sed in casu præsentis constitutionis cessaret dictus fauor pro eo quod dictum est. s. cuiuscunque dignitatis, &c. Sed contra in dicto. c. sæpe. de verbo. significa. quia quando fertur sententia, debet citari ad hoc. & sic videtur quòd in citatione debet inseri ad quid specialiter citetur, etiam cū sine figura iudicij ꝓceditur. Et hic dicitur quòd vigore huius

Citatio debet habere causā quare reus citetur.

BIU Cujas

citationis generaliter factæ, quòd veniat responsurus super crimine tali, possit ad sententiam procedi. Solu. si citatus in prima citatione nō comparet, procedet quod hic dicitur. sed si comparuit, & stetit ad processum vsq; ad finem: si tempore sententiæ non adest, debet citari specialiter ad hoc vt ibi fit. si enim primę citationi veniēdo satisfecit, si postea se absentat, citari iterum debet. C. de bonis aucto. iud. post. authen. ei qui. Sed tūc per nuncium,[a] vel per literas,[b] seu etiam per edictum[c] vbi debeat citari, vel ad domum suæ habitationis quæ forte est in prouincia, vel in curia, dicam. j. in glo. super verbo, edictum. Et est aduertendum quòd licet hoc casu quando sine figura iudicij proceditur, terminus peremptorius non sit necessarius: vt dicā in glo. super verbo, in termino. tamen vbi quis citatur illa citatione generali ad hoc vt eius vigore possit procedi ad vlteriora, requiritur quòd fiat citatio peremptoria, vel tres quæ habēt vim peremptoriæ: vt dicta. l. consentaneum. & hoc siue fiat ante litis contestationem, siue post: vt ibi not. Item dicta citatio specialis ad sententiam audiendam similiter debet esse peremptoria: vt. l. ad peremptorium. ff. de iudi. Aliæ vero citationes, quæ fiunt in medio ad certum actum, vt ad videndum iurare testes, & similia, semper intelliguntur peremptorię: vt extra de excep. c. pastoralis. & ibi de hoc per Ioan. And. facit. C. qui accu. non pos. l. si ea. vbi terminus ille intelligitur peremptorius. quod patet: quia vlterius non auditur. Dilationes verò quę dantur ad probandum, intelliguntur peremptoriæ: cum non dentur plures, quàm vna, nisi causa cognita: vt. ff. de fe. l. fi. Item ex eo quòd dicitur simpliciter super dicto crimine, patet quòd loquitur hæc constitutio etiam ex parte accusatoris, si citetur quòd veniat ad producendum, vel si inquiratur de imponendo pœnam talionis. ista enim sunt de tangentibus istud crimen: ergo &c. patet in textu.

a *Per nuncium.* nuncium constituit ipsemet iudex: vt. C. de spor. l. ij. & ibi not. & in auth. de iudi. § necessarias. col. vj. & puto quòd posset cōstitui etiam infamis: licet sit officium publicum: nam viliſsimis personis congruit secundum mores nostros: ergo ab hac infamia non repellit: vt. C. de infa. l. j. lib. x. pro hoc. l. nec infames. C. de decurio. lib. x. sed secundum leges deberent eligi personæ diuites & approbatæ: vt in auth. de iudi. §. his autem. col. vj. facit quia infamis potest esse procurator. institu. de excep. §. fin. & arbiter: vt. ff. de arbi. l. Pedius. aliàs incipit, parui. &. ff. de postu. l. j. §. sed est æquisimum. Et si dicas, quomodo credetur ei, cum infamis non possit esse testis? statim dicam. Item debet iurare se facturum officium legaliter, arg. de fide instru. l. comparationes. & C. de secun. nup. l. hac edictali. §. his illud. & ar. in auth. iusiurādum quod præsta. ab his. §. j. col. ij. puto etiam si non iuret, posse eum exercere officium: vt. C. de arbi. auth. decernimus. eligitur enim periculo iudicis eligentis: vt. d. auth. de iudi. §. hoc autem. & ideo videtur quòd si nō apparet quòd aliquis sit electus nuncius, quòd non est curandum, cum statim eo quòd sibi fit commissio de citando, in ipsa commissione eligitur. sed si ex lege municipali electio nunciorum deberet fieri à consilio, & non à iudicibus: tunc deberet constare de ea, vel sufficeret quòd esset in possessione exercendi illud officium. l. Barbarius. ff. de offi. prę to. & C. de testi. l. j. nec potest nuncius aliquem citare, nisi fiat ei commissio. C. de exhi. re. l. neminē. Sed an citatus debeat credere eum esse nuncium? Respon. vt dicitur in authen. de coll. §. eos. coll. ix. quòd exactores qui mittuntur in prouincias, antequam inchoent, debent suas literas insinuare iudici ꝓuincię. ex quo colligitur quòd ex eo quòd in curia ipsius iudicis apparet quòd talis est nūcius, quòd possunt citari per eum omnes subditi sui in eius territorio, & in eadem prouincia, nec eis aliter fides fieri debet. & sic credere debet: licet in multis partibus obseruetur quòd tales nuncij habent aliqua signa quibus cognoscuntur: in quo consuetudo loci est seruanda. Sed si citaret extra prouinciam, non esset credendum ei sine literis: vt dicto. §. eos. facit. C. de manda. princ. l. j. & hoc in iudicibus ordinariis: sed nuncio delegatorum videtur credendum sine literis: vt extra de officio delega. capi. prudentiam. facit quod no. in titu. de citatione. §. j. per Specul. Sed an arbiter vel iudex inferior poterit vti nunciis superiorum? Respon. sic: vt in authen. de defen. ciui. §. deinde eos. coll. ij ibi, ex prouinciali officio, &c. Sed an eidem nuncio deferenti debeat iudex credere, cum sit vnus? Quidam dicunt quòd non: vt. l. iusiurandum. C. de testi. contrarium est verum, vt hic, cum in singulari dicat nuncium. facit. C. de episco. & cle. l. omnes. §. si vero apparitor. & ita vtimur. & creditur eis in his quæ sibi commissa sunt, & ex eorum officio dependent: vt se citasse, & similia. facit. C. ad legem Corne. de fal. l. si quis decurio. quia similiter etiam seruus de facto proprio interrogatur. l. interrogari. C. de quæstio. l. multo magis infamis. si vero ei committeretur aliquid vt refert quòd alios fecisse vidisset, tunc in modicis creditur sibi: in magnis non eatenus vt iudex possit procedere: vt ff. de re. eo. l. magis puto. §. ne tantum. &. C. de accu. l. ea quidem. facit. ff. de custo. reo. l. diuus. & quod dixi in glo. super verbo, nunciationem &c.

b *Per literas.* [a] sigillatas sigillo proprio vel publico: vt. l. si publicanus. §. j. de publica. &. C. de episc. & cleri. l. si qua per calumniā. & ibi no. & extra de probatio. c. post cessionem. Potest etiam sigillare alieno annulo, dummodo faciat de hoc mentionem: vt. ff. de testa. l. ad testium. §. ij. de hoc in Specu. de cita. §. iam de citatione. ver. literas. Igitur puto tutius esse quòd tales literæ publicentur manu notarij: & ita multi obseruant. Licet autem fiant literæ, tamen est necessarius nuncius qui portet. sed in hoc differt: quia quando solus nuncius mittitur, debet talis esse quòd citatus debeat credere ipsum esse nuncium: vt in præcedenti glo. hic autem satis est vt credat, vel credere debeat literas esse alicuius iudicis. Sed dices: quid si negare voluerit literas sibi fuisse portatas? Respon. iudex stabit in hoc relationi sui nuncij. reus enim se citatum cognoscit à iudice per literas. an autem fuerit nuncius, ipsius iudicis est cognitio. nam & portare ipsas literas est signum cuidens quòd sit nuncius, argu. ff. de lega. j. l. seruum filij. § eum qui chirographum. &. C. de dona. l. j. Sed an actor ipse poterit portare literas citatorias? videtur expressum quòd sic. ff. de fur. l. eum qui. §. si epistola. ver. sed si interfuit. vbi si quis pro seipso portat epistolam: si pars negaret eam sibi præsentatam fuisse, esset graue quòd ipsi actori crederetur: nisi forte literarum præsentationem probaret per alios: & ideo si præsentaret coram testibus & notario qui inde conficeret instrumētum, putarem sufficere.

c *Per edictum.* Iste modus citandi conuenit ordinariis & delegatis à principe, & non aliis: vt. C. quomodo & quando iudex, auth. qui semel. Item non solum in his casibus, sed in aliis omnibus: vt ibi patet. sed de iure canonico non potest fieri nisi de sola commissione papæ, & tunc solum contra eos qui procurāt ne ad eos citatio perueniat: vel ad quorum loca non potest tutè accedi: vt extra de iud. c. ij. in Clemen. quæ limitatio secunda fuit multum æqua: vt ibi patet. sic puto iudices in foro nostro debere practicare. nam isti tres modi citandi permittuntur alternatiuè: & sic iudicis arbitrio. sed in his debet seruare æquitatem: vt in auth. iusirandum quod præsta. ab his. §. j. & per Inno. extra de constitu. c. fi. glo. notabilis, & Archidia. de consti. lib. vj. Si ergo potest per nuncium citare, vel epistolam, vel literas: non est æquum quòd citet per edicta: & si faceret, grauaret partem, & ideo per iudicem appellationis posset infringi processus. hoc autem, scilicet quem impedire ne ad eum citatio perueniat, vel non posse accedi tutè, sepe accidit: scilicet quādo citatur aliqua ciuitas, vel dominus, aut multi ciues vnius ciuitatis. Arg. extra de rescrip. c. statutum §. cum vero eiusdem. lib. vj. Item si locus in quo persona est citanda, est rebellis: non enim tutè mittitur nuncius ad locum inimicorum: vt. l. sciendū. §. si accusatio. ff. de legationib⁹. &. l. de ætate. ad Trebellia. &. l. iij. ff. ex qui. cau. maio. puto tamen recte fieri antequam hæc citatio fiat, quòd super hoc ad iudicis informationem aliquid cognoscatur: vt. d. l. de ætate. Sed quis terminus in tali edicto ponetur? Respon. cōgruus vt possit venire in notitiam citati: vt possit postea ad locum citationis comparere in ciuilibus: vt. d. c. j. de iudi. in Cle. ne aliàs edictū contineat impossibile: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. ij. §. si quis ita. In criminalibus verò datur dilatio longior secundum formam. l. ij. C. de exhib. re. quæ tamen dilatio non videtur necessaria in hac lege: cum absq; figura iudicij procedatur: cum illa sit solennitas iuris ciuilis: vt. s. no. in glo. super verbo, figura. Sed qualiter sciat iudex moderari terminum, cum ignoret vbi reus moretur? Respon. text. est. C. quomodo & quādo iudex. auth. qui semel. vbi dicitur quòd iudex præsens debet examinare vbi sit reus. sed hoc videtur impossibile quòd testes examinati coram iudice hoc dicant, scilicet aliquem modo esse Florentiæ. vnde debet sic intelligi, vt dicit text. in auth. de exhiben. re. §. si verotiā. col. v. vbi dicitur quòd iudex examinet inquantum possit, in quam terrā abiisse dicitur. ex eo ergo quòd dicitur abiisse, apparet quòd sufficit sola fama, vel vulgi opinio, quòd in certum locum dicatur abiisse. quod ergo in dicta auth. dicitur vbi sit, id est, vbi esse dicitur, [b] & ex eo quod dicitur examinet, poterit intelligi summatim ad sui infirmationem etiam parte nō citata: vt ibi no. hęc est practica vera & pulchra, & est notabilis. Quid si hāc examinationem nō fecerit? Certe aliquid de substātialibus [c] videtur omissum. vsus tamen & communis practica hoc non patitur, sed satis est assignare terminū congruentē per distātiam loci vbi est, vel vbi habitare cō sueuit, vbi citare sufficit: vt. l. j. §. j. ff. de libe. agno. &. l. iij. §. domū. aliàs prætor. ff. de dam. infec. Quid si intra terminum cōparet aliquis, & dicit citatū abesse, petens sibi terminū prorogari, vt citatū inueniat, & ei denunciet: an sit audiendus? Respon. [d] iste videtur excusatus

Infamis procurator esse potest, non autē testis.

Nuncium quē esse, an credatur sine literis.

excuſatus veniens ad allegandum cauſas abſentiæ : ideo audiendus eſt faciendo fidem de abſentia . quo facto ſi petat terminum vt eum inueniat , & ei denunciet, audiendus eſt.C. vbi de cri. agi opor.authen.qua in prouincia. Sed quid ſi talis reuertens dicit ſe illum diligenter inquiſiuiſſe , & non potuiſſe inuenire vbi eſſet? Reſpon.quòd procedet iudex tanquam contra contumacem. nã poſt illam dilationem auditur ille ſi veniat, vel mittat legitimè . aliàs ſecus:vt dicta authen.qua in prouincia.hic autem neutrum facit.Sed an prędictis modis poteſt quis citari vbicunque etiam extra territorium ciuitatis?quod videtur. C.de epiſ. & cle.l.omnes.§.executorib.verſi.verum ſi apparitor.& de offic.prefect.vrb.l.ij.vbi ſubditum ſuum quis citat etiã extra territorium exiſtentẽ.In contrariũ eſt caſus extra de re iudi.c.paſtoralis.vbi declaratur quòd imperator per ſe non poteſt citare eum qui eſt in terris eccleſiæ, ſed debet ſuperiori denunciare,vt ei denunciet. Cy.in quadã diſputatione dicit,quòd illud fuit compoſitum per errorem canoniſtarũ. ſed cum illa decretalis fuerit facta in generali concilio,vbi eſt copia magna intelligentium, non eſt veriſimile quòd in illo capitulo fuerit erratum . vnde temeraria eſt dicta ſolutio . vnde dicit[a] Paulus de Leaza.in dicto.c. quòd ille qui eſt iudex alicuius ratione domicilij,poteſt citare illum extra territorium quacũque citatione:cum talis abſens alium iſto ſuperiorem non habeat per quẽ citari poſsit.& ita loquuntur iura prædicta . Si vero loquimur de ſubiecto ratione delicti,vel cõtractus,& ſic per accidens:tunc talis iudex nõ citat extra territorium:vt dicto.ca.paſtoralis.& hoc quo ad executionem faciendam in rebus , quæ aliàs non ſunt in territorio citantis : vt extra de fo. compe.c.Romana.§. contrahentes. lib.vj. Sed certe primum membrum ratione domicilij placet , ſed ſecundum diſplicet,primo per dictum.§.contrahentes.vbi fit citatio extra territorium etiam quo ad pronunciationem, dimittendo in bonis quæ non ſunt in territorio citantis . Secundo,quia directo eſt contra caſum huius conſtitutionis.& quòd ſic intellexerit imperator,patet : quia citationẽ factam de rege Roberto exiſtẽte extra territorium,aſſerit legitimè factam.& loquitur hic de citatione facta à quocunq; qui præeſt iuriſdictioni . idem in cauſa capitali.& ſi dicas,hoc imperator non potuit,cõcedo in terris eccleſiæ. Dic ergo quòd papa poteſt citare quemlibet vbicunq; exiſtentem : quia ipſe eſt vicarius Chriſti,cuius eſt terra & plenitudo eius orbis,&c.vt extra de iudi.c.j.in Cle.Item per vniuerſum imperium officialis qui præeſt vni prouinciæ , poteſt citare homines exiſtẽtes in qualibet prouincia imperij:quia hoc faciet authoritate imperatoris:vt.d.l.omnes.§.executorib.verſ.verũ ſi apparitor. & dicta.l.ij.de offi.præfec.vrb. & hic,ſed imperator vel alius princeps ſecularis non poteſt citare quẽ in terris eccleſiæ:quia etiã illas terras ſibi liberè reſeruauit,vt dicto.ca.paſtoralis. debet ergo ſcribere ſuperiori illius loci vbi perſona citãda moratur,vt notificet ſibi:vt ibi,&.ff.de requi.re.l.j.§.j.Sed quid ſi ille iudex reſcribat quòd nõ vult ei notificare?Videtur q; non imputetur hoc reo, quia per eum nõ eſt factũ:vt.ff.quod vi aut clam.l.j.ſed ſecundum hoc iudex non poteſt expedire ꝓceſſum.ergo dic quòd habebitur tanquã legitimè citatus. licet enim ipſe de ſe non impediuerit citationẽ fieri,impediuit tamẽ defenſor eius, ſcilicet ſuus ſuperior. quod ſufficit.extra de electi.c.cauſam. in Clemẽ.ibi,verum ſi per appellari aut ſuorum,&c. Vel dic quòd propter eius negligẽtiam poterit ipſe iudex citare per edicta vel nũcium ſicut ſi eſſet in eius territorio.ar.C.vbi in rem actio.l.ij.& de iudi.l.nulli. & quod ibi no.& hoc plus placet mihi.Quid ſi in primo termino citatus cõparet,& poſtea ſe abſentauit.qualiter citabitur?Reſpon.[b] aut prima citatio fuit facta ſimpliciter,quòd cõpareat ſuper tali negotio reſponſurus:& tunc veniendo ſatisfecit primo termino:& eadem ſolennitate eſt citandus hac ſecunda citatione ſicut in prima:vt dictũ eſt.s.in glo.ſuper verbo,ſuper dicto crimine. Aut prima citatio facta fuit magis extenſè,dicẽdo quòd veniat reſponſurus ſuper tali negotio,& ad procedendum in cauſa prædicta, vt iuris fuerit vſq; ad finem:& tunc veniendo non ſatisfecit termino, niſi ſtet vſq; ad finem:quia tunc eſt intelligẽdum vt ſtet in conſpectu iudicis: ideo tunc ſufficit citatio per præconẽ ipſum citando per ciuitatẽ, quòd talis iudex facit citare talem.tunc enim ſi non comparet:procedetur in cauſa.aut enim erat præſens in ciuitate,& non comparet:& talis proclamatio arctat eum.l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pig.Aut non erat præſens: & ex eo quòd ſe abſentauit à ciuitate,erat contumax ex virtute primæ citationis,& ex hoc quia morari debet in ciuitate vbi eſt curia:licet in quo loco ſit,incertũ ſit. Sic etiam admittitur citatio per preconẽ quando eſt incerta perſona quæ citatur:vt dicam.j.nec ob.prædictis.C.de bo.auctor. iudi.poſ.l.ea. & auth.ei qui.& in corpore vnde ſumitur: quia ibi ꝓmiſit & iurauit de iudicio ſiſti,magis reſpectu partis,vt ei committatur obligatio ad intereſſe : vt.ff.ſi quis cau.l.ij.in fine, quàm reſpectu iudicis, vt dicatur contumax ſi ibi non eſt : ideo debet ſolenniter citari facta inquiſitione vbi eſſe dicitur.Conſulo tamẽ ad fugiendum prædicta,quòd reo cõparente in primo termino in cauſis in quibus non eſt locus detẽtioni,vt ei dicatur à iudice vt certum locum in ciuitate eligat vbi ſit citandus. ſicut enim poteſt eligere domicilium: vt.ff.ad muni.l.domicilium. &.l.nihil. ita poteſt eligere quo ad certũ actum. Quidam autem præcipiunt tali ſic comparenti,quia eſt ex longinquo,vt ſingulis diebus & horis quibus redditur ius,compareat coram eo.Et quia de citatione quæ fit per præconẽ,facta eſt mentio:quæro quando licet per præconẽ citare? Quidam dicunt quòd citare licet reum,non actorem:vt.C.quomodo & quãdo iud.auth. qui ſemel.& ita videtur tenere Spec. in ti.de cita.§.ſequitur. circa prin. Sed certe ratio poſita in authen.qui ſemel,ſcilicet quòd vox præconis paucis innoteſcit,eſt cõmunis ad actorem & reum . vnde dictum Spec. poteſt eſſe verum in eo caſu quo reus poteſt eſſe in loco,vt dixi.dic ergo,aut eſt citãda perſona certa: quia conſtat de eius intereſſe.aut ignoratur quis ſit ille cuius intereſt. primo caſu ipſa perſona citanda eſt nominatim.ff. de vent.inſpi. l.j.§.pe. Sed qualiter? aut eſt certum vbi ſit,nec alibi eſt ex virtute citationis,& nõ poteſt citari per præconem,id eſt,vocẽ præconis:vt dicta auth. qui ſemel.aut debet eſſe ĩ aliquo loco virtute citationis,ſed ignoratur locus:quia neſcitur in qua parte ſit ciuitatis:& tũc ſufficit citatio per preconem:vt.ſ.oſtenſum eſt:vt.l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pign.cum iſta citatio nõ ꝓiudicet niſi præſentibus:vt ibi patet.facit quod not.per Inno. extra de maio. & obe.c.fi. & hoc niſi citanda eſſet aliqua multitudo.C.de decu.l.ij.lib.x.& not.per Inno.in.d.c.fi.extra de ma.& obe.ſi vero ignoratur quæ ſit perſona, cuius intereſt citari:& tunc ſufficit citari per præconem: vt.l. ſi vacantia.C. de bo.vacan.lib.x.&.d.l.ſi eo tempore.

a *Publicè.* ſolam propoſitionem requirit:ſed de iure cano.debet prius verbo literas legendo in aliquo publico loco citari : poſtea literæ debent affigi publicè,ſcilicet in foribus maioris eccleſiæ:vt c.j.extra de iudi.in Cle.hic enim circa locum loquitur largè,quòd ſufficit publicè proponi in loco vbi ius redditur, vel in foro nundinarum,vel alibi vbi moris eſt publicè fieri præconia: vt in.ij.conſti.C.circa fi.ibi,edictis ex more propoſitis. quanto tempore edictum ſtet affixum,ibi non exprimitur:vnde erit in arbitrio iudicis: vt.ff.de iur.delib.l.j.Sufficit autẽ in actis ſcriptum eſſe,quòd edictum fuit publicè propoſitum in tali loco : nec eſt neceſſe ſcribi quòd tanto tempore ſtetit: nec etiam præſumitur inde ſublatum, cum hoc facere ſit delictum:vt.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſ.om.iu. cautius tamen eſſet ſi quis de hoc faceret fieri ſcripturam. Præconia etiam debent fieri in locis publicis & conſuetis : vt.d.conſti.C. circa fin. & ſufficit quòd præco referat ſe præconizaſſe per ciuitatem in locis publicis & conſuetis , etiam ſi non exprimantur loca.nam talia loca conſueuerunt eſſe notoria , & ſic expreſsio non eſt neceſſaria:vt.ff.de contrahen. emp.l.cum ſeruo.§.fi. & ſic obſeruat conſuetudo &c.

Præconi creditur dicẽti aliquid ſe præconizaſſe.

b *Citata.* perſona vel ciuitas.

c *Citatum.* corpus vel collegium.ſed qualiter hoc fiat in citatione quæ fit per edictum, clarum eſt, cum ibi ſufficiat propoſitio in loco publico,vt in præcedẽti glo. ſed cum ſit per nuncium,vel per epiſtolam:quem citabit nũcius eius,vel cui literas præſentabit? Io. And.extra de conceſ.præben.c.ſi capitulum. lib.vj. dicit quòd requirat eum qui habet conuocare tale collegium , quòd illud congreget more ſolito. quòd ſi ſe includeret, vel impediret ne fieret propoſitio vel præſentatio:perinde eſt ac ſi eſſet facta. quod ſatis placet.Poteſt etiam dici quòd ſicut vnum hominẽ ſingularem quis poteſt citare,licet ſolum caput eius reſpiciat,& non aliud corpus. ff.de in ius vocan.l.ſatis.& arg.l.cũ in diuerſis.ff.de relig. & ſum. fu. ſic etiam quis vniuerſitatem poteſt citare citando caput eius: hoc eſt illos qui præſunt vniuerſitati,ciuitati,communitati, vel collegio:vt.l.municipibus.ff. de condit. & demon. Poteſt etiam dici quòd ſicut tutor poteſt citari in cauſa pupilli:ita hoc modo rectores in cauſa vniuerſitatis.Argu.ff.de pactis.l.item magiſtri.&.l.ſequen.& de admini.tuto.l.j.§.ſufficit. Sed tu dices:illud verum eſt quando commiſsio fieret de citando tutorem . ſed ſi fieret de citãdo pupillum,an ſufficiat citare tutorem?poſſet dubitari:& ideo conſilium eſt , quòd fiat commiſsio de citando tutorem & pupillum : & de citando rectores,adminiſtratores,& vniuerſitatẽ: tunc ſine dubio ſufficit citare rectores. Poteſt etiam dici quòd ſufficiat quòd nuncius per terram clamet , quòd ipſe ex parte talis iudicis citat talem vniuerſitatem . cum enim talis citatio fiat de multitudine,ſufficit fieri per præconem : vt dictum eſt ſupra in glo.ſuper verbo,edictum. Per citationes autem iſtas quæ fiunt de rectoribus vniuerſitatis , vniuerſitas conſtituitur contumax fictè , non autem dicitur verè contumax: quaſi doloſè occultans ſe.ff.de regulis iuris.l.non poteſt dolo carere.

Neglexerit.

BIU Cujas

a *Nota ex hac glos. q̃ quis negligens esse nõ debet, sed vigilãs secũdũ Spec. depositio. §. 7. vers. 16. quia negligentia est erudition. nouerca. 83 dist. nihil. Car. in Cle. 2. §. 1. de sepul.*

a *Neglexerit.* verè, fictè, seu præsumptiuè. hæc enim constitutio non requirit quòd quis sit verè cõtumax. quod patet ex modo citandi per edicta, de qua citatione non constat q̃ ad notitiam citati peruenerit: & hoc nisi iudici constet hoc ad citatum non peruenisse, vel ipsum fuisse legitimè impeditum quo minus veniat: & tũc si vltra proceditur, ipso iure nullum esset: quia deest substantiale. nam non verè nec fictè negligit: quod requirit hæc lex. & no. per glo. ff. de re iu. l. quæsitum. & fuit opi. Pla. in. l. cõtumacia. §. fina. eo. titu.

neglexerit[a] in termino[b] personaliter,[c] vel legitimè[d] comparere: cõtra ipsam vel ipsum perinde[e] ac si præsentialiter omnibus interesset, vel lis foret legitimè contestata:[f] tam ad receptionem[g] testium, & eorum publicationem,[h] & sequentia,[i] quàm ad definitiuam[k] sententiam, & eius executionem[l] pro-

Sed quid si in termino citationis compareat aliquis excusator dicens citatum fore absentem, & ita quòd non potest in eius notitiã peruenire, vel quia est legitimè impeditus, & iudex vltra procedit, an valeat? Dic quòd si excusator obtulit se probaturum, & iudex contempsit, quòd processus est nullus, quasi per iudicem steterit quo minus fiat. aliàs secus. facit extra de appellationib. c. interposita. saluum tamen est ius parti petendæ restitutionis ex causa iustæ absentiæ. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. &. ff. de in integr. resti. l. fi. & quod ibi not. An autem sit necesse quòd in termino quis contra citatum se præsentet, vt neglexisse dicatur? Respon. non, cum proceditur per inquisitionem factam ex officio, vel per denunciationem, cùm iudex sedens semper sit præsto. sed cum per accusationem proceditur, secus videtur: ad similitudinem causarum ciuilium: vt. C. de iudi. l. properandum. §. j. sed in criminalibus hoc est diuersum, quia accusatore desistente vel defuncto potest iudex procedere: vt. C. de aboli. l. ij. &. ff. de publi. iudi. l. pen. in prin. nam si constaret quòd iudex vellet ibi supplere defectum partis, sufficeret. Et ideo quidam in partibus Italiæ faciunt sibi cõcedi licentiam ab accusatore, vt eo absente possint expedire processum: & tunc constat quòd partis supplet iudex defectum. in casu tamen huius constitutionis constat quòd hoc non requiritur, cum possit sine figura iudicij procedi.

Accusatore desistẽte vel defuncto potest iudex procedere.

b *In termino.* ex hoc quòd in singulari numero loquitur, patet quòd vnus tantum terminus fuit assignatus. ex quo patet quòd in his in quibus potest procedi sine figura iudicij, terminus intelligitur peremptorius etiam si non exprimatur. facit extra de verborum significa. c. sæpe. Item si iudex sua voce admoneret eos vel aliquem ad audiendum sententiam, intelligitur peremptoriè. C. quomodo & quando iud. in. l. ij. & ibi no. aliàs peremptoriè dici debet: vt dixi suprà in glo. super verbo, dicto crimine. Item admoniones & protestationes quæ fiunt extra iudicium, intelliguntur peremptoriæ, cum semel sufficiat fieri. l. Titia. §. imperator. ff. de leg. j.

c *Personaliter.* hoc est verum in crimine vbi est pœna infligenda in corpus.

d *Legitimè.* vt per procuratorem vel syndicum: & sic videtur casus quòd in causis capitalibus in quibus potest ferri sententia in absentia, admittitur procurator. quod tenet Dy. in. §. ad crimen. per regulam positam in. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. & dicebat quòd vbi per statutum in causis capitalibus potest damnari absens, potest interuenire procurator: quod non placet. nam etiam de iure antiquo reperitur in casibus quòd absens potest de capitali crimine damnari in casibus specialibus. C. de pœ. l. ne diu. &. ff. ad legem Corne. de sic. l. lege Cornelia. versicu. & qui hoc crimen. secundum vnum intellectum. Item in causa appellationis altero absente lite non contestata potest deueniri ad definitiuam. C. de tempo. appellat. l. fina. §. illud. & tamen tunc non admittitur procurator: vt. ff. an per alium causæ appella. l. j. Item procurator rei debet satisdare iudicatum solui: nisi à dicta satisdatione à domino fuerit releuatus: vt insti. de satisda. §. si verò dominus. sed dic quòd procurator non potest satisdare: nec dominus à satisdando releuare eum potest. Item quod Dy. dicit de statuto, est aduertendum quoniam statuta Italiæ communiter permittunt damnari absentem propter contumaciam tantum. sed si admitteretur procurator, iam non esset contumax. non obstat. §. publicè. nam vbicunque posset damnari absens, de iure communi iudex debet ex officio perquirere veritatem pro vtraque parte: vt C. quomodo & quãdo iud. auth. qui semel. & de appel l. ampliorem. §. j. & dicam statim in gl. super verbo, receptionẽ. (aliàs examinationem) merito quilibet excusans innocentiam auditur, nõ vt procurator, sed vt quilibet. & hoc q̃d dicit ibi tex. quamuis verba facientem &c. ex eo q̃ dicit quamuis, apparet q̃ non requiritur q̃ sit procurator. & hoc dixi. in. §. ad crimen. in. l. pe. ff. de publi. iudi. non obstat hæc litera: quia expone q̃ intelligitur eo casu quo pœna à relegatione infra venit imponenda. & intelligitur legitimè, scilicet per procuratorem eo casu quo venit imponẽda pœna à relegatione infra: quod potest esse in his quæ ipsum crimen quoquo modo tangunt: vt suprà dixi in glos. super verbo, tangunt. Item ad ipsum crimen potest referri, & dic personaliter. i. quando aliqua persona citata est legitimè, vel quando procedit contra aliquam communitatem, vel corpus, vel collegium. & sic not. casum quòd etiam vniuersitas in capitalibus respondet per syndicum: vt. C. de re mili. l. tam collatores. lib. xij. & no ta. per Cy. C. qui accusare nõ possunt. l. ij. & eodem modo est casus si per vniuersitatem fieret accusatio, posset prosequi per syndicũ, cum hic loquatur generaliter ex parte rei & actoris: vt dixi suprà in fin. glo. super verbo, dicto crimine. licet Dy. & Cy. communiter dicant contra. in. d. l. ij. & iij. ff. de accu. §. fina.

Vniuersitas in capitalibus respondet per syndicum.

e *Perinde.* non tamen per omnia: & sic gratia contrarietatis tollendæ. non enim sic potest fieri executio in absentẽ sicut in præsentem. de qua executione hic dicitur, &. j. dicetur. & idem in omnibus quæ in absentem non cadunt, sicut in præsentem. de hoc multum no. gl. ff. ad leg. Iul. pecu. l. sacrilegij. Vbi autem contrarietas non resultaret, perinde esset quo ad omnia: scilicet quo ad tempus, quo ad modum, & quo ad cæteras qualitates, & idem in cæteris aduerbiis & nominibus significantibus similitudinem: vt ff. de ali. & ciba. leg. l. à filio. §. testator.

f *Contestata.* contumacia, de qua dixit, ex vna parte æquiparatur personali præsentiæ, & litis cõtestatio ex alia parte. nec enim sufficeret quem esse præsentem, nisi lis esset contestata quando ordinariè proceditur: nec sufficeret litis contest. nisi quis esset præsens. l. absentem. ff. de pœ. & hoc in capitalibus. in aliis secus: vt no. in. d. l. absentem. & ibi dixi. Et no. diligenter quòd vbicunque absens potest damnari, peruenitur ad definitiuam ante lit. contesta. quia illa contumacia habet vim contestationis: vt. C. vbi in rem ac. l. ij. & sic puto actionẽ perpetuari etiã pro actore, si ipse esset cõtumax, seruatis omnibus conditionibus quæ ponuntur in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. cum talis contumacia habeat vim contest. lit. pro vtraque parte. quod patet: quia pro vtraq; parte iudex examinat causam.

g *Receptionem.* hoc facit pro vtraque parte: nã iudex debet perquirere veritatem pro vtraque parte: vt in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. ibi, perquisita veritate &c. potest etiã absentem absoluere. C. de iudi. l. properandum. §. sinautem ex gestis. maximè in causis capitalibus: vbi etiam si post sententiam appareret de innocentia, debet iudex principi scribere. ff. de quæst. l. j. §. si quis vltro. Item ex hoc apparet quòd ex sola contumacia de iure communi quis non habetur pro confesso: vt dixi in. l. lex Cornelia. §. fin. ff. ad Sillanianum.

h *Publicationem.* No. in casibus in quibus potest procedi sine figura iudicij, requiri publicationem. Item not. in criminibus publicationem fieri. Item no. procedi ad receptionem & publicationem testium lite nõ contestata, etiam contra eum qui non est vere cõtumax: quod est contra ea quæ no. Dy. ff. de dam. infe. l. iiij. §. quoties. & sic faciunt pro no. & his quæ ibi diximus.

i *Sequentia.* vt probationes testium, productiones instrumentorum, & allegationes: vt. C. de iudi. auth. iubemus. & ad interrogationes testium pro declarandis dictis eorum, si quæ essent obscura, conclusionem in criminalibus non puto fiendam, imò quandocunque quis se vellet defendere, debet audiri: vt. l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæstio. & arg. l. j. de quæstio. in fine. intelligo tamen actori dandas duas dilationes, reo tres cum aliqua causæ cognitione. l. fi. ff. de fer. alias dilationes dabit iudex cum maiori causæ cognitione: hanc tamen puto sufficere, quòd videat iudex dilationẽ postulari pro veritate, non causa differendæ litis. & hoc modo debet intelligi. §. cogniturum. De effectu autem publicationis dixi plene in repetitione quam feci de auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex.

k *Definitiuam.* Vides ergo casum in quo absente reo potest negotium liquidari, & definitiuè pronunciari in criminalibus. simile. C. de pœ. l. ne diu. &. ff. ad le. Cor. de sic. l. lex Cornelia. ver. & hoc crimen. secundum vnam lec. in capitalibus hoc erat de iure antiquo: vt. ff. de pœ. l. absentem. in ciuilibus verò quid iuris sit actore absente vel reo, dic vt. C. quomodo & quando iud. authen. qui semel. &. C. de iudi. l. properandum. §. j. cum seq.

l *Executionem.* b Hic est casus quòd pars non est iterum citanda tempore executionis: quod est verum, si per sententiam liquet executionem sic esse faciendam: vt si condemnatio facta sit in rem, vt ipsa res capiatur & vendatur: vel si est facta condemnatio in personam, vt persona capiatur & puniatur. solum enim hoc est

BIU Cujas

est necesse sciri quòd sit illa persona condemnata : & ideo exigitur ab eo quedam confessio super hoc,& procedit ad executionem.aliàs secus : sicut erat cum capiebatur aliquis aduocatus : vt ff.de custo.reo.l.diuus.ver.& si diuus Pius.& ibi dixi.Si autem cõdemnatio esset facta in pecunia,& pro ea caperentur & venderẽturres, & vna res pro alia : tunc debet pars citari : quia in hoc certa causæ cognitio requiritur : vt.l.à diuo Pio.§.si in venditione.ff.de re iu. & ibi dixi.

a *Procedatur.* Innuit quòd iudex habeat necesse facere hoc. in contrarium videtur.l.non quicquid.ff. de iudi.&.C. quomodo & quando iu.l.j.Sol.instantia causæ criminalis est biennium:vt.C.vt intra cer.temp.cri.quæstio termi.l.j. vnde non cogitur sententiare nisi prope finem biennij:vt.C.de iudi.l.properandum.§.huiusmodi.& no.C.quomodo & quando iu.l.j. Et sic not. pro assessoribus quibus limitatur certum tempus ad finiendum processum : quòd non possunt ante expedire,nisi prope finem termini : & hoc vt non cogantur ante sententiare.ea autem lata executionem coguntur facere secundum formam.l.si quis intra.C.de bo.dam.& etiam in personam si haberi potest.l.cum reis. &.l. si vindicari.C. de pœnis.

b *Legibus.* hæc est quarta pars,in qua ponitur clausula derogatoria.

c *Non obstantibus.* Clausula hæc non obstantibus,quid importet, dicendum est.nam quandoque refertur ad iura municipalia ciuitatis.quo casu aut præcedunt iura derogatoria : & est necessaria clausula,non obstantibus:vt.C.de preci.impe. of.l. quoties.& ibi no.& si contra ius vel vtilitatem publi.l.fi. & ibi no.&.ff. de consti.prin.l.j.in fin.& ibi not . Sed an necesse sit quòd dicatur nominatim,non obstante tali lege? glo.in.d.ll.dubitant.sed glo.in authen.hoc inter liberos.C.de testa. videtur tenere quòd sit necesse exprimi.Item no.ff.de leg.iij.l.si quis.in prin. Alij quòd nullo modo requiratur : vt.ff.de excu.tu.l.idem Vlpianus.§.j.sed ibi tutela est onus temporale:& ideo de facili potest remitti:nec habet præcedentem legem derogatoriam : vt.C. de pre.impe. offe.l. quoties.aliàs est necesse quòd dicatur, non obstante tali lege.Sed puto[a] quòd sufficiat si dicatur , non obstante aliqua lege derogatoria : vel quæ hoc fieri prohibeat : & similia. Hoc enim est expresse mentionem facere de certa specie legum.non enim est necesse quòd nominetur lex : hoc enim esset nominatim & singulariter mentionẽ facere:&hoc non requiritur:vt.d.l.si quis.in prin.& ibi declaraui. & hoc cùm Imperator rescribit ad priuatam vtilitatem alicuius.sed si ipse rescriberet ad vtilitatem publicam,videtur cõtra omnem legem contrariam dispensare : vt.ff.de re iudi.l.quidam consulebat.in fin.ratio:quia tunc nulla præcedit clausula derogatoria.nam.l.rescripta.&.l.nec damnosa.C.de prec.impe.offe.habent in se clausulam derogatoriam solum ad rescripta ad vtilitatem partium concessa.& ideo si imperator aliquid statuit,ius commune corrigendo,non est necessaria clausula illa,non obstante aliqua lege : quia eo ipso quòd posteriores condit contrarias, priores videtur tollere : vt.l.non est nouum.&.l.sed & posteriores.ff.de legi.& extra de consti.c.j.li.vj.hic ergo ista clausula non fuit necessaria : nec est dubium quin possit tollere ius commune etiam si præcedit aliqua clausula derogatoria. nec ob.C. de legi. l.humanum.& quod ibi no.Quid ergo dices in statuto,si præcedit aliud statutum habens clausulam derogatoriam : an sit necesse q̃ fiat specialis mentio de primo ? Puto quòd sic[b] : ar.d.l.si quis. in prin.& dixi in repe.l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.& pro hoc facit,quia quicquid iuris sit in priuato,aliqualis ratio est in populo. nam sicut priuatus præmittit illam clausulam timens ne instigatu vel deceptione aliquorum ad aliud inducatur : ita populus vel vniuersitas videtur timere , cum æquiparetur priuato : quæ ratio cessat in principe ius condente.Sed si statutum præcedens non habet clausulam derogatoriam : eodem modo per sequens statutũ contrarium primo,primum videtur sublatũ eadem ratione.& hæc vera si præcedentia iura sunt omnino contraria . si autem per aliquam limitationem vel distinctionem adiuuari possunt,non tollẽtur : vt.d.l.sed & posteriores.nam auth.offeratur.de lit contesta. quæ dicit specialiter satisdandum , restringitur ad eum qui non possidet immobilia : vt l.sciendum.ff.qui satisda.cog. Sed quæro si in lege noua est dictum,non obstãte aliqua lege,an per hoc tollatur ne per priores limitetur, & distinguatur? Respon.non,sed intelligitur non obstante lege aliqua , scilicet contraria quæ non possit cum hac sustineri : vt in auth.de hære.ab intest.circa princi. in glo.super verbo,vacantibus.pro hoc facit.C.communia de suc. auth.itaque.in eo quòd ibi disputatur an sit correcta.l.de emanci. & ex hoc patet quòd modus procedendi in hac constitutione inductus, non habet locum in casu.l.C. si quis impe. maledixe.nam cum ibi sit specialiter prouisum per hanc.l. loquentem generaliter de crimine læsæ maiestatis , & eam tangentibus , non videtur propter hoc ei derogatum . pro hoc facit in auth. hæc constitutio &c.col.viij.nam per illam intelligitur sublata.l.fin.C. de sac.san. eccle.quæ generaliter loquitur. non autem constitutio specialis quæ est in auth.vt ecclesia Romana.colla.ij.& probatur.C.de sac. san.eccle. auth.quas actiones.licet glo.in illo variet.sed si in.l. noua diceretur[c] non obstante aliqua lege quæ generaliter vel specialiter in contrarium loquatur : tunc.d.ll.non distingueren t,nec limitarent legem nouã : nec haberet locum.l.sed & posteriores.ff.de legib. & hæc videntur vera & vtilia.Sed cum in hac constitutione sit data iudici licẽtia procedendi sine figura iudicij : quibusdam autem in his qui in sacris scriniis militant,est concessum vt in modo procedendi prærogatiua gauderent : vt.C.de proxi.sac.scri.l.in sacris.an eis in casibus in hac constitutione comprehensis hæc priuilegia conseruabuntur? Videtur quòd non, ex eo quod dixit , cuiuscunque status vel dignitatis &c.Sed hoc non facit : quia hic de statu & de dignitate generaliter fit mentio : ibi cuidam dignitati vel ordini specialiter indulgentur aliqua priuilegia : & sic illa tanquam specialis magis debet limitare hanc posteriorem , vt suprà dictum est. econtra videtur : nam illa loquitur in omnibus causis criminalibus & ciuilibus generaliter : hæc specialiter in crimine læsæ maiestatis, & id tangentibus. & sic videtur quòd hæc vt specialis limitet & restringat illam.quid dicemus? Dubium est in hoc quòd prima magis specialis est quo ad quid,scilicet quo ad personas: & est magis generalis quo ad quid, scilicet quo ad causas. hæc econtra est magis generalis quo ad personas : & magis specialis quo ad causas.An secũda limitetur per primam,an prima per secundam?Hęc ambiguitas quodammodo perplexitas est, cùm in neutra istarum dispositionum possit genus à specie separari ex virtute proprietatis sermonis: & ideo ad mentem.ll.recurrendum est.Dic igitur quòd ius singulare semper est introductum propter aliquam vtilitatem : vt.ff. de legi.l.ius singulare. cùm ergo tam lex.j. quàm ij.ius singulare & speciale contineat, hoc est propter aliquam vtilitatem.Debemus[d] ergo illud speciale conseruare, in quo euidẽtior & maior vtilitas reperitur. ista enim est benignior interpretatio : vt.ff.de legi.l.benignius. & quia causa magis priuilegiata præfertur : vt no.C.de priui.do.l.j.&.ff.de priui.cre.l. priuilegia. vnde in proposito cũ specialitas huius constitutionis sit propter vtilitatem vrgentissimam : vt.s.in prin.huius.l.dico hanc.l.restringere illam.l.in sacris.quæ in priuilegium personale & dignitatis est introducta. & etiam in fauorem minorum videmus quòd lex inducta est, vt contra eos nulla currat præscriptio : vt.l.fina.C.in quib.cau.in integ.rest.nõ est ne.& hæc prouisio est generalis quo ad causas : & specialis quo ad personas minorum. Est & alia constitutio quæ limitat tempus instantiæ,& hoc fauore publicæ vtilitatis,ne lites fierent immortales : vt.l.properandum.C.de iudi.& hæc generalis est quo ad personas omnes litigantium : & specialis quo ad causas,scilicet quo ad præscriptionem instantiæ. & per hanc.l.properandum. licet sit antiquior in temporibus instantiæ de iure antiquo,limitatur illa.l.fi.licet sit posterior : vt not.in.l.j. C.si aduer.rem iudi.Sed si.l. antiqua haberet causam specialiter maiorem & fauorabiliorem : tunc limitaretur.l. noua eadem ratione. Si verò non esset ratio specialitatis,vt sit fauorabilior vna quàm altera,tunc putarem.l.nouam præualere.Ista sæpe occurrũt in ista ciuitate . Secundò verò casu principali quando hæc clausula refertur ad priuilegia,sciendum[e] est quòd si qua.l. simpliciter emanat,non videtur tolli per eam aliquod priuilegium alteri cõcessum:vt in.ij.cõsti.C.§.si quæ verò.& intelligo priuilegiũ quod fauorem alicuius continet.secus si Imperator ad aliquam singularem quæstionem rescripsit specialiter,ita quòd faceret ius commune : vt.C.de legi.l.ij.tunc per aliam.l.contrariam videtur tolli : vt in dicta constitutione.ij.§. si quæ vero.ibi, si verò pro certis capitulis.Si verò in lege dicitur,non obstantibus priuilegiis,intelligitur in corpore iuris non inclusis nã illud quod in corpore iuris clauditur,per hoc tolli nõ videtur,[f] prout.C.vbi de cri.agi.opor. auth.qua in prouin.& ibi no.ff. de iudi.l.hæres absens.& in princ. & ibi no.& sic not.de priuile. extra corpus iuris positis sufficere clausulam derogatoriam seu reuocatoriam generalem. facit extra de sepul.c.ij.in Cle. Not.etiam priuilegia in corpore iuris inserta non reuocari : nisi specialiter diceretur ad illa trahi, vel nisi esset aliqua lex specialis sequens quæ haberet magis fauorabilem rationem specialitatis,vt dictum est.& eadem ratio est in priuilegio vni concesso per principem,si alia priuilegia suspenderentur. & eodem modo intelligas in inferiore à principe,qui per aliã dispositionem vult tollere priuilegia à se concessa alteri.Tertio casu quando hæc clausula refertur ad statutum vel consuetudinem: tunc si de hoc in.l.noua vel priuilegio nil diceretur , non videtur reuocata,

dinibus non obstantibus[c] qui-

c Ista gl. est singularis & limitatione l.sed & posteriores.hic alleg.in gl. secundũ Ia. in.l.sine.ff. qui satisda. cogan.

d Idẽ tenet Ia.in.l.1.§. 1.ff.de noui ope. nunci.

e Idẽ tenet Philip.ĩ. c. nonnulli.de rescrip.extra.

f Sequũtur Barto. & Pau.in authen.qua in prouincia.hic in glo. alle. Priuilegia ĩ corpore iuris inserta, non reuocãtur nisi speci aliter fiat de hismẽtio.

BIU Cujas

reuocatâ, quia legislator potest eam probabiliter ignorare: vt extra de consti. lib. vj. licet in contrarium faciat. ff. de sepul. viol. l. iij. §. diuus. de quo dic vt ibi, & tangitur. C. de testa. l. j. & hoc prout loquimur de legislatore vniuersali. nã legislator particularis statuta & consuetudines suas ita debet scire, sicut legislator vniuersalis legem vniuersalẽ.

Si verò in priuilegio de prędictis statutis vel de cõsuetudinibus fit mẽtio, ponendo clausulam illam, non obstante: tũc illa sunt sublata quatenus alteri legi contradicunt, etiam si nõ fiat de his specialis mentio. auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. & de fur. authen. nauigia. &. C. cõmunia de suc. auth. omnes peregrini. & sic in præsenti constitutione: quia dicitur, legibus vel consuetudinibus non obstantibus quibuscunque. expone, legibus, quæ cum hac. l. sustineri non possunt. & cum dicit, consuetudinibus quibuscunque, dic, siue generaliter siue specialiter sint approbatę. nam per illas hæc. l. nullam limitationem recipit. De hac clausula, nõ obstante, multa dicit Ioan. An. extra de concess. præben. cap. j. lib. vj. quæ videre potes per iura canonica, quæ ipse allegat, si expedit: in difficultates tamen prædictas non intrat.

a *Hanc autem.* hæc est quinta pars, in qua ponitur ad quos casus extendatur hæc constitutio.

b *Ad præterita.* hoc non erat necesse dicere: quia cum tota ista. l. litis ordinationem respiciat, sine dubio porrigitur ad lites futuras, licet super facto præterito. l. ij. §. penult. C. de iura. cal. & hunc passum plene examinaui in repe. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. in illa. q. â quo tempore statuta ligent. dic vt ibi dixi.

c *Quam.* hæc est sexta pars, in qua ponitur à quo tẽpore hæc cõstitutio sumat vigorem &c.

d *Ex nunc.* si hoc non fuisset dictum, post duos mẽses hæc constitutio sumeret effectum: vt in auth. vt factæ nouæ constitutiones. de quo plene in proœ. Cle. circa fi. & ego plene dixi etiam de statutis in. d. l. omnes populi. in dicta quæstione à quo tẽpore &c. dic vt ibi dixi.

Explicit constitutio inclyti Imperatoris Henrici glossata per Bar. de Saxo ferrato legum doctorem & ciuem Perusinum.

e QVI SINT REBELLES.

Hæc rubr. est magistraliter posita: quia. ś. dixit de modo procedendi, vt imponatur pœna per sententiam: hic qui sint rebelles, quibus imponitur pœna ipso iure.

f QVoniam. Primò ponit dubium. Secundò rationes quæ mouent principem ad decisionem. Tertiò decisionem. Quartò ponit impugnationes constitutionis. partes patent.

g *Nonnullos.* id est aliquos: nam negatio præposita facit æquipollere suo contradictorio: [a] vt hic, &. ff. de condi. & de. l. nõnunquam. & de col. bo. l. nonnunquam. postposita verò facit æquipollere suo contrario. l. legitimos. §. an ergo. ff. de legi. tu. &. l. obligari. ff. de auct. tu. in prin. & de captiuis. l. in bello. §. j. nisi in contrarium pateat de mente loquentis: vt. l. si seruus. §. si pluriũ. ff. si quis cau. sed præposita & postposita æquipollet subalternæ: vt. l. vnica. C. de cadu. tol. in prin.

h *Fideles.* quæ fidelitas principi debetur: vt. ś. proxi. circa prin.

i *Subditos.* quia sunt sub republica Romanorum: vt in authent. de hære. & Fal. in princip. colla. j. istis prouidet: vt iudi. sine quoquo suffr. in prin. qui autem sint subditi, dixi. ś. l. proxi. in glos. super verbo, totius.

k *Lombardiæ.* Hic videtur casus eius opinionis, quam refert Cy. C. de præscript. xxx. an. l. fin. scilicet quòd prouinciæ appellatio intelligitur secundum communem & vulgarem modum loquendi, scilicet Tuscia, Lombardia &c. licet secundum cano. Lombardia non sit vna prouincia: nam Cremona non est de vna prouincia: quia est de archiepiscopatu Mediolañ. & Rhegium est de alia, scilicet de Archiepiscopatu Raueñ. vt not. Bern. extra de electio. c. coram. Idem not. extra de offi. vica. c. sententiam. Sed pro huius declaratione sciendum est quòd diuisio orbis terrarũ de iure gen. est: vt. ff. de iusti. & iur. l. ex hoc iure. [b] & hæc diuisio fit, vel eorum qui inhabitant simul, id est ædificiis in vnum collatis. & sic communiter habemus tria nomina, scilicet ciuitas, castrum, & villa: vt. d. l. ex hoc. & ibi not. in glos. parua super verbo, collata. Quædam est diuisio eorum qui non habitant simul, sed ædificiis separatis. & hęc appellatur prouincia, vel regnum: vel sunt alia nomina vniuersalia significantia separationem linguarum: vt Italia, Alemania, Francia, Græcia, & similia: vt. d. l. ex hoc. &. C. de offi. rect. prouin.

a Idẽ tenet Bart. in. l. si pluribus. ff. de lega. 2.

Prouinciæ appellatione quid veniat.

b Istam gl. sequũtur ibi Bar. Bald. Pau. & Ia.

A &. ff. de of. præsi. per totum. de quorum quolibet videamus. Villa in Francia idem est quod ciuitas. nos autem dicimus villas ædificia sine muris vel fossatis: quæ villæ seu vici nullam habent iurisdictionem de iure communi, sed subsunt alicui ciuitati: vt. C. de episco. & cleri. l. nonnulli. §. fina. & de natu. libe. l. ij. &. ff. ad munic. l. j. §. qui ex vico. pro hoc facit extra de senten. excommu. §. si ciuitas. li. vj. & quod ibi no. per Inno. & Ioã. And. Castrum dicitur quasi casa alta seu fortis, & munita muris seu vallo: vt. l. quicunque ca stellorum. aliàs sedorum. de fun. li lib. xj. & ff. ad leg. Iul. maie. l. ij. & in. d. c. si ciuitas. & ista similiter non consueuerunt habere iurisdictionem de iure communi, sed sunt sicut vici: vt dictis iuribus est expressum, &. C. de testa. l. fin. habes tamen quosdã magistratus qui ponuntur ibi à ciuitatibus quibus subsunt: vt. C. de magistratib. municip. & ibi not. per Azo. in summa. Ciuitas verò secundum vsum nostrum appellatur illa quæ habet episcopum. Ante tamen quàm essent episcopi, erant ciuitates. & ciuitati competit potestas eligendi sibi de iure communi defensores qui habeant iurisdictionem: non autem merum imperium vel mixtum: vt in authen. de defen. ciui. §. iusiurandum. Fallit in vrbe Romana: vt. l. j. §. cum vrbem. ff. de officio præfecti vrbi. & in aliis quæ habent ex priuilegio, vel ex consuetudine: vt. d. §. iusiurandum. & quia secundũ canones episcopi debent ordinari in dictis locis vbi sunt dicti officiales, vt. lxxx. distin. ca. j. ij. &. iij. ideo insurrexit consuetudo quòd locus habens episcopum, sit ciuitas: tamen vere sine episcopo dicitur ciuitas eo quòd habet officiales prædictos, & iurisdictionem. & sic patet quòd licet ex causa ciuitas priuetur episcopo, non tamen per hoc desinit esse ciuitas. Sed quid dices tu de castris quæ sunt per Italiam, & habent dictas iurisdictiones: an dicemus quòd sint ciuitates? Respond. si constat quòd antiquitus fuerit ciuitas: licet postea episcopatum perdiderit, ciuitas est proprie: vt patet ex prædictis. Si hoc non constat, tunc aut talis iurisdictio fuit illi loco concessa vt ciuitati, aut simpliciter dicendo, tali terræ, vel tuli communitati. Primo casu erit ciuitas: nam ciuitatem facit princeps eo ipso quòd sibi scribit vt ciuitati: vt notat. per Inno. extra de offic. ordin. cap. cum ab ecclesiarum. nam dicendo quòd sit ciuitas, videtur sibi concedere omnia priuilegia ciuitatis, arg. ff. de re iudica. l. quidam consulebat. Secundo casu non erit ciuitas, sed castrum habens priuilegium ciuitatis: vt dicitur. ff. de officio eius cui manda. est iurisdict. l. j. §. j. Tertio casu erit ciuitas: quia larga interpretatio est facienda in concesione huius beneficij: vt l. fina. de constitut. princip. Prouincia verò secundum canones distinguitur per archiepiscopatus: vt dictum est. quod qualiter de iure communi seu ciuili intelligatur & procedat, dic quòd quædam sunt ciuitates minores: vt communiter omnes quæ habent iurisdictionem prædictam absque mero vel mixto imperio. Aliquæ sunt maximæ, quæ habent merum & mixtum: vt ciuitas metropolitana. Nec dico propter episcopatum: quia forum causarum est magnum, cui suberant multæ aliæ ciuitates: vt. ff. de excu. tut. l. duas. §. est autem. &. §. sequen. Ista autem ciuitas metropolitana dicitur caput prouinciæ: vt. C. de metropolit. l. j. lib. xj. vnde merito olim totum quod suberat metropolitano, dicebatur prouincia: sicut etiam hoc faciunt canonistæ: vt dictum est in principio glo. Et eodem modo vnus præsidatus dicitur prouincia: nam ei subsunt plures ciuitates: vt in omnibus. ll. quæ mentionem facit de præside prouinciæ. Verum quia aliter factæ fuerunt diuisiones in temporalibus, & aliter in spiritualibus: reperitur quòd in eadẽ prouincia sunt terrę diuersorum episcoporum seu episcopatuum: vt dicto. c. coram. & ibi no. Cum ergo à principe vel à iure fit appellatio prouinciarum, qualiter intelligatur vel accipiatur? Dic q; quandoque fit appellatio prouinciæ eo respectu q; sit sub vna iurisdictione: & tunc contingit quòd quælibet ciuitas habeat separatam iurisdictionẽ: nec est vnus præses cui subsit: & sic quælibet ciuitas habetur pro prouincia: vt. C. de præscript. long. tẽp. l. fi. & ibi no. Quãdoq; appellatio prouinciæ fit eo respectu q; maior est instantia quando extra prouinciam, quàm quando in prouincia: & tunc serua quod not. in. d. c. coram. extra de elec. vbi existens in dicta prouincia, si est multum à remotis, habetur perinde ac si esset extra. & eodem modo existens extra, si est multum de propinquo, habetur perinde ac si esset intra. sic intelligitur. C. de dila. l. j. & sic sentit Io. And. extra de testi. c. vltra tertiam. Quandoq; appellatio

Prouinciæ appellatione quid veniat.

QVI SINT REBELLES.[e]

Idem ad perpetuam rei memoriam.

QVoniam[f] nuper est ad auditum nostrum deductum, quòd inter nonnullos[g] fideles[h] & subditos[i] nostros prouinciæ Lombardiæ,[k] aliorũq;

BIU Cujas

prouinciæ fit alio respectu: vt quia legatus mittitur in talem prouinciam, vt aliquid concedatur hominibus talis prouinciæ: & tunc talis appellatio debet intelligi secundum vulgarem & communẽ appellationẽ prouinciæ: vt in Lombardia, Tuscia, Marchia & similibus. casus est hic, & ita tenet Odof. in l. fin. & Cy. ibidem, & Hostien. & Ioan. And. in d. ca. vltra tertiam. De diuisione & vnione ciuitatis & prouinciæ dixi in d. l. j. C. de metropo. lib. xj. Item an homines alicuius prouinciæ dicantur ex origine, sicut cõtingit in ciuitate, tãgitur. ff. de verbo. sig. l. prouinciales. & ibi dixi: & plenius in libello repræsaliarum. Regnorum verò diuisio, item aliarum partium per quas fit distinctio linguarum, per se patet &c.

a *Italiæ.* Est nomen significans totam linguam Latinam, quæ distinguitur in multas prouincias, vt hic patet: licet Italia quãdoque dicatur prouincia: vt. C. de temp. in integ. resti. l. fi. &. C. sine censu vel reli. l. fin. & de sacrosan. eccle. auth. cassa.

b *Disceptationes.* inter plures adinuicem.

c *Dubia.* aliquando inter seipsos vel adinuicem, vt cesset inculcatio verborum.

d *Rebellis.* [2] id est infidelis ea infidelitate generali, quæ inducit rebellionem. nam sciendum est quòd hæc dictio infidelis, generalis est, vt comprehendat etiam eum qui modicæ rei principi furtum fecerit: de qua infidelitate non loquitur hic. sicut enim principi debetur omnis fidelitas: vt. s. l. proxi. in prin. ita omnis deuiatio à fidelitate est infidelitas. facit. x. col. de stat. contra lib. eccle. in prin. Quædam est infidelitas vero animo, quæ cadit in modum proditionis: & istud est nomen generale cõprehẽdens omnes qui stant sicut subditi, & inter subditos corpore: mente tamẽ cum hostibus & inimicis, nunciando eis secreta & similia: vt. ff. de re mili. l. omne delictum. §. exploratores. & l. proditores. comprehendit etiam eos qui cum essent subditi, expresse rebellant principi, transfugiendo ad hostes, & conuertendo se in hostes: vt. d. l. proditores. & ibi no. & de cap. de. l. amissione. §. qui deficiunt. & hoc modo sumpto vocabulo vocãtur rebelles, quo vocabulo antiqui legũ conditores non vtebantur, & ideo facta est hæc constitutio ad hoc declarandũ. Item no. [b] quòd proditoriè dicitur aliquid fieri quãdo fingo me amicum tuum, & tracto te tanquam inimicum: & sic vnum ostendo corpore: aliud sum animo: vt ff. de his qui notan. infa. l. athletas. §. pe. & de præuari. l. j. tunc tamen incidit [c] in crimẽ proditionis, quando fit contra principem, vel contra rempublicã: vt. d. §. exploratores. & l. proditores. & ff. de pœ. l. si quis aliquid. §. j. Sed quando committitur contra priuatum, non dicitur proditor principaliter, & per se: sed crimen aliud factum proditoriè: vt homicidium factum proditoriè, vel quid simile: vt. d. l. athletas. §. j. de his qui no. infa. & l. j. de præuari. Itẽ no. quòd est aliud esse rebellẽ imperij: aliud est esse in bãno imperij. primũ, scilicet rebellio, est mortale: vt hac. l. nec potest remitti, nisi ex mera gratia. secundum scilicet bannum, est medicinale: quia remittitur purgata contumacia, seu facta satisfactione. C. de episco. & cleri. authenti. item nulla. & authen. item quæcunque. & sic videtur quòd quatenus excommunicatio remouet quem ab officiis ecclesiæ, eatenus bannum à beneficiis imperij: vt dictis iuribus. & tangitur per Guil. in dicta authent. item quæcunque. facit extra de sentent. excom. c. cum medicinalis. lib. vj. facit. ff. de requi. re. l. j. vbi glo. illam annotationem appellat bannum: & est medicinale: quia cum venit intra annum, recuperat statum. secundum verò statuta & cõsuetudines locorum quenquam esse bannitum, habet diuersos effectus: de quo aliquid. j. dicam in glo. magna.

e *Condemnatus.* hic nullum fuit dubium: nam per sententiã trãsit in notorium iuris, quod pro veritate habetur: vt. l. res iudicata. ff. de re iudi. idem si imperator aliquibus indiceret bellũ: vt. l. hostes. ff. de capti. & de capi. demi. l. amissione. §. qui deficiunt.

f *Et nos.* hæc est secunda pars huius secundæ constitutionis.

g *Potius.* electiue accipe: quia solum propter actũ efficitur quis pœna dignus: per sententiam nullo modo, sed factus declaratur: vt. l. j. C. ad Turpil. facit pro Mar. in eo quod nota. ff. de infa. l. furti. &. ff. eo. l. athletas. §. fin. nam ex eo quòd condemnatus est, habetur pro veritate, quia ita sit: nec potest dici decætero sic non esse: vt ibi no.

h *Meretur.* non dicit, obligatur: nam istæ pœnæ quæ vindictã publicam imponunt, nõ iure obligationis, sed officio iudicis imponuntur: vt instit. de iniur. §. penult. Item non per actionem, sed per

A accusationem imponuntur: vt instit. de publi. iudi. in prin.

i *Crescit* sic extra de consuetudine. c. cum tanto. Sed contra. ff. de pœ. l. si diutino. Sol. intrinsecus culpa crescit, & maiorem pœnam quo ad deũ meretur: vt. d. c. cum tanto. sed in foro ciuili, siquidem actus extrinsecus delicti habet causam continuam, vt esse in rebellione, semp crescit culpa: vt hic. sic in fugitiuo & desertore: vt no. in. l. contraria. licet autẽ culpa crescat in casu huius l. nõ potest crescere pœna tẽporalis: quia pro primo actu debetur ita magna, quòd nulla maior esse potest: vt infrà dicetur. facit quod no. ff. de fur. l. vulgaris. in prin. & ibi dixi. si verò actus extrinsecus criminis reiterationẽ nõ recipit, vt homicidiũ,

B tunc ex diuturnitate tẽporis pœna minoratur: vt. d. l. si diutino. [d]

k *Transit.* sic maleficia fieri, malum est propter exemplum aliorum: vt hic, &. ff. de sica. l. iij. §. sed & senatusconsultũ. & de pœ. l. si quis aliquid. §. qui abortionis aut &c. cũ suis cõcor. Itẽ pœnas inferri bonum est propter exemplum: vt vnius pœna sit exẽplum seu metus multorum: vt. ff. de pœ. l. aut facta. §. fi. &. C. ad leg. Iul. repe. l. j. & de preci. impe. of. l. j. & licet istæ rationes cõcludant in omni delicto, tamẽ ista lex non est extendenda nisi ad istud crimen rebellionis. nõ enim corriguntur leges antiquæ quæ requirũt sententiã ex identitate rationis, nisi quatenus in illa noua exprimitur: vt. C. de appel. l. præcipim⁹. in fi. facit qđ no. C. de sa. san. ecc. auth. quas actiones. & quod no. ff. de dona. cau. mor. l. tam is. §. j.

l *Tenore.* tertia pars, in qua ponit statutum. ad cuius intelligentiam sciendũ est q⁹ rebellare idem est quod resistere, secũdũ Hug. C. de deserto. l. ij. li xij. & hoc resistere potest fieri faciẽdo aliquid contra, vel nõ faciendo & nõ obediẽdo. vel vtranq; vocabuli significationem cõtinet: vt extra de offi. deleg. c. sane. licet hoc nomine rebellis iura antiqua non vtãtur. Sed si aliquis rebellat mutãdo locum, hoc est recedendo de terris subiectis, & eundo ad hostes: talis vocatur transfuga: vt. ff. de pœ. l. si quis aliquid. §. transfugæ. & de

C cap. & postli. re. l. postliminium. §. transfugæ. &. §. filius. & de re mili. l. proditores. cum similib. Quandoq; rebellant retinendo locum in quo stabant sub principis obedientia: & isti de iure ciuili antiquo non habebant speciale nomen, sed vocabãtur illi qui deficiũt: vt. l. amissione. §. qui deficiunt. de cap. de. & isti si quidẽ rebellabãt faciendo bellum principi, tanquam hostes ipso iure puniebantur, & perdebant ea quæ iuris ciuilis sunt: vt ibi. Sed quia hoc rebellare potest publice fieri & occulte, & ibi non declaratur, ideo hæc. l. declarat, & hoc in primo capite huius. l. dum dicit de his qui infidelitatis rebellionis opera faciunt: & sic faciendo delinquunt. Sed si aliquis solum rebellasset non obediendo principi, vel non receptando gentem suam, non puniebatur ipso iure: nec perdebat ea quæ iuris ciuilis erant, nisi princeps vel senatus indiceret: vt. d. l. amissione. & in hoc suppletur [e] per hãc. l. nã quocũq; modo machinatur aliquis cõtra principis honorẽ rebellãdo, est rebellis. & hoc in. ij. cap. huius. l. ibi, in nostrã vel imperij &c. Itẽ posset dubitari si aliquis fatetur se subditũ imperio, sed rebellat odio personæ Imperatoris, an dicatur rebellis imperij? & hoc declaratur in. l. amissione. & declaratur hic q⁹ sic. & hoc est cõmune ad primũ & secũdũ caput. declarat etiã hoc in secũdo cap. hui⁹. l. de his q rebellãt cõtra

D officiales. Potest etiã dici q⁹ totũ sit vnũ capitulũ cõtinens omnia prædicta, & idẽ est sensus. & sic hæc. l. directo tẽdit ad declarandũ l. amissione. §. qui deficiũt. de cap. de. & hoc nomẽ rebellare in hoc significato in diuina scriptura sumitur in multis locis. iij. Reg. xvj. c. iiij. Re. xvij. c. &. xviij. &. xix. & sic per hãc. l. nouã habemus quinquenominis impositiones: quia tales vocãtur rebelles secundũ declarationem eius qđ dixit publicè vel occultè. tertiã quandã prouisionẽ nouã. s. vt dicantur rebelles etsi opera hostilia nõ faciant, sed solum si nõ obediant. quartã declarationem facit contra personã principis tantũ. quintã declarationẽ facit cõtra officiales eius. Sed quęro, in quo differt hoc nomen rebellionis ab eo quod antiqui dicebant perduelles, quos nos vocam⁹ hostes: vt. l. quos nos. de verb. sig? Rñ. illud nomen quo ad quid generalius est: nam competit etiam his qui nõ cõsueuerũt esse sub obediẽtia, qui indixerũt nobis bellũ, vel nos eis: vt. ff. de capti. l. hostes. sed hoc nomẽ rebellionis proprie conuenit his qui defecerunt, cum essent subditi: vt. l. amissione. §. qui deficiunt. & no. in glo. parua super verbo, hostes.

m *Declaramus.* refert se ad tria de quib⁹ poterat dubitari. s. an occulte, an cõtra personam tantum, an contra officiales tantum &c.

n *Decernimus.* ad id quod de nouo induxit, refertur, scilicet de nõ obedientibus, sed opera hostilia non faciunt.

Pronunciamus.

d *Sequũtur Bar. et Baldus ibi.*

e *Idẽ Bart. & Ang. in l. hostes. ff. de ver. sig.*

BIU Cujas

& pnunciamus, [a] quòd illi omnes [b] & singuli sunt rebelles, & infideles nostri imperij, [c] qui quomodocunque publicè vel occultè [d] contra nostrum honorem [e] & fidelitatem rebellionis opera faciunt, [f] & [g] contra nostri [h] imperij [i] prosperitatem aliquid machinantur: [k] contra nos, seu officiales nostros, in iis quæ ad commissum eis officium pertinent, rebellando. [l]

a *Pronunciamus.* ad id quod de nouo induxit, refertur: scilicet de his qui opera hostilia faciunt.

b *Omnes.* collectiuum est: vt. ff. de arbi. l. nõ distinguemus. §. cum in plures. & no. de lega. ij. l. si pluribus. sed in singulari est nomen distributiuum: vt not. in. l. iij. ff. de sta. ho. hic ergo quia collectiue ponitur, comprehendit ciuitates, collegia, & vniuersitates. & in hoc incidenter facit. l. proxi. comprehendit etiam singulares res & personas per hoc quod dicit, & singuli.

c *Nostri imperii.* nõ potest ergo dicere quis quòd est rebellis imperij, & non imperatoris, vel econtra: & hoc patet: quia hæc rebellio morte principis non finitur.

a Occultum dicitur qđ nõ potest videri. facit ad hoc. c. vt nostrum. vt ecclę. benefi. in Spe. de noto. crimi. §. 6. itẽ occultũ dicitur secretũ. 32. dist. erubescant. de simo. tua nos.

d *Occultè.* [a] vt si aliqua ciuitas Tusciæ principe incipiente intrare Lombardiam mittit stipendiarios ad aliquam terram, vel dominũ rebellem, & fingit eos non esse suos stipendiarios cassando eos facte: vel mittit gentem alicui, vt ipse possit contra principem habilius mittere gentem suam, vel faciunt ligam vel societatem inuicem ad eorum defensionem: vt consueuerunt facere isti Perusini, Florentini, & etiam tyranni Lombardiæ, & hoc exprimũt, & aliud in veritate agunt. [b] Sed sciendum est, quòd tales colligationes ciuitatum inuicem seu cum dominis prohibitæ, sunt ipso iure nullæ: vt. x. col. de pace fir. §. conuẽticula. quod intelligo principe existente in partibus, vel eo existente ad eorum defensionem: sed principe absente non puto prohibitas tales societates seu colligationes ad defendendum se ab oppressionibus tyrannorum, vel malarum societatum quæ sæpe insurgunt in Italia ad deprædandum alios. fit enim ad iustitiam seruandam: ergo debet valere: vt no. ff. quod cuiusque vni. l. j. in prin.

b Istud est signũ prodi tionis. Bal. in. c. 1. qui. mo. feu. amit. in vsi. feu.

e *Nostrum honorem.* scilicet personæ vel imperij: vt. j. patet.

f *Faciunt.* loquitur ergo de ea rebellione quę in faciendo consistit: vt in conferendo se in numerum hostium: in sequendo principem & gentem eius.

g *Et.* incipit secundum capitulum.

h *Nostri.* scilicet propriæ personæ imperatoris.

i *Imperii.* & sic dignitas &c.

k *Machinantur.* id est, aliquid dolose ordinant: cum machinatio proprie cõsistat in arte verborũ: vt. ff. de do. l. j. §. j. & ibi not. vt faciendo inter se ligã & societates prohibitas sub aliquo colore licito: vt. ff. de extraor. cri. l. ij. Vel pone quòd aduenięte imperatore, vel eius nuncio volẽte ingredi ciuitatẽ p recuperãdis iuribus imperij tã ibi quàm alibi, aliqui respõdent, quòd intromittere eũ vel gentẽ eius est periculosum statui eorũ: & sic tenẽt eum in verbis, & sic labitur tẽpus quo multa posset facere pro imperij psperitate. Istæ sunt machinationes quædam, licet ad actus bellicos nõ deueniant. ista machinatio secuta inobedientia facit eos rebelles.

c De hac materia vide per Bal. ff. l. nihil. C. de manumiss. vindicta. circa fi. ff verbo, & nota ex hac. l.

l *Rebellando.* [c] resistendo, vel non obediendo: licet ipsi guerram nõ inferant: vt dictum est. Et aduertẽdum est, quòd in illo qui rebellat cõtra principẽ, hæc cõstitutio loquitur simpliciter, quasi cõtra eum nõ possit esse aliqua iusta causa resistendi: quod intellige de subditis imperij, nõ de iis qui sunt de terris ecclesiæ. in eo vero quòd loquitur in eo qui rebellat contra officiales suos, loquitur limitatiue, scilicet in his quæ ad commissum eis officium pertinent. & hoc quia si vltra facerent, posset eis legitime resisti: vt. C. de iur. fisci. l. prohibitum. lib. x. & de meta. l. deuotum. lib. xij. & intellige quando rebellat pro his quæ petuntur pro statu imperij, secus si aliqua singularis persona conueniretur corã principe, vel eius iudice in aliqua causa ciuili vel criminali ad petitionẽ alterius: vel esset cõtumax, aut alio modo resisteret: tunc enim licet largo modo dicatur rebellis: vt. d. c. sane. de offi. dele. tamen propter hoc nõ dicitur rebellis imperij, nec incidit in hanc constitutionem: quia non rebellat cõtra prosperitatẽ imperatoris vel imperij principaliter: quod in hac constitutione requiritur: vt patet in tex. sed in damnũ aduersarij cum quo litigat. quod patet: quia contra talem cõtumacem nõ proceditur nisi parte petẽte: vt. ff. de iudi. l. ad peremptorium. C. de iudi. l. properãdum. §. sed & si quidem. C. quomodo & quãdo iudex. auth. qui semel. Sed an hæc cõstitutio habet locũ contra eum qui rebellat cõtra aliquem regem vel principem: vel contra aliquã propriam ciuitatem? quod videtur: quia hic dicitur contra officiales nostros, sed omnes prędicti possunt dici officiales imperatoris: quia vel ab eo habent iurisdictionẽ ex constitutione, vel

Consuetudo longa vim constitutionis habet.

concessione, vel longa consuetudine, quæ vim constitutionis habet: vt. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. fi. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. contrarium dico: nam tunc non fit contra prosperitatem principis vel imperij principaliter: licet ex istis defensionibus & rebellionib⁹ respu. lædatur. casus est. ff. de cap. l. si quis ingenuum. §. in ciuilibus. Et quod hic dicitur de officialibus imperatoris, intelligitur de his qui principaliter ac directo pro eo suot legati & vicarij imperatoris: vt. C. de eo qui vicem alterius gerit. l. ij. & ff. de leg. iij. l. j. §. deportatos. & §. seq. reges vero & ciuitates esto quòd habeant iurisdictionem à principe, tamen eam exercẽt principaliter ppter se, non propter principem. & sic cessat hæc cõstitutio quæ specialiter loquitur in his qui machinantur contra personam principis, vel eius officiales, vel imperij vtilitatem: sed habet locum ius antiquum, scilicet. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. de. quæ generaliter loquitur de his qui deficiunt à iurisdictione eorum sub quorũ imperio sunt. & dicã in tractatu de bãnitis nostri tẽporis. Sed quid si aliquis rebellat cõtra rectores per Romanã ecclesiam positos in partibus Italiæ? puto [d] huic cõstitutioni locũ fore. cũ enim imperium sit ecclesiæ: vt. s. dixi in. l. pxi. circa prin. apparet quòd rebellat contra psperitatem imperij: pro quo facit quòd canonistæ in talibus imitantur. ll. vt extra de ope. no. nun. c. j. Quid si aliquis homo de terris ecclesiæ aliquid faciat cõtra principem de his quæ ad rebellionem pertinent: an rebellis est, & in crimen læsæ maiestatis incidat? Henricus imperator huius. l. author determinauit quòd sic, cõdemnãdo de hoc Robertum regem: vt extra de re iudi. c. pastoralis. in cle. sed papa ibi in. §. rursus. determinauit contrarium, dicẽs eum qui est de terris ecclesię ratione originis & domicilij, nõ posse dictum crimen committere in imperatorem, & propter hoc cas sauit imperatoris sententiam cõtra regem Robertum latam. mihi vtriusq; sentẽtia videtur esse vera: nam dicta verba, cõmisit crimen læsæ maiestatis in eum, possunt intelligi sic: in eum, id est, in ipius principis maiestatem. & tunc est vera sententia papæ. nam cum nõ sit subditus maiestati imperiali, non debebat sibi illas fidelitates quæ dicuntur. s. l. proxi. circa princi. nec eum tenetur revereri, sed quo ad eum liber est: & nõ dicitur directo in eius maiestatẽ cõmittere: vt ibi. facit. ff. de cap. l. nõ dubito. Secũdo possunt intelligi dicta verba quòd cõmisit crimen læsæ maiestatis. s. papalis cui subditus est: & hoc crimen cõmittit in eum, scilicet principẽ: vt sic nõ directo, sed per quandã consequentiã læserit maiestatẽ papę: & tunc vera est sentẽtia imperatoris. nã imperator est fidelis & fidatus papa, & ab eo coronatus. si ergo offendit cõfidatum à principe, incidit in crimen læsæ maiestatis principis: vt. ff. ad leg. Iul. maie. l. j. in prin. [e] Sed quia hoc imperator in sua sentẽtia nõ expressit, & sic nõ fuit expressa maiestas quæ læsa fuerat: fuit intelligendũ de maiestate imperatoris. vnde fuit cassa sententia sua. vnde papa multũ ponderat illa verba, lęsæ maiestatis in ipsum. q. d. suam nõ dicitur lædere, sed alterius maiestatem non negat. & hoc de crimine læsæ maiestatis. An autẽ sit rebellis? Videtur quòd nõ: quia non est subditus: vt dixi. In cõtrarium videtur in dicta cle. c. pastoralis. in prin. vbi imperator appellat regẽ Robertũ hostem & rebellẽ: quia subditus est ratione comitatus puinciæ, quem tenebat ab imperio. & nuper Aloisius rex dicti regis Roberti successor p suos legitimos nuncios domino imperatori nostro p dicto comitatu fidelitatem iurauit in ciuitate Pisarum me presente. Sed an contra hominẽ de terris ecclsiæ sic delinquentẽ possit imperator, vel habẽs authoritatẽ ab eo, pcedere? quod videtur: quia homines ecclesiæ sunt imperij fœderati, ergo apud eos possunt fieri rei, & in eos animaduerti. l. nõ dubito. in fi. ff. de cap. maxime cũ corã eo forũ sortiantur ratione delicti cõmissi in immittẽdo gẽtes cõtra principem ad terras imperij. & sic imperator fecit cõtra dictũ regẽ Robertũ. sed papa determinauit cõtrarium: nisi sit inuẽtus, vel ad eum ex more remissus: vt dicta cle. pastoralis. §. nos quoq;. ibi, sed si punitio. Sed certe verum est quòd de isto crimine quod est capitale, non posset de iure communi puniri, nisi præsens esset: & illud cõsiderauit illa decreta. nec ob. s. l. pxi. quia illa fuit facta post coronationem imperatoris prędicti: vnde ecclesia nõ admittit illam legẽ in prædicium subditorũ suorũ. & sic videtur iniisse fœdus cũ eo quòd contra homines ecclesię leges grauiores nõ imponat. vnde ratio illius capituli nõ habet locũ in hominibus imperij, vel alterius regni: sed solũ in hominibus ecclesiæ. quod no. p ciuitatib⁹ quę inuicẽ cõfœderãtur equali vel inæquali fœdere: vt. d. l. nõ dubito. de captiuis. nã si actũ est vt inuicem se tractẽt vt ciues in ciuilibus & criminalibus, intelligitur vt vnus contra alios grauiores leges non faciat quia tunc errãt, quia in societate inspicitur cõditio sociorũ tẽpore cõtractæ societatis: vt insti. de socie. §. fi. & ff. p soc. l. socius socio. & famercisc. l. hæres. §. nõ tãtum. & ibi not. De pœna vero rebellium dic, quòd quædã infligitur ipso iure: quia perdũt omnia quæ habent iuris ciuilis sunt: vt. d. l. amissione. de cap. de. Alia pœna potest infligi eis

BIU Cujas

figi eis à quolibet homine.nã possunt impune occidi:vt.ff.ad leg. Corn.de sic.l.iij.§.fi.& de re mili.l.proditores. & possunt captiui detineri vt serui:vt.ff. de acquir.re.do.l.trãsfuga. Tertia pœna imponitur:quia potest talẽ damnare vt capite puniatur: vt.ff.de pœ. l.si quis aliquid.§.trãsfugæ.quod intelligitur vt ibi no. circa prin. quia cũ talẽ pœnã ipso iure incurrãt, peti possit ꝓnunciari talẽ esse rebellẽ. puto quòd sic, argu.ff.de iudi.l.qui se dicit.& est expressum in.d.c.pastoralis.vbi imperator ꝓnunciauit regẽ Robertũ esse rebellẽ. & eodẽ modo qui se putaret esse de tali crimine infamatũ, posset petere se pronunciari nõ esse talẽ:arg.C.de inge.ma.l.diffamari. facit quòd dicimus quòd principaliter potest peti vt de ætate ꝓnũcietur: vt.ff. de mino.l.de ætate. secundũ vnã lecturã.& de feriis.l.ij.& ibi not. vt ætates ꝓbẽtur.C.de ꝓba.l.cum te. Itẽ hoc posset fieri ciuiliter agendo.nã sicut ciuitas posset vindicare ciuem suum,eadẽ ratione cuis potest dicere se ciuem ciuitatis illius: & sic per consequẽs nõ rebellẽ:vt.ff.ad muni.l.de iure. & no.de rei vin.l.j.§.per hanc.Itẽ quæro quid de dominio bonorũ?Respon.illud si est directũ,est de iure gen.ergo retinet.sed si haberet vtile dominium,illud nõ retineret sub isto nomine,quoniã puto hoc à iure ciuili inductum:sed quia hoc idem sonat quod effectus dominij: vt not.C.de bo. ma. auth.ideo. nec puto quòd hic retineat sicut directũ: quia hic effectus dominij est de iure gẽ.ar.insti.de vsu & ha.§.fi. vbi dicitur vsum,& similia quæ sunt de effectu dominij,esse de iure gen.sed licet retineãtur,nec publica efficiãtur:tamẽ occupãti cõceduntur.casus est in.l.trãsfuga.de acqui.re.do.si enim potest occidi persona, & capi & haberi vt seruus,multo magis res.sed puto ꝙ si sequeret condẽnatio per iudicẽ,& sic cõdẽnaretur crimine lęsæ maiestatis: quia tũc omnia publicarẽtur.hodie per.l.pe.& fi.C.ad leg.Iul.ma ie.Itẽ quid de iurisdictionib⁹ quas haberet talis rebellis? Respõ.[a] iurisdictio est iuris ciuilis:qa de iure publico introducta est: vt no. ff.de iurisdi.om.iudi.l.j.facit de orig.iur.l.ij.§.pe. origo enim fuit de iure gentiũ,quo etiã fuerũt reges:vt.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure.sed quia circa iurisdictionẽ multa sunt addita,ideo dicitur de iure ciuili:vt.l.ius ciuile.ff.de iust. & iure. & licet in eũ qui est rebellis,nõ cadat iurisdictio tanquã ius quoddã à iure ciuili inductũ: remanet tamẽ tanquã quædã potestas regia de iure gẽtiũ: & ideo imperator(vt in illo.c.pastoralis.)priuauit regẽ Robertũ iurisdictione,& dignitatib⁹, quasi nõ esset ipso iure priuatus:vel quia licet esset etiã ipso iure priuatus, tamen donec toleratur,valent gesta per eũ:vt.l.Barbarius.ff.de offi.presi.&.C.de sen.l.si arbiter.& ideo imperator in dicta sententia expressẽ priuauit: nec dicit,ipso iure priuetur.& tacitè vult hoc fieri expressẽ per id qđ dicitur.ff. si pen.ap.mors interue.l.j.vbi bona fuerũt publicata expressẽ, tamẽ ibi tacitè inerat.Vel dic quòd imperator ecõtra regẽ ideo expressẽ priuauit,quia illas iurisdictiones habebat in terris ecclesiæ, & ab ecclesia nõ erat ipso iure priuatus.priuauit autem eũ per sententiã.sed ecclesia istud nõ admisit,vt statim dicã. licet etiã præcedẽtia vera sint. Itẽ quid de obligationibus & ꝓmissionibus factis his rebellibus?Respõ.si quidẽ sunt iuris ciuilis,ipso iure perdunt:si iurisgentiũ,tũc ea nõ perdũt,vt dictũ est.sed in aliquibus ꝓmittẽs ipso iure nõ tenetur:vt si esset debitor fidelitatis.nã tũc cum esset rebellis,ei obedire nõ tenetur:nõ tanquã liberatus per rebellionẽ: sed tanquã ab ipso initio in ipsa ꝓmissione cõditionata sit conditio,vt nõ sit rebellis superiori.& ita intelligo.x.col.hic finitur lex. cap.j & quod ibi no.facit.ff.de leg.j.l.quid ergo. §.si hæres. & de verb.obli.l.qui seruũ.Sed dominus imperator cõtra dictũ Robertũ regẽ expressẽ priuationis sententiã ꝓmulgauit:vt.d.c.pastoralis.§.iubẽdo etiã.sed hoc facit vel quia prędicta erãt in terris ecclesiæ,vel ex aliis causis præallegatis.Sed cum perdãt ea quę sunt iuris ciuilis,quid de his quæ habẽt à iure canonico seu à summo pontifice?Respon. [b] quoddam ius est super ius ciuile:quoddã infra ius ciuile:quoddã æquale illi. primo casu per solam rebellionem non perditur,vt ius naturale,vel gẽ.ea enim retinet: vt.d.l.amissione. ff.de capi.de.sed per sententiam potest quis priuari eo:vt patet in damnato ad mortẽ:qui ipsa sententia priuatur ciuitate & libertate, quæ est naturalis facultas:vt.ff.de sta.homi.l.libertas. & eodẽ modo dico de his quę quis habet à summo pontifice.nã ea sola rebellione nõ perdit.nã eius authoritas super ius ciuile est:sed per sententiam legitimè latã posset quis illo iure priuari etiam à iudice seculari.de laicis vero loquor. vnde si imperator ꝓtulisset sententiam cõtra dictum regem præsentẽ,valuisset: vt.d.c.pastoralis.ibi, quòd si punitio &c.tamẽ quia in absentem [c] protulit,non valuit,vt dictum est. De eo vero iure quod est infra ius ciuile,vt sunt ꝓpria ciuitatum, & aliorum dominorum sub imperio constitutorum,illa sine dubio perdit.illa enim iura cũ authoritate principis sint facta,ipsius iura esse videntur:vt.C.de vete.iu.enu.l.j.§.omnia.& est expressũ.x.col.hic finitur lex Corra.d.c.j. De eo vero iure quod

A est æquale iuri nostro ciuili, exemplum poni non potest de iure: cum imperatoris omnia sint,exceptis his quę habet ecclesia,vt dictum est.s.titu.proxi.circa princ. Sed præsuppono(prout de facto obseruatur)quòd aliqui reges vel populi nõ recognoscunt imperatorem in dominum: tamen dicendũ est quòd illa iura non perdit rebellis ex sua rebellione. nã ex hoc perdũt iura ciuilia, scilicet ciuium Romanorũ:vt insti.quib.mo.ius pa.po.sol.§. cum autẽ iura ciuilia extraneorũ. Ex prædictis patet determinatio quęstionis de exbãnitis nostri tẽporis.dico enim quòd illi qui ex forma statuti possunt impune offendi,dicũtur hostes rebelles ciuitatis:quod patet quãdo per legẽ ciuitatis cõtra eos indictũ est bellum:vt.d.l.amissione.in glo.super verbo,relegati.& ideo perdunt iura ciuilia illius ciuitatis: nõ iura ciui.Roma. quæ sunt supra iura aliarũ ciuitatũ, quæ sunt æqualia: sicut exbãniti & cõdemnati ab imperatore nõ perdunt ea quę sunt iuris ciuilis papalis.& sic est casus in.d.c.pastoralis.Sed dices tu,illud verum est in terris ecclesiæ:sed in terris imperij videtur ibi casus in cõtrarium. nã imperator credidit illum regẽ posse priuari B illo iure quod habebat à superiore:ergo idem sentit ab eo qui est inferior eo. Sed cõtradico:nã imperator cognoscẽs quòd eo ipso quòd rebellis & hostis suus nõ perdit ea quę habet à superiore:& ideo expresse sententiã priuationis ꝓtulit: sic patet quòd eo ipso quòd exbãnitus & hostis vnius ciuitatis est,non perdit ea quę sunt in ciuitate Romana.casus est.ff. de capti. & postli. reuer.l. si quis ingenuã.§.in ciuilibus.Sed si ciuitas vellet hoc expresse facere per suam legẽ,vt suum effectum porrigat ad ea quæ sunt extra territorium:dixi plene in repetitione.l.cunctos populos.C.de sum.trini.& fi.catho.& hanc materiam plene tractaui in quæstione quam de hoc disputaui, quæ incipit,,Lucanæ ciuitatis statuto &c. Circa secundum,scilicet de pœna quæ potest infligi à quolibet homine, quæritur an eum qui est rebellis, occulte liceat occidere? Et dic quòd sic.nam ipso facto hanc pœnam incurrit: vt hic.& in iudicio quo proceditur de homicidio,liquidabitur an fuerit rebellis.arg. ff.de ope.no.nun.l.de pupillo.§. si quis riuos.ver. toties. Item an istæ pœnæ cadant in rebellem ciuitatem? Respõ.quædã sunt ciuitates quæ per vim occupantur ab aliquo tyranno hoste imperij: & istæ proprie nõ dicuntur rebelles,sed dicuntur ciuitates [d] captiuę: C quæ si recuperãtur,dicuntur redditæ ad pristinã libertatem:vt.C. de offi.præfe.præto.Afri.l.j.in prin. quædam proprio motu ciuiũ vel maioris partis rebellant: & istæ sunt proprie rebelles: in quibus quantum ad amissionem iurium & iurisdictionis dicẽdum est idem quod in priuato. quantum ad pœnam inferẽdam per hominem priuatum, dicendum est quòd quilibet potest in eius ciuitate & territorio capere,prædari,cõburere, & similia facere quæ consueuerunt fieri his contra quos bellum habemus:vt.l.iij.in fi.ff.de acquir.re.do.Sed si capiatur vna ciuitas cuius populus sit rebellis: an populus efficiatur seruus, sicut vnus priuatus captus? Respon. non:immo libertatem recipiunt.in auth.de hære.& Fal.in prin.& ibi no.in glo.super verbo,antiqua.& ibi per Iaco.de Bel. Item an iurisdictio erit priuati capientis? Respon. [e] non:cum iure antiquo illam ante iam perdidit:& sic est principis: & sic tunc cum occupatur,nõ habet iurisdi. Item an priuatus qui capit ciuitatem,poterit eam destruere:vel homines inde expellere:patebit statim. De pœna vero inferenda per sententiam iudicis, dico quòd nullus potest condemnare ciuitatem subiiciendam aratro nisi solus princeps.nã licet domus particulares sint priuatorũ, ipsa ciuitas vniuersaliter cõsiderata est principis, similiter & palatia pulchra ciuitatũ.x.col. quæ sint regaliæ.c.j.non poterit ergo destrui ciuitas quę principis D est,absq; eius volũtate. Item si nõ licet destruere ciuitatẽ,nec alia ædificia per quæ vrbs deformatur ruinis.ff. de lega.j.l. cætera.§. hoc senatus.&.C.de ędifi.priua.l.ij.multo minus nec tota ciuitas. Item si nõ licet contra decuriones ciuitatis ferre sententiã mortis principe inconsulto:vt.ff.de pœ.l.moris.§.istæ fere.multo minus licebit contra ciuitatem, sicut Troia & Carthago passæ sunt aratrũ ex præcepto eius qui tenebat imperium:vt.ff.qui.mo.vsusfruc. amit.l.si vsusfructus ciuitati.Dico etiã quòd potest cogere homines ciuitatis captæ illam dimittere cum omnibus bonis, & ad aliã se transferre: quod solus princeps potest,arg.C. de iure fis.l.certa forma.lib.x.sed relegare ex causa potest præses, vel alius prætor,vel rector:vt.ff.de offi.præf.vrb.l.j.§.fi.

dex.per gl. in.l. properandum.§. sin autẽ alterutra.de indi.

Rebellẽ an occulte occidere licet.

d Idẽ Bar. in.l.tutelas. ff. de capitis demi.

e Idẽ Bal. & Pau. in d.§ in ciuilibus.s. in glo.alle.

a *Nulli.*Quarta pars,in qua punit impugnantes constitutionem. & quod dicit,nulli,intellige priuato,vel in quauis dignitate posito,etiam si vicarius fuerit imperatoris, nisi hoc habuerit expresse in mandatis. hoc enim innuit dictio omnino, quæ sequitur.q.d.sine distinctione personarum:vt.ff.quod me.cau.l. si cum exceptione.§.quatenus.in glo.super verbo,omnino.& de fideiusso.l.Grece.§.illud. & ibi per Dy. & de dictione penitus, vide quod ponitur.C.de vsur. rei iudi.l.fi.ij.respon.

Infringere.

BIU Cujas

& pronunciationis infringere,[a] vel ausu temerario[b] cõtraire.[c] Si quis autem hoc attentare[d] præsumpserit, indignationem[e] nostram,& pœnam mille librarum[f] nostræ cameræ soluendarum se nouerit incursurum. Data[g] Pisis.iiij. nonas Aprilis: regni nostri anno.v.M.cccxij.

Liber de pace Constantię composita inter Imperatorem Friderichum & filium eius Henricum,& quosdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, & ciuitates Lõbardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ ex altera,cũ commento domini Baldi de Vbaldis de Perusio,vtriusq; iuris doctoris illustrissimi.

IN nomine[h] sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Friderichus diuina fauente clementia Romanorum imperator semper Augustus, & filius eius Henricus sextus Romanorum rex Augustus. Imperialis[i] clementiæ immensa serenitas mansueta eam semper[k] in subditis suis dispensationem[l] fauoris & gratiæ habere consueuit, vt quamuis districta seueritate excessuum delicta[m] debeat & possit corrigere: magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis & piis affectibus[n] misericordiæ Romanum imperium regere, & rebellium insolẽtiam ad debitã fidem,[o] & debitæ de-

a *Infringere.* id est retractare directo, vel per malitiosam interpretationem facere: vt. C. de leg. l. ij.

b *Temerario.* ex hoc patet quòd si ex facilitate absq; dolo hoc fecerit, non incidit in hanc pœnã: vt. ff. ad Turpil. l. j. §. quæri potest.

c *Contraire.* vel contra dissimulando, vel audiendo allegationes contra hanc legem: vt C. de leg. l. ij. & de sac. san. eccle. l. j.

d *Attentare.* & sic nõ requiritur q; ad effectũ perduxerit: quod plene dic vt. C. de epi. & cle. l. si qs nõ dicã rapere &c.

e *Indignationem.* huius verbi nullum effectum inuenio, nisi quatenus verbum sonat: quia Imperator indignatus ex hoc facto non exhibebit se gratiosum.

f *Mille librarum.* aliàs punitur alia pœna. C. de legi. l. ij. ĩ fi. & C. de de sacrosan. eccle. l. placet. & dic vt ibi per docto. Et sic not. pro ciuitatibus quæ quando q; faciunt statuta, & pœnam imponunt iudici contra iudicanti, & aduersario & aduocato contra alleganti: nam valet talis adiectio pœnæ si statutum illud sit validum, vt hic, cum si. sed si esset inualidum, non valeret adiectio pœnæ, sicut nec principale: vt. C. de legi. l. non dubium. &. C. de pact. l. pacta quæ contra. sed aliquando ciuitates volentes vt ipsa statuta licet inualida obseruentur, auferunt iurisdictionem suis iudicibus: vt si aliquid contra illud statutum diceretur vel allegaretur: super eo quod contra illud statutum allegaret, iurisdictionem non habeat. quod an valeat, dic quòd quandoque per illud statutum inualidum nititur auferre alicui ius agendi: & tunc talis clausula per quam aufertur iurisdictio iudici qui eam habet ab ipsa ciuitate, valet: vt ff. de iudi. l. iudicium soluitur. tamen poterit agi coram superiore, sicut aliàs cum proceditur per viam euangelicæ denunciationis: vt diximus suprà proxi. in glos. super verbo, denunciationem. Si verò aufertur ius excipiendi seu se defendendi, tunc talis clausula per quam aufertur iurisdictio super defensione, non valet: quia defensio est de iure naturali: & sic non potest auferri, nec impediri quin iudex audiat. aliàs idem importaret si statueret quòd iudex faciat iniustitiam propter hoc: extra de re iudi. c. pastoralis. in cle. & quod dixi suprà. l. proxi. in glos. super verbo, figura. Idem si aufertur ius replicandi: quia sicut exceptio est defensio contra actionem, ita replicatio contra exceptionem: [a] vt. ff. de except. l. ij. & hoc quando talis est exceptio seu defensio, quę per statutum non potest tolli. aliàs sicut posset ipsa exceptio tolli, ita & iurisdictio auferri.

a *Vide. c. i. & .2. de lit. contest. li. 6*

g *Data.* istud est vtile & necessarium in. ll. quæ de nouo emanant: sed in codicibus & legibus antiquis diu obseruatis, seu in volumine legum redactis, licet data non reperiatur, nihilo minus suum vigorem obtinent: vt in prima constitutione Codicis, ibi, si qua eorum &c. vnde & constitutio postquam cœpit per studia diuulgari & frequentari, valeret, licet data non reperiretur. & hoc est vtile propter quasdam ciuitates quæ habent sua volumina statutorum non publicata manu notariorum, sed sunt diutius obseruatn. & hæc data est communis ad hanc constitutionem & præcedentem.

SEQVITVR LIBER DE PACE Constantiæ.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Imperator Friderichus pacem suam laudabilem summæ attribuit trinitati: vt facit alibi Iustinianus. C. de offic. præfect. præto. Afri. l. in nomine. & in authent. de quæsto. in prin. & in authent. de armis. in prin. Ex quo sequitur bonum principium, melius medium, & finis deo acceptabilis. in auth. quomodo oportet episcopo. in prin. non ergo tanquã ipse, sed tanquam deus videtur facere: vt. ff. de acqui. pos. l. quod meo. & nõ sua vice, sed delegantis, scilicet dei, cuius vice fungitur. nã princeps est ordinarius omniũ, & legat⁹ siue procõsul dei: vt. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdi. l. j. in fi. & in auth. de fide instru. §. quia ergo imperium. secundum Accur. qui ita eleganter not. in auth. de hære. & Fal. in ru. col. j. Sed quare iste stylus non seruatur in literis apostolicis? Rñ. quia hoc facit stylus literarum papalium, vbi non fit alia expressio: vt no. in ca. abbate. in fi. de re iudi. lib. vj.

i *Imperialis.* Imperator debet esse clemens & mansuetus: vt hic, & C. de offi. comitis rerũ priua. l. vlt. Quæ quidẽ mansuetudo ex humanitate descẽdit, & merito principi inest: cum nihil tam peculiare sit imperiali maiestati, q; humanitas: vt. C. de dona. inter. vir. & vxo. l. fi. in fin. &. C. de testa. l. fi. ibi, ad humanitatẽ dei respicientes. sic & princeps seruus inscribitur. C. de offi. præfe. sa. largi. l. exemplar. Item magnanimus & benignus. l. j. C. de thesau. lib. x.

k *Eam semper.* Imperator pacem & clementiam & mansuetudinem & dispensationem & fauores & gratias solum subditis suis & deuotis pollicetur, non his quos vt hostes & barbaros iure persequitur: quos potius conuenit seuere punire. & per hoc Imperator iustitiæ terminos non excedit: sed potius iustitia mediante procedit: vt. s. hic finitur lex, deinde consue. regni incipiunt. c. domino guerram. col. x. Ideoque subtili ingenio est ab eis velut à barbaris pecunia extorquenda. vt egestate laborent. ff. depo. l. bona fides. nil mirum igitur si cõtra rebelles ferocitas exercetur, cùm peccent: eo quòd contra dominũ suum bella exerceant. C. de commer. & merca. l. ij. C. loca. l. fina. viij. distin. quo iure. præsertim si papa contra hæreticos qui non possunt præscribere contra confiscationem bonorum: vt no. in. c. j. de præscri. lib. vj. in nouella. & est expressum. C. de apostа. l. apostatarum. hostes fidei non protegi, sed exterminari oportet: vt. C. de sum. trinul. nullos hæreticos. sicut etiam deportatus vllo tempore nõ præscribit: quia à iure ciuili est penitus alienus. ff. de leg. iij. l. j. §. fi quibus. quia deportatus pro mortuo habetur: vt. ff. de contra tab. l. j. & no. in. l. j. C. de hær. instit. &. ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. & quid si tantum. & forte ciuiliter possidere non potest. & sic in tali exilio incepta vsucapio interrumperetur.

l *Dispensationem.* dispensatio dicitur seueritatis & excessuum mitigatio vel remissio. fa. extra de iudi. c. at si clerici. Iura tamen ciuilia raro dispensationes permittunt: quia non debent indulgentia crimina subleuari: vt. C. de cohor. l. si apparitor. li. xij. & cõtra rebelles & proditores nunquam, sed debẽt ipsi in temeritatis suæ conatibus opprimi: vt. C. de senato l. j. &. ij. lib. xij. &. C. de delato. l. fin. lib. x. Item hoc ipso quòd quis parcit malo, intelligitur nocere bono. in authen. de man. prin. §. homicidia. & eis solus princeps securitatem dare potest, nisi ex causa iure expressa. eo. tit. §. sed neque hoc. & no. ff. de pu. iu. l. is qui reus.

m *Delicta.* i. delinquentes. sic. C. de testa. l. iubemus. in princ. Occurrit dicere illud vulgare, cum filius facit offensam patri, & pater verberibus eum castigat. dicit enim pater filio: non verbero te, sed fatuitatem tuam: vt. C. de emen. propin. l. j. secũdum Odo. & alibi: Non punio ego te: sed mores tui accusant & puniunt te. l. palam. de rit. nup. &. ff. de proba. l. cum probatio per. Accur.

n *Piis affectibus.* imperator pietate mouetur ad aliquid concedendum: vt & aliàs. C. de offic. procon. & leg. l. ij. ibi dum dicit, cuius allegationes humanæ pium principem commouerunt. vt. C. de apostа. l. hi qui sanctam.

o *Debitam fidem.* omnes tenemur principi: quia vt deus est princeps in cœlis: sic Imperatorem vicarium suum & dominatorem in fide ac veritate & iustitia constituit in terris: vt. C. de ve. io. enu. l. ij. §. si quid igitur. & in auth. de consulibus. in fin. Præterea diuina pagina dicit: Omnis anima subdita sit principi, & ducibus ab eo missis:

BIU Cujas

missis:vt extra de cen.c.omnis omnia.

a *Deuotionis.* subditi debent esse deuoti.C.de vectigal.& cõmiss. l.elegantem.&.ſ.qui.cau.feu.amit.ca.Obertus.§.j.col.x.

b *Vniuersitas.* de ista magna vniuersitate quæ omnes fideles imperij in se complectitur tam præsentis ætatis,quàm succesſiuæ posteritatis.hinc colligitur quòd lex semper loquitur:vt.C. de hære.l. Arriani.

c *Innatæ pietatis.* pietas decet principẽ : per quam solã dei seruatur imitatio:vt .C. de nup. l.imperialis.

d *Eos et societatẽ.i.* ligam, siue confœderationem tam factam q̃ fiendam inter eosdem: vt.j.eo.§.item societatem. In hac autem societate non continetur Ferraria: quia non fuit in concordia cum Lombardis,secundum Ol.

e *In plenitudinem.* ille intelligitur receptꝰ ad plenitudinẽ gratiæ, cui remittũtur culpæ, & recipitur ad fauores.

f *Ad indignationem.* iniurię principes & dominos prouocãt ad indignationem. fa. ff. de manu.testa.l.centurio. Item no.quòd inter offendentem & offensum præsumitur animi indignatio: & est præsumptio naturæ vulneratæ propter offensam.ff. de arbi.l.licet.ff. de adimen.lega.l.iij.in fi. C.fami.ercis.l.in ipsius.

g *Recepturos.* quando princeps indulget beneficia,sperat recipere grata seruitia,aliàs non facturus. & ideo non mirum si ingrati perdunt gratias:nam oppositum dissoluit propositum.

h *Sigillo cõmuni.* dicit Odof.q̃ in.l.facienda nõ est opus sigillo principis. Adde.dicunt doct. quòd contractus probatur per sigilla vbi deficit tabel.vt no.in.c.ij. de foro compe.in nouel.lib.vj. ti.C.qui testa.fa.pos.l.hac cõsultissima.§.fi.de test.l.si vnus.Sigillum habet vim consensus & confirmationis: vt nota.C. de re.alie. non ali.l.ij.per Accur.de fideiuſ.l.Lucius.de test.mil.l.tribunus.§. vlt.Sine literis tamen mutus & incertus testis est sigillum:& ideo per solius sigilli præsentationem non probatur commissio, præsertim specialis: vt not.in.c.quamuis.de pact.lib.vj.in nouel.quia sigillum est res inanimata.& vide quod no.de his quæ fiunt à prę-la.c.quanto.in nouel.Sed aliud est sigillum alterius fidei committere,aliud in chartis imponere.

i *Nos Romanorum imperator.* Vult istam pacem esse perpetuã.i. quandiu fides seruetur:vt.C.lo.l. quæro.§. inter locatorẽ. insti.eo.§.adeo. vel per præsentẽ mundi ætatem & futuram, & sine præfinitione temporis : quia Imperator facit hanc pacẽ nomine sedis,non nomine proprio tantũ:& imperium non moritur : vt ff.de leg.ij.l.qđ principi.& in auth. quomodo oportet epiſ.in fi.& no.per Cy.C.qui test.fa.pos.l.si quis imperatorem. & in.c. si gratiosẽ.de rescri.lib.vj.&hoc ex parte imperij.Sed ex parte ciuitatis exponitur in perpetuum.i.vsq; ad vitam ciuitatis.nam ciuitas moriri potest,si authoritate superioris damnetur ad aratrum:vt no.Ino.extra de ope.no.nun.c.cũ ex iniuncto.Item si pereat alluuione vel chasmate:vt.ff.qui.mo.vsusfru.amit.l.si ciuitati.&.C.de le.l.cũ res.§.fi.& quod no.in.c.non potest.de præben.lib.vj in nouel.Itẽ si fuerit posita ciuitas in banno æternali Imperatoris,vel in banno domini papæ,secundũ Hug.& Odo.nam cum perdat ea quæ sunt iuris ciuilis,æquiparatur deportato,quinimo ei qui condẽnatus est ad vltimum supplicium,qui efficitur seruus pœnæ:& sentẽtia statim trahit secum ad executionem intellectualem : vt.ff. de pœ.l. qui vltimo.& no.in.l.vl.C.si à non compe.iu.Sed hic dubitatur an damnata ciuitate ad aratrum,intelligantur eius castra damnata? & dicendum q̃ non, iuxta no.in.c.felicis.extra de pœ.in nouel. & in c.si ciuitas.de senten.excom.lib.vj. Item destruitur ciuitas si homines inde eo proposito decedant,ne eò amplius reuertantur : vt ff. de colle.illi.l.pe.j.respon. & ar.ff.de leg.ij.l.pater.§. Tusculanus. Item si incendio deusta sit,vel aliquo casu in totum corruerit sine spe reparationis.arg.ff.de ope.no.nun.l.j.§.si quis ædificium. &.ff.de iti.ac.priua.l.iij.§.reficere.ff.de ver.ob.l.inter stip.§.sacrã.

uotionis[a] obsequium reuocare. Eapropter cognoscat vniuersitas[b] fidelium imperij tam prę-sentis ætatis,q̃ succesſiuę posteritatis, q̃ nos solita benignitatis nostræ gratia,ad fidẽ & deuotionem Lõbardorũ qui aliquãdo nos & imperium nostrum offenderant,viscera nobis innatæ pietatis[c] aperientes,eos & societatẽ[d] ac fautores eorum in plenitudinẽ[e] gratiæ nostrę recipim⁹, offensas omnes & culpas quibus nos ad indignationẽ[f] prouocauerant,clemẽter eis remittẽtes : eósq; ꝓpter fidelia deuotæ syn ceritatis seruitia quæ nos ab eis credimus certissime receptu-ros,[g] in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus.Pacem itaq; nostram quam eis clemẽter indultam cõ

A

B

C

D

ff.de sol.l.qui res.§.aream. Sed si cum spe reparationis, durat ciuitas habitu,sed non actu.argu.eorum quæ not.ff. quod cuiusque vni.no.l.sicut.§.fin.&.ff.de pi.l.Paulus.§.donis.& in ca.plerisque. extra de elect. in Cle. His itaque casibus priuilegia aut delentur, aut in suspenso retinẽtur:nam si est perpetuò desolata ciuitas,priuilegia ei⁹ remouẽtur, quia sublata persona & re cui tributum est beneficium,deletur priuilegium eius,arg.l.postquam. in prin. vt le.no. ca.ff.de cõdi. & demõ. l.intercidit.de iure codi.l. quidam. at vero si spes est reparationis,beneficium non deletur, etsi de facto non excitaretur ad actum suum: vt no.ff.de ver.obl.l.ij. &.l.inter stipulãtem.§. sacrã. nã sæpe priuilegium suspenditur,&nõ annihilatur : vt no.in.c. j.de cle.coniu. lib.vj.in nouel. Quid ergo si huiusmodi ciuitas ita diruta reædificetur : an his prinilegiis quibus prius potiebatur, modo potietur? ar.q̃ non,quasi sit alia ciuitas, & nõ ea quæ prius erat.ar.ff.de vsufr.l.qui vsumfr.&habes ar.ff.qui.mo.vsusf. amitta l.quid tamen.§. pe.Sed ego contra puto secundum Odof.quia aliàs propter vtilitatem censetur idem,quod non est idem.ff.de serui.ru.prædi.l.seruitutes.§.si sublatum.& nemo dubitet hanc publicam esse vtilitatem,si talis ciuitas pacifice his priuilegiis potiatur, cum pax sit vtilitas publica: vt.ff.de pac.l.cõuentionũ.& hic est quidã fauor:nõ potiri verò est quoddã odiũ:& fauores sunt ampliãdi,& odia sunt restringẽda.ar.ſ.e.in prin.ibi,causam magis studeat &c.&.ff.de li. & posth.l.cum quidã.& hæc vera sunt,si idẽ populus,nõ tamẽ nũc damnatus à principe,ciuitatẽ reædificet.Quid autẽ si quondã ciuitas,quę tempore huius pacis pro ciuitate nõ habebatur,sed pro loco,villa vel castro,reædificetur,& ciuitas fiat:an huiusmodi priuilegiis potietur?Rñ.nõ tanquã ciuitas,sed tanquã castrũ eius ciuitatis sub qua erat:cũ de ea tãquã de ciuitate mẽtio facta nõ fuerit, & ideo omissa intelligatur.ar.ff.sol.ma.l.si cũ dotẽ.& in.c.literas.de rescri.in Cle. Idem credere si de nouo in territorio alicuius istarũ ciuitatum ciuitas aliqua instrueretur:quia nouũ corpus & noua vniuersitas est:& est similis posthumo præterito:vt.C. de reuo.do. l.si vnquã.& casui improuiso:vt.ff. de mil.test.l.milites codicillis. §.miles.& rei quæ nunc primũ apparet in rerũ natura:vt.ff.de con trahen.emp.l.Rutilia.&.l.in lege.& in.c.vlt.de rescr.in gl.Sed videt cõtra.ff.si ser.vin.l.fi.sed ibi fuit facta mẽtio de futuris. Pone, quędã ciuitas submersa est in mari.papa hoc ignorãs fecit quędam episcopũ illius ciuitatis. Quærit,an erit episcop⁹ saltẽ ratione diœcesis?& videtur q̃ nõ,ar.extra de rescri.c.Rodolph⁹.& quia illa diœcesis est acephala, qa caput nõ habet.ar.ff.de le.iij.l.j.§.his quib⁹. Itẽ qa nõ videt episcop⁹ esse posse sine ciuitate:vt no.ĩ decre.xcix. dist. ꝓuinciæ.nã etiam sine ꝑside proprio potest esse ciuitas, nõ tamen sine episcopo:quo casu episcopus erit dñs non solũ spiritualis sed etiam tẽporalis:vt ĩ auth.vt dif.iud.§.j.Cõtrariũ credo:quia si nõ valet in totũ, debet valere pro ea parte ꝓ qua valere potest. ar.ff.de serui.l.si tã angusti.porrò quãdoq; pars ponitur ꝓ toto:vt ff.de le.iij.l.vxori suæ.Quæro nũquid ciuitas durãs in nouis ciuib⁹ nõ naturalibus,sed aduentitiis,dicatur eadẽ ciuitas?Rñdeo sic.nam hoc idẽ est in capitibus subrogatis in locũ mortuorũ.ff.de leg.j.l. grege.&.l.si grege.& patrię priuilegium videtur ipsis ciuibus esse cõcessũ:vt.C.de testi.l.si nõ speciali.& de fo.cõp.c.dilecti.Itẽ quia qđ vniuersale est,nõ potest morte perire,sicut homo in genere nõ moritur:vt.ff.ad.l.Fal.l.in ratione.§.incertæ. Item lex dicit : ciuitas nostra populosa est,quæ merito etiam aduenas comprehendit: vt in authent.de quæstore.post prin.colla.vj.nam ciuitas vice personæ fungitur: & cũ talis est vniuersitas, quæ vice vnius personæ fũgat,ꝛa trãseũt cũ ipsa. de fideiuſ.l.mortuo. Quero,qd si ex pluribus castris vnius ciuitatis puta Bononiæ fiat vna cõgregatio quæ velit se insurgere nomine ciuitatis?Rñdeo:hoc nõ potest fieri sine consensu superioris,id est rectoris illius ciuitatis in cuius territorio æ-

rio ædificatur: vt. ff. de colle. illici. l. j. & ar. ff. de rerum diui. l. antepenul. §. pe. secundũ Odof. &. C. de fundis limi. l. quocunq; castrorum. & in auth. qui. mo. nat. effi. sui. §. si quis igit ex quolibet. ibi, vel abbatis. præsentes ergo & præteritas tantum hic cõsuetudines concedit. Quid ergo de futuris? Respondeo: illæ non conceduntur per cõstitutionem istã. Odofre. ar. ff. de legi. l. cum lex. & sic est ar. quòd noua statuta non possint fieri sine scientia principis. arg. à contrario sensu istius literæ: dic vt in. l. omnes populi. per doctores. immo si pertinent ad bonum regimen, per ea quæ sequuntur, standum est antiquitati.

scuis, & põtibus, aquis & molẽdinis, sicut ab antiquo[a] habere cõsueuistis, vel habetis in exercitio, in munitionibus ciuitatũ,[b] in iurisdictióe,[c] tã in causis criminalib⁹,[d] q̃ in causis pecuniariis

a *Sicut ab antiquo.* ar. quòd antiquæ consuetudines sunt seruandæ. vnde dicit lex: ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad solicitudinem suam reuocabit præses ꝓuinciæ. C. quæ sit lõg. consue. l. j. simile habes. C. de offic. rec. ꝓuin. l. nullũ. &. C. de serui. & aqua. l. si manifeste. &. ff. de offi. ꝓcon. l. si in aliquã. Et no. hic expressum ꝙ in pascuis, pontibus, aquis, & molẽdinis, ac etiã in ipsis cõmoditatibus aquarũ stãdum est antiquitati. Verbũ enim habuistis & habetis, signat retro subsistentiam iure consuetudinario: & quia illud erat amissum per rebellionem, hic recuperatur per gratiam & recõciliationem. C. de sen. pas. l. fi. sicut si postliminio ciuitas reuersa esset. ff. de iniust. test. l. si quis filio. §. fi. Et scias quòd in præscribenda cõsuetudine non est necesse allegare titulum: vt no. in. c. j. de rescri. lib. vj. in nouel. & facit ad cõsuetudinem obseruandam. C. de agri. & cen. l. domini prædiorũ. Itẽ no. quòd interdũ fit aquæ distributio arbitrio boni viri. ff. de va. & extraordi. cog. l. de vsu. & no. in Spec. de cau. pos. vbi vide. imperator vult hic quòd aqua perpetua, & cursus eius & cõmoditas perpetuo non tollatur, nec alteretur. facit. C. de aquædu. l. si diligenter. lib. xj. & loquitur tam de aqua publica, quàm de aqua quæ seruit cõmoditatibus priuatorum: vt hic in verbo, personę. & est expressum. C. de aqueduc. l. vsus aquæ. lib. xj. & extra de offi. delega. cum olim.

b *Munitionibus ciuitatum.* licet enim Lombardis ciuitatem munire: vt hic, &. j. eo. §. ciuitates. Adde quòd non solum Lõbardis, sed etiam aliis. C. de sa. san. eccle. l. ad instructionẽ. Nunquid ergo ecclesiæ tenentur ad talem munitionem cõferre? dic quòd aut fit ad ornatum, & non debent conferre. aut fit ad necessitatem, & debẽt cõferre: quia est eadem ratio quæ in via & pontibus. nã refectionẽ itineris & põtium agnoscit ecclesia ꝓpter cõmunem reip. necessitatẽ, in qua etiã ecclesię cõtinentur. Idem & in gabella plaustrorũ, quæ soluitur ad portã: quia illud soluitur, quia plaustra destruunt ciuitatẽ, & vias: & oportet quòd quotidie reficiãtur viæ ex illa pecunia. & ideo sicut ad refectionẽ vię tenẽtur, ita ad solutionẽ illius gabellæ ex qua reficitur via. Ad expẽsas ergo superuacuas, vel honoris causa, sicut esset salicare plateam, non tenentur ecclesiæ, sed ad alias necessarias expẽsas pontium, viarum, murorũ tenẽtur secundum Ia. Bu. in. d. l. ad instructionẽ. nisi forte sint ecclesiæ mẽdicantium: quia nulla bona in ciuitate habent: sicut dicimus in simili de cap. de. l. tutelas. §. si libertate. &. ff. de vulg. sub. l. lex Cornelia. nã pauperes ad huiusmodi sumptus bursales conferre non tenentur: vt legitur & notatur. C. de annonis & tri. l. indictiones. lib. xj. Quid de collectis quæ ꝓ aliis necessitatibus imponũtur? dic quòd si possessio per ecclesiam acquisita, erat adscripta dare pro solido & libra ad collectas: quia quandoq; patrimonialia munera possessionibus indicũtur: vt. ff. de mu. & ho. l. rescripto. §. vlt. &. l. munerum. §. patrimoniorum. & tũc res illa est onerata, & cum illo onere transit: quare clericus ad quem peruenit, ꝓ illa soluere tenetur. ff. de act. emp. & ven: l. alienatio. ff. de acqui. re. do. l. traditũ. C. sine censu vel reli. l. omnes. nam pro talibus collectis bona sunt hypothecata: imò sunt quodãmodo suppositа seruituti cuidam: & ideo ad quẽcunq; transeunt, transeunt cum onere suo: vt. ff. de act. emp. l. in vẽditione. & hoc verum, si talis descriptio quæ fit ꝓ solido & libra, sit perpetua & certa. Secus si ꝓpter varietatem negotiorum imminentium immutetur. nã incertæ obligationi hypotheca accedere nõ potest. & ideo nõ videtur huiusmodi onus durare postquã peruenit ad personã priuilegiatã: vt in. c. vnico de iure pa. lib. vj. & ita tenet Archi. in ca. j. de immu. eccle. lib. vj. & idem ibi Io. And. in nouel. Ex his apparet quòd collecta est munus mere patrimoniale, vt quando est perpetua, certa & ordinaria. quandoq; est munus mixtum, vt quando non est ordinaria: sed secundum emergentes casus imponitur personis pro rebus: quo casu nõ tenetur ecclesia: quia non est subiecta cõmunitatibus, vel dominis tẽporalibus: sicut non tenetur ad superindictum: vt. C. de sacrosanc. eccle. l. placet. ad quæ etiam non tenetur clericus ad titulũ sui patrimonij perpetuo ordinatus: vt not. in cap. episcopus. de præben. per Ber.

c *In iurisdictione.* tã in criminalibus causis, quàm in ciuilibus. hic apertè apparet quòd merum imperium & mixtũ dicitur iurisdictio, cum dicat in criminalibus & pecuniariis. sic. ff. de offi. eius cui man. est iuris. l. j. §. j. & no. ff. de iur. om. iu. l. imperium.

d *Criminalibus.* sed an & sine hac prouisione haberẽt iurisdictionem in criminalibus, vidi sæpius quæri. Io. & Azo dicunt ꝙ sic. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. & ar. ff. quod quisq; iuris. l. j. §. j. & ff. qui. ex causis ma. l. sed & si ꝓ prętorem. §. j. Alij dicunt soli principi merũ imperiũ cõpetere: nã popul' ex l. Hortensia ei & in eũ omne imperium & omnẽ iurisdictionem trãstulit: vt insti. de iu. na. §. sed & qd. &. ff. de consti. prin. l. j. in prin. ar. validũ. ff. de offi. prefe. prætо. l. vnica. ibi, regimẽtis. & ar. C. de vete. iu. enucle. l. j. §. sed hoc studiosum. Itẽ dicit ex presse lex istius imperatoris, omnis iurisdictio, & omnis districtus apud principem est: vt. §. quæ sint regaliæ. l. omnis iurisdictio. Itẽ & solus princeps potest statuere generalẽ æquitatẽ: vt. C. de legi. & consti. prin. l. j. & ad hoc videtur facere definitio iurisdictionis. Est enim iurisdictio potestas de publico introducta cum necessitate iurisdictionis, & æquitatis statuendæ: vt no. do. Azo in summa. C. de iurisdi. om. iu. circa prin. & nemo sani capitis dubitat merũ imperium iurisdictionẽ esse: vt. ff. de offi. eius cui man. est iuris. l. j. ibi, & ideo. &. l. ij. in prin. Nõ obstante leges in cõtrarium allegatæ: quia exercẽtur authoritate principis: vt. C. de legi. & cõsti. l. fi. &. §. quæ sint regaliæ. l. omnis iurisdictio. illud tamen nõ est qui neget, magistratus municipales nõ habere merũ imperium: vt. ff. de iu. om. iu. l. magistratibus. Sed certe ego puto potestates qui hodie eligũtur, esse municipales magistratus: vt. C. de ma. mu. l. j. vel defensores ciuitatũ: vt in authẽ. de defensi. §. nos igitur. col. iij. qui non habent merum imperium: vt. C. de defen. ciui. l. defensores ita. &. l. defensores ciuitatis oblator. & in authen. iusiurandum quod præsta. ab his qui admi. susci. §. & æquus. colla. ij. sic non habebant ante hanc pacem iurisdictionem in criminalibus: sed hoc conceditur eis. Præterea si & sine hac concessione haberent, ad quid ergo in modum priuilegij hoc eis concederetur, cum fruſtra precibus impetretur, quod iure cõmuni conceditur: vt. C. de thesau. l. vna. li. x. Odof. Idem tenet Spe. dicẽs ꝙ potestates terrarum non habent merũ imperium: & ideo nedũ ad vltimum supplicium nequeunt cõdemnare, sed etiam forbãnire non valent: nimirũ quia non reperitur hoc eis esse cõcessum specialiter. huiusmodi enim iurisdictiones nominatim lege vel senatusconsulto vel cõstitutione principũ cõstituuntur: vt. ff. de eo cui man. est iuris. l. j. Vnde cũ magistratib' municipalibus nõ videatur hoc attributũ, tacitè videtur denegatũ: vt. C. de sen. & interlo. omiud. l. nulli. Præterea merũ imperiũ cõpetit in prouincia soli ꝓsidi prouinciæ: vt. ff. de offi. præsi. l. præses. & l. illicitas. §. qui vniuersas. Sed potest dici secundũ Accur. ꝙ hoc iure cauetur, sed cõsuetudine nõ habetur in ciuitatibus quæ populariter reguntur. nam potestas eligitur ab eis de consuetudine inuestituræ, & alium præsidem non habent: vnde merum & mixtũ imperium, & omnimoda iurisdictio apud eũ est: quia loco præsidis habetur respectu ill' ciuitatis: vt no. in auth. de defen. ciui. §. nulla. in glos. quę incipit. s. maiori. in fi. &. C. de præscri. lõgi tẽporis. l. fi. Idẽ in castris seu terris quę alterius iurisdictioni nõ subsunt, sicut in insulis multa sunt. facit quod not. in ca. j. de re iudi. lib. vj. in nouella. C. de testa. l. fin. An ergo dãnati ad mortẽ à talibus potestatibus terrarũ, efficiantur serui pœnæ? Respondeo ꝙ sic, si ponatur eos habere merum imperium: adeo vt nec possint eis reseruare testamenti factionem etiã causa cognita: quia testamenti factio publici iuris est, & in seruum nõ cadit: vt no. C. de test. mil. l. & militibus nostris etiã si faciant testamentũ ad pias causas. bene tamẽ potest se obligare inter viuos anteq̃ sit condemnatus ad restitutionẽ male ablatorũ: vt no. in. c. quanquã. de vsur. li. vj. in nouel. Post sententiã verò si bona sint cõfiscata, nihil statuere potest. ar. iu. l. si partẽ. §. fi. ff. quẽad. ser. ui. amit. &. ff. de noua. l. quoties. §. fi. hic enim nulla bona in ciuitate reliquit: vt. ff. de vulg. substi. l. lex Cor. &. ff. de his quæ pro nõ script. ha. l. si is qui in metallum. Sed hic dubitatur, an si quis pro furto vel alio priuato delicto condemnatus sit ad furcas, nunquid bona sint tacitè confiscata? & glo. sentit ꝙ non, in. l. ij. C. quẽad. test. ape. Itẽ & si pœna sit furcarũ, tamen crimen est priuatũ, vt no. ff. de condict. ob cau. l. si seruus tuus. de quo crimine an possit inquiri, no. in. c. felicis. de pœnis. in nouel. & melius & latius in. l. ij. §. si publico. de adulte. & per me. C. de proba. l. iubemus. Deinde quæro: pone quòd princeps concesserit ciuitati facere statuta, virtute cuius concessionis ciuitas fecit statuta sua. quæro, nunquid poterit reuocare? & videtur quòd non: quia intelligitur de primo actu: vt. ff. de verb. sig. l. boues. §. hoc sermone. Contrarium est verum, ar. C. de testa. l. omnium. & quod not. in. c. non potest. de præben. lib. vj. in nouel. Ex his apparet ꝙ statuta potius accedunt vltimæ voluntati q̃ contractui. de hoc no. c. quia cunctis. de cõcess. præben.

præben.in.vj.& no.ff.de legi.l.sed & posteriores.& no.per Pe.& Cy.C. communia de le.l.fi.§.j. Quæro,vtrum statutum iniquum teneat? Respondeo sic,si sit solenniter factum, donec corrigatur per superiorem: secus si sit impossibile: vt not.in ca.fina. de appella.lib.vj.in nouella. Et in cæteris quæ ad commoditatem spectant ciuitatum,hic cõceditur ciuitatib⁹ quod olim erat commissum præsidibus: vt in auth. de manda.princi.§.deinde competens. ibi, & quid omnino &c. Et collige quòd malefactores punire spectat ad commoditatem ciuitatum:vt hic,&.ff.de offic.præsi.l. congruit. & ad salutem omnium: vt.C. de feriis.l.prouinciarum. Expedit enim reipublicæ vt maleficia puniantur: vt.ff.ad legem Aquil.l.ita vulneratus.ne ad ea committenda temere quisquã prosiliat: vt.C. de pœ. l.si operis. Ex hoc ergo §.nos Romanorum.habes quædam vtilia & necessaria ciuitatibus, quæ sunt concessa indulta & confirmata per hunc imperatorẽ Friderichum certis ciuitatibus Lombardiæ: non enim est concessio generalis,ita q̃ ex vi ipsius concessionis extendatur ad alias ciuitates:imò est localis terrarum ciuitatum inferius specificatarũ,licet quo ad ipsas ciuitates faciat ius commune:vt patet statim in.§. volumus.secundũ Odof. Porrò etiam locales consuetudines quo ad locũ ipsum dicũtur ius cõmune:vt in.c.cum venisset. de eo qui mit.in pos.causa rei seruan.& est ratio,quia iure cõmuni cõfirmatur:vt.ff.de iusti.& iure.l.omnes populi.Porro consuetudines cõfirmatæ sub certo modo & forma,nõ valent nisi sub illo modo & forma.C.de testa.l.fi.quas princeps tacite cõfirmare videtur eo ipso q̃ sunt tolerabiles.C.de re militari.l. tam collatores. lib.xij. C.de agrico. & censi.l.domini prædiorum.C. de fundis limitrophis.l.j.&.l.quicunque.&.l. fin.C.de iure fisci.l. super creandis. & C.de vendendis rebus ciui.l.j.Contrà malę consuetudines tanquã abortiua statuta non conualescunt tempore:vt in authen. vt nulli iudi.§.nulli verò. Vnde dicit imperator: Consuetudines tunc tenent,cum nostris non repugnant legibus.in authen.de vsuris nauti.§.fin.& ibi not.Et ideo contra concilia generalia quæ seruanda sunt vt euangelia, non tenet consuetudo, vel contraria constitutio:vt nota.in.c.cum laicis.de rebus eccle.nõ alie.in nouella.&.ca. nulli.eo.tit.in nouella. Vnde non valet statutum vel consuetudo de præstandis vsuris:quia est contra concilium: vt not.C. de vsur. authen. ad hæc.Sed nunquid valet sententia lata contra consuetudinem? videtur quòd sic,quasi contra factum lata.nam consuetudines facti sunt,tamen potest appellari. Iste videtur casus no.in.d. c.cum venisset.nam cum de ea non cõstet sine probationibus:merito dicitur in facto consistere.articuli verò iuris dicuntur illi, super quibus sine probationibus facti statim potest pronunciari: vt not.c.ad decimas.de resti.spo.in nouella. sed super facto non potest pronunciari,nisi examinetur factum: vt.C.de veteranis.l.prouidendum.&.C.de hære.insti.l.cum proponas.

a *Intus & extra.* No.tam eandem quàm aliam esse posse cõsuetudinem intra ciuitatem & extra.i.in vrbe & in comitatu: vt hic, &.C.de test.l.fi.ibi,in priuilegio.i. in consuetudine priuilegiata. Consuetudo priuilegiat aliquem,sicut principis priuilegium.nam consuetudo vice principis fungitur.de verb.signi.c. super quibusdam.§.præterea. Et collige hinc quòd sicut per rebellionem cõtra principem perduntur priuilegia,ita consuetudines priuilegiatæ: quod tene menti.

b *Volumus vt regalia.* istud verbum volumus,ostendit hanc.l esse: quia quicquid principi placet, legis habet vigorem: vt.C.de consti.prin.l.j.in prin.& insti.de iure natu.§.sed & quod principi. &.ff.de origi.iur.l.ij.§.nouissima.& sic contractus principis trãsit ad statutum legis: vt.ff.de publica.l.Cæsar. Item probatur ex eo quòd Imperator vult eam per vniuersos populos diuulgari: vt suprà eod.circa princip.ibi, eapropter &c. quod quidem indicat vt sit lex: vt.C.de legi.& consti.prin.l.leges sacratissimæ. quæ nobis concessa non sunt: quia non omnia regalia fuerunt concessa, sed demum ea quæ longa consuetudine erant possessa:& illa non in proprietate,sed ĩ fidelitate.Nota ergo q̃ si est quæstio quæ sint concessa, & quæ remaneant cõcessori:debent eligi boni viri,bonæ

A opinionis,ad hoc idonei,nõ suspecti:qui iurẽt q̃ bona fide sine fraude perquirent & consignabunt cuiq; quod se cõtingit. qui tex.est valde no.De iuramento facit quod no.C.de secundis nup.l.hac edictali.§.his illud.Et ad saluandũ ipsos iurantes de periurio,scias quòd in omni iuramento sufficit verum dicere secundum cõscientiã:vt no.in ca.præsentium.de testi.in nouella.Nota q̃ super cõtrouersia inter principem & subditos, eliguntur arbitri,& hoc per istam pacem:aliàs potest princeps vbique citare subditũ, & ipse cognoscere: vt.l.proximè.ff. de his quæ in testamento delẽtur.&.C.ne quis in sua.l.j.per Cy.ff.de hære. insti.l. & hæc Tiberius.per Cy.

c *Idonei credãtur.* quo casu etiam si malè fuerint versati,nõ est quòd imputetur eis qui elegerunt: vt.ff. commoda.l.argentum.&.ff.de rei vindi.l. si à bonæ fi-

intus& extra,[a] & in cæteris quæ ad commoditatem spectant ciuitatum. Volumus,[b] vt regalia quæ vobis non concessimus,in hunc modum cognoscãtur per episcopũ loci: & homines tam de episcopatu quàm de ciuitate eligantur viri bonæ opinionis,& qui ad hoc idonei esse credantur:[c] tales qui nec cõtra ciuitatem, [d] nec nostrã maiestatẽ priuato vel speciali odio teneãtur:qui iurẽt q̃ bona fide & sine fraude perquirẽt,&inquisita cõ signabunt ea quæ specialiter ad nostrã [e] excellentiã spectant. Si autẽ huic inquisitioni supersedendum esse putauerint:cẽsum duorũ miliũ marcharũ argenti per singulos annos petim⁹. Attamen cõpetẽti moderatione moderabimur etiã quãtitatẽ istã, si enormis visa fuerit. Si quis autẽ sup.his quę vobis cõcessim⁹ vel permisimus, siue in ciuitate, vel extra ciuitatẽ,querimoniã apud maiestatẽ ipsam deposuerit: eius querimoniã nõ admittem⁹,[f] & silentium ei imponemus.hoc quod nos[g] vel noster antecessor rex [h] vel imperator episcopis, ecclesiis,[i] vel ciuitatib⁹ vel aliis

B

dei.Odof.Ex hoc sume argu. quòd iudex non facit litem suam ex eo quòd arbitri à se electi malè pronunciauerint:quia quod bona fide fit,bene fieri censetur.argu.ff.de condi.& demon.l.quamuis. & quod no.ff.de iureiur.l.eum qui.§.in popularibus.ar.contra.ff. manda.l.idemq;.§.si procurator.Sed ibi mandatori nõ imminebat explicatio negotij: hic sola electio personarũ:quia nihil faciebãt nomine eligentis,sed nomine dominorum.& sic non obst.

d *Contra ciuitatẽ.* No.ar.quòd bonus ciuis est qui patriæ iura tuetur:& ille est ad regimẽ eligendus,nõ autẽ q̃ est cõtra patriã.Od.

e *Ad nostram.* siue ratione imperij,siue ratione patrimonij:cum omnia principis esse intelligantur,siue fiscalia,siue patrimonialia sint:vt.C.de quadri.præscri.l.bene à Zenone.Odofr.quod dic vt

C n prin.Digestorum.omnem.

f *Non admittemus.* No.q̃ non debet quis audiri cõtra illud quod facit princeps ex certa scientia: imò debet repelli, & imponi ei perpetuum silentium.Nam dicit lex,quis tantæ superbiæ fastidio tumidus est,vt regalem sensum regat?vt.C. de legi.& cõsti.l.fi. & l.ij.C.de cri.sacri.Et no.hic de silentio imponendo etiam lite non contestata.C.non audito petitore.ff. de alea.l.j.§. quod autem . Si statutum dicit,talis non audiatur,an valeat sententia pro eo lata? dicit Iac.de Are.q̃ non.quod verum est,si est talis quòd habeatur pro mortuo,vt bannitus,vel iudex dolo ꝓcedit:vt.d.l.j.§.quod autem.de alea.quia ille qui procedit in contemptum legum,videtur procedere errore iuris expresso.& vide.l.j.C.de hære.institu.per Cy. Sed qualiter potest imponi silentium ei qui non auditur?Respond.quòd non auditur pro se, sed contra se.ff. de postu.l. quos prohibet.ff.de procura.l.filius.§.veterani.& vide quod no. de offic.deleg.cum super abbatia.in nouellis.

g *Hoc quod nos.* hic dicit quòd concessa priuilegia ecclesiis, episcopis,ciuitatibus,vel aliis quibuscunque personis,clericis,vel laicis per antecessores suos,vel se,vel Henricum filium suum, & regem Romanorum,firma & rata permaneant.Accur.

D h *Rex.* scilicet Henricus filius istius Friderichi, secundum Odo. Hic ergo est expressum quòd rex Romanorum etiam ante coronationem potest concedere priuilegia. Iste enim Henricus non erat coronatus imperator, quia pater viuebat.pro hoc nota.C.de quadri. præscri.l. bene à Zenone. & ibi per Cy. dicit Host. quòd vidit in Alemania per principes iudicari & teneri quòd rex Romanorum post electionẽ concordem habeat omnem potestatem quã Imperator: nec vnctio aliquid addat: licet Host. sit in contraria opinione: vt not.extra de verb.sig.ca.super quibusdam.in nouella.Sed quicquid dicat Hosti.prima opinio seruatur, & est ipsa veritas.Opinio autem Host.posset habere locum quando esset electus in discordia.

i *Ecclesiis vel episcopis.* ex ista alternatiua videtur probari quòd id quod cõceditur episcopis,sit eorum proprium: quod etiam innuit verbum dedit, quod est .j. per quod patet dominium esse translatum in episcopum,cum dare sit accipientis facere: vt insti. de act.§.sic itaque. dummodo eis contemplatione ecclesiæ non detur.nam tunc ecclesiæ videtur esse cõcessum:vt.ff.de dote præle.l.cum quis.ver.nam & si quis. *ADDITIO.* De hoc habes tex. notabilem in.c.fi.de ca.Corrad.colla.x. vbi omnino vide:& adde quod no.Inno.extra de testa.ca. cum in officiis . & hoc si talis est

BIU Cujas

episcopus qui posit habere proprium.aliàs de necessitate acquiritur episcopatui.xviij.q.ij.statutum.

a *Pro bono pacis.* Nota:id quod factum est pro bono pacis,ratum debet haberi: vt.ff.manda.l.creditor.§.j. ita tamen quòd non sit contrarium iuri diuino,vel impossibile de iure: vt extra de præben.ca. nisi essent. & ibi dicit text. quòd laudo arbitratorum propter bonum pacis tenetur æquitas naturalis.Etiam nota quòd in arbitris & in arbitramentis bona consuetudo est seruãda.extra de causa pos.cum venisset.

b *Priuilegia omnia.* No.ex isto tex. ℭ si bona rebellium tempore rebellionis aliis sunt concessa personis, facta pace sunt reddenda primis dominis.tex. est hic valde notabilis: ita quòd ipsa pax non habet vim simplicis indulgentiæ, sed restitutionis in integrũ:quod tene menti.

c *Iniuriam.* sed quomodo potest princeps cõcedere aliquid ĩ iniuriam alterius: vt.C.de preci.impera. offe.l.ij. &.l. rescripta. &.l. nec damnosa.&.ff. de iusti. & iur.l.iustitia.in prin. &.§. iuris præcepta. & C.si contra ius vel vti.publi.l.fi.&.C.de operibus publicis.l.præscriptiones?Solu.hæc causa guerræ fuerunt cõcessa,& cõtra rebelles imperij:nec est hoc nouũ secundũ Odo. Ex quo no.ℭ rebelles sunt extra legis protectionẽ.vide.C.de naturalib.lib.l.j per Cy.

d *Cassentur.* Nota quòd sublata guerra tollitur omnis eius effectus secutus propter guerram.sic.j.eo.§.finem quoque.Odof.

e *Et in irritum deducantur.* quod dicit cassentur, intelligas ipso iure.quod autem sequitur in irritum,intelligas ipso facto. Odof. Et sic no.ℭ verbum cassentur,iunctum cũ verbo irritentur, signat ipso iure.non enim requiritur hic alia sententia, licet text. vtatur verbo futuri temporis: quod est notabile.

f *In ciuitate.* hic dicitur quòd si episcopus per priuilegium Imperatoris vel regis est comes alicuius ciuitatis,quòd cõsules siue decuriones debent inuestiri de ipso consulatu per ipsum episcopum, sicut fuit hactenus obseruatum. aliàs in qualibet ciuitate consulatus recipitur authoritate imperatoris, & inuestitur consul per nuncium ipsius imperatoris.Item dicit ℭ de quinquennio in quinquennium quælibet ciuitas mittat ad Imperatorẽ pro inuestitura iurisdictionum renouanda,ac priuilegij eligendi sibi consules:qui iurabunt ipsi imperiali nuncio,& per ipsum ingredietur officium. & idem dicit in successoribus suis obseruandum.Not.quòd multi sunt episcopi qui habent ciuitatem & iurisdictionem temporalem ab imperatore vel rege.Quæro igitur,vtrum isti episcopi teneantur coram imperatore vel rege comparere non solum quo ad consilium,sed etiam quo ad auxilium si sint conuocati?Respon. sic: non tamen possunt personaliter distringi: vt no.in.c.j.de cle. coniuga.in nouella. Bal.

g *Consules.* de iuramento consulum dicitur extra de iureiur.c.veniẽtes.& no.ĩ spe.de iureiu.vbi etiã no.de multiplicib⁹ iuramẽtis.

h *Finito.* hoc hodie non seruatur,imò totum contrarium fit.sed non est vis:cum ex priori inuestitura perpetuò inuestiti intelligãtur,& non ad tempus:vt.ŝ.eo.tit.§.nos Romanorũ.in prin.in verbo, in perpetuum.Odof. Mittit.ſ. nuncium. hic dicitur simplex nuncius,quẽ vulgo Italici appellant syndicũ, & habent concipere verba hoc modo:Peto dñe Frideriche Romanorũ imperator à vobis inuestituram fieri communi Bononiẽ.& mihi recipienti nomine & vice communis Bononien.l.testante.ff.de cõsti.pec.l.qui autem.§.fi.&.l.licet.& per hunc syndicum acquiritur ius inuestituræ communi Bononien.vt.ff.de cõsti.pe.l.eum qui.§.si actori municipum. Vniuersis enim redditur,quod pro voto omniũ primatibus indulgetur:vt.C.de aduo.diuer.iudi.l.restituendæ.Odo.Dicitur autem syndicus secundũ glo.quasi singulorũ causas vno cõplexiuo nomine dicens.Vel secundũ Nicolaũ furiosum qui fuit discipulus Ioannis,dicitur syndicus,quasi plurium simul causam dicens.& si plures sunt creati syndici abvniuersitate,gerũt publicam personã,&videtur ℭ habeãt mãdatũ in solidũ.ar.ff.de admini.tu. l.decreto.etiam in iis quæ requirũt speciale mandatũ:vt.ff. de iureiu.l.iusiurandũ & ad pecunias.§.defensor.& per Iac.de Are.C.

quibuscunque personis,clericis vel laicis ante tẽpus guerræ dedit, vel quolibet cõcessionis titulo concessit,firmum & ratum habemus:saluis superioribus cõcessionibus,vt pro ea solita nobis seruitia exhibeantur:sed cẽsus nõ præstetur. Cõmoditates quas pro bono pacis[a] ciuitatib⁹ concessimus in ciuitatibus, vel extra: illorum regalium nomine non intelligimus pro quibus census debeat præstari.

